NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA
8
14 — B
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

3.12.1.
3 3
1 8
57

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆCIPUIS FIDEI CHRISTIANÆ

CAPITIBUS, IN FORMAM CATECHISMI,

Per Interrogationes & Responsiones, ex Sacra Scriptura, Patribus, Conciliis, Symbolis, Confessionibus, Liturgiis, Rituque Ecclesiæ Catholicæ, Græcæ & Latinæ, Collectis, Explicatis, & Adversus Hæreses Veteres & Novas Asserta.

PARISIIS,
Typis REGIIS.
M. DC. LXIII.

ORDO ET SERIES TOTIVS OPERIS.

TOM. I.

PARS 1. *Meditationes continet de Peccatis, & quatuor hominis Nouissimis.*

Pars 2. *de Mysteriis Incarnationis & Infantiæ* IESV *Christi Domini Nostri vsque ad eius Baptismum.*

Pars 3. *De præcipuis eius vitæ Mysteriis, Doctrina & Miraculis, vsque ad eius Prædicationis finem.*

TOM. II.

Pars 4. *De Mysteriis vniuersæ Passionis eius.*

Pars 5. *De Mysteriis Resurrectionis, Apparitionum, & Ascensionis vsque ad Spiritus S. Aduentum, & Euangelij Promulgationem.*

Pars 6. *De Mysteriis Diuinitatis, Trinitatis, & Attributis ac Perfectionibus eius, de Beneficijs naturalibus, & supernaturalibus, quæ ab eo promanant.*

Iuxta historiæ seriem etiam B. Virginis & aliquorum Sanctorum, quorum in Euangelio & Actis Apostolorum fit mentio, Meditationes inseruntur: Omnes verò ad triplicem viam, Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam sunt accommodatæ; Priores duæ tyronibus, Sequentes duæ proficientibus, Posteriores verò perfectis: Concionatoribus æquè ac Spiritûs magistris planè vtiles. In quorum gratiam Index confectus est generalis, in quo notantur Meditationes, in quibus habetur Argumentum Concionum, & exhortationum per Dominicas & festa.

REVE-

Digitized by Google

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO,

DEI GRATIA ELECTO ET CONFIRMATO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI ET PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO LEODIENSI ET MONASTERIENSI, Coadiutori & Adminiſtratori Paderbornenſis, Hildesheimenſis, Berchteſgadenſis Eccleſiarum, Principi Stabulenſi, Comiti Palatino Rheni, vtriuſque Bauariæ Duci, Duci VVeſtphaliæ, Angariæ, & Bullonij, Marchioni Franchimontenſi, &c.

Domino noſtro Clementiſſimo.

DEBEO, piâ naturæ lege, Celſ. Tuæ, SEREN. PRINCEPS, in iſto collatæ à Deo dignitatis initio, non gratulationem tantùm; quam, communi plauſu, Celſ. Tuæ ſoluerunt omnes boni: ſed & obſeruantię pignus, & tanquam Principi Subditus, obedientiæ vectigal. In quo etſi Modeſtiæ Tuæ ſciam, etiam pro maximis, à Subdito, minima ſuſcipere; non eſt tamen debitæ à me Reuerentiæ, ad Sereniſs. Imperij Principem, & Reuerend. Eccleſiæ Patrem proletarium aliquod opus protrudere. Offero itaque munus hoc ab Authore & animo magnum, & ab argumento maximum: vtroque nomine verè pium; ac Pietatis Tuæ

Patrocinio digniſſimũ. Meditationes ſunt R. P. LVDOVICI de PONTE è Societate IESV, de ſacris fidei noſtræ myſterijs: quarum, quanta eſſe poſſit ad pietatem, in Chriſtianos omnes, vtilitas, norunt ij, qui CHRISTIANI, quod gerunt, nominis dignitatem intelligunt, ac myſterium. Quotquot enim nomine hoc inſignimur, ipſa appellatione nos promittimus vitæ CHRISTI, tanquam actionum noſtrarum regulæ, ac exemplaris, ſedulos imitatores. Ad regulam porrò incognitam nemo ſe dirigit: ſed notam eam eſſe oportet, ac manifeſtam: ita vt quantò notitia eius fuerit plenior, directio quoque poſſit eſſe perfectior. Præſertim accedente quodam voluntatis tractu, quò ad ea, quæ iam intellectus cognouit, ipſa quoque per amorem rapiatur. Ad duo autem hæc, notitiam dico, & amorem, nulla meditationibus commodior eſt via. Suſcipe itaque SEREN. PRINCEPS munus vt à Subdito debitum, ita libenter præſtitum: &, quia librarium eſt, ſub Serenitatis Veſtræ tutelâ, ac mandato lucem videat: quod in ſubiectis Serenitatis Veſtræ Prouincijs fructus ad pietatem vberrimos dabit: & ſub auguſto nominis tui titulo inter auguſtas quoque manus inſinuabitur. Seruiet illud omni Chriſtianorum generi, Ordini, Conditioni: eis maximè, qui reducendis ad Chriſtum errabundis, ſub Archiepiſcopali Paternitatis Veſt. Protectione deſudant. quorum omnium fructus ad Serenitatis Tuæ horrea redundabunt.

DEVS Opt. Max. Serenit. Veſtram Eccleſiæ ſuæ in annos plurimos ſeruet incolumem.

Seren. Veſtræ

Indignus Cliens

IOANNES KINCHIVS *Ciuis & Typographus Colonienſ. humiliter dedicat.*

ADMODVM REVERENDO PATRI IN Christo, P. N. Claudio AQVAVIVA, Societatis IESV Præpoſito Generali.

PTANDVM quidem fuiſſet, admodum R. P. vt alterum aliquem ex tanto numero delegiſſes, qui P. Ludouici de Ponte Societatis noſtræ viri religioſiſſimi præclaras de Fidei noſtræ Myſterijs Meditationes ex Hiſpanico in Latinum ſermonem & citiùs, & feliciùs tranſtuliſſet: quia tamen placuit, vt hunc ego laborem pium, multiſque fructuoſum in me ſuſciperem, contra vitæ meæ rationes exiſtimaui, id oneris abijcere, quod admodum R. P. T. mihi tam amanter impoſuit, cùm ad paucos dies ante biennium Romæ moratus, ſingulari animi voluptate tibi adfui. Quapropter, etſi me huic operæ minùs idoneum ſcirem, aggreſſus tamen ſum animo parendi prompto, atque eâſpe, fore, vt DEVS ſuo fauore adſit: quo fiat, vt & zelo tuo, quo omnium cupis ſalutem, & meo quali quali conatu, hic labor proximorum animis eueniat quàm maximè ſalutaris. In ſtyli elegantia nihil laboris ponendùm reputaui, ſed vt Hiſpanus Latinè loqueretur adlaboraui, laboris mercedem autumans legentium fructum, qui tum demum conſtat, ſi Authoris mentem aſſequantur. Nam vt Author ipſe, quos in Meditatione animi ſenſus à bonitate diuina accepit, eos porrò foras ſcribendo ad aliorum commodum protulit; ita me interpretem decebat eoſdem ad Latini ſermonis gnaros transfundere; quod facturus videbar, ſi ſcriptione ſimplici penè verbum verbo redderem. Maximè cùm, qui ſuarum Meditationum argumenta hinc ſumpturi ſunt, ijs liberum fuerit aut addere, aut demere, vt variè affectos Spiritus S. vnctio docebit. Neque enim omnes eodem cibo, licèt eiuſdem ſpiritus, in eandem aluntur vitam æternam; ſed alius hoc, alius illo in virtutum magnitudinem feliciùs excreſcit. Et ſunt, quibus ſententiæ breuitas amplius conferat; ſunt etiam, qui copiâ aut delectentur, aut indigeant. Omnibus igitur vt fieret ſatis, bonâ fide ſententias ſum interpretatus, etiam vbi affectus alicuius exprimendi gratiâ eadem verba repetenda fuerunt. Ex ſacris literis quæ adducuntur, præcedentibus aut ſubſequentibus verbis reddidi clariora, & in proprijs locis legere volenti etiam Verſus cum capitibus adnotaui, non ſine labore, & mora; cum fructu etiam, ſpero, & gratiâ. Adiuua P. adm. R. ſacrificijs & precibus, vt quam ſalutis animarum rationem in hac Interpretatione imperanda ſpectaſti, eam liberaliter concedere dignetur DEVS, ad cuius maiorem gloriam omnes noſtri labores & vita diriguntur.

Admodum Reuerendæ Paternit. Veſtræ minimus
in Chriſto ſeruus

MELCHIOR TREVINNIVS.

Digitized by Google

INDEX

MEDITATIONVM AC RERVM PRAECIPVARVM IN HOC PRIMO TOMO CONTENTARVM.

INTRODVCTIO ad Meditationes, in qua compendio indicantur ea, quæ mentalis orationis praxis & exercitatio complectitur. fol. 2

Paragraphus 1. Quid sit oratio mentis. 4

§ 2. Qua ratione cum Deo in mentis oratione loquendum. 8

§. 3. Quæ virtutes orationem mentis comitentur; & huius præstantia. 12

§. 4. De mentalis orationis materia ad Medit. 14

§. 5. De ipso ingressu orationis. 17

§. 6. Quomodo in oratione ratiocinandum, ac distractionibus, quæ in ea nos oppugnant, occurrendum. 20

§. 7. Qua ratione imaginationis, linguæ, aliarumque animæ facultatum operâ in oratione mentis vtemur. 24

§. 8. De orationis examinatione, & fructibus ex ea capiendis 26

§. 9. De varijs orandi modis, in diuersis materijs; diuersis personis, ac temporibus accommodatis. 28

§. 10. De contemplatione, & qua ratione possit oratio mentis sine multa ratiocinatione haberi. 30

§. 11. Extraordinarij orationis mentalis modi: & variæ rationes, quibus se Deus in ea communicat. 33

§. 12. De ordinario & extraordinario tempore mentis orationi tribuendo; ac de iaculatorijs orationibus. 39

§. 13. Quædam monita circa insequentes Medit. 46

MEDITATIONES I. PARTIS.

INtroductio, qua agitur de cordis puritate, quæ viæ Purgatiuæ scopus est. pag. 3

Med. 1. De fine, in quem creatus fuit homo, & rebus, quæ eidem consequendo deseruiunt. 8

Med. 2 De grauitate peccati, ex Angelorum, Adami, & particularium aliquorum exemplo desumpta. 11

Med. 3. De multitudine peccatorum, & eorum grauitate, quæ ex eo, quòd multa sint, & naturali rationi aduersentur, colligitur. 18
Med. 4 De grauitate peccati, ob vilitatem hominis Deum offendentis. 21
Med. 5. De eadem grauitate ob maiestatem Dei offensam. 32
Med 6. De eadem ex comparatione ad temporaneas & æternas pœnas, quæ peccanti infliguntur. 29
Meditationes de hominis Nouissimis, quò ad peccatorum detestationem incitemur. 35
Med. 7. De proprietatibus Mortis. 36
Med. 8. De ijs quæ anxietatem & afflictionem ei adferunt, qui morti est vicinus. 39
Med. 9. De particulari iudicio animæ, quod statim post mortem peragitur. 45
Med. 10. De ijs, quæ corpori post mortem eueniunt: ac de sepultura. 54
Med. 11. De memoria mortis & puluere, in quem conuertemur in sepulchro. 60
Med. 12. De deceptione, & grauissimis incommodis, quæ ex mortis obliuione proueniunt. 64
Med. 13. De vniuersalis iudicij signis præcedentibus. 69
Med. 14. De mortuorum resurrectione, & iudicis ad iudicium aduentu. 74
Med. 15. De sententijs pro bonis, & contra impios. 82
Med 16 De Inferno quoad pœnarum æternitatem, loci acerbitatem, & eius habitatores ac tortores. 91
Med 17. De pœna sensus, & internarum animæ facultatum, ac de pœna damni. 97
Meditationes aliæ modique orandi ad perfectam animæ puritatem, & vitiorum ac passionum mortificationem. 102
Med. 18. De superbia, & inani gloria. 104
Med. 19. De gula & virtute temperantiæ. 108
Med. 20 De luxuria & virtute castitatis. 111
Med. 21 De Auaritia. 117
Med. 22. De ira & impatientia. 120
Med. 23. De inuidia. 124
Med. 24. De acedia vel pigritia. 127
Med 25. Circa decem Præcepta Decalogi. 131
Med. 26 Circa quinque sensus & potentias animæ externas. 140
Med. 27. Circa internas animæ facultates. 144
Med. 28. De modo quodam orandi examinando Conscientiam. 149
Med. 29. De alio modo orandi ad particularis alicuius vitij extirpationem. 153
Med. 30. De excellentijs Sacramenti Confessionis. 158
Med 31 De Præparatione ad Sacramentum Pœnitentiæ. 162
Med 32. De Gratiarum actione post confessionem. 168
Med 33. De Præparatione ad sacram communionem. 172
Med. 34 De spirituali communione, quæ ad sacramentalem disponit, & ad Sacrum Missæ cum fructu audiendum. 178
Med. 35. De Gratiarum actione post sacram communionem. 181
Med. 36. De Purgatorio, vt ad pœnitentiæ opera excitemur. 185

(***)

INDEX
MEDITATIONVM SECVNDAE PARTIS.

INTRODVCTIO de perfecta Christi imitatione. pag. 192.

Meditatio seu fundamentum huius partis, de infinita cœlestis Regis excellentia; & omnium ad eius sequelam vocatione. pag. 200

Med. 1 De Sanctissimæ Trinitatis decreto, vt secunda eius Persona homo fieret pro humano genere reparando. 205

Med. 2 De infinita Dei charitate, quæ in Mysterio Incarnationis elucet. 210

Med. 3 De illo Dei decreto, vt ex muliere nasceretur : ac de B. Virginis Mariæ in Dei matrem electione. 214

Med. 4. De B. Virginis, vsque ad tempus Incarnationis, educatione. 215

Med. 5. De tempore, quod elegit Deus ad executionem Incarnationis. 223

Med. 6. De Annunciatione per Angelum Gabrielem facta. 228

Med. 7. De modo ipsius Annunciationis. 235

Med. 8 De vltimo B. Virginis ad Angelum responso. 240

Med 9. De ipsa incarnationis executione. 245

Med. 10. De Animæ Christi excellentijs. 249

Med. 11. De profectione Incarnati verbi in domum Zachariæ, ad S. Ioannis sanctificationem. 255

Med 12. De iis, quæ in Visitatione illa euenerunt, ac de Cantico Magnificat. 258

Med. 13. De S. Ioannis Baptistæ Natiuitate 268

Med 14 De S. Ioseph hæsitatione circa B Virginis dimissionem. 272

Med 15. De Expectatione partus B. Virginis, & præparatione ad Christi Natale. 278

Med 16 De B. Virginis in Bethlehem profectione. 281

Med 17. De Christi Domini Natiuitate in specu Bethlehem. 285

Med 18 De Angelorum in Christi Natiuitate tripudio, & facta pastoribus annuntiatione. 290

Med. 19. De pastorum ad Bethlehem accessu, &c. 294

Med. 20 De Christi Circumcisione. 297

Med. 21 De Nominis IESV impositione. 301

Med. 22 De exitu Magorum ex Oriente, vt natum Infantem adorarent. 306

Med 23. De Magorum exitu ex Hierusalem, & ingressu in specum Bethlehem. 311

Med. 24. De B. Virginis Purificatione, & Præsentatione pueri IESV in templum. 316

Med 25 De iis, quæ in Præsentatione cum Simeone, & Anna acciderunt. 320

Med. 26 In qua modus quidam orandi traditur, applicatis internis animæ sensibus ad Mysteria quæ sumus meditati. 325

Modus item alter traditur eosdem sensus applicandi cum variarū virtutum actib. 330

Med. 27. De fuga in AEgyptum. 331

Med 28. De Infantum Innocentum trucidatione & Christi reditu ex AEgypto. 338

Med. 29. De Christi in templo inter Doctores mansione. 340

Med. 30. Quid B. Virgo fecerit, cùm filium suum non inueniisset. 343

Med 31 De vita Christi Domini vsque ad trigesimum ætatis suæ annum. 350

FINIS INDICIS II. PARTIS.

Partis III. Indicem reperies, cum Synopsi Meditationum & Punctorum suo ordine statim post Introductionem.

R. P.

Digitized by Google

INDEX
MEDITATIONVM
TERTIÆ PARTIS.

INtroductio & Fundamentum in quo de vtraque vita agitur, Actiua & Contemplatiua, per Marthan & Mariam sorores significatas; & de Mixta ex vtraque, quam tenuit Christus Dominus noster tempore suæ Prædicationis. Pag. 358

Paragraphus primus de præcipuis Actiuæ vitæ Actionibus. Pagina 359

§. 2. De vitæ contemplatiuæ actionibus. 360

§. 3. Quod vita actiua opus habeat contemplatiua: & quænam circa hoc querelæ. 361

§. 4. De aliis vitæ actiuæ imperfectionibus: & qua ratione illas Christus emendet, vt perfecta euadat. 363

§. 5. De vno illo, quod est dispositio & finis contemplatiuæ. 364

§. 6. De vitæ contemplatiuæ excellentiis. 366

§. 7. De vitæ Mixtæ excellentiis. 367

§. 8. De excellentissima ratione, qua Christus Dominus comtemplationem actioni coniunxit. 369

Meditatio prima de admiranda S. Ioannis Baptistæ vita & prædicatione, vsq; ad Christi Iesu baptismum. 372

2. De interrogationibus S. Ioanni à Pharisæis propositis, dum ad eum miserunt qui interrogarent: Tu quis es? & de Testimonio de Christo & de se ipso reddito, quo insignem humilitatem & sanctitatem suam aperuit. 376

3. De Christi Domini nostri baptismo. 380

4. De Christi post Baptismum in desertum secessione, & Ieiunio, quadraginta dierum. 388.

5. De tentationibus quas idem in deserto sustinuit. 392.

6. De Apostolorum vocatione & electione. 399

7. De vocatione generali, qua Christus Dominus omnes homines vocat ad se ipsos abnegandos, & crucem propriam tollendam, & ipsum sequendum. 406.

8. De resignatione ad Christi vocationem audiendam requisita; & omnium renunciatione, vt quis in eius discipulum adscisca tur. 410

9. De primo Christi miraculo in Nuptiis Cana Galilææ edito. 414.

10. De zelo quo Christus ementes & vendentes è templo eiecit. 420.

11. De Sermone Christi in monte. 430.

12. De officio quod Apostolis suis Christus in eo sermone commisit. 439

13. De lege Euangelica quam in eodem sermone Christus promulgauit, & perfectione ad quam illa nos euehit. 443

14. De Meditatione circa precationem Dominicam. 448.

15. De Apostolorum ad prædicandum Missione. 460.

16. De glorioso S. Ioannis Baptistæ Martyrio. 466

17. De Miraculo quo Christus quinque millia hominum pauit in deserto. 470.

18. De sedata Maris tempestate. 477

19. De ambulatione Christi super aquas cũ Phantasma esse iudicabatur à discipulis. 480

20. De S. Petri confessione, qua Christum confessus est esse filium Dei viui. 486

21. De Christi Transfiguratione. 496.

22. De iis quæ Transfiguratione durante euenerunt. 499.

23. De duobus filiis Zebedæi petentibus, vt alter ad Christi dextram, alter ad sinistram sederent. 503.

24. De Lazaro mendico, & diuite epulone.	511.
25. De conuersione S. Mariæ Magdalenæ.	518.
26. De conuersione Samaritanæ.	526.
27. De muliere in adulterio deprehensa, & à Christo ab accusatoribus liberata.	531.
28. De Zachæi conuersione.	541.
29. De muliere Chananæa, cuius filiam Christus à dæmonio liberauit.	546.
30. De Centurione, cuius seruum Christus restituit sanitati.	549
31. De muliere à fluxu sanguinis liberata.	553
32. De languente ad probaticam piscinam à Christo sanato.	558.
33. De leproso sanato, ad Sacerdotes misso.	564.
34. De decem leprosis sanatis & ad Sacerdotes missis.	567.
35. De Cæco prope Iericho illuminato.	570.
36. De Cæco nato.	574.
37. De surdo & muto sputo Christi sanato.	578.
38. De dæmoniaco a Christo liberato, quem discipuli eius liberare non potuerunt.	582
39. De resuscitata filia Archysynagogi.	587
40. De filio viduæ apud Naim resuscitato.	590
41. De Lazari resuscitatione.	593
42. De Concilio Pharisæorum, in quo Caiphas decreuit Christum debere mori.	602
43. De parabola sapientis domum suam supra petram ædificantis.	606
44. De Seminante.	614.
45. De Zizaniis tritico superseminatis.	619
46. De grano sinapis.	620
47. De negotiatore quærente bonas Margaritas.	625.
48. De pastore ouem perditam requirente.	627
49. De Filio prodigo.	637
50. De eo qui incidit in latrones, & cuius curam Samaritanus suscepit.	640
51. De seruo qui debebat decem millia talentorum.	646
52. De Villico dissipante bona Domini sui.	652
53. De Pharisæo & Publicano ascendentibus in templum, vt orarent.	657
54. De Patre familias conducente operarios in vineam suam.	660
55. De Parabola Vineæ agricolis elocatæ.	665.
56. De inuitatis ad nuptias & ad cœnam.	669.
57. De decem Virginibus, prudentibus & fatuis.	670
58. De Talentis à Domino seruis distributis ad negotiandum.	681.

FINIS INDICIS TERTIAE PARTIS.

Digitized by Google

INDEX
MEDITATIONVM
QVARTÆ PARTIS.

INTRODVCTIO mentalis orationis, circa Passionem Christi Domini nostri in qua agitur de fine, dispositionibus, & variis rationibus eandem Passionem meditandi. pagina 1.

De scopo in Medit. Passionis præfigendo. §. 1.

De dispositionibus ad Passionem Meditandam procurandis. §. 2.

De variis modis meditandi Passionem, §. 3

Medit. 1. prima & fundamentum reliquarum, in qua proponitur summarium earum rerum, quæ argumentum esse debent meditationum in singulis Mysteriis, quoad personæ patientis dignitatem 21. Cruciatuum acerbitatem 24. Hostium eum persequentium crudelitatem 29. Causas & personas in quarum commodum patitur 34. Amorem quo ipse patitur 38 Et virtutes quas exercet 42. Septem stationes siue loca ad quæ tota ipsa passio reuocatur 47. Dolores B. Virginis 54. Eiusdem heroicas virtutes. pag. 11.

Med. 2. De Ascensu Christi in Ierusalem, cum Apostolis apparuit, quæ in ea esset passurus. 31.

Med. 3. De Christi ingressu in Ierusalem, cum Ramis palmarum, & applausu populi. 36

Med. 4. De lachrymis Christi, cum ciuitatem vidit. 41

Med. 5. de Cœna in Bethania. 46

Med. 6. de Iudæ proditione, qua vendidit Christum pro triginta denariis; & decreto Principum Sacerdotum de eo occidendo. 50

Med. 7. de vltima Cœna, in qua legalem Agnum Christus cum Apostolis comedit; & quod prius ipse matri suæ valedixit. 57

Med. 8. de pedum lotione. 62.

Med. 9. Quid Christus præmiserit institutioni Sanctissimi Sacramenti, vt communicaturos doceret dispositionem ad communicandum necessariam. 70

Med. 10. de tempore, Loco, & Sociis, quos elegit ad eam institutionem. 73

Med. 11. de admiranda conuersione panis in corpus Christi; & qua ratione tum ipse, tũ Apostoli communicauerint. 77

Med. 12 de stupenda vini in Christi sanguinem conuersione; & ingentibus huius sanguinis thesauris. 82

Med. 13. de Sacramentalibus panis vinique speciebus; & quid per eas significetur 86

Med. 14. de sex rebus mysticis, quas Christus in panis & vini consecratione adhibuit, ac dixit. 90

Med. 15. de potestate Apostolis à Christo communicata ad faciendum quod ipse fecerat; & quam hodieque habent Sacerdotes ad consecrandum, &c. 93

Med. 16. Quod Christus in Cœna dixerit vnus vestrum me traditurus est; & Iudas ad id perpetrandum exiuerit. 97

Med. 17. de Apostolorum contentione circa primatum; & Christus præmonuit de scandalo omnium illorum in illa nocte. 102

Med. 18. de sermone Christi post Cœnam. 105.

Med. 19. de Oratione Christi ad Patrem post sermonem. 113

Med. 20. de Christi cum Apostolis in Hortum profectione; ac tristitia eius interna. 118

Med. 21. de Oratione in Horto. 124

Med.22.de Angeli ad Christum confortandum aduentu;& sanguineo sudore. 131
Med.23.de applicatione quinque internorum animæ sensuum ad sanguinem in horto effusum. 136
Med.24.de Iudæ in Hortum aduentu cum militibus ad Christum comprehendendum 139.
Med.25.de comprehensione. 144
Med.26.de Christi molestiis in itinere ex horto ad domum Annæ, & quæ in ea euenerint. 149
Med.27.de Colapho,& remissione ad Caipham. 153
Med.28.de triplici S.Petri negatione. 158
Med.29.de falsis testimoniis apud Caipham contra Christum dictis: & eius ad interrogata Responsione. 160
Med.30.de iniuriis ac pœnis apud Caipham,& tota illa nocte toleratis. 164
Med.31.de Christi ad Pilatum deductione;& Iudæ suspensione. 172
Med.32.de Christi apud Pilatum Accusatione;& interrogationibus ei propositis. 176
Med.33.de remissione ad Herodem, & contumeliis, quibus ibi fuit affectus. 181
Med.34.Quod Iudæi Barabbam elegerunt,& Christum petiuerunt crucifigi. 185
Med.35.de Flagellatione. 189
Med.36.de Coronatione,& cœteris opprobriis. 194
Med.37.de Ecce homo & vltimo examine,quo Pilatus Christum examinauit. 201
Med.38.de Condemnatione Christi ad mortem crucis. 208
Med.39.de Baiulatione crucis,& iis quæ in illo itinere acciderunt. 211
Med.40.de iis quæ in Monte Caluario acciderunt,ante Crucifixionem. 210
Med.41.de ipsa Crucifixione. 214
Med.42.de Mysteriis quæ in Christo crucifixo latent. 233
Med.43.de titulo Crucis,& mysteriis Passionis quæ in eo latent. 233
Med.44.de vestium partitione ; & Sanniis quas in cruce Christus sustinuit. 237
Med.45.de primo verbo,quod in Cruce Christus dixit,quo orauit pro suis hostibus 243
Med.46.de latronibus cum Christo crucifixis; & secundo Christi ad bonum verbo, quo illi promisit paradisum. 247
Med.47.de tertio Verbo ad Matrem suam,& discipulum Ioannem. 254
Med.48.de tenebris, super vniuersam terram;& quarto Verbo. 258
Med.49.de Siti & Quinto Verbo. 262
Med.50.de sexto Verbo in cruce. 266
Med.51.de septimo Verbo,& expiratione. 268
Modus & ratio quædam ad felicem mortem, ad Christi Domini imitationem. 272
Med.52.de miraculis subsecutis statim à morte Christi. 274
Med.53.de Vulnerato latere Christi lancea,& quinque eius vulneribus. 276
Med.54.de depositione de Cruce. 282
Med.55.de funere Christi. 286
Med.56.de B.Virginis solitudine & quid illa egerit post filii sepulturam. 289
Med.57.de custodibus sepulchro adhibitis;& corporis eius incorruptione. 291

FINIS INDICIS QVARTAE PARTIS.

Digitized by Google

INDEX
MEDITATIONVM
QVINTÆ PARTIS.

INTRODVCTIO connunctionis cum Deo, quæ finis est viæ Vnitiuæ pag 1.
Med. 1. de Christi descensu ad Lymbum, &c. pag. 3.
Med. 2. de Resurrectione Christi. 12
Med. 3. de Apparitione Christi, Sanctissimæ suæ Matri facta, & qua ratione Angeli mulieribus manifestarint Christi resurrectionem. 18
Med. 4. de appariti one facta Mariæ Magdalenæ. 23
Med. 5. de Apparit. aliis mulier simul cum M. Mag. 37
Med. 6. de Apparitione facta S. Petro. 32
Med. 7. de Apparit. facta duobus Discipulis euntibus in Emmaus. 39
Med. 8. de Apparitione facta Apostolis simul ipso die Resurrectionis. 46
Med. 9. Quod tunc dederit eis Christus Spiritum S. & potestatem remittendi peccata. 50
Med 10. de Apparit. Apostolis præsente S. Tho. 55
Med. 11. de causis propter quas resurrexit Christus cum signis vulnerum in pedibus, manibus & latere. 59
Med. 12. de Apparit. 7 discipulis ad mare Tiber. 65
Med. 13. Quod Christ⁹ in hac Apparitione fecerit S. Petrū vniuers. Ecclesiæ Pastorē. 67
Med. 14. de Appar. facta discipulis in monte Galil. 72
Med. 15. de Promissione Christi discipulis facta, quod esset mansurus cum illis, &c. 78
Med. 16. de variis Apparitionibus Christi, suis discipulis per 40. dies factis; & de modo quo spiritualiter visitat animas. 81
Med. 18. de Apparitione Christi, facta Apostolis in die Ascensionis suæ. 86
Med. 18. de ipsa Christi Domini Ascensione. 90
Med. 19. de ingressu Christi in Cœlū Empyreum & eius sessione ad dexteram Patris. 96
Med. 20. de recollectione & oratione Apostolorum post Christi Ascensionem vsque ad Spiritus S. aduentum. 100
Med. 21. de electione S. Matthiæ in Apostolum. 105
Med. 22. de ingenti beneficio, quod mundo contulit Deus, mittēdo Spiritum Sanctū 109
Med. 23. de modo quo Spiritus S. descenderit in discipulos, die Pentecostes. 115
Med. 24. de admirādis operib⁹, quæ fecit Spir. S. per Apostolos ipso die Pentecostes. 126
Med. 25. de excellentissima viuendi ratione, quam Spiritus Sanctus primis Christianis inspirauit. 130
Med. 26. de altissima perfectione, quā Spiritus S. per suas inspirationes communicat. 135
Med. 27. de 7. donis, quæ iustis infundit Spi. S. &c. 140
Med. 28. de plenitudine Spiritus S. communicata S. Stephano, qui in Martyrio suo vidit Christum. 147
Med. 29. de Christi Apparitione facta Saulo, ac de eius admiranda Conuersione. 154
Med. 30. de iis, quæ Saulo in triduo, post Christi apparitionem euenerunt. 165
Med. 31. de vita & heroicis virtutib. S. Pauli, post eius conuersionem. vbi etiam ponitur summa quędam perfectionis Euangelicæ. 171
Med. 32. de vocat. Cornelii Centurionis, & reuelat. quam habuit S. Petrus de conuersione Gentium. 183
Med. 33. de admirandis virtutum exercitiis, quibus B. Virgo occupabatur post Aduentum Spiritus S. 189

Med.34.de glorioso Beatiſs.Virg.tranſitu. 197
Med.35.de Aſſumpt.B.V.quoad animam ſupra omnes Choros Angel.& gloria eius eſſent.ali,& Coronat. 201
Med.36.de Aſſumpt.B.Virg.quoad eius corpus. 208
Med.37.de heroica B.V.humilitate propter quam fuit exaltata ſupra Choros Angelorum. 212
Med.38.de deuotione erga B.V.& quæ bona ex ea nobis proueniant. 218
Varii modi recitandi Roſar,cum ſpiritu & deuotione. 221
Me.39.de viris SS.& felici eorum morte ac præmio. 227

FINIS INDICIS QVINTAE PARTIS.

Digitized by Google

INDEX

MEDITATIONVM SEXTÆ PARTIS.

INTRODVCTIO de feruentibus Amoris, & Gratitudinis affectibus, pag. 1.
Med 1. de Esse Dei, pag. 8.
Med. 2. de æternitate ipsius Esse Dei, & quod solus sit ipse, qui est pag. 13.
Med. 3. de infinitate & incomprehensibilitate Esse Dei. 17.
Med. 4. de Vnitate Dei in Essentia, & eiusdem Trinitate in Personis. 22
Med. 5. de infinita Dei perfectione. 32
Medit. 6. de summa bonitate & sanctitate Dei. 39
Med. 7. de summa bonitatis Dei ad se se omnibus communicandum propensione, præcipuè hominibus, & quibus modis se communicet per innumera beneficia. 44
Med. 8. Quàm sit amabilis bonitas Dei, tum propter seipsam, tum propter innumera bona, quæ nobis largitur, ac infinitas delicias, quas in se continet, & quæ ab ipsa in nos promanant. 49
Med. 9. de infinita Dei charitate & amore. 54
Med. 10. de quatuor valdè singularibus excellentiis charitatis, & amicitiæ Dei cum hominibus, & qua ratione eas imitari possimus. 62
Med. 11. de desiderio, quo Deus tenetur, vt ab hominibus diligatur; & de præcepto in hac re ab ipso lato, & auxiliis præmiisque quæ obsequentibus offert. 69
Med. 12. de infinita Dei misericordia. 77
Med. 13. de infinita Dei in homines liberalitate. 84
Med. 14. de immensitate Dei, & eiusdem in rebus & locis omnibus præsentia. 88
Med. 15. de infinita Dei Sapientia. 95
Med. 16. de infinita Dei omnipotentia. 104
Med. 17. de Omnipotentia Dei in mundi creatione. 107
Med. 18. de iis quæ primo temporis instanti creauit. 111
Med. 19. de iis quæ primo die creauit. 117
Med. 20. de iis quæ creauit secunda die. 122
Med. 21. de iis quæ creauit tertia die. 126
Med. 22. de iis quæ fecit quarta die. 136
Med. 23. de iis quæ fecit quinta die. 142
Med. 24. de iis quæ fecit die sexta. 147
Med. 25. de hominis creatione in die sexta. 156
Med. 26. de modo quo Deus hominis corpus formauit, & animam infudit, Euamq; ædificauit. 159
Med. 27. de reflexione Dei in opera sex dierum, qua omnia vt valdè bona approbauit: ac de sanctificatione diei septimæ. 166
Med. 28. de beneficio conseruationis, & rerum omnium, à Deo dependentium, tum in suo esse, tum in operando. 172
Med. 29. de prouidentia Dei erga creaturas, & innumeris bonis quæ ab ea proueniunt. 177
Med. 30. de Prouidentia Dei in gubernatione tum Mundi totius, tum præcipuè hominum. 181
Med. 31. de Prouidentia Dei in alendis creaturis, præcipuè hominibus, iisque maximè, qui Regnum Dei & Iustitiam eius in primis quærunt. 188

AVTOR PIO LECTORI.

QVONIAM Religioſorum *noſtra minima Societatis Ieſu finis eſt, non ſolùm ſaluti ac perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; ſed cum eadem impensè in ſalutem & perfectionem proximorum incumbere:* mihi verò ob aduerſam valetudinem alia miniſteria, in eũ finem inſtituta, præſtare non licet: ne omninò vocationis meæ fini deeſſem; librum hunc conſcribere ſtatui: quò eos adiuuarem, tùm in propriæ ſalutis negotio, qui omnium Chriſtianorum communis eſt finis; tùm in excellentia Euangelicæ perfectionis conſequenda, quæ Religioſos potiſsimum concernit. Quamuis, cùm omnes in magna hac Eccleſiæ domo degentes, cuiuſcunque tandem ſint conditionis, ad eandem perfectionem aliqua ratione vocati cenſeantur, illa Chriſti ſententia: a *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*: ad omnes quidem laborem hunc deſtino, vt *exhibeamus* (quemadmodum Apoſtolus ait) b *omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu*; ſed præcipuè tamen ad Religioſos, qui ſtatûs ſui ratione, perfectionem ſe quærere profitentur: eamque oratione ac meditatione (quæ huius libri eſt argumentum) conſequi ſtudent. Vt hac ratione, iuxta exiguam facultatem, & talentum meum, conſilium illud S. Auguſt. amplecterer. *Si amatis*, inquit, *Deum, rapite omnes ad amorem Dei qui vobis iunguntur; & omnes qui in domo ſunt veſtra. Si amatur à vobis corpus Chriſti, id eſt, vnitas Eccleſiæ, rapite eos ad fruendum, & dicite: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.* Nec puſillanimes, aut parcos in hoc munere vos præbete; ſed *rapite quos poteſtis, hortando, portando, rogando, diſputando, rationem reddendo cũ manſuetudine, & lenitate, quò eodem omnes amoris ſpiritu* DEVM *magnificent.* Diuinus enim hic c *ignis, qui nunquam dicit, ſufficit*, non conſiſtit, propterea, quod ſemel poſſeſſum à ſe cor ita inflammet, vt ipſum, & quidquid intra ipſum eſt, amore Creatoris ſui corflagret; ſed abſque vllo inuidiæ indicio radios ſuos & flammas ad cognatos omnes ſuos, amicos, vicinos, ad omnes, denique, qui quauis ratione ipſum contingunt, diffundit: maximè

a Mat. 5. 48.

b Col. 1. 28.

Serm. 3. ſuper Pſal. 33.

c Prou. 30. 6.

tamen ad eos, qui in eadem domo, eodem vitæ instituto coniuncti versantur: ne quis in ea sit, qui non magno feruore diligat, glorificetq; Deum ita vt hoc igne ipsi inflammati, seu accensi, alios inflamment; illique alios quò per orbem totum ignis ille dilatetur; iuxta desiderium illud, quo Christus de cælo venit in mundum, quod patefecit, cùm dixit: d *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur?* Hic itaque scopus meus fuit in his Meditationibus conscribendis, quibus in virtute Spiritus diuinitus *concalescat cor nostrum intra nos: & in meditatione nostra exardescat ignis.* Earum delineationem, cum alijs, ad fructum ex ijs capiendum, notatu dignis, præmittam in Introductione, quæ subijcietur; nominatim verò in §. eius quarto, & vltimo. Quòd si Deus, vt propositum finem assequar, annuerit; Christianum Lectorem, qui huius ignis particeps fiet, obtestor, vt Psalmographi, eiusque commentatoris S. Augustini consilium reipsa exequatur, *laudando & magnificando Dominum mecum*, cuius est totum, quod bonum est; & contendendo, vt idem ignis alijs quoque communicetur; quò omnes in vniuersum homines, qui nunc sunt, & in posterum erunt, diligant, laudent, ac magnificent Deum Dominum nostrum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

d Luc. 12. 49.

e Psal. 38. 4.

INTRODVCTIO AD MEDITATIONES SEQVENTES,

QVAE BREVI COMPENDIO MENTALIS Orationis praxim complectitur.

VSQVE adeò excelsa ac sublimis est mentalis orationis exercitatio, quâ familiariter cum Deo agentes, fidei nostræ mysteria meditamur, vt præcipuus eius Doctor ductorque alius esse non possit, quam diuinus ipse Spiritus: a Cuius (vt S. Ioannes ait) vnctio docet de omnibus. *Eius inspiratione SS. Patres, & didicerunt eam, & eiusdem vtiliter exercendæ, multa magni momenti monita, & accommodata documenta scripta nobis reliquerunt. secuturis nihilominus eiusdem præcipui Ductoris motum, quem fuerunt ipsi secuti.*

a 1. Ioan. 2. 27.

Horum ego vestigijs atque experientiæ insistens, statui præcipuarum rerum, quas mentis oratio complectitur, compendium quoddam breue, clarum atque di-

stinctum

ſtructum conficere, quo quiſque & intelligere, & facilè in vſum deducere valeat fuiorem eorum, quæ adduxero. ſi quis deſideret tractationem, auctores alios conſulat, licet: qui de ijſdem ex inſtituto ſcripſerunt. Vt tamen eorum, quæ tum in breui hac Introductione, tum in ſequentibus Meditationibus tum dicturus, conſtet auctoritas, eos fontes ad margines indicabo, è quibus illa ſunt petita. Sunt verò hi fontes præcipuè tres.

I. Scriptura

Primus Scriptura ſacra: quæ & principalis huius ſcientiæ Spiritus fons cenſendus eſt: vt [b] quæ in ſe habeat vitam æternam, ſublimiaque illa media contineat, quibus ad eam in præſenti hac vita delibandam, in futura verò plenè poſſidendam perueniatur.

[b] Ioa. 5. 39

II. Patres.

Secundus fons Sancti ſunt PATRES, ij maximè, qui Theologiæ Myſticæ Magiſtri fuerunt: Ex quibus etiam eos potiſſimum ſeligam, qui venerandâ antiquitate, diuinaque illuſtratione magis conſpicui, quales ſunt S. Dionyſius, Baſilius, Auguſt. Chryſoſt. Caſſian. Gregor. Bernard. & alij ſimiles, quibus beatum etiam P. & Fundatorem noſtrum IGNATIVM, Glo. mem. adnumerabo, eum ordinem ac methodum ſequens, quam is in libello, quem edidit ſpiritualium EXERCITIORVM tradidit: cuius libelli grauis omninò eſt autoritas: tùm quòd non ſine magno fundamento nobis perſuadeamus ſpeciali diuinâ reuelatione & inſpiratione, illa ipſa exercitia, modumque, quo in vſum conferri deberent, intrinſecùs edocente, ad eum conſcribendum fuiſſe permotum; tùm quod à ſummo Chriſti Vicario & Pontifice Paulo III. ſpeciali Bulla, Anno 1548. edita (quæ eidem libello præfixa eſt) approbatus fuerit & confirmatus, quam approbationem admirandi, qui ſecuti ſunt, euentus confirmarunt, quos Deus non ceſſat quotidie in ijs operari, qui eis vtuntur Meditationibus, vt fusè refert Petrus Ribadeneira in glorioſi huius viri vita, quam edidit, Hiſtoria.

B. P. Ignatij libelli Exercitiorum Autoritas.

Lib. 1. cap. 8.

Vtilitas.

Id tantùm hic de eodem libro adiungam: [c] Sicut Regnum cœlorum ſimile eſt grano ſinapis, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: Cùm autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita, vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius; Ita doctrinam, quæ in eo libello continetur (ſicut ipſa Scriptura ſacra, ex qua ille deſumptus eſt) eidem grano ſinapis ſimilem eſſe. Si enim libelli illius corticem tantùm, & id quod primo apparet aſpectu conſideres, paruus eſt, breuis, planisque & ſimplicibus conſcriptus verbis: ſin, quæ intùs continet, inſpicias, virtute eſt efficax, affectibus arens, ſenſu excelſus, ratiocinationibus fuſus, orandi, & contemplandi rationibus varius, & amplus; ita vt in eius ramis requiem, paſtumque ſpiritualem copioſum inueniant, quicunque auium cæli inſtar, ad altitudinem contemplationis aſcendere anhelantes, [d] Conuerſationem ſuam (vt Apoſtolus ait) habent in cælis. Quæ omnia liquidò conſtabunt ex ijs, quæ tùm in breui hac Introductione carptim, tùm in ſex ſequentibus Meditationum partibus fusiùs indicabimus. Erunt hæ ſex ramorum inſtar, no-

[c] Mat. 13.

[d] Phil. 3. 20

c Cant. 2.3 f Apo. 22.2 g Cant. 2.3.

bilium eius libelli exercitiorum c *Cuius* vmbra, *tentatis & afflictis* sub ea sedentibus, *adfert remedium:* f Folia ad sanitatē gentiū *conducunt quorū animæ lāgueāt:* flores *odoriferi, Tyrombus in virtute robur addūt:* g *eius* fructus dulces, *proficientibus vires adaugent: eius culmen* & fastigium, *perfectis dat requiem: Hi enim omnes, & meditationes, & orandi rationes cuiusque statui accommodatas in eo inuenient, vt mox videre licebit.*

III. Scholastici.

Vt autem constet, Mystica*e Theologiæ pietatem & præstantiam, in exacta* Scholasticæ *veritate fundari,* Tertius *fons, è quo sumpta erunt, quæ dicemus,* Scholastici *erunt* Doctores; *quamuis solum S. Thomā allegare cōstituerim, quòd solus pro decem mille testibus valeat. Eius enim doctrina approbata est, certa atque secura; & Scholasticis sententijs altos quoque Mysticæ inferit sensus, quæ duæ facultates fideles sunt, germanaeque sorores. Et in vtraque Angelicus Doctor excelluit, prout etiam eius Præceptor S. Albertus Magnus, & in studijs consodalis S. Bonauentura, quorum propterea doctrina erit etiam hic interdum opportuna.*

2. Thomas.

Et quoniam etiam tales Doctores & Ductores secuto, accidere mihi vt homini potest, aliquo errore labi in ijs, quæ dicturus sum, statuo, quæcunque dixero, sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ columna est, & firmamentum veritatis, *iudicio, censuraque subiecta esse; à qua, si vel latum vnguem siue ignorantiâ, siue escitantiâ discessero, illud iam nunc ab initio omninò reuocatum esse cupio.*

1. Tim. 3. 15

QVID SIT MENTIS ORATIO.

Paragraphvs I.

Oratio mentis *in his quatuor præcipuè sita est:*

1. Memoria, *quæ* Deum *representat.*
   Mysterium *percurrit,* Fidem *excitat.*
2. Intellectu, *qui* Veritates *inquirit.*
3. Voluntate *quæ* Affectus *elicit,*
   in quibus Deuotio *consistit.*
4. Petitione, *quæ ex triplici causa Deum flectere conatur:*
   1. Deo *ipso quâ Deus est.*
   2. a Christi *meritis & passione.*
   3. miseriis *nostris & quandoque* meritis.

Etsi non tam Dei flectendi, quàm nostri excitandi *causa adhibeantur;*

Hinc Petitioni Apostolus adiungit Orationem, Obsecrationem, Gratiarum actionem Phil. 4.

Denique ex S. Augustino prædicta firmantur.

P. Ignatius 1. Exerc. 1. Hebd. D. Thom 2 2. q. 83. a.

ORATIO mentis, de qua hoc loco differimus, est functio trium internarum animæ facultatum, Memoriae, Intelligentiae, & Volvntatis: dum proprias earum actiones, circa Sacrosanctæ Fidei veritates, & mysteria, diuino

auxi-

auxilio freti exercétes cũ ipſoDeoDomino noſtro,intra nos ipſos colloquimur,familiariter agimus,dona eius cœleſtia flagitamus,ac de iis omnibus tractamus,quæ ad animæ ſalutem & perfectionem ſpectant.Quare huius orationis ſubſtantia in his præcipuè quatuor ſita eſt.

1.q.180.a.1. 3. & 4. 3.p. q.31.

Primùm in MEMORIA,cuius operâ tum Dei Domini noſtri meminimus,cum quo ſermonem inſtituere,deque rebus ad ſalutem ſpectãtibus agere decreuimus:tum myſterium,circa quod Meditatio eſt inſtituenda non in genere & confuſè tantùm,ſed in partes,ſiue membra,(quæ Meditationis præcipuum ſint argumentum)clarè,diſtinctéque diſtributum (iuxta ea,quæ fides docet,& modum ac diſpoſitionem,quam poſtea trademus) breuiter percurrimus.

I. Memoria. 1. Deum repræſentat. 2. Myſterium percurrit. 3. Fidem prouocat.

Ne verò ſicca & omninò ſterilis hæc myſterij recordatio ſit: Expedit, Fidei actus ita illi adiungere,vt quæ in eo myſterio continentur, ſententias,quàm poterimus viuaciſsimè,credamus ; vtpote à Deo,qui ſumma veritas eſt,reuelatas:vt fide tanquam primo gradu huius ſcalæ vtentes, ad perfectam rei cognitionem conſcendamus,iuxta illud Iſaiæ:a *Niſi credideritis,non intelligetis.*

a *Iſa.7.9. iuxta 70. & Hieron. ibidem.*

Secundò conſiſtit Oratio,in INTELLECTV, qui ratiocinando, varias circaMyſterium propoſitum conſiderationes formans,latentes in eo ſententias ſeu veritates,earum cauſas,proprietates,effectus, cæteraſque earum circumſtantias inquirit,iuuentaſque ita in particulari expendit, vt tum verum,proprium,plenumque ſibi faciat rei, quam meditatur,conceptum;tum conuincatur,perſuadeaturq;,veritatibus illis aſſentiri: quas voluntati proponens eam,ad proprios circa eas actus exercendos,impellat.

II. Intellectus Veritates quærit.

Tertiò accedit VOLVNTAS libera,quæ varios affectus,& virtutum actus iis conformes,quos Intellectus meditando effecerat,elicit;tum verſus ſeipſum,odij ſui,doloris de peccatis,pudoris de propria miſeria ; tum verſus Deum,amoris,fiduciæ de miſericordia eius,laudis, gratiarum actionis ob accepta beneficia;deſiderij veras virtutes conſequendi,bonaque opera faciendi,& ſuperiorem vitam corrigendi ; reſignationis propriæ voluntatis in diuinum beneplacitum; oblationis ſui ad faciendum, & perferendum quidquid diſpoſuerit Deus;Et ſimiles alios, quos propterea AFFECTVS nominamus,quòd pia affectione, guſtuque voluntatis,iis,quæ Intelligentia illi propoſuit,excitatæ,fieri debeant.

III. Voluntas Affectus excitat.

Deuotionẽ gignit. 2.2.q.81.a 3.& q. 180 a. 7.ad 1. *Lib.3.de Fid orth.c. 24.*

Porrò in ijſdem affectibus conſiſtit ſubſtantia DEVOTIONIS, ex qua Pax & Spiritalis animæ lætitia procedit,ad quos etiam præcipuè(teſte D.Thoma) dirigitur Meditatio & contemplatio, cæterique actus intelligentiæ,quos in mentis oratione exercemus.Quamobrem S.Ioannes

Damascenus de ea dixit, quod sit *Ascensus mentis in Deum*, cui nos actuali cognitione, & amore coniungit.

IIII. Petitio, est Mentis oratio.

Quartò ad complendam orationem accedit PETITIO; qua pia colloquia cum Deo de iis miscemus, quæ Intelligentia vidit, Voluntasque amare & desiderare cœpit: quæ tanquam nobis necessaria, aut vtilia à Deo petimus, nobis dari. Et in hoc consistit ea, quam propriè MENTIS ORATIONEM vocamus. Quæ non est aliud quàm humilis, confidens, & feruens, eorum, quæ nobis expediunt, & à Deo obtinere desideramus, petitio. Huiusmodi Petitiones nunc ad æternum Patrem, nunc ad Filium eius Iesum Christum, nunc ad Spiritum sanctum, Interdum ad totam ipsam Trinitatem sanctissimam diriguntur, productis causis & rationibus quæ ipsam inclinent, vt nostris petitionibus annuat.

Motiua exorandi Deum tria S. Tho. 2. 2. q. 83. a. 17.

Hæ rationes & causæ ex triplici capite sumi possunt, Vnum est DEVS *ipse*, quâ Deus est; à quo petimus aliquid propter eius bonitatem, & amorem, quo nos prosequitur, desiderii cõmodi nostri, quo tenetur, & quia ipse iubet talia à se peti, propter sanctissimi sui nominis gloriam, vt ab omnibus creaturis collaudetur. Quare, veluti Litaniâ factâ, per omnes eius Perfectiones & Attributa, licet discurrendo dicere: Per charitatem tuam, per misericordiam, per liberalitatem, per sapientiam, per omnipotentiam, per immensitatem, per æternitatem tuam, &c. hoc, vel illud mihi largire.

1. Deus.

Litania Dei.

ALIVD caput est, ipse Iesus Christus Dominus noster, verus Deus & homo: à quo licebit petere ob eius Incarnationem, Natiuitatem, circumcisionem, præsentationem in templo, fugam in Aegyptum, ieiunium, famem, sitim, frigus, nuditatem, & reliquas eius ærumnas, quas toto prædicationis suæ tempore sustinuit; Propter ignominiam item, dolores, & passionem, ac mortem, expressis nominatim insignioribus aliquibus doloribus, vt sanguineo sudore, comprehensione, flagellis, spinis, clauis, felle, aceto, & reliquis. Et nunc quidem cum æterno *Patre* colloquentes petemus, vt intuitu amoris, quo filium suum prosequitur, obsequiorum, quæ ille ipsius amore præstitit, ac dolorum, quos perpessus fuit, nos exaudiat. Nũc cũ ipsomet illo colloquẽtes, producemus amorẽ, quo nos ipse prosequitur; officium, quod gerit Redemptoris, aduocatique nostri, & ingens pretium, quo illi constitimus. Demùm cum ipso *Spiritu* sancto colloquentes idem petemus, ob amorem, quo ipsum Christum & ipse prosequitur, & ob eiusdem merita vbi alia Litania confici poterit per virtutis Redemptoris, si producamus eius cordis humilitatem, paupertatem Spiritus, mansuetudinem, obedientiam, patientiam, misericordiam, charitatem.

2. Christus.

Litania Christi.

3 Miseria nostra

Tertium Caput est, NECESSITAS & MISERIA NOSTRA, quam exẽ-

plo

plo Dauidis proferimus, dicẽtes: b *Ecce*, Domine, *in iniquitatibus cõcepti ſumus.* vehementiſsimis paſsionibus, fortiſsimis hoſtibus, pluribus occaſionibus, præſentiſsimiſque periculis cingimur: quæ ſine tua ope euadere non poſſumus. Et quoniam ad imaginem & ſimilitudinem eius conditi ſumus, propterea nos diabolus acerrimè perſequitur: quare ad ipſum Deum ſpectat, nos tueri. Denique hic licebit, velut Catalogum texere noſtrorum peccatorum, & miſeriarum, eas non modò numerando, ſed intimo cordis dolore, etiam exaggerando: quò enim eas nos extollemus magis; eò citius Deum ad miſericordiam, & remedium flectemus.

b *Pſa.* 30. 7.

Catalogus miſeriarũ.

Licebit quoque Viris perfectis in aliquo euentu (profundiſsima tamen humilitate) præterita ſua MERITA, vel OBSEQVIA coram Deo recenſere, Ezechiæ Regis exemplo, qui dum vitæ prorogationem à Deo efflagitaret: c *obſecro* inquit, „*Domine, memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim.*" Simile quid & ipſe Chriſtus ſermone poſt cænam finito, Patrem orans, fecit, d *Ego*, inquit, *te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam: Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate, quam habui prius, quàm mundus eſſet, apud te.*

Merita.

c 4. *Reg.* 20. 3.

d *Ioan.* 17. 4

Tria hæc cauſarum capita licet interdum ſimul miſcere, ſicut fecit Dauid, cùm diceret; e *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.*

e *Pſa.* 24. 11.

Non Deo flectendo, ſed nobis excitãdis ſeruiũt *De verbis Domini. Ser.* 5. & 29.

Quæ tamen & his ſimiles rationes non tam ad ipſum Deum flectendum adhibentur, vt nos exaudiat, quàm ad cor noſtrum magis iuuandũ vt maiori feruore, deuotione, ac fiducia, auxilium & remedium ab eo petat; quia multò magis nos audire, & bona, quæ petimus, elargiri cupit, quàm nos ipſi accipere. Neque enim (*S. Auguſt. teſte*) iuberet nos petere, niſi cuperet elargiri.

Quibus petendi circumſtantiis adhibitis, Apoſtoli Conſilium ſequimur, ſuadentis, f *In omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Neque enim *Petitionem* apud tantum Dominum nudam eſſe par eſt; ſed adhibendæ eius ſociæ & circumſtantiæ excellentes, *orationis*, qua ſpiritus, affectuſque noſter ad Dei præſentiã eleuetur; *obſecrationis*, qua rationes, cauſæque proferantur, cur exaudiendi ſimus; & *gratiarum* actionis ob accepta prius beneficia: quò diſponamur ad noua, quæ petimus, recipienda.

f *Phil.* 4. 6. *1. Tim.* 2. 1.

Petitionis ſociæ tres. *S. Tho.* 2. 2. q. 83. art. 17.

Hæc præcipua ſunt, quæ mentis oratio complectitur, cuius ordinem illâ ſententiâ S. Aug. expreſsit: *Meditatio parit ſcientiam, ſcientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio verò perficit orationem.* Meditatio dicitur parere ſcientiam, quia frequentata hominem ad Dei, ſuique

Lib. de ſpiritu & Anim. c. 70. qui ei tribuitur.

cogni-

cognitionem elicit: SCIENTIA compunctionem adfert, quia peccata & miserias suas agnoscens homo, erubescit, & confunditur: COMPVNCTIO deuotionem gignit, siue eius affectus, dum bonitatis, clementiæ, & misericordiæ diuinæ magnitudinem secum reuoluit: DEVOTIO perficit ORATIONEM, quia efficit, vt spiritus noster dulciter cum Deo vnitus, decentia ab eo, & modo conuenientissimo postulet.

Superest rationem nunc tradere, qua singula, qua in mentis oratione inueniri diximus, exercenda sint, initio facto ab eo, quod orationis maximè proprium est & essentiale.

QVA RATIONE CVM DEO SIT IN MENTIS oratione colloquendum, & quo fine.

PARAGRAPHVS II.

Oratio potissimum sit cum Deo, *idque duplici fine*
1. Laus Dei, *qua provocat, iuxta Apostolum Ephes. 5.*
Psalmos, Hymnos, Cantica, Gratiarum actiones.
2. Impetratio, *qua variarum personarum dispositionem exprimit*
Filij, Pauperis, Aegroti, Rei, Discipuli, Amici, Sponsæ.
Est in Oratio Spiritus Sancti opus proprium, requirit tamen nostram industriã,
Licet etiam secum colloqui, vnde sæpe ascendimus ad colloquium cum Deo,
Item cum B. Virgine, Angelo Custode & Sanctis patronis.

Colloquij cum Deo Finis prior.

EX HACTENVS dictis satis constat, orationis mentalis naturam, propriè in interno cum Deo colloquio consistere: Instituimus autem illud duplici fine.

Laus Dei.

Primùm, vt ipsum DEVM, quòd talis est, laudemus, & benedicamus; gratias verò pro collatis in nos donis ac beneficijs agamus, iuxta sublimem illam orationis rationem, quam Apostolus suadet; a *Implemini Spiritu*

a *Eph. 5. 19.* *S. loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus; cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino: Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri.* Qua sententiâ quatuor admirandos affectus nobis insinuat Apostolus, dum in corde nostro cum Deo loquimur, exercendos, *psalmos* videlicet, *Hymnos*, *cantica spiritualia*, & *Actiones gratiarum.*

Col. 3. 16. quatuor habet affectus. *S. Tho. in 3. ad Ephes. lect. 7.*

I. Psalmi.

PSALMI *Interiores*, actus sunt amoris Dei, desideriis, firmisque animi decretis ei seruiendi & obediendi coniuncti: quibus se mens nostra ad perfectam mandatorum ipsius obseruantiam, promptissimam offert. Et hæc Musica illa est, quam b *Psalterium decem chordarum* Dauid appellat. Vt enim qui Psalterium illud, aut Citharam pulsat, nunc has, nunc illas, & interdum omnes simul chordas pulsat: ita cum eam Musicam Deoin

b *Psal. 32. 2.*

ora-

oratione exhibemus, oportet feruentia, exercendi virtutes, desideria excitare, iam obedientiæ, iam humilitatis, iam patientiæ, & cæterarum; iam simul omnium; & similiter firma concipere desideria, Dei mandata & consilia custodiendi, nunc hoc, nunc illud, nunc simul vniuersum omnia.

III. Hymni.

HYMNI affectus sunt laudum diuinarum, dum excellentias & perfectiones Dei, magnaliaque illa, quæ operatus est, veluti recensemus: propter quæ dignissimus est, quem omnes creaturæ laudent, & in sæcula glorificent. Nunc ergo dicemus cum Seraphinis: c *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*: Loco verò vocis, *Sanctus*, licebit dicere: *Bonus, misericors, iustus, sapiens, potens es* Domine Deus meus, ac dignissimus, cuius sanctitatem magnaliaque Seraphini perpetuò prædicent. *Alias* cum senioribus illis in Apocalypsi, exclamare poterimus: d *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem in sæcula sæculorum. Amen.* Interdum cum e *tribus* illis *pueris in fornacem* Babylonicam *iniectis*, creaturas omnes ad Deum laudandum, eique benedicendum inuitabimus, aut etiam cum Dauide; f *Animam nostram & interiora omnia nostra, ad Deo benedicendum*, excitabimus.

c Isai. 6. 3.

d Apoc. 5. 12

e Dan. 3. 51.

f Psa. 102. 1

III. Cantica.

CANTICA SPIRITVALIA, affectus sunt gaudij & spiritualis lętitię, quibus afficimur, propterea quòd Deus is sit, qui est; quòd infinita in se ipso bona contineat, quòd tantam ei gloriam Sancti in Cęlo, tot obsequia Iusti eidem in terra exhibeant; quot æternorum bonorum spe alamur; Sancti verò, eorundem iam possessione gaudeant. Dicereque licebit illud Apocalypsis: g *Alleluia: Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens: Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt Nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.*

g Apoc. 19. 6

IIII. Gratiarum actio.

GRATIARVM *actiones*, affectus sunt grati animi propter accepta beneficia: quæ sigillatim commemorans, laudes & gratias Deo dicit autori. Nec solum ob accepta propria id facit, sed pro collatis, etiam Spiritibus Angelicis, cæterisque hominibus; nec non & insensatis creaturis, quæ per se gratias agere non nouerunt: Quin etiam gratias agere licebit pro beneficiis in Dæmones, damnatosque collatis, qui malitiâ suâ grati esse nolũt: quorum defectus nostra gratitudine supplere possumus: quia is, qui contulit, tali gratitudine dignissimus est.

Quatuor itaque hosce affectus, dum in oratione cum Deo loquimur, animo eundem honorandi & glorificandi, merito exercemus: attendentes, vt (iuxta Apostolum) initio à h *Spiritu sancto* facto *per* medium, siue mediatorem *Iesum Christum* Dominum nostrum: Ad *Deum & Patrem*, vt ad finem dirigantur: Quamuis vt supra dictum est, etiam ad omnes tres personas dirigi possint.

h Ephes. 5. 19. 20

Finis alter. Impetratio

ALTER FINIS, cur in oratione cum Deo loquimur, eſt, vt nouas gratias donaque cœleſtia, quatenus ad ſalutem perfectionemque noſtram, ipſius verò Dei gloriam ſpectant, impetremus. Quæ tamen COLLOQVIA diuerſis modis pro orantium & colloquentium diuerſa diſpoſitione, inſtitui poſſunt. Aliquando enim qui orat, colloqui poteſt, vt

modis variis.

1 Filius.

FILIVS cum PATRE, cuncta ab eo petens quæ bonus filius poteſt ac meritò debet ab optimo parente, amoris, & confidentiæ Spiritu petere. Quam rationem orandi nos docuit ipſe Chriſtus in oratione Dominica, in qua ea expreſſit, quæ à cœleſti patre ſunt petenda, *vt ex Meditatione, quæ in tertia parte harum, de hac ipſa precatione inſtituetur, conſtabit.*

Medit. 14.

2 Pauper. i *Pſal.* 14. 16. & 39. 18 k *Iacob.* 1. 3. l *Rom.* 10. 12.

Interdum, colloquium inſtituetur cum DEO, ſicut PAVPER aliquis, & miſer, cum PRAEDIVITE quopiam ac benigno, dum Eleëmoſynam poſcit. Hoc Spiritu frequenter orabat Dauid; i *Pauperem ſe ac mendicum* coram Deo compellans, & ſubſidium miſeriæ ſuæ poſtulans ab eo, k *qui dat omnibus affluenter*, l *& diues eſt in omnes, qui inuocant illum.*

3 Aegrotus.

Quandoque loqui licet, vt AEGROTVS cum MEDICO à quo dum ſuam infirmitatem exponit, remedium petit.

4 Reus.

Aut ſicut Actor vel *reus* cum Iudice, cui ius ſuum cauſæque ſtatum proponit, ſententiamque pro ſe ferri, vel condonari delictum petit, quod agnoſcit. Huic tamen colloquio adiungendi ſunt affectus inſignis humiliationis, doloriſque de peccato, & decreti firmi ſatisfaciendi, ſeque emendandi. *Cuius rei in progreſſu frequentia occurrunt exempla, in Meditationibus miraculorum, & Parabolarum Chriſti Domini.*

5 Diſcipulus

Denique eam rationé tenere in colloquio poſſumus, quam habet DISCIPVLVS cum ſuo MAGISTRO, dum lucem, & inſtructionem petit eorum, quæ ignorat; aut etiam, quam ſeruat *amicus*, cùm graue alicuod negocium cum amico ſuo conferens, conſilium ab eo, directionemq; & auxilium petit. Quod ſi nos amor fiduciaq; fecerit audaciores, licebit animæ noſtræ cum DEO tanquam cum *ſponſo* ſuo colloqui, varios miſcendo teneros affectus, quib. Canticorum liber eſt refertus. Omnib. his modis cum DEO Domino noſtro in oratione loqui licet, prædictos induendo affectus, nunc vnũ, nunc alium: quia omnes illi in nobis locum habent erga DEVM, qui *pater* eſt noſter, *medicus* noſter, *Iudex* noſter, *amicus* noſter & animarum denique noſtrarum *ſponſus.*

6 Amicus.

7 Sponſa.

Spiritus ſancti opus proprium m *Rom.* 8. 26.

Veriſimum quidem eſt, præcipuã in his colloquiis, & petitionib. directioné à Spiritu ſancto dependere, qui, vti S. Paulus ait, m *Poſtulat pro nobis gemitib. inenarrabilibus*: quia inſpiratione ſua nos inſtruit, mouetq; ad petẽdũ, petitiones noſtras ordinat, & affectus, qui adhibendi ſunt, excitat. Vt propterea S. Bernardus rectè dixerit: *Deuotionè eſſe linguam animæ; & eum qui illam teneat, optimè loqui, & conuerſari poſſe cum verbo æterno.* Nihilominus no-

Serm. 45. in Cant.

ſtræ

ſtræ etiam parti deeſſe non debemus; ſed, quomodo cum DEO agendum, & colloquendum ſit, addiſcere, intuentes ſæpè, qua ratione, & affectu homines alij cum alijs in prædictis affectibus agant, & colloquantur.

requirit tamen noſtram induſtriam, vel Tecũ. n *Col.* 3. 12 &c.

Porrò quamuis Oratio proprie ſit colloquiũ cum Deo; licebit tamen in ea ad nos ipſos, reflectionẽ facere, & cũ animab. noſtris loqui: n Nunc noſipſos (vti monet Apoſtolus,) ad ſupra dictorũ affectuum, ac petitionũ exercitationẽ prouocando; nũc de exceſſibus, ac tepiditate noſtra redarguẽdo, vehementi pudore de tanta noſtra in Dei obſequijs ignauia concepto.

Hoc pacto loquebatur Dauid cum anima ſua, cum diceret: o *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei & Deus meus.* Et iterum: p *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea, ab ipſo enim ſalutare meum?*

o *Pſal.* 41. 9 & 42. 6.

p *Pal.* 61. 2.

Ex his etiam colloquijs gradum faciemus ad colloquendum cum ipſo Deo: Quemadmodũ filius ille prodigus, ſecum loquens aiebat: q *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus; fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.*

q *Luc.* 15. 17

Ad extremum, poterimus etiam in oratione loqui cum B. VIRGINE MARIA, cum ANGELIS & SANCTIS, *duplici* illo *fine*, quem ſuprà diximus: puta, vel ad eos laudandos & prædicandos propter ſanctimoniam, & virtutes, quibus claruerunt; & beneficia, quæ in nos conferunt: vel ad eorum opem in negotio ſalutis noſtræ impetrandam. Atque pro faciliori exauditione, licebit aliquas ex cauſis in præcedenti paragrapho poſitis, aut alias ſpeciales cuiuſque illorum proprias adducere.

Vel cum ſanctis.

Vt apud ſacratiſſimam *Virginem*, quòd ſit mater noſtra, & peccatorum omnium ſingularis aduocata; quodque hanc ei curam ipſius filius, noſtri cauſâ commendauerit: prætexentes etiam amorem, quo illum complectitur; ingensque deſiderium, quo ipſa tenetur, vt omnes eum diligant, eique ſeruiant: Orantes eam, vt erga nos exerceat officium matris, & aduocatæ; amoremque deſiderium illud in impetrandis, quæ petimus, nobis oſtendat: quò illi, quem ipſa tantopere diligit, meliùs & feruentiùs deſeruire valeamus.

B. Virgo.

Eodẽ modo apud ANGELVM noſtrũ tutelarẽ allegare licebit, quod cũ officio, quo fungitur, coniunctũ ſit, prçſentare Deo noſtras orationes; earumq; exauditionẽ, & optatum exitum curare ac promouere: quodq; de ipſius honore agatur, ſi nos probi & ſancti ſimus, & ad cæleſte regnum perueniamus: Cùm deniq; *Diabolus* ad nos tentandos, & circumuenien dos, nunquã dormitet, ei etiã non dormiendũ, ſed ſemper vigilandũ eſſe ad noſtri tutelã. Eodẽ modo poterimus colloqui cũ cæteris SANCTIS, quorũ, vel in meditationis argumento occurrit mẽtio, Vel ad quos peculiari affi-

S. Angelus.

Sancti.

cimur deuotione: ad eã potius in nobis augendã, quã ad eos flectẽdos: qui quod nos tenerrimè diligant, noſtramque ſalutem vehementer deſiderent, prompti admodum etiam ſunt ad illam promouendam.

DE VIRTVTIBVS,

quæ Orationem mentis comitantur, eiuſque excellentijs.

PARAGRAPH. III.

Orationem virtutes quædam præcedunt, comitantur *aliquæ, alia ſequuntur.*
Orationi dediti ſunt ἀγγελοι, *tum quia eſt actio* Intellectus & Voluntatis,
tum quia hinc Angelica *& ſanctitatis plena* vita *hauritur;*
quod ex ſingulis chotis *expreſſa virtutes oſtendunt*
Orationis fructus *& præſtantia à Sanctis Patribus oſtenditur.*
Non nos ſoli in oratione loquamur *ſed & Deum inſpirantem* audiamus.

EX ijs, quæ duobus paragraphis præcedentibus dicta ſunt, colligitur, quàm excellens ſit MENTIS ORATIO, in qua tot heroici actus virtutum, in vita Chriſtiana præcipuarum exercentur. Vt propterea S. Chryſoſtomus rectè dixerit: Quemadmodum Reginâ vrbem ingrediente, multæ quoque aliæ matronæ ac virgines eam comitantes, nec non & aulici præcipui, & innumera militum ſequentium, & defendentium multitudo ſimul ingreditur: Ita quoquè orationis virtute animam ſubeunte, omnes ſimul virtutes, eius Spiritum comitantes, intrare. Quarum aliæ viam *præparant*, & animum, vt debito modo Orationem auſpicetur, *diſponunt*: quales ſunt: *Fides, Humilitas, Reuerentia, puritas intentionis*; & aliæ, de quibus poſtea diſſeremus: quibus illud perficitur, quòd ſapiens ait: a *Ante orationem præpara animam tuam; & noli eſſe quaſi homo, qui tentat* DEVM. Aliæ virtutes cum illa *coniunctæ* ſunt, & quaſi ipſius latera ſtipant: quales ſunt: *Charitas, Religio, Deuotio, Sapientia*, & reliqua *Spiritus ſancti dona*, quæ intellectum illuſtrant, & orationem mirum in modum adiuuant, quemadmodum Meditatione 27. quintæ Partis oſtendemus. Sunt & aliæ innumerabiles, quæ illam ſequuntur, quales ſunt; *feruentia, & inflammata propoſita ſeu deſideria omnium bonorum operum:* actuum videlicet obedientiæ, patientiæ, temperantiæ, modeſtiæ, caſtitatis, cæterarumque virtutum: quæ tum cum oratione ipſa, tum inter ſeſe mirum in modum connectuntur, varijs editis actibus, quorum alij, alijs ornamento ſunt: Nam humilitas cum charitate, & confidentia coniungitur; charitas cum religione, & gratiarum actione; Religio cum obedientia, & reſignatione: quæ propterea quandam multarum vocum muſicam, & cœleſtem ac diuinam reddunt harmoniam.

Lib. 2. de orando Deo ad finem.

Virtutes ad Orationem.

1 Diſponentes.

a Eccl. 18. 23.

2 Comites.

3 Sequentes.

Harmonia virtutum.

Oratio facit ἀγγελους

Hinc

Hinc eſt quòd plurimi Sanctorum Patrum affirmauerint, oratione reddi homines Angelicis Spiritibus ſimiles: non modò quòd ea ſit actio ſuperiorum animæ potentiarum, quibus ad eos quàm proximè accedunt: ſed etiã quòd illis Angelicam quandã vitam puritate ac ſanctimonia plenam communicet. Oratione enim (quando perfecta illa eſt) participant de ardenti amore SERAPHINORVM; plenitudine ſciẽtiæ CHERVBINORVM; pace, & quiete THRONORVM; dominio ſui ipſius, DOMINATIONVM; poteſtate aduerſum Dæmones, POTESTATVM; magnanimitate in rebus admirandis, VIRTVTVM; diſcretione in gubernando, PRINCIPATVVM; fortitudine in rebus arduis, ARCHANGELORVM; obedientiâ in omnibus promptâ, ANGELORVM; ac denique ſapientiâ, caſtitate, ac munditiâ cœleſtium ſpirituum.

D. Chryſ. li 1. de orand. Deo, & homil. in Pſal. 4. Nilus ca. 113. de oratione. Clymachus grad. 28.

Orationis fructus.

Nihil enim (vti Sanctus Chryſoſtom. ait) poteſt inueniri ſapientius, nihil iuſtius, nihil ſanctius homine, qui cum DEO, vti decet, loquitur: quia abundanter ab eo recipit dona, & gratias, in quibus vera ſapientia, perfectaque iuſtitia, & ſanctitas conſiſtit. Cuius hæc ratio eſt: quod Dominus, cùm ſit humaniſsimus, ac benigniſsimus, qui nobis, vt oremus, inſpirat: quando nos cum eo loquimur, ipſe etiam nobiſcum colloquitur: & cum ijs, qui ad intima cordis ſui ſe recipiunt, vt cũ illo tractent, ipſe familiariſsimè conuerſatur: eius autem conuerſatio, & locutio non verborum eſt tantùm, ſed etiam operum: quia (vti ſanctus Bernardus ait) *Locutio verbi, eſt infuſio doni:* hoc eſt gratias, & virtutes, in eos, qui cum eo loquuntur, & conuerſantur, vbertim effundit: illosque, b *lætitiã Spiritus ineffabili*, & c *pace, omnem ſenſum ſuperante* complet. Et propterea Dauid dixit: d *Audiam quid loquatur in me Dominus* DEVS, *quoniam loquetur pacẽ in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.*

Serm. 45. in Cant. b *1. Pet. 1. 8.* c *Philip. 4. 7.* d *Pſal. 84. 9.*

Non nos ſoli loquamur Deo, ſed & Deũ loquentem audiamus.

Ex quibus intelligimus, eam loquendi cum Deo rationem, nos in oratione habere debere, vt ſimul audiamus, attendamusque quid ipſe inſpirationibus ſuis nobis loquatur, vt illis obtemperemus, noſque ad dona, quæ nobis communicare vult, ſuſcipienda diſponamus: *vt partis ſecundæ Meditatione 26. apparebit.*

Collat. 9. cap. 2.

Orationis præſtantia.

Ex dictis apparet Mentalis orationis præſtantia, atque neceſsitas: quam Caſſianus, tantam, ait, cum virtutibus omnibus connexionem habere; vt neque illæ obtineri, aut perfectè ſine ea conſeruari poſſint: neque oratio perfecta ſine illis conſiſtere. Orationem, enim, ait, omnium illarum eſſe finem, in quam, quicquid induſtriæ, laboriſque in eis conquirendis ponimus, dirigitur: ſiquidem oratio, in ſua perfectione, cuius hic ſermo eſt, vnitionem cum Deo, (media cognitione, & amore eius actuali) magnumque in eo poſſidendo animi gaudium complectitur. Ex quo oritur, S. Ioan. Clymacho teſte) vt in oratione reddat Deus numerato, vt dicitur;

Fertilitat. *Gradu.* 28.

Vnumquodque horum genus, necesse est materiam Meditationis, statui, & fini suo accommodatam habere: Ex qua facilè possit affectus, & animi sui decreta, iuxta suam indigentiam haurire. Et licèt tota Meditationum materia ad tres Mysteriorum, & veritatum ordines, tribus prædictis meditantium gradibus, & vijs accommodatos reduci facilè posset: maioris tamen perspicuitatis causâ, in sex partes eam distribuimus, binas singulis gradibus in hunc modum assignantes.

NAM PECCATORES, qui superiorem vitam mutare, serioque ad Deum conuerti desiderant, suarum Meditationum materiam meritò accipient ipsa propria *peccata*, & quicquid ad eorũ numerũ, & grauitatem cognoscendã, horroremque, & dolorem ob ea admissa concipiendum confert. Et quoniam *timor*, Iustificationis esse solet initium, quicquid eum in nobis excitat, erit materia Meditationis eisdem accommodata: qualia sunt hominis Nouissima, *Mors*, *Iudicium*, tam *proprium*, quàm commune, & *vniuersale*, & *Infernus*; aliaque similia, quæ 1. parte continentur: in qua etiam modi aliqui orandi proponuntur, ad conscientiæ examen, confessionem, & communionem ritè peragendam, perfectamque iustificationem, quæ viæ PVRGATIVAE finis est, assequendam, accommodati.

I. Peccata.

Timor.

Modi orãdi.

Qui autem iustificati iam sunt, contenduntque virtutes acquirere, & in eisdem progressum facere; Meditationum suarum materiam meritò accipient, humanitatis Christi Domini nostri mysteria, quæ gessit, dum in mortali hac vita peregrinaretur. Eius enim vita, & doctrina, Passio, & mors, omni iustorum generi, & conditioni fuit perfectissimum omnis virtutis exemplar.

Christi vita & mors.

Quamuis cum aliquo discrimine. Nã (S. Aug. teste, & post eũ etiam S. Thoma) charitas, postquam est iam acquisita, habet tres prædictos status *Infantiæ* spiritualis, *augmenti*, & *perfectionis*. Recens igitur iustificati, qui tyrones, & in statu gratiæ, velut recens geniti infantes sunt, debent materiam meditationis accipere mysteria Incarnationis, & Infantiæ IESV Christi Domini nostri, de quibus in 2. parte agitur: in quorum Meditationibus sufficientia inuenient incentiua, tam ad viæ PVRGATIVAE progressum, vt vitia, & inordinatas affectiones, quæ adhuc ex superiori vita remanent, mortificantes, illa exuant; quam ad ILLVMINATIVAM inchoandam, vt antiquis vitiis contrarias, statui verò suo accommodatas virtutes comparare studeant.

Tract. 1. super 1 Canc Ioan. D. Thom. 1 1. q. 24. a. 9.

I. Infantia Christi

QVI PROFICIVNT, crescuntq; in virtute, duplici ad id via perueniunt, *agendo* videlicet, *& patiendo*: aut si malis, varia opera virtutum sponte *exercendo*, quæ ad actiuam, & contemplatiuam vitam spectant; & magnos labores, persecutiones, & afflictiones, non sponte quæsitas, sed ab aliis illatas, magna perfectione *tolerando*. Quæ via, etsi asperior quidem

II.

tiente, quæ brutorum; & *rationali*, quæ propria eſt hominum: ſuperior præter proprias ſuas, inferiorum quoque efficit actiones, licèt modo eminentiori, ita (teſte S. Thoma) in triplici hac hominum conditione, qui ſeſe Orationi, & obſequio Dei conſecrãt, eos qui perficiũt, excerceri expedit etiam in Tyronum Meditationibus, & operibus; qui verò perfecti iam ſunt in vtrorumque; ſed perfectiori modo ac ratione, excellentiorem ex eis fructum hauriẽtes, hoc eſt perfectiorem ſuiipſorũ mortificationem, & virtutum Chriſti Domini imitationem excelſiorem. 2.2.q 24.a. 9.potiſſimũ ad 3.

DOCET præterea ipſa experientia; quando Spiritus affectuſvè inſignis ad virtutem aliquam, in alicuius anima præeminet, eum ex quacũque meditandi materia ſibi propoſita occaſionem accipere, ſpiritum, ſiue affectum illum excitandi, & promouendi, v.g. ſi *humilitatis* Spiritus præemineat, ſiue ille de Inferno, ſiue de cæleſti gloria; ſiue de ſuis miſerijs, ſiue de diuinis perfectionibus Meditationem inſtituat, ſemper humilitatis hauriet affectus: & ſi *amoris* Spiritus in eius corde excellat; etiam, cùm de Iudicio & Inferno meditatur, omnia in amoris affectum conuertit. Sic igitur *Tyrones proficientes, & perfecti*, quicquid ſibi ad meditãdum proponant, haurire poſſunt eos affectus, qui ſtatui, & neceſsitati ſuæ magis ſint conformes. Quiuis Affectus ex quauis materia exprimi poteſt.

Quare licèt ordinaria lege, propoſitus ordo, vt cõueniẽtior, ſeruari debeat: non tamen neceſſe eſt, ita nos illi adſtringere, vt non liceat, eum mutare: potiùs id facere, interdum expedit. Sunt enim, qui, cùm facilè ijs trahantur, quæ amorem excitant; non poſsint ſe ad conſiderationem rerum, quæ timorem incutiunt, applicare: alij contrà omninò: alij deuotionem, & profectum hauriunt, ſi infantiæ Chriſti myſteria conſiderent; alij ſi myſteria Paſsionis: alij etiam vnum, alij alterum myſterium conſiderantes, maiorem fructum inueniunt. Ideoque non expedit quenquam violenter ab eo, ex quo fructum capit, ad aliud, ex quo nihil vtilitatis haurire ſoleat, velle transferre. Ac propterea DEVS tàm amplũ facit Meditationum Campum, vt omnes aliquid inueniant palato ſuo, & ſpirituali profectui conforme.

DE IPSO ORATIONIS INGRESSV.

PARAGRAPHVS V.

Ante orationem ſit præparata Materia, *quæ ordinariè conſtanter retinenda.*
Hinc 1. Dei præſentia *recolenda ſæpius quidẽ, ſed maximè initio & in colloquijs.*
2. Reuerentia *corporis geſtu & animæ demiſsione exhibenda*
3. Genua *flectẽda*, Crux *formanda*, Confeſsio *aut* Gratiarũ actio *præmittenda.*
4. Oratio *præparatoria ad vnam è tribus SS. Trinitatis perſonis dirigenda.*

SPIRITVS ſancti conſilium eſt: a *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat* DEVM: Qui enim nulla præparatione a Eccl.18.2

ad

Materia præparata

ad orationem accedit, eius finem, & fructum habere vult, mediis ad id aptis non adhibitis. Necesse itaq; est, ante orationis initium, *materiam* præparatam habere: vt plurimũ enim ei Meditationi attentio, & mentis collectio deerit, cuius materia in partes, & puncta sua prius partita non fuerit, eo modo, quem hic proponemus.

Ordinaria lege

Nec tamen vetamur propterea, si Deus speciali suo instinctu aliud quid meditandum suggesserit, illud amplecti, & in eo occupari; reiectà in aliud tempus, quam præparaueramus, materiâ: Est enim diuinus impulsus, principalis, huius actionis causa; quem meritò sequemur: tantum ne leuitate aliqua animi, & cordis vagatione ab vna ad alteram materiam absque sufficienti causa transeamus.

Dei præsentia

His præmissis, antequàm ipsam Meditationem auspicemur, præstanda sunt, quæ subijciam.

PRIMVM, & cor, & animæ nostræ facultates ad DEVM sunt eleuandæ, vt eum interiori, attento, reuerenti, & dulci aspectu vt præsentẽ intueamur. Nam Principem allocuturus, necesse est ad eius Palatium aut locum, in quo ille est, se cõferat, eiusq; conspectui sistat: (quia cum absente non possumus loqui) at DEVS in cœlo, & in terra, & vbiq; præsens cum sit, omnibus assistens, omnia lustrans: dum orare, & cum eo loqui volo, necesse non est aliò migrare, vt inueniam; sed, excitatâ *fide* viuâ, cũ præsentem, vbi ego sum, cernere; mihiq; persuadere, me, cùm oro, non solũ, sed sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, cùm qua loquor, mecum esse: quæ & videt & audit me: soletque intus in corde inspirationibus & illustrationibus respondere; & veritatis lumen *intelligentiæ*, feruentes deuotionis affectus *voluntati* communicare; donaque, & virtutes, aliasque gratias animæ, vt dictum est, infundere.

Aspiciam itaque Deum, nunc ad omnes partes *circa me* existentem; me verò intra ipsum instar piscis in mari: nunc *intra me* ipsum manentem per essentiam, præsentiam, & potentiam; agnoscentem quod facio, & ad id me adiuuantem. Et hac ratione illud præstamus, quod Christus fieri iussit. b *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum*, secretum cordis tui, *& clauso ostio* sensuum tuorum, *ora patrem tuum in abscondito; & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*, quæ orando petieris.

b Matt. 6. 6 S. Hilar. Canon. 5. in Matth. S. Amb. 6. de Sacra. cap. 3. Aug. Conc. 2 in Psal. 33

Hanc DEI PRAESENTIAM circa me, & intra me, vbicunq; orauero contendam ad viuum excitare, quæ me ad reuerentiã, confidentiam, attentionemque permoueat. Quod si hac apprehensione moueri me sensero ad huiusmodi, alioqve deuotionis affectus: licebit hærere, & hac quasi esca à Deo mihi oblata, quã diu durauerit, frui: Siquidẽ iam hæc Oratio censenda est; & quidẽ vtilis. Verùm vt plurimũ in hac cogitatione aut apprehensione præsentis Dei, vnius, *Pater noster* spacio tantũ hærendum est:

Licèt

Licèt etiam toto meditationis tempore danda sit opera, ne è conspectu nostro, hæc Dei præsentia euanescat, iuxta illud Dauidis: c *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*: Debet tamen eadem cogitatio, petitionis, & colloquiorum tempore, feruentius renouari, d *Effundendo*, vt ait Dauid: *orationem nostram in conspectu eius.*

Identidem maximè in Colloquii renouand. c *Psa.* 18. 15 d *Psal.* 141.

II.

Postmodvm magnà profundaq; Dei maiestati est exhibenda reuerentia, flexis ante eũ e *cordis*, & corporis *genibus*, semel, secundò, & tertiò, vt illi faciunt, qui ad Regum terræ conspectum admittuntur. Debeo item in spiritu eum adorare; eundem vt Devm, & Dominum meum, immensæ maiestatis Patrem, Regemque infinita reuerentiâ dignum agnoscens; corpore verò me eo vsque inclinare, vt os terræ figatur; imò totum me prosternere; sicut ipse Christus Dominus in horto fecit, cùm Patrem f *oraret*, de quo, ait Apostolus. g *Cum clamore valido, & lacrhymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia*, sic nos docens, quanti ad id referat, vt exaudiamur, Deum in oratione *reuereri.*

e *Manasse in sua Oratione: flecto genu cordis mei.* Reuerentia corporis & animi f *Matt.* 26. 39. f *Marc.* 14. 35. g *Heb.* 5. 7.

III.

Hac humiliatione præmissa, genua in destinato adorãdum loco flectã: estque ad rẽ, signo *crucis* me munire, verbis, quæ tunc dicũtur, bene perpensis: magnoq; à Deo affectu petendo; vt me ab ijs inimicis, qui nobis in oratione molesti, & impedimento esse solent, velit liberare: sic dicens: *Per signum crucis, de inimicis nostris, libera nos, Deus noster*: & mox subiũgẽs: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vt qui non propria, sed sanctissimæ Trinitatis virtute, orationem velim auspicari. *Nõnulli* generalẽ cõfessionẽ subijciũt; vt eo humiliationis actu, sapiẽtis consiliũ sequantur, dicentis: h *Iustus in principio orationis accusator sui ipsius est.* Alij à gratiarũ actione inchoant iuxta præscriptũ à *S. Basilio* ordinẽ; de quo 1. parte, in Meditatione 28. quæ est de examine conscientiæ, aliqua dicentur.

Genua flectere Crucem formare.

Confessio n *Prou.* 18. *iuxta* 70. Gratiarum actio.

IV.

Verũ, licèt sit cuiq; liberum ab eo inchoare, quod eius deuotionẽ magis promouet, quod tamen omnibus in genere expedit, est, à breui, aliqua Oratione ordiri, quæ sit quasi *præparatio ad ea*, quæ in Meditatione quærimus: qua Deo supplicetur, vt opus illud, & meditationẽ ad gloriã & honorem suum cedere iubeat; gratiam nobis ad rectè, vt ipse vult, eam perficiendã concedendo. Quæ breuis Oratio, colloquij instar erit, quod cum ipso Deo, vt præsente, instituitur, ex animo omninò, & toto cordis affectu ei dicendo:

Oratio præparatoria

Tibi Domine offero quicquid hoc tempore, & loco cogitauero, dixero, tractauero, vt purè ad honorem, & gloriã tuã dirigatur: propter temetipsum supplico, mihi adsis, vt ita orem, sicut tu vis, ad sanctissimi nominis tui gloriã, animæ verò meæ vtilitatem, Amen.

Qvae orationis forma ad tres diuinas personas potest dirigi: *modò* ad æternum Patrem, dicendo: summe Pater, hanc tibi orationem

ad Patrem

cognitionem elicit: SCIENTIA compunctionem adfert, quia peccata & miserias suas agnoscens homo, erubescit, & confunditur: COMPVNCTIO deuotionem gignit, siue eius affectus, dum bonitatis, clementiæ, & misericordiæ diuinæ magnitudinem secum reuoluit: DEVOTIO perficit ORATIONEM, quia efficit, vt spiritus noster dulciter cum Deo vnitus, decentia ab eo, & modo conuenientissimo postulet.

Superest rationem nunc tradere, qua singula, qua in mentis oratione inueniri diximus, exercenda sint, initio facto ab eo, quod orationis maximè proprium est & essentiale.

QVA RATIONE CVM DEO SIT IN MENTIS oratione colloquendum, & quo fine.

PARAGRAPHVS II.

Oratio potissimum fit cum Deo, idque duplici fine

1. Laus Dei, *qua prouocat, iuxta Apostolum Ephes. 5.*
   Psalmos, Hymnos, Cantica, Gratiarum actiones.
2. Impetratio, *qua variarum personarum dispositionem exprimit*
   Filij, Pauperis, Aegroti, Rei, Discipuli, Amici, Sponsæ.

Etsi in Oratione Spiritus Sancti opus proprium, requirit tamen nostram industriã, Licet etiam secum colloqui, vnde sæpe ascendimus ad colloquium cum Deo, Item cum B. Virgine, Angelo Custode & Sanctis patronis.

Colloquij cum Deo Finis prior.

EX HACTENVS dictis satis constat, orationis mentalis naturam, propriè in interno cum Deo colloquio consistere: Instituimus autem illud duplici fine.

Laus Dei.

Primùm, vt ipsum DEVM, quòd talis est, laudemus, & benedicamus; gratias verò pro collatis in nos donis ac beneficijs agamus, iuxta sublimem illam orationis rationem, quam Apostolus suadet; a *Implemini Spiritu S. loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus; cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino: Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri.* Qua sententiâ quatuor admirandos affectus nobis insinuat Apostolus, dum in corde nostro cum Deo loquimur, exercendos, *psalmos* videlicet, *Hymnos, cantica spiritualia*, & *Actiones gratiarum.*

a *Eph. 5. 19.*

Col. 3. 16. quatuor habet affectus. *S. Tho. in 3. ad Ephes. lect. 7.*

I. Psalmi.

PSALMI *Interiores*, actus sunt amoris Dei, desideriis, firmisque animi decretis ei seruiendi & obediendi coniuncti: quibus se mens nostra ad perfectam mandatorum ipsius obseruantiam, promptissimam offert. Et hæc Musica illa est, quam b *Psalterium decem chordarum* Dauid appellat. Vt enim qui Psalterium illud, aut Citharam pulsat, nunc has, nunc illas, & interdum omnes simul chordas pulsat: ita cum eam Musicam Deoin

b *Psal. 32. 2.*

ora-

oratione exhibemus, oportet feruentia, exercendi virtutes, desideria excitare, iam obedientiæ, iam humilitatis, iam patientiæ, & cæterarum; iam simul omnium; & similiter firma concipere desideria, Dei mandata & consilia custodiendi, nunc hoc, nunc illud, nunc simul vniuersum omnia.

HYMNI affectus sunt laudum diuinarum, dum excellentias & perfectiones Dei, magnaliaque illa, quæ operatus est, velut recensemus: propter quæ dignissimus est, quem omnes creaturæ laudent, & in sæcula glorificent. Nunc ergo dicemus cum Seraphinis: c *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum:* Loco verò vocis, *Sanctus*, licebit dicere: *Bonus, misericors, iustus, sapiens, potens es* Domine Deus meus, ac dignissimus, cuius sanctitatem magnaliaque Seraphini perpetuò prædicent. *Alius* cum sonioribus illis in Apocalypsi, exclamare poterimus: d *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem & gloriam, & benedictionem in sæcula sæculorum. Amen.* Interdum cum e *tribus* illis *pueris in fornacem* Babylonicam *iniectis*, creaturas omnes ad Deum laudandum, eique benedicendum inuitabimus, aut etiam cum Dauide; f *Animam nostram & interiora omnia nostra, ad Deo benedicendum*, excitabimus.

III. Hymni.

c *Isai.6.3.*

d *Apoc.5.12*

e *Dan.3.51.*

f *Psa.102.1*

CANTICA SPIRITVALIA, affectus sunt gaudij & spirirualis lętitię, quibus afficimur, propterea quòd Deus is sit, qui est; quòd infinita in se ipso bona contineat, quòd tantam ei gloriam Sancti in Cęlo, tot obsequia Iusti eidem in terra exhibeant; quot æternorum bonorum spe alamur; Sancti verò, eorundem iam possessione gaudeant. Dicereque licebit illud Apocalypsis: g *Alleluia: Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens: Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt Nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.*

III. Cantica.

g *Apoc.19.6*

GRATIARVM *actiones*, affectus sunt grati animi propter accepta beneficia: quæ sigillatim commemorans, laudes & gratias Deo dicit autori. Nec solum ob accepta propria id facit, sed pro collatis, etiam Spiritibus Angelicis, cæterisque hominibus; nec non & insensatis creaturis, quæ per se gratias agere non nouerunt. Quin etiam gratias agere licebit pro beneficiis in Dæmones, damnatosque collatis, qui malitiâ suâ grati esse nolũt: quorum defectus nostra gratitudine supplere possumus: quia is, qui contulit, tali gratitudine dignissimus est.

IIII. Gratiarum actio.

Quatuor itaque hosce affectus, dum in oratione cum Deo loquimur, animo eundem honorandi & glorificandi, merito exercemus: attendentes, vt (iuxta Apostolum) initio à h *Spiritu sancto* facto *per* medium, siue mediatorem *Iesum Christum* Dominum nostrum: Ad *Deum & Patrem*, vt ad finem dirigantur: Quamuis vt supra dictum est, etiam ad omnes tres personas dirigi possint.

h *Ephes.5.19.20*

Finis alter. Impetratio

ALTER FINIS, cur in oratione cum Deo loquimur, eſt, vt nouas gratias donaque cœleſtia, quatenus ad ſalutem perfectionemque noſtram, ipſius verò Dei gloriam ſpectant, impetremus. Quæ tamen COLLOQVIA diuerſis modis pro orantium & colloquentium diuerſa diſpoſitione, inſtitui poſſunt. Aliquando enim qui orat, colloqui poteſt, vt FILIVS cum PATRE, cuncta ab eo petens quæ bonus filius poteſt ac meritò debet ab optimo parente, amoris, & confidentiæ Spiritu petere. Quam rationem orandi nos docuit ipſe Chriſtus in oratione Dominica, in qua ea expreſſit, quæ à cœleſti patre ſunt petenda, *vt ex Meditatione, quæ in tertia parte harum, de hac ipſa precatione inſtituetur, conſtabit.*

modis variis.

1 Filius.

Medit. 14.

Interdum, colloquium inſtituetur cum DEO, ſicut PAVPER aliquis, & miſer, cum PRAEDIVITE quopiam ac benigno, dum Eleëmoſynam poſcit. Hoc Spiritu frequenter orabat Dauid; i *Pauperem ſe ac mendicum* coram Deo compellans, & ſubſidium miſeriæ ſuæ poſtulans ab eo, k *qui dat omnibus affluenter*, l *& diues eſt in omnes, qui inuocant illum.*

2 Pauper.

i *Pſal. 24. 16. & 39. 18*

k *Iacob. 1. 5.*

l *Rom. 10. 12.*

Quandoque loqui licet, vt AEGROTVS cum MEDICO à quo dum ſuam infirmitatem exponit, remedium petit.

3 Aegrotus.

Aut ſicut Actor vel *reus* cum Iudice, cui ius ſuum cauſæque ſtatum proponit, ſententiamque pro ſe ferri, vel condonari delictum petit, quod agnoſcit. Huic tamen colloquio adiungendi ſunt affectus inſignis humiliationis, doloriſque de peccato, & decreti firmi ſatisfaciendi, ſeque emendandi. *Cuius rei in progreſſu frequentia occurrunt exempla, in Meditationibus miraculorum, & Parabolarum Chriſti Domini.*

4 Reus.

Denique eam rationé tenere in colloquio poſſumus, quam habet DISCIPVLVS cum ſuo MAGISTRO, dum lucem, & inſtructionem petit eorum, quæ ignorat; aut etiam, quam ſeruat *amicus*, cùm graue aliquod negocium cum amico ſuo conferens, conſilium ab eo, directionemq; & auxilium petit. Quod ſi nos amor fiduciaq; fecerit audaciores, licebit animæ noſtræ cum DEO tanquam cum *ſponſo* ſuo colloqui, varios miſcendo teneros affectus, quib. Canticorum liber eſt refertus. Omnib. his modis cum DEO Domino noſtro in oratione loqui licet, prædictos induendo affectus, nunc vnũ, nunc alium: quia omnes illi in nobis locum habent erga DEVM, qui *pater* eſt noſter, *medicus* noſter, *Iudex* noſter, *amicus* noſter & animarum denique noſtrarum *ſponſus.*

5 Diſcipulus

6 Amicus.

7 Sponſa.

Spiritus ſanctio-pus proprium m *Rom. 8. 26.*

Serm. 45. in Cant.

Veriſimum quidem eſt, præcipuã in his colloquiis, & petitionib. directioné à Spiritu ſancto dependere, qui, vti S. Paulus ait, m *Poſtulat pro nobis gemitib. inenarrabilibus:* quia inſpiratione ſua nos inſtruit, mouetq; ad petẽdũ, petitiones noſtras ordinat, & affectus, qui adhibendi ſunt, excitat. Vt propterea S. Bernardus rectè dixerit: *Deuotionẽ eſſe linguam animæ; & eum qui illam teneat, optimè loqui, & conuerſari poſſe cum verbo æterno.* Nihilominus no-

ſtræ

ſtræ etiam parti deeſſe non debemus; ſed, quomodo cum DEO agendum, & colloquendum ſit, addiſcere, intuentes ſæpè, qua ratione, & affectu homines alij cum alijs in prædictis affectibus agant, & colloquantur.

Porrò quamuis Oratio proprie ſit colloquiũ cum Deo; licebit tamen in ea ad nos ipſos, reflectionẽ facere, & cũ anima b. noſtris loqui: *n* Nunc noſipſos (vti monet Apoſtolus,) ad ſupra dictorũ affectuum, ac petitionũ exercitationẽ prouocando; nũc de exceſſibus, ac tepiditate noſtra redarguẽdo, vehementi pudore de tanta noſtra in Dei obſequijs ignauia concepto.

requirit t. men noſtram induſtriam. vel Tecũ. n *Col.* 3. 12. &c.

Hoc pacto loquebatur Dauid cum anima ſua, cum diceret: o *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei & Deus meus.* Et iterum: p *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea, ab ipſo enim ſalutare meum?*

o *Pſal.* 41. 9. & 42. 6.

p *Pal.* 61. 2.

Ex his etiam colloquijs gradum faciemus ad colloquendum cum ipſo Deo: Quemadmodum filius ille prodigus, ſecum loquens aiebat: q *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus; fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.*

q *Luc.* 15. 17.

Ad extremum, poterimus etiam in oratione loqui cum B. VIRGINE MARIA, cum ANGELIS & SANCTIS, *duplici* illo *fine*, quem ſuprà diximus: puta, vel ad eos laudandos & prædicandos propter ſanctimoniam, & virtutes, quibus claruerunt; & beneficia, quæ in nos conferunt: vel ad eorum opem in negotio ſalutis noſtræ impetrandam. Atque pro faciliori exauditione, licebit aliquas ex cauſis in præcedenti paragrapho poſitis, aut alias ſpeciales cuiuſque illorum proprias adducere.

Vel cum ſanctis.

Vt apud ſacratiſſimam *Virginem*, quòd ſit mater noſtra, & peccatorum omnium ſingularis aduocata; quodque hanc ei curam ipſius filius, noſtri cauſâ commendauerit: prætexentes etiam amorem, quo illum complectitur; ingensque deſiderium, quo ipſa tenetur, vt omnes eum diligant, eique ſeruiant: Orantes eam, vt erga nos exerceat officium matris, & aduocatæ; amoremque deſiderium illud in impetrandis, quæ petimus, nobis oſtendat: quò illi, quem ipſa tantopore diligit, meliùs & feruentiùs deſeruire valeamus.

B. Virgo.

Eodẽ modo apud ANGELVM noſtrũ tutelarẽ allegare licebit, quod cũ officio, quo fungitur, coniunctũ ſit, prçſentare Deo noſtras orationes; earumq; exauditionẽ, & optatum exitum curare ac promouere: quodq; de ipſius honore agatur, ſi nos probi & ſancti ſimus, & ad cæleſte regnum perueniamus: Cùm deniq; *Diabolus* ad nos tentandos, & circumuenien dos, nunquã dormitet, ei etiã non dormiendũ, ſed ſempervigilandũ eſſe ad noſtri tutelã. Eodẽ modo poterimus colloqui cũ cæteris SANCTIS, quorũ, vel in meditationis argumento occurrit mẽtio, Vel ad quos peculiari affi-

S. Angelus.

Sancti.

cimur deuotione: ad eã potius in nobis augendã, quã ad eos flectẽdos: qui quod nos tenerrimè diligant, noſtramque ſalutem vehementer deſiderent, prompti admodum etiam ſunt ad illam promouendam.

DE VIRTVTIBVS, quæ Orationem mentis comitantur, eiuſque excellentijs.

PARAGRAPH. III.

Orationem virtutes quedam præcedunt, comitantur *aliquæ, aliæ ſequuntur.*
Orationi dediti ſunt ἰσάγγελοι, *tum quia eſt actio* Intellectus & Voluntatis,
tum quia hinc Angelica *& ſanctitatis plena* vita *hauritur;*
quod ex ſingulis choris *expreſſæ virtutes oſtendunt.*
Orationis fructus *&* præſtantia *è Sanctis Patribus oſtenditur.*
Non nos ſoli in oratione loquamur *ſed & Deum inſpirantem* audiamus.

EX ijs, quæ duobus paragraphis præcedentibus dicta ſunt, colligitur, quàm excellens ſit MENTIS ORATIO, in qua tot heroici actus virtutum, in vita Chriſtiana præcipuarum exercentur. Vt propterea S. Chryſoſtomus rectè dixerit: Quemadmodum Reginâ vrbem ingrediente, multæ quoque aliæ matronæ ac virgines eam comitantes, nec non & aulici præcipui, & innumera militum ſequentium, & defendentium multitudo ſimul ingreditur: Ita quoquè orationis virtute animam ſubeunte, omnes ſimul virtutes, eius Spiritum comitantes, intrare. Quarum aliæ viam *præparant*, & animum, vt debito modo Orationem auſpicetur, *diſponunt*: quales ſunt: *Fides, Humilitas, Reuerentia, puritas intentionis*; & aliæ, de quibus poſtea diſſeremus: quibus illud perficitur, quòd ſapiens ait: a *Ante orationem præpara animam tuam*; *& noli eſſe quaſi homo, qui tentat* DEVM. Aliæ virtutes cum illa *coniunctæ* ſunt, & quaſi ipſius latera ſtipant: quales ſunt: *Charitas, Religio, Deuotio, Sapientia*, & reliqua *Spiritus ſancti dona*, quæ intellectum illuſtrant, & orationem mirum in modum adiuuant, quemadmodum Meditatione 27. quintæ Partis oſtendemus. Sunt & aliæ innumerabiles, quæ illam ſequuntur, quales ſunt; *feruentia, & inflammata propoſita ſeu deſideria omnium bonorum operum:* actuum videlicet obedientiæ, patientiæ, temperantiæ, modeſtiæ, caſtitatis, cæterarumque virtutum: quæ tum cum oratione ipſa, tum inter ſeſe mirum in modum connectuntur, varijs editis actibus, quorum alij, alijs ornamento ſunt: Nam humilitas cum charitate, & confidentia coniungitur; charitas cum religione, & gratiarum actione; Religio cum obedientia, & reſignatione: quæ propterea quandam multarum vocum muſicam, & cœleſtem ac diuinam reddunt harmoniam.

Lib. 2. de orando Deo ad finem.

Virtutes ad Orationem.

1 Diſponentes.

a *Eccl.* 18. 23.

2 Comites.

3 Sequentes.

Harmonia virtutum.

Oratio facit ἰσαγγέλους

Hinc

Hinc eſt quòd plurimi Sanctorum Patrum affirmauerint, oratione reddi homines Angelicis Spiritibus ſimiles: non modò quòd ea ſit actio ſuperiorum animæ potentiarum, quibus ad eos quàm proximè accedunt: ſed etiã quòd illis Angelicam quandã vitam puritate ac ſanctimonia plenam communicet. Oratione enim (quando perfecta illa eſt) participant de ardenti amore SERAPHINORVM; plenitudine ſciẽtiæ CHERVBINORVM, pace, & quiete THRONORVM; dominio ſui ipſius, DOMINATIONVM; poteſtate aduerſum Dæmones, POTESTATVM; magnanimitate in rebus admirandis, VIRTVTVM; diſcretione in gubernando, PRINCIPATVVM; fortitudine in rebus arduis, ARCHANGELORVM; obedientiâ in omnibus promptâ, ANGELORVM; ac denique ſapientiâ, caſtitate, ac munditiâ cœleſtium ſpirituum. *D. Chryſ. li. 1. de orando Deo, & hom. in Pſal. 4. Nilus ca. 113 de oratione. Clymachus grad. 28.*

Orationis fructus.

Nihil enim (vti Sanctus Chryſoſtom. ait) poteſt inueniri ſapientius, nihil iuſtius, nihil ſanctius homine, qui cum DEO, vti decet, loquitur: quia abundanter ab eo recipit dona, & gratias, in quibus vera ſapientia, perfectaque iuſtitia, & ſanctitas conſiſtit. Cuius hæc ratio eſt: quod Dominus, cùm ſit humaniſsimus, ac benigniſsimus, qui nobis, vt oremus, inſpirat: quando nos cum eo loquimur, ipſe etiam nobiſcum colloquitur: & cum ijs, qui ad intima cordis ſui ſe recipiunt, vt cũ illo tractent, ipſe familiariſsimè conuerſatur: eius autem conuerſatio, & locutio non verborum eſt tantùm, ſed etiam operum: quia (vti ſanctus Bernardus ait) *Locutio verbi, eſt infuſio doni:* hoc eſt gratias, & virtutes, in eos, qui cum eo loquuntur, & conuerſantur, vbertim effundit: illosque, b *lætitiã Spiritus mentarrabili*, & c *pace, omnem ſenſum ſuperante* complet. Et propterea Dauid dixit: d *Audiam quid loquatur in me Dominus* DEVS, *quoniam loquetur pacẽ in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos & in eos qui conuertuntur ad cor.* *Serm. 45. in Cant.* b *1. Pet. 1. 8.* c *Phil. 4. 7.* d *Pſal. 84. 9.*

Non nos ſoli loquamur Deo, ſed & Deũ loquentem audiamus.

Ex quibus intelligimus, eam loquendi cum Deo rationem, nos in oratione habere debere, vt ſimul audiamus, attendamusque quid ipſe inſpirationibus ſuis nobis loquatur, vt illis obtemperemus, noſque ad dona, quæ nobis communicare vult, ſuſcipienda diſponamus: *vt partis ſecundæ Meditatione 26. apparebit.*

Ex dictis apparet Mentalis orationis præſtantia, atque neceſsitas: quam Caſſianus, tantam, ait, cum virtutibus omnibus connexionem habere; vt neque illæ obtineri, aut perfectè ſine ea conſeruari poſſint: neque oratio perfecta ſine illis conſiſtere. Orationem, enim, ait, omnium illarum eſſe finem, in quam, quicquid induſtriæ, laboriſque in eis conquirendis ponimus, dirigitur: ſiquidem oratio, in ſua perfectione, cuius hic ſermo eſt, vnitionem cum Deo, (media cognitione, & amore eius actuali) magnumque in eo poſſidendo animi gaudium complectitur. Ex quo oritur, S. Ioan. Clymacho teſte) vt in oratione reddat Deus numerato, vt dicitur; *Collat. 9. cap. 2.* Orationis præſtantia.

Fertilitas. *Gradu. 28.*

Vnumquodque horum genus, necesse est materiam Meditationis, statui, & fini suo accommodatam habere: Ex qua facilè possit affectus, & animi sui decreta, iuxta suam indigentiam haurire. Et licèt tota Meditationum materia ad tres Mysteriorum, & veritatum ordines, tribus prædictis meditantium gradibus, & vijs accommodatos reduci facilè posset: maioris tamen perspicuitatis causâ, in sex partes eam distribuimus, binas singulis gradibus in hunc modum assignantes.

NAM PECCATORES, qui superiorem vitam mutare, serioque ad Deum conuerti desiderant, suarum Meditationum materiam meritò accipient ipsa propria *peccata*, & quicquid ad eorũ numerũ, & grauitatem cognoscendã, horroremque, & dolorem ob ea admissa concipiendum confert. Et quoniam *timor*, Iustificationis esse solet initium, quicquid eum in nobis excitat, erit materia Meditationis eisdem accommodata: qualia sunt hominis Nouissima, *Mors*, *Iudicium*, tam *proprium*, quàm commune, & *vniuersale*, & *Infernus*; aliaque similia, quæ 1. parte continentur: in qua etiam modi aliqui orandi proponuntur, ad conscientiæ examen, confessionem, & communionem ritè peragendam, perfectamque iustificationem, quæ viæ PVRGATIVAE finis est, assequendam, accommodati.

I. Peccata,

Timor,

Modi orãdi.

Qui autem iustificati iam sunt, contenduntque virtutes acquirere, & in eisdem progressum facere; Meditationum suarum materiam meritò accipient, humanitatis Christi Domini nostri mysteria, quæ gessit, dum in mortali hac vita peregrinaretur. Eius enim vita, & doctrina, Passio, & mors, omni iustorum generi, & conditioni fuit perfectissimum omnis virtutis exemplar.

Christi vita & mors

Quamuis cum aliquo discrimine. Nã (S. Aug. teste, & post eũ etiam S. Thoma) charitas, postquam est iam acquisita, habet tres prædictos status *Infantiæ* spiritualis, *augmenti*, & *perfectionis*. Recens igitur iustificati, qui tyrones, & in statu gratiæ, veluti recens geniti infantes sunt, debent materiam meditationis accipere mysteria Incarnationis, & Infantiæ IESV Christi Domini nostri, de quibus in 2. parte agitur: in quorum Meditationibus sufficientia inuenient incentiua, tam ad viæ PVRGATIVAE progressum, vt vitia, & inordinatas affectiones, quæ adhuc ex superiori vita remanent, mortificantes, illa exuant; quam ad ILLVMINATIVAM inchoandam, vt antiquis vitiis contrarias, statui verò suo accommodatas virtutes comparare studeant.

Tract 5. super 1 Cano Ioan. D. Thom. 2. 2. q. 24. a. 9.

1. Infantia Christi

QVI PROFICIVNT, crescuntq; in virtute, duplici ad id via perueniunt, *agendo* videlicet, *& patiendo*: aut si malis, varia opera virtutum sponte *exercendo*, quæ ad actiuam, & contemplatiuam vitam spectant; & magnos labores, persecutiones, & afflictiones, non sponte quæsitas, sed ab aliis illatas, magna perfectione *tolerando*. Quæ via, etsi asperior quidem

II.

tiente, quæ brutorum; & *rationali*, quæ propria eſt hominum: ſuperior præter proprias ſuas, inferiorum quoque efficit actiones, licèt modo eminentiori, ita (teſte S. Thoma) in triplici hac hominum conditione, qui ſeſe Orationi, & obſequio Dei conſecrãt, eos qui perficiũt, excerceri expedit etiam in Tyronum Meditationibus, & operibus; qui verò perfecti iam ſunt in vtrorumque; ſed perfectiori modo ac ratione, excellentiorem ex eis fructum hauriẽtes, hoc eſt perfectiorem ſuiipſorũ mortificationem, & virtutum Chriſti Domini imitationem excelſiorem. 2.2.q 24.a 9.potiſſimi ad 3.

DOCET præterea ipſa experientia; quando Spiritus affectuſvè inſignis ad virtutem aliquam, in alicuius anima præeminet, eum ex quacũque meditandi materia ſibi propoſita occaſionem accipere, ſpiritum, ſiue affectum illum excitandi, & promouendi, v.g. ſi *humilitatis* Spiritus præemineat, ſiue ille de Inferno, ſiue de cæleſti gloria; ſiue de ſuis miſerijs, ſiue de diuinis perfectionibus Meditationem inſtituat, ſemper humilitatis hauriet affectus: & ſi *amoris* Spiritus in eius corde excellat; etiam, cùm de Iudicio & Inferno meditatur, omnia in amoris affectum conuertit. Sic igitur *Tyrones proficientes, & perfecti*, quicquid ſibi ad meditãdum proponant, haurire poſſunt eos affectus, qui ſtatui, & neceſsitati ſuæ magis ſint conformes. Quiuis Affectus ex quauis materia exprimi poteſt.

QUare licèt ordinaria lege, propoſitus ordo, vt cõueniẽtior, ſeruari debeat; non tamen neceſſe eſt, ita nos illi adſtringere, vt non liceat, eum mutare: potiùs id facere, interdum expedit. Sunt enim, qui, cùm facilè ijs trahantur, quæ amorem excitant; non poſsint ſe ad conſiderationem rerum, quæ timorem incutiunt, applicare: alij contrà omninò: alij deuotionem, & profectum hauriunt, ſi infantiæ Chriſti myſteria conſiderent; alij ſi myſteria Paſsionis: alij etiam vnum, alij alterum myſterium conſiderantes, maiorem fructum inueniunt. Ideoque non expedit quenquam violenter ab eo, ex quo fructum capit, ad aliud, ex quo nihil vtilitatis haurire ſoleat, velle transferre. Ac propterea DEVS tàm amplũ facit Meditationum Campum, vt omnes aliquid inueniant palato ſuo, & ſpirituali profectui conforme.

DE IPSO ORATIONIS INGRESSV.

PARAGRAPHVS V.

Ante orationem ſit præparata Materia, *quæ ordinariè conſtanter retinenda.*
Hinc 1. Dei præſentia *recolenda ſæpius quidẽ, ſed maximè initio & in colloquijs.*
2. Reuerentia *corporis geſtu & animæ demiſsione exhibenda*
3. Genua *flectẽda*, Crux *formanda*, Confeſsio *aut* Gratiarũ actio *præmittenda.*
4. Oratio *præparatoria ad vnam è tribus SS. Trinitatis perſonis dirigenda.*

SPIRITVS ſancti conſilium eſt: *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat* DEVM: Qui enim nulla præparatione ad

a Eccl.18.

Licèt etiam toto meditationis tempore danda sit opera, ne è conspectu nostro, hæc Dei præsentia euanescat, iuxta illud Dauidis: c *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*: Debet tamen eadem cogitatio, petitionis, & colloquiorum tempore feruentiùs renouari, d *Effundendo*, vt ait Dauid: *orationem nostram in conspectu eius.*

Identidem maximè in Colloquiis renouanda

c *Psa.* 18. 15.

d *Psal.* 141. 3

II.

Postmodvm magnà profundaq; Dei maiestati est exhibenda reuerentia, flexis ante eũ e *cordis*, & corporis *genibus*, semel, secundò, & tertiò, vt illi faciunt, qui ad Regum terræ conspectum admittuntur. Debeo item in spiritu eum adorare; eundem vt Deum, & Dominum meum, immensæ maiestatis Patrem, Regemque infinita reuerentiâ dignum agnoscens; corpore verò me eo vsque inclinare, vt os terræ figatur; imò totum me prosternere; sicut ipse Christus Dominus in horto fecit, cùm Patrem f *oraret*, de quo, ait Apostolus. g *Cum clamore valido, & lacrhymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia*, sic nos docens, quanti ad id referat, vt exaudiamur, Deum in oratione *reuereri.*

e *Manasses in sua Oratione: flecto genu cordis mei.*

Reuerentia corporis & animi

f *Matt.* 26. 39.

f *Marc.* 14. 35.

g *Heb.* 5. 7.

III.

Hac humiliatione præmissa, genua in destinato adorãdum loco flectã: estque ad rẽ, signo *crucis* me munire, verbis, quæ tunc dicũtur, bene perpensis: magnoq; à Deo affectu petendo; vt me ab ijs inimicis, qui nobis in oratione molesti, & impedimento esse solent, velit liberare: sic dicens: *Per signum crucis, de inimicis nostris, libera nos, Deus noster*: & mox subiũgẽs: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vt qui non propria, sed sanctissimæ Trinitatis virtute, orationem velim auspicari. *Nõnulli* generalẽ cõfessionẽ subijciũt; vt eo humiliationis actu, sapiẽtis consiliũ sequantur, dicentis: h *Iustus in principio orationis accusator sui ipsius est.* Alij à gratiarũ actione inchoant iuxta præscriptũ à *S. Basilio* ordinẽ; de quo 1. parte, in Meditatione 28. quæ est de examine conscientiæ, aliqua dicentur.

Genua flectere

Crucem formare.

Confessio

h *Prou.* 18. *iuxta* 70.

Gratiarum actio.

IV.

Verũ, licèt sit cuiq; liberum ab eo inchoare, quod eius deuotionẽ magis promouet, quod tamen omnibus in genere expedit, est, à breui, aliqua Oratione ordiri, quæ sit quasi *præparatio ad ea*, quæ in Meditatione quærimus; qua Deo supplicetur, vt opus illud, & meditationẽ ad gloriã & honorem suum cedere iubeat; gratiam nobis ad rectè, vt ipse vult, eam perficiendã concedendo. Quæ breuis Oratio, colloquij instar erit, quod cum ipso Deo, vt præsente, instituitur, ex animo omninò, & toto cordis affectu ei dicendo:

Oratio præparatoria

Tibi Domine offero quicquid hoc tempore, & loco cogitauero, dixero, tractauero, vt purè ad honorem, & gloriã tuã dirigatur: propter temetipsum supplico, mihi adsis, vt ita orem, sicut tu vis, ad sanctissimi nominis tui gloriã, animæ verò meæ vtilitatem, Amen.

Qvae orationis forma ad tres diuinas personas potest dirigi: *modò* ad æternum Patrem, dicendo: summe Pater, hanc tibi orationem

ad Patrem

vnitam,& incorporatam orationi vnigeniti filij tui IESV CHRISTI Domini mei offero; per eundem obsecrans, vt me eo modo iuues orare, quo ille orabat; vt sicut illius fuit, ita & mea oratio sit tibi accepta.

Filium

Modo ad DEI FILIVM, dirigi potest, dicendo, sicut Apostoli aliquando dixerunt: Redemptor, & Magister mi: *Doce me orare*, iuuaque, vt talem attentionem, puritatem, feruoremque in orando adhibeam, qualem tu patrem tuum orans adhibebas; quò mea, vt tua Oratio grata illi sit.

[*Luc.11.1.*

& S. Spiritum

Denique etiam ad SPIRITVM SANCTVM dirigi potest: Illud Apostoli vsurpando: Sanctissime Spiritus, ego miser & ignorans peccator, k *quid orem sicut oportet nescio*: Tu itaque Deus meus, pete in me, ac moue me, vt *gemitibus* petam *inenarrabilibus*, quò mea Oratio locum inueniat, & accepta sit, à tam nobili procedens principio, quale tu es, cui sit honor, & gloria in aterna secula, Amen.

k *Rom.8.26*

De diuin. nomin. c. 3.

Hac ratione exequimur, quod S. Dionysius dixit: omnem Theologicum actum (hoc est, qui Deum respicit, ac de eo, & cum eo agit) ab oratione inchoandum esse; Sanctissimæ Trinitatis, quę vbique præsens est, inuocato fauore; eidem, puris petitionibus, mente quieta, affectib. ad vnitionem, quam sancto hoc exercitio quærimus, bene dispositis, nos ipsos tradentes.

RATIO MEDITANDI, ET IN ORATIONE Ratiocinandi, ac distractionibus, nos in ea oppugnantibus, resistendi.

PARAGRAPHVS VI.

Meditationis difficultas *oritur ex sex radicibus:*
1. Dœmone 2. Phantasia 3. Affectibus
4. Curis 5. Ignauia 6. Ignorantia;
Ignorantiæ *occurritur* 1. Rem *tenendo* 2. *Indagando* Originem *eius*,
3. Finem 4. effectus 5. Circumstantias.
Ostenditur id exemplo *Mysterij incarnationis in praxi*
Consolationis *tempore facilis Meditatio, Vtilior in* desolatione, *quando fortius pugnandum.*
Distractionis *remedia sunt quatuor:*
1. Humilitas, 2. Fortitudo *exemplo Abrahæ*,
3. *Orationes* excitatoriæ, *ad Deum vel Angelum*,
4. Fiducia *iuncta diligentiæ, qua non cedendum Sathanæ;*
Dœmon *omnes tentationes ad vnam* Orationem *impediendam dirigit.*
Nos *omnes actiones nostras ad vnam* Orationem *promouendam ordinemus*
& hoc est *Luca 18. semper orare.*

Meditationis difficultas.

INTELIGENTIAE nostræ operatio, quam *Meditationẽ* vocamus, omnium, quæ in mentis oratione locum habent, est difficillima. Nã etsi varia cogitare, & absq; ordine modoque ab vna re in alterã liberè vagari sit quã facillimũ: in re tamẽ vna attentè hærere, memoriãq; & intelligen-

tiam

tiam in Deo firmam abique diſtractione, & diuagatione ſtabilire, hoc verò opus, hic labor eſt. Quam *difficultatem* etiam magni Sancti interdum, gementes licet, patiuntur. Ita enim Iob: a *Cogitationes*, inquit, *meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum, noctem verterunt in diem*, quietem, & recollectionem, quam nocte habere conſueueram, mihi auferentes: ipſe etiam Dauid ad Deum clamans aiebat: b *Cor meum dereliquit me*, & quaſi ex domo mea fugit: *complaceat tibi, Domine, vt eruas me.*

a Iob. 17. 11

b Pſal. 39. 13.

Quod ipſum incommodũ experiuntur omnes, ex varijs tamen radicibus ortum. *Primùm* à DAEMONE, fructum nobis orationis impedire moliente: à propria *deinde* PHANTASIA, vt quæ libera ſit, vaga, nec facilis contineri. *Tertiò* ab aliquibus AFFECTIBVS immortificatis, quæ noſtras cogitationes facilè ſecum trahunt: c *Vbi enim theſaurus tuus eſt, ibi & cor tuum erit.* *Quartò* à CVRIS & SOLICITVDINIBVS, quæ pungunt, & in mille partes cor ipſum ſecant. *Quintò* ab animi LAXITATE & IGNAVIA, quod, vt in tam præclaram exercitationem ſeriò incumbat, nullum adhibet conatum. *Sextò denique* prouenit ex IGNORANTIA, eò quòd ratiocinari, meditari, occultas veritates inueſtigare, aut inuentas ita æſtimare, vt voluntatẽ ad deuotionis affectus excitent, nõ norit. Cui ignorantiæ adferemus, Deo bene fauente, remedium, ſubiecta methodo, & ratione, qua ſe quiſque in hac re gerere debeat.

c Matt. 6. 21.

Diſtractionis radices 6.

1 Dæmon.

2 Phantaſia

3 Affectus.

4 Curæ.

5 Ignauia.

6 Ignorantia

Remedia ignorantiæ.

1 Rem ſcire & credere.

2 Originem.

3 Finem.

4 Effectus.

5 Circumſtantias.

Exemplũ.

1 Incarnatio

2 Bonitas Dei.

3 Hominum ſalus.

Primùm itaque neceſſe eſt meditari volentem, exactè TENERE MYSTERII illius VERITATEM, quam fides docet: Credereque & intelligere, quomodo re ipſa illud ſit geſtum, & Eccleſiæ ſanctæ reuelatum. *Deindè* inquirendæ ſunt CAVSAE, ORIGOQVE vera, ex qua id prouenit, quod meditationi ſubijcitur: falſis interim, quæ in ſpeciem cauſæ eſſe videntur, prorſus reiectis.

Tertiò FINIS etiam verus, cuius gratia res eadem geſta eſt, ratiocinatione eſt inueſtigandus: ijs etiam reiectis, qui tales reuera non ſunt.

Quartò inquirendi etiam ſunt EFFECTVS, qui ab eadem re proueniunt, commoda, inquam, aut incommoda, quæ illa ſecum adfert. *Demique* PROPRIETATES aliæ, & CIRCVMSTANTIAE, quæ rem ipſam comitantur. Quæ omnia hoc exemplo apparebunt.

Si meditationi ſubijciam tanquam materiam, Incarnationis myſteriũ. *Primùm* neceſſe eſt, exactè me tenere, quid Fides de eo doceat, hoc eſt: Dei filiũ in vnitate perſonæ, ita naturã humanam ſibi coniunxiſſe, vt verè DEVS ſit homo & homo: DEVS. *Mox* per ea quæ ſuprà dixi diſcurrã, perpendendo, tanti operis cauſam, & radicem non fuiſſe merita noſtra, ſed bonitatem ſolam, & miſericordiam ipſius DEI: *Finem* verò, humani generis reparationem, diuinæque bonitatis, & charitatis manifeſtationem. *Poſteà* commoda diſquiram, quæ ex ea nobis prouenerunt: peccatorum

Peccati remissio.

videlicet remissionem, mortis destructionem, ingressus in cœlum; & similia. Damna item, quæ, nisi opus hoc peractum fuisset, nobis obuenissent: quòd videlicet omnes homines fuissent Dei inimici, Dæmonis mancipia, ad Infernum destinati: *Denique* circumstantias eius mysterij inquiram, quo ad locum, tempus, & modum operis. Corporis quoque, & animæ illius proprietates, quas Deus in sua Incarnatione assumpsit, perpendam.

5 Locus Tempus

In singulis his partibus tam diu mens hærere debet, quàm diu inuenit deuotionem, & gustum spiritualem: non solicita ad partem aliam transire; sed in ea voluntatem ad varios amoris, confidentiæ, & similes effectus, vt dictum est, excitare: Petitiones, & colloquia cum Christo instituendo, ijs, quæ meditati sumus, conformia. Postquam verò harum vnam partem mens nostra bene perpenderit, eâdem quiete, & animi tranquillitate potest ad alteram transire: & sic ad reliquas pergere. Quorum omnium plenissima licebit exempla in meditationibus sequentibus cernere: præcipuè in primis, quæ reliquarum erunt veluti exemplaria.

Consolatio.

Illud tamen aduertendum: Cùm speciali Spiritûs sancti instinctu ad orandum mouemur, omnia facilè suauiterque fluere: ipse enim memoriam colligit, ratiocinationem viuificat, meditationum imbrem immittit, affectus accendit, petitiones ordinat, colloquia aptat, totumque orationis opus perfectè peragit, nobis absque defatigatione cooperantibus. Sed speciali illo auxilio deficiente, necesse est, nos ipsos arbitrij nostri libertate, & communi gratiæ auxilio, quod nunquam deest, facultates animæ nostræ ad actus suos eliciendos applicare, modo superiùs tradito, qua ratione ipsum Spiritum Sanctum ad speciale auxilium nobis præstandum, prouocamus.

Desolatio

Viri enim spirituales, quibus orationis exercitatio cordi est, non esse debent nauib. illis ingentibus similes, quæ nisi vento impellantur, mouere se non possint: sed triremibus, quæ remis, & vento nauigare possint: quare secundo diuinæ inspirationis vento deficiente, recurrendum illis est ad remorum laborem, animæ videlicet suæ potentias, seu facultates: quæ fauore diuino, etsi non adeò perceptibili, adiutæ nauigare, & orationem perficere possint. Quæ orandi ratio, etsi non adeò sit suauis, sæpè solet vtilior esse, propter maius meritum, quòd conflictu illo cum distractionibus, & cordis ariditate, apud Deum obtinemus: Et perseuerantibus in remigando, & orando veniet in tempore ipse Christus, vt visitet nos qui sua præsentia tempestatem illam sedabit, sicut *d* Apostolis in simili occasione euenit.

n vtrumue parati

tilior :solatio. Matt. 14

Mar. 6. 51 istract. o- s reme- a qua- o.

Quaternis porrò armis contra euagationes, & ariditatem Spiritûs certare

tare possumus. *Primùm*, profunda HVMILITATE, qua nostram debilitatem miseriamque cognoscimus, & coram diuina maiestate ita vagari erubescimus. Nosque ipsos ob culpas præteritas, & præsentes reprehendimus, quarum causâ sic meritò derelinquimur. e *qui* enim hîc *se* in Oratione *humiliat*, in eadem *exaltabitur*.

1 Humilitas

e *Luc.* 14. 11.

Secundò animi FORTITVDINE, viriliter statuendo, nullam datâ operâ nos velle admittere cogitationem, quæ à proposita materia nos retrahat, etiamsi res alioquin nobis esset iucundissima, aut magni videretur momenti; siquidem eo tempore nullam ei præferre decet, quam præ manibus habemus, aut ipsi DEO, in cuius conspectu, Orationis tempore versari nos attendimus. Quod si inuito euagatio contigerit, statim atque id aduertero, filum bonæ cogitationis, & ratiocinationis, quod cæperam alligare studebo: millies idem facturus, si millies me distrahi contigerit; nec propterea abijciam animum, aut fiduciam deseram, memor, etiam illum magnum Abrahamum Patriarcham, diu perseuerasse in f *abijciendis volucribus, quæ descenderunt super cadauera*, sacrificio destinata: Cui mox *sopore* siue extasi *graui correpto* magna à DEO mysteria reuelata: *Cùmque sol occubuisset, apparuisse clibanum fumantem, & lampadem ignis transeuntem* per medium sacrificium, in signum, quòd Deus illud acceptasset: Cuius exemplo, si & ego constanter abegero incidentes cogitationes importunas, quæ Orationis sacrificium perturbant, succedet contentioni huic quietus contemplationis somnus, in quo Deus animam meam diuinâ suâ luce illustret, vt eum cognoscat; & diuini sui amoris inflammet igne, quo ipsum ardenter amet.

2 Fortitudo

Exemplo Abrahæ

f *Gen.* 15. 11.

Gregor. 16. *Mor.* c. 9.

Tertiò decertamus contra cordis euagationes ipsamet ORATIONE, qua petimus à Deo, vt intra ipsam animam nostram dignetur, ciuitatem g *Ierusalem*, siue pacis visionem *ædificare, dispersiones Israëlis*, cogitationes, & affectiones animæ nostræ *Congregans* vt intra eam manentes, Orationi ipsi vacent: Idemque à sanctis Angelis petam, qui Orantibus adsistunt. Cui armorum generi plurimùm tribuam, eò quòd Oratio adeò sit potens, vt non solum cætera omnia, sed seipsam cum illis possit impetrare. Ad quod etiã iuuerit, in medijs huiusmodi perturbationib. breues aliquas Orationes vsurpare: Nunc dicendo cum Dauide: h *Cor meum dereliquit me: ōplaceat tibi Domine, vt eripias me* ab hac violentia, quam sustineo: nec tardes auxilium ferre. Item cũ eodem: i *Anima mea sicut terra sine aqua tibi: Velociter exaudi me Domine, defecit Spiritus meus.* Aliàs cũ Apostolis in media tempestate constitutis clamabo: k *Domine salua me:* ecce *pereo*: aut sicut Cæcus ille cuius Orationẽ turba plebis increpando impediebat, l *multò magis clamabo*: IESV, *fili Dauid, miserere mei.* Quod si clamans perseuerem, etiã in ficcitate, & cõtentione hac, nõ prætermittet benignissimus Dominus, quin

3 Oratio ad Deum

g *Psal.* 146. 2. Vel Angelum

Breues eiaculatoriæ.

h *Psal* 39. 13.

i *Psal.* 142. 6.

k *Matt.* 8. 25.

l *Luc.* 18. 38.

Pars 3. *Med.* 35.

mihi

mihi, ſicut cæco illi, compatiatur. Quod ſuo loco exactiùs perpendemus.

4 Fiducia

Vltimum denique telum, quo aduerſus hanc tribulationem vtemur, eſt magna in Deum Dominum noſtrum FIDVCIA: perſuaſi, quod qui iubet nos orare, aderit auxilio, & gratiâ ſuâ; vt id rectè præſtantes, & diabolo reſiſtere, imaginationem intra præſcriptos limites continere, paſsiones reprimere, curas & ſolicitudines moderari, ignauiam denique excutere poſsimus: ne Orationis curſum impediant.

Iuncta diligentiæ. *Colla. 9. c. 2. & Colla. 10. c. 13. 48. 49. 50.*

Fiduciæ nihilominus adiungenda eſt diligentia, quâ ante orationem (vt Caſsianus ait) amoueamus ea, quæ in ipſa pati nollemus: hac ratione aduerſarij noſtri ſagacitatem, imitantes, qui (S. Nilo teſte) omnes tentationes, quas ſpiritualibus viris in decurſu diei ſuggerit; ad eorundem Orationem turbandam & fructum eius impediendum, dirigit: Nam *Gulæ* tentationem ſuggerit, quò tempore Orationis graues, & ſomnolenti ſint; *impatientiam*, vt ſint turbati; *ſenſuum curioſitatem*, vt diſtrahantur; *multitudinem negotiorum*, vt ſoliciti, & occupati ſint; *ſuperbiam*, & ingratitudinem, vt cæci fiant.

Dæmon omnes tentationes contra vnã Orationem dirigit.

Si itaque non decet minus ſolicitos nos eſſe in bonum noſtrum, quàm ſit noſter aduerſarius in malum, conſonum eſt, ita actiones, & occupationes noſtras diſponere, vt eædem ad bene orandum conferant. Et hac ratione iudicabimur aliquo modo ſatisfacere illi Chriſti ſententiæ: m *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Semper enim orare cenſeri poteſt qui totum tempus vel in ipſa oratione, vel in præparatione, ad eam benè faciendam, ponit. Et hac fiducia aggredi debeo mentis orationem, hoſtib. meis illud Pſalmi obijciens: n *Declinate à me maligni*, quia *ſcrutari* ſtatui *mandata Dei mei*: Potentijs verò & cogitationibus meis dicam illud ex altero pſalmo: o *Venite* omnes ſimul, *adoremus & procidamus, & ploremus ante Dominum: quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: & nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius.*

Quomodo ſemper Orandum.

m *Luc.* 18. 1

n *Pſal.* 118. 115.

o *Pſal.* 94. 6.

QVA RATIONE AD ORATIONEM IVVARE nos poſsimus imaginatione, linguâ & alijs animæ facultatibus.

PARAGRAPHVS. VII.

Meditationem *iuuant* tria 1. *Imaginatio* loci prudens non coacta, 2. *Oratio* vel extemporanea vel concepta, 3. *Senſus* pro cuiuſque affectione compoſiti.

QVAMVIS mentis Oratio, vt ſuprà diximus, ſit trium ſuprematum animæ facultatum operatio, qua parte illa Spiritus purus eſt, & mens

mens appellatur; qua de causa, & ipsa Oratio, mentis siue mentalis dicitur: iuuant nihilominus ad eam obeundam tres aliæ eiusdem animæ facultates inferiores. Harum prima est facultas IMAGINANDI, quæ, vt maximè turbat impeditque Orationem, cùm vaga est, maleque domita: ita eandem iuuat plurimùm, si rerum, quæ ad meditandum accipiuntur, imagines, & figuras aliquas intra se ipsam facilè possit efformare: ita enim videbitur quasi loco alicui alligata, & res meditanda spiritualiter animæ proponi; quam illa quasi præsentem cernat. Expediet itaque, antequam ipsam meditationem auspicemur, imaginem aliquam in ipsa imaginatione formare eius rei, quam volumus meditari; idq; quâ maiori poterimus viuacitate ac proprietate, Vt si de Inferno Meditatio sit instituenda, locũ imaginabor carceri obscurissimo, angusto, horrido, igne pleno, simillimum; in quo animæ damnatorum ardeant. Si de Christi Natiuitate, imaginabor angiportum, vel specum vento perui am, in qua infans pannis inuolutus iacet in præsepio; & simile quid in reliquis.

Adminicula meditationis.

I Imaginatio

Inferni

Bethlehem

Danda tamen est opera, ne ad id vis tanta inferatur, vt capiti noceat. Quare vt ei, qui in huiusmodi figuris effingendis difficultatem sentit, expedit eas potiùs omittere, & facultatum tantũ spiritualium opera vti, modo superiùs posito: ita ei, qui facilitatem, & promptitudinem eas imagines formandi habet, attendendũ omninò est, ne vehementi suâ imaginatione, locum aliquem illusionibus relinquat, imaginationemq; pro reuelatione diuina admittat; credatque eam imaginem, quam ipse intra se fingit, esse rem ipsam imaginatam; ideoque in discretione sua caput sibi frangat: & quod moderatè factum, ad orationem contulisset, in suum conuertat detrimentum.

Cautela

Medio tutissimus ibis.

Potest, & LINGVA Orationem mentis adiuuare: Teste enim S. Thoma: Oratio mentis; & ea quæ verbis externis fit, non sibi aduersantur; sed vt germanæ sorores altera iuuat alteram. Mentis enim Oratio prorumpit interdum in vocalem; verba exteriùs cum Deo Domino nostro proferendo, quæ ex interna deuotione, & feruore procedunt. Oratio verò ipsa vocalis animam viuificat, vt maiorem mentali adhibeat attentionẽ. Ideoque cùm in ea distractos nos, aridosque sentimus; expedit aliqua verba proferre, quæ nos colligant, & excitent; siue cum Deo, siue nobiscum ipsi colloquamur, vt enim corpus animam iuuat; ita illius operationes adiuuant huius functiones; & verbum externum, quod lingua profert, cor ipsum solet penetrare.

II Lingua

2.2.q. 82. a. 12.

Aug. Epist. 121. ad Probam c. 9.

POTEST verò hoc, quod modo diximus, bifariam (vt ait S. Bona.) vsui esse: *Primùm*, si quis sibi ipsi ea verba præscribat componatque quæ ipsius necessitas aut deuotio dictauerit: non solicitè attendens,

Processu 7. Religionis. cap. 3.

* * * *

apte-

Quæ ad Ecclesiæ Anglicanæ Reformationem pertinent, ea ipsa sunt, quæ ad Christianæ Religionis Restitutionem. Quæ ad Christianæ Religionis Restitutionem, ea ipsa sunt, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ Reformationem. Quæ ad Ecclesiæ Catholicæ Reformationem, ea ipsa sunt, quæ ad Ecclesiæ Primitivæ Restitutionem. Quæ ad Ecclesiæ Primitivæ Restitutionem, ea ipsa sunt, quæ ad Apostolicæ Doctrinæ Restitutionem. Quæ ad Apostolicæ Doctrinæ Restitutionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Restitutionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Restitutionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Intelligentiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Intelligentiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Interpretationem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Interpretationem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Versionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Versionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Lectionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Lectionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inspectionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inspectionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Cognitionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Cognitionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Amorem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Amorem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Studium. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Studium, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Meditationem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Meditationem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Observationem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Observationem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Obedientiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Obedientiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Fidem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Fidem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Spem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Spem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Charitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Charitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Pietatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Pietatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sanctitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sanctitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Beatitudinem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Beatitudinem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Gloriam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Gloriam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Æternitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Æternitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immortalitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immortalitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Incorruptionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Incorruptionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Impassibilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Impassibilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immutabilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immutabilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Infallibilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Infallibilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inerrabilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inerrabilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Veritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Veritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Divinitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Divinitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Auctoritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Auctoritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Canonicitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Canonicitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Integritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Integritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sufficientiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sufficientiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Necessitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Necessitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Utilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Utilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Excellentiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Excellentiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Dignitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Dignitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Majestatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Majestatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Gloriam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Gloriam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Æternitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Æternitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immortalitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immortalitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Incorruptionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Incorruptionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Impassibilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Impassibilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immutabilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Immutabilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Infallibilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Infallibilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inerrabilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Inerrabilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Veritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Veritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Divinitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Divinitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Auctoritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Auctoritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Canonicitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Canonicitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Integritatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Integritatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Perfectionem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sufficientiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Sufficientiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Necessitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Necessitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Utilitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Utilitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Excellentiam. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Excellentiam, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Dignitatem. Quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Dignitatem, ea ipsa sunt, quæ ad Sacrosanctæ Scripturæ Sinceram Majestatem.

Londini, Typis Johannis Bill, Typographi Regii, Anno Domini 1611.

conſpectu reuerenter collocauerim, ſi ſpiritu opus illud Deo obtulerim, ſi puram ad eam intentionem adhibuerim, cum reliquis: doleboq; de quouis admiſſo defectu; & emendationis propoſitum concipiam.

II Meditatio

Deinde examinandum, diſtractuſne fuerim, an collectus? Deuotus an aridus? fuerimne totus in ratiocinatione? (quia id ſtudiũ potiùs eſt quàm oratio) an affectus etiam, & bona propoſita conceperim? an in colloquijs, & petitionibus cum Deo reuerentiam adhibuerim, & fiduciam, an non? Quod ſi in omnibus benè mihi ſucceſsit, Deo gratias agam; ipſius gratiæ, & miſericordiæ bonum hunc exitum, non induſtriæ meæ, aut diligentiæ attribuens: ſin minùs bene, cauſam inueſtigabo: quòd ſi culpam meam deprehendero, aut ignauiam; dolore de culpa concepto, emendationem proponam, ſtatuens me deinceps ita mortificare, vt eius iacturæ cauſam remoueam.

III Senſus animi

Tertiò examinandi pij motus inſpirationes, illuſtrationes, guſtus ſpirituales, quos ſenſerim: attentè perpenſis effectibus, qui ſecuti ſunt, vt diſcernam à bonone, vel malo ſpiritu venerint, & experientia diſcam ſpirituum varietatem diſcernere. Adquod conferet eas regulas tenere, quæ ea de re tradi ſolent, quarum plurimæ in Meditationum ſequentium progreſſu proponentur.

IV. Propoſita

Denique animi decreta etiam ſunt examinanda, quæ in Orationis decurſu concepi, vt quando, & qua ratione executioni mandanda ſint, inſpiciam, & vniuerſim, examinandus eſt fructus perceptus ex Oratione, & tractatione cum Deo. Si enim Oratio mea eſt arbor infructuoſa maledicetur, & areſcet ſicut a *ficu* illa Euangelica; ſin fructus fecerit, benedicetur, b *eritque tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.*

a Matt. 21. 19.

b Pſal. 1. 3.

Orationis fructus plurimi.

Oratio nis fructus varij ſunt, nam, & mores reformare, à peccatis etiam leuiſsimis abſtinere, eorum occaſiones, & quicquid imperfectionem ſapit, fugere; Paſsiones domare, ſenſus refrænare, peruerſas propenſiones mortificare, repugnantias, ac difficultates, quæ in virtutum exercitio occurrunt, vincere; aduerſus tẽtationes viriliter certarre; ad magnos labores ferendos hilariter anhelare, meipſum ad voluntatem Dei, in eius lege, in conſilijs Euangelicis, in regulis, & ſtatutis mei ſtatûs, & officij expreſſam, promptè exequendam animare; in virtutibus augmentũ ſollicitè procurare: Ieſu Chriſti potiſsimùm Charitatem, humilitatem, obedientiam, patientiam in laboribus, amorem crucis, contemptum mei ipſius, carnis caſtigationem imitando: nominatim verò quiſque eam debet procurare virtutem, quæ ipſi magis eſt neceſſaria, attenta ſtatûs ſui qualitate: ſiue ea ſit modeſtia in agẽdo, ſiue caſtitas, ſiue fortitudo, ſiue aliqua alia Theologica virtus, aut moralis, omninò ſtatuendo, ac efficaciter conan-

do eam obtinere, vt Meditat.29. primæ partis fusiùs dicetur, & cum examen fiet de Oratione, oportet exactè videre, si quem ex prædictis fructibus, & modo iam dicto fuerim assequutus.

VARIAE RATIONES ORANDI, diuersis Materijs, personis & temporibus accommodatæ.

PARAGRAPHVS IX.

Vt varietas tollat fastidium varia materiæ à Sanctis proponuntur. In his sunt tres modi orandi B.P.Ignatij tribus viis respondentes.

DEò est hominum gustus ad spirituales exercitationes corruptus, vt licet sit precioſus cibus, si tamen eodem semper modo conditus proponatur, mox nauseam concipiat, sicut Israëlitę cõceperunt de Manna, cibo alioqui suauissimo, quòd idem semper proponeretur. Quã ob rem sancti viri & Spiritũs Magistri, varios orandi modos inuenerunt, quibus ipsam orationem, nauseæ huiusmodi vitandæ causâ, variè condirent, cum spiritus diuinus orationis gustum in ipsa non renouat: vnde etiam Dauid ad noua cantica nos inuitans: a *Cantate*, inquit, *Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra:* & iterum: b *cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.*

Num. 11, 5. Varietas fastidium leuat.

a *Psal.* 95. 1. b *Psal* 9. 2. 1 S. Bonauentura. B. Ignatius

Excelluit in hoc valde Seraphicus Doctor S. Bonauentura, plures prolixosque de hoc genere tractatus edens: Nec minus tamen excellens fuit B.Pater noster Ignatius, qui in paruulo Exercitationum spiritualium libello, non modò materiæ ad meditandum varietatem, sed varios etiam orandi modos proposuit, per conscientiæ examen, per internorum animæ sensuum applicationem, per varias similitudines, & parabolas: nominatim verò tres diuersas orandi tradidit rationes vtiles valdè, ac ijs, qui superiùs positas vias, Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam ambulant, accommodatas: licet omnes tres sint omnibus vtilissimæ.

1 PRIMA ratio siue modus orandi est, quo decem Dei præcepta, aut septem vitia capitalia, (quæ communiter lethalia nuncupamus:) aut tres animæ internas potentias siue facultates, aut quinque corporis sensus, tanquã materiam meditationum accipimus. Quem modũ, quòd viæ Purgatiuæ sit proprius, in I. Parte Meditationũ proponemus, cũ proprijs singulorũ Meditationibus: ijs additis, quę ad modũ examinandæ conscientiæ, præparationemq; pro sacra confessione, & communione pertinent: quibus animæ puritas obtinetur.

II.

SECVNDVS orandi modus est, quo singula Psalmi Dauidis, sermonis, aut sententiæ Christi, orationis, vel hymni Ecclesiastici verba seorsim, tanquam materiam Meditationi subijcimus, & ita ruminamus, vt spiritum, & affectum latentem hauriamus. Quia enim diuinæ Scripturæ verba à Spiritu sancto dictata sunt; singula mysterium aliquod habere par est, diligenti consideratione dignum: cumque Ecclesia à Spiritu sancto gubernetur, nullum illa verbum proferre credenda est, mysterio aliquo vacuum.

RATIO autem, & methodus singula verba meditandi, ea est. vt, *quis* illa proferat, attendatur; cui, & in quem *finem* dirigantur; quo *modo* & spiritu dicta sint; quæ eorum sit *significatio*, hoc est, quid *mandent*, *consulant*, *promittant*, *minentur*; quid eis *petatur*, quid denique tali verbo prætendatur, ex quibus singulis affectus eliciendi sunt, ei, quod perpensum fuerit, conformes.

Aliter enim perpendenda sunt verba, quæ Deus dicit homini, quàm quæ homo Deo. Cùm enim *Deus*, audientis sit *magister*, *legislator*, *consiliarius*, *protector*, *præmiator*; audienda sunt eius verba cum desiderio *discendi*, quod ille docet; *exequendi* quod mandat; *amplectendi* quod consulit *timendi* quæ minatur, *sperandi* quod promittit; *amandi* denique ipsum propter ea, quæ dicit.

Verba Dei ad homines alia sunt quam hominis ad Deum.

Quæ verò homo loquitur Deo, eo spiritu ruminanda sunt, quo ille ea protulit, & iuxta finem, in quem ille direxit, quod in Psalmis Dauidis apertè cernitur; quorum quosdam edidit spiritu *laudandi* Deum, gratiasque agendi pro collatis in se, vel in populum suum beneficiis; quosdam spiritu *contritionis*, vt peccatorum veniam impetraret; alios spiritu *afflictionis*, & magnæ fiduciæ simul, vt auxiliũ in tribulationibus obtineret: quare, vt eos cum fructu dicamus, & ruminemus, necesse est, (vt notat Cassianus) eundem *spiritum* induere, quo eos ille psallebat; atque si nos ipsi eos, & in eum finem composuissemus.

Varii spiritus Psalmorum

Collat. 10. cap. 10.

Et ipsa docet experientia, eum, qui ob accepta à Deo beneficia læto est animo, piè eos psalmos dicere, qui eam lætitiam fouent, quales: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius*: & *laudate Dominum de cœlis, &c.* Et eo tempore idem non inueniret tantum cõsolationis in psalmo Miserere mei: cùm contrà, qui propriis est peccatis afflictus, piè dicit hunc Psal. *Miserere mei*: non tamen æquè se applicat ad psalmos lætitiæ. Quod meritò obseruandum est, vt delectum habere nouerimus materiæ Meditationis, & verborum, & orationum, quæ cum spiritu, quo affectos nos sentimus; & cum fine, quem obtinere cupimus, affinitatem habent.

Materia conueniat tempori.

SECVNDVS hic orandi modus magis propriè iis competit, qui in via

versantur *Illuminatiua*, cognitionem,& sensum quærentes veritatum fidei: quò in spiritu crescant. Ideoque eius praxim ponemus in 2.& 3.parte Meditationũ exẽplo adhibito in Angelica salutatione,precatione dominica; & aliquibus Christi Domini nostri sententiis, & orationibus, cuius verba maiori semper adhibita attentione meditabimur: quia vt sponsa de eo dixit: c *Labia eius sunt lilia distillantia myrrham primam:* docent enim virtutem excellentissimam,& *primam*, quæ reliquas omnes superat, & S. Petrus eidem dixit: d *verba vitæ æternæ habes*: & ipsemet de se dixit: *verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt*. Quare,qui,vt oportet,eas meditabitur,hauriet ex eis spiritũs abundantiam; & purissimam gratiæ vitam,qua dignus fiat æternâ.

1.p.Med.15. 2.p.Med.6. & 12. 3.p.Med.14

c.Cant.5.13

d.Ioan.6. 60, 69.

III.

Tertius orandi modus est per modũ aspirationum, & affectuum, qui corporis *respirationibus* respondent ita,vt inter vnam, & alteram corporis respirationem affectus aliquis plus,aut gemitus spiritus, aut breuis iaculatoria oratio ex intimo animæ nostræ erumpat: breui illo tempore, quod inter respirandum intercedit, expositio in æstimatione, sensu, aut gustu spirituali eius,quod desideramus aut petimus;aut rei pro qua apud Deum gemimus,& suspiramus. Qui modus iis est accommodatissimus, qui *Vnitiuam* peragunt viam,adspirantes,& anhelantes ad actualem cum Deo coniunctionem: quo desiderio contendunt, continuatè,& frequentia,qua possint maxima orare.

Oratio animæ tam necessaria, quam respiratio corpori.

Nam ad perfectam animæ vitam spiritualem tam est oratio necessaria, quàm ad corporis vitam ipsa respiratio,iuxta illud Dauidis:e *os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam:* in cuius rei certum signum,quoties aperiunt os ad respirandum,toties vellent orare:& quoniam hoc ob nostram imbecillitatem fieri non potest, accipiunt certas aliquas temporis partes ad huiusmodi exercitium: exercentes hac ratione iaculatorias orationes (de quibus mox aliqua subijciemus) quas in cœlũ sicut hastas,aut sagittas,ex corde tanquam arcu, magno amoris impetu impellunt,& iaculantur.

e Psal.118. 131.

DE CONTEMPLATIONE, ET RATIONE, qua possit aliquis mentali orationi absque longa ratiocinatione vacare.

Paragraphvs X.

Contemplatio *ordinariè sequitur longum Meditationis vsum, qui in* infirmis *à Dei bonitate & lectione suppletur*
Praxis meditandi pro infirmis per triplicem cogitationem,
& deinde resultantem Deuotionẽ 1. Suiipsius 2. Christi Dom. 3. Dei ter O. M.

Is,quæ hactenus dicta sunt,vtcunque videntur explicati *ordinarij* modi mentalis orationis,qui omni hominum generi,cũ Deo agere cupi-

entium

entium, ſunt accommodati; licet non omnes eodem modo progrediantur: quia aliqui plus adhibent ratiocinationis, non ita affectuum; alij cõtrà parua ratiocinatione contenti, plus affectibus tribuunt; alij etiam ſimplici veritatis intuitu, mox ad omnes prædictos deuotionis actus permouentur: & hi ſunt, qui *contemplatione* perfruuntur; quæ (S. Thom. teſte) ſimplex quidam eſt æternæ veritatis intuitus, quàm abſque varijs ratiocinationibus cœleſti adiuti lumine, magnis admirationis, & amoris affectibus, penetrant. Ad quam tamen, vt plurimùm, non niſi longo Meditandi, & ratiocinandi vſu peruenitur.

2.2 q.180 a. 3. Contemplatio eſt excitatorũ.

Sicut *virgo*, quæ viro alicui vult nubere, multos dies expendit in quærendo, certoque cognoſcendo, quis ille ſit, quod eius genus, quantæ facultates temporales, quæ vitæ ducendæ ratio, qui eius mores, ſanitas, affabilitas, diſcretio, virtus, & huiuſmodi alia, circa quæ ſæpè ratiocinatur, & diù cogitat: vbi autem palato ſuo arridere deprehendit, mox erga eum afficitur, & in ſponſum accipit: quem vbi ſatis nouit, & in maritum accepit, non amplius ratiocinatione indiget; ſed ſolo aſpectu, aut memoriâ eius, aut ſi vel nominari illum audiat, tenerè afficitur; eidemq; placere, & in eius ſemper contubernio manere cupit. Quod idem *diſcipulo* accidit, qui de magiſtro deligendo; & *famulo*, qui de nouo hero quærendo; & *amico*, qui de amicitia cum aliquo contrahenda deliberat.

Simile à ſponſa

Diſcipulo Famulo Amico.

Eodem itaque modo eos, qui in virtute, & orationis exercitio Tyrones ſunt, multũ temporis ponere neceſſe eſt in meditando, & ratiocinãdo & inquirẽdo, quis Deus ſit, quis Chriſtus ſaluator, quæ eius perfectiones, virtutes, & opera ſtupenda, quib. cõſiderandis, ad eius amorẽ excitentur; & ſtatuant, eũ *magiſtrum* habere *dominũ*, *amicũ* & animarum ſuarũ *ſponſum*. Sed poſtquam diu in his exercitati, & ſolidè affecti ſunt, accidit eis interdũ, vt ſimplici quaſi intuitu, aut memoria Dei, nulla ratiocinatione adhibita, eius amore, & affectibus ſuprapoſitis accendãtur: *imo* aliqui vel nomine Ieſu tantũ audito, aut patris, aut peccati lethalis, inferni, aut cæli, in momento omnia, quæ in iis continentur, penetrant, magniſque amoris, doloriſvè affectibus permouentur.

Illud tamẽ negandũ nõ eſt, quoniã intellectus noſter nõ adeò tenaciter apprehendit, quæ ſenſibus priùs nõ percepit, facilè eũ rerum ſpiritualiũ ac diuinarũ æſtimationẽ dimittere, ac obliuiſci: ideoq; oportere eum frequẽter meditationes & ratiocinationes initio inſtitutas renouare: alioqui diſtractũ valdè, aridũq; ſeipsũ experietur: niſi cũ ſpeciali Dei fauore cõtemplationis ei gratiam communicans, lumen cognitionemque ſufficientem ad amoris affectus excitandos impertit. Et quoniam ſunt, qui, cum mentis orationi vacare optent, ob defectum tamen valetudinis,

Contemplationem meditatio alit.

aut alte-

aut alterius rei, ratiocinari; aut ad profunda mysteriorum nostræ fidei penetrare non possunt: ex dictis possumus, ad talium consolationem, colligere, ne desperent, actumve existiment de eo, quod in excellenti hac exercitatione præcipuum est. Talibus enim solet Deus, *inopiæ* aut *infirmitatis*, qua premuntur, intuitu, id tribuere, quod aliis *seruitiorum* exhibitorum nomine; aut prolixarum *meditationum*, in quibus versati sunt, ratione, concedit. Nam cum ipse liberalissimus sit, facilè contentus redditur: nec à quoquam plus exigit, quàm iuxta facultatem, & paupertatem suam facere possit: suppletque ipse diuinis suis illustrationibus, quod illis deest.

Dei bonitas supplet defectum miserorum

Mentalis orationis epilogus.

QVARE hoc sibi huiusmodi homines persuadeant: meditationum ac ratiocinationum omnium, quæ in sex his Partibus disponentur, eum esse finem, vt triplex à Deo notitia siue cognitio obtineatur. PRIMA est, suijpsius, & innumerabilium necessitatum, & miseriarum corporis, & animi sui: SECVNDA, Iesu Christi Domini nostri veri DEI, & hominis, clarissimarumque eius virtutum; illarum præcipuè, quæ in eius Natiuitate, Passione, & morte claruerunt. TERTIA, Dei, trini, & vnius, infinitarumque eius perfectionum; ac beneficiorum, tum naturalium, tum supernaturalium, quæ ab ipso promanant. Quæ tres notitiæ ita sunt inter sese connexæ, vt ab vna ad alteram, & vicissim ab hac ad illam transitus fiat: nam à nobis ipsis, a *ad Christum*, & *ad Deum* ascensus fiet; & vicissim *à Deo ad Christum*, & ad nos ipsos fiet descensus. Ex quibus (S. Thoma teste) Deuotio oritur, quæ tria affectuum voluntatis nostræ, notitiis illis respondentium, genera complectitur. ALII enim sunt affectus in nobis ipsis, dum de nostris peccatis dolemus, de ignauia erubescimus, emendationem seriò proponimus; nosque ipsos ob culpam nostram, & nihilum, quod ex nobis ipsis habemus, dimittimus: ALII sunt affectus ad Christum Dominum nostrum, dum eius tribulationibus compatimur; de virtutibus gaudemus, & imitari cupimus, gratiâ eius, ad id præstandum humiliter petitâ.

Cognitio
1. Sui
2. Christi
3. Dei.
a Ioan. 10. 9. 2. 2. q. 82. a. 3.

Deuotionis affectus tres.
1. Circa Nos
2. Christum
3. Deum

ALII denique affectus sunt ad Deum Dominum nostrum, dum eius mirabilia suspicimus, eundem propterea laudamus, pro collatis nobis beneficiis gratias agimus, & promptos nos ad eius obsequia offerimus: his omnibus petitiones inferentes, quibus dona, gratias cælestes nobis, nostris proximis, totique Ecclesiæ, eas nominatim, quarum maior est necessitas, postulamus.

Praxis meditandi pro Infirmis

His præmissis, quicunque mentalis orationis est auidus, etiamsi debilissimus, potest se in conspectu Dei viui, quem propè, & intra se habet, constituere; renouatâque notitiâ illâ triplici, quam fide habet de tribus prædictis rebus, affectus eis respondentes magna quiete elicere. *Nunc*

Deo

Deo confitendo *miſerias* ſuas omnes ſigillatim, adiuncto affectu doloris, & humiliationis, & petitione remedij: *Nunc* reuocando in memoriã virtutes, quæ in *Chriſti* aliquo myſterio eminent, humilitatem, obedientiã, patientiam, & ſimiles; additis etiam eas imitandi affectu, & deſiderio: *denique* beneficia à Deo accepta recenſendo, cum gratitudinis affectibus, & memoria infinitarum Dei perfectionum; bonitatis, miſericordiæ, prouidentiæ, laudis & gaudij affectibus etiam adiunctis. Nec verò difficile erit, huiuſmodi affectus cum diuino auxilio elicere. Fidei enim noſtræ *myſteria* inſtar ſunt ſilicis, quæ cuiuſuis conſiderationis chalibe icta, illico emittunt amoris ſcintillas: quod ſi anima, vt fomentum ipſum, benè ſit diſpoſita ad eas excipiendas, mox ignis, & flamma ingens in ea exurgit inſignium affectuum, & ſenſuum.

Amantini difficile N. B. Simile.

Ad quod faciliùs præſtandum, plurimùm iuuerit, legiſſe priùs aliquam meditationem ex iis, quæ inferiùs proponentur: adhibito ſtudio, vt inſigniores fidei noſtræ veritates memoriæ inhæreant, quæ prædictorũ ſenſuum, & affectuum tanquam fomentum ſint. exemplo ſponſæ, quæ aiebat, b *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*: Nobis inſinuans multas ſe veritates, quæ ad ſponſum ſpectarent, collectas habere, quas ob oculos poſitas ſimplici Spiritûs oculo intuebatur, & accenſis cordis affectibus amplectebatur, ſibiq; efficacibus imitãdi deſideriis applicabat. Harum veritatũ modò hæc, modò illa aſſumẽda eſt pro fundamento orationis mentalis; ſicut ipſe Chriſtus, dũ ſe in horto Gethſemani ad orandum recipiebat, pro fundamento ſuæ orationis accepit illa verba: c *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat*: in quorum verborum ponderatione, æſtimatione, & ſenſu prolixum conſumpſit tempus, vt ſuo loco apparebit.

Lectio eſt fomentum meditationis

b *Cant.* 1, 1

c *Matt.* 26. 39. c *Luc.* 22. 42. *Med.* 21. *P.* 4.

DE MODIS EXTRAORDINARIIS ORATIONIS Mentalis, & multiplici ratione, qua ſe Deus in ea communicat.

PARAGRAPHVS XI.

Extraordinarij *modi orandi non appetendi ſed cautè & humiliter acceptandi. Sunt autem inter cæteros* quinque *ſenſibus externis reſpondentes* 1. Viſio 2. Auditus 3. Odoratus 4. Guſtus 5. Tactus *ſpiritualis.*

EX iis, quæ de mentis oratione hactenus dicta ſunt, ſatis conſtat, eam (vt etiam Sanctus Auguſtinus ait) donum eſſe Spiritûs ſancti, à Deo

Oratio dinum S. Spiritus,

Epist. 105. prope medium.

Ecclesiæ suæ per Prophetam promissum illis verbis: a *Effundam super domũ Dauid, & super habitatores Ierusalem, Spiritum gratiæ, & precum:* sine quo nemo orat, vt oportet: nam (Apostolo teste) b *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis:* c *nec scimus quid oremus, sicut oportet,* nisi Spiritus Dei nos doceat, moueatque. Quod tamen variis viis præstat, alios aliâ deducens: ita vt *error* sit non ferendus, existimare, omnes eâdem qua ego, viâ, esse deducendos. d *Spiritus* enim *Dei vnicus est, multiplex est*: vnus quidem in substantia, & sine principali, quem ipse prætendit; sed multiplex in mediis & viis, per quas ad eum deducit.

a Zach. 12. 10.

b 2. Cor. 3. 5

c Rom. 8. 26

Non datur vniforme

d Sap. 7. 22

HAE viæ in genere duæ sunt: altera ORDINARIA, cuius hactenus modos recensuimus; altera EXTRAORDINARIA, quæ modos alios magis adhuc supernaturales, specialesque complectitur: quâ ORATIONEM QVIETIS, aut SILENTII vocant, cum suspensionibus à sensibus, Extasi, aut Raptu, imaginariis veritatum, quæ apparent, figuris; aut sola earum luce intellectuali, reuelationibus, & internis colloquiis, & innumeris aliis modis quibus se Deus animabus communicat: de quibus nulla potest certa regula assignari, quia non aliam habent quã summi Magistri directionẽ, docentis quos ipse vult, & sicut vult. Quare tales orãdi modi nec prætendi, nec procurari à nobis debẽt, ni superbi esse velimus, & præsumptuosi, ac propterea, indigni, quibus illi communicentur. Imò quod in nobis est, demisse potiùs refugere eos debemus, ob imminens illusionis e *Sathanæ* periculum, qui sese *in lucis Angelum transfigurat*: Sed, si Deus suâ benignitate illos impertit, acceptandi sunt cum animi demissione, & gratitudine; Sed valdè tamen cautè ac prudenter, sequentes documenta aliqua, quæ in hoc libro tradentur, præcipuè in 3. parte, dum de Christo super mare ambulante, cum Phantasma esse credebatur, instituetur meditatio: & in Parte 5. in meditationibus de Apparitionibus, & reuelationibus à Christo discipulis exhibitis. Vbi signa, & effectus indicabimus, quos Dei visitatio, & Spiritûs sancti in animam aduentus, in ea efficiunt; vitæque altitudo illa, ad quam septem suis donis, & cælestibus inspirationibus Deus eam euehit; & nos omnes meritò aspirare, & contendere deberemus.

D. Tho. 2. 2. q. 174 a. 3 ad 3. ex S. Isidor & a. 3. q. 175. a. 1 & 2. ad 1. & 2.

Extraordinarij modi orandi potius refugiendi quã expetendi

c 2. Cor. 11. 14.

Humiliter ac cautè acceptandi Medit. 19.

VERVM vt horum extraordinariorum, & admirabilium modorum quos Deus habet ad indulgendum animabus, & se illis in mentali oratione communicandum, nonnullam lucem præferamus, aliquot eorum insinuabo, in quibus simul aliqua tangam, quæ omnes etiam ordinariè concernunt, nec expedit ea ignorare, quæ simul etiam conducent, ad ordinarium quendam orationis modum intelligendum, qui fit per sensuum applicationem, de quo postmodum etiam differemus.

AD horum declarationem est obseruandum: sicut corpus quinq; ex-

Digitized by Google

ternis ſenſibus viſibilia, & delectabilia huius vitæ percipiens illorum capit experientiam; ita ſpiritum, eiuſque facultates intelligentiam,& voluntatem quinque internos actus habere, externis ſenſibus proportionatos,quos vocamus, *videre,audire,olfacere guſtare,tangere*,ſpiritaliter:quib. inuiſibilia & delectabilia Dei percipiens,eorũ experimentũ capit.ex quibus oritur NOTITIA ſiue COGNITIO Dei EXPERIMENTALIS,quæ omnes cognitiones, ratiocinatione noſtra comparatas, longiſsimè ſuperat: ſicut *mellis* dulcedo multò melius percipitur, cũm vel tantillum eius delibatur; quam ſi longis ratiocinationibus, de ea diſputetur, vt cognoſcatur.

Senſus animæ interni

Caſsian. Coll.10.c.11 Gerſon.3. Par.de Myſtic.Theolog.c.2. S.Dionyſius de diuin.nomin.

ET his experientiis acquiritur MYSTICA THEOLOGIA, quæ eſt ſapientia, & ſuauis ſcientia Dei, ſicut S. Dionyſius de D. Hierotheo ait quod diuinarum rerum notitiam haberet, non ſolùm ex Apoſtolorum doctrina, nec ex ſola induſtria aut ratiocinatione, ſed ex earundem affectione, & experientia, quæ mediis quinque his ſenſibus internis acquiritur; quorum frequens eſt mentio, tam apud ſacram ſcripturam, quàm apud ſanctos Patres, præcipuè apud S. Auguſtinum,Gregoriũ, Bernard. & alios,quorum ea de re ſententias prolixè adfert S. Bonauent. Tractatu de ſeptem Itineribus æternitatis, Itinere 6.ex quo aliqua hîc inferam. Eſt tamen præmittendum dictum illud S. Bernardi: *In huiſmodi non capit intelligentia,niſi quantum experientia attingit*. Quamobrem, & ego eam indicabo,quam ferè habent omnes.

S. Aug.10. Confeſſ. & de ſpirit. & anima c.9. S.Bern de natura amor. diuin. c.6. & ſeqq & ſerm.22. in Cant.

Primùm communicat ſe DEVS Dominus noſter,ſpiritali quadam VISIONE ſiue ASPECTV, cùm illuſtrationibus interdum ſuis lumen quoddam adeò excellens intelligentiæ infundit,vt eo illuſtrata, aſpectu quodam ſpirituali; ſicut alter Moyſes, f *inuiſibilem tanquam videns* aſpiciat *ac ſuſtineat*. quæ intelligentia,etſi fidei virtutem retinet, adeò tamen lumine illo circa diuina myſteria, illuſtratur & perficitur, vt in alteram quaſi mutata videatur.

I Viſio

f *Heb.11.27*

HVIC aſpectui ſolet plerumque modus quidam ſpiritualis lætitiæ cõiungi,qui IVBILVS appellatur,dum præ gaudio mens,veluti ſaltus quoſdam edit,ob nouitatem diuinorum mirabilium,quæ vidit, iuxta illud quod eſt apud Iob:g *Deprecabitur Deum,& placabilis ei erit:& videbit faciem eius in Iubilo*. Ad hanc contemplationis & interioris viſionis rationẽ inuitat nos ipſe Dominus dicens:h *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus*; atque ſi diceret nobis: abſtinete à peccatis, expedite vos à negotiis terrenis, & ſolicitè attendite ad operum meorum conſiderationem: & eo vſque peruenietis,vt magna luce videatis,me ſolum eſſe Deum, & glorioſum inter gentes, excelſumque in tota terra.

Iubilus

g *Iob.33.26.*

h *Pſal.45.11*

Pſal 76.14. & 96.4.11.

Horum nonnihil, vt plurimùm, Deus communicat ſeruis ſuis, extemporaneis quibuſdam illuſtrationibus, quæ *fulguris* inſtar, veritates aliquas fidei noſtræ illis patefaciunt, vt eam multò aliter capiant, quam antea: quæ licèt velociter pertranſeant, cor tamẽ variis amoris Dei affectib. aut doloris peccatorum accenſum valdè relinquunt, iuxta id quod veritas illa oſtenſa requirit. Eiſdem etiam illuſtrationibus mouet interdum Deus peccatores, vt reſipiſcãt, & conuertantur: ex tempore eis pateſaciẽs grauitatem peccatorum, damnationis periculum, & ſimiles veritates, quæ ad vitæ mutationem afficiunt, & permouẽt. *De quo fuſiùs meditatione 29. partis 5. cum agetur de conuerſione S. Pauli.*

II. Auditus

SECVNDVS modus, quo ſe Deus Dominus noſter communicat, eſt per AVDITVM ſpiritualem dum internè loquens, ſuis inſpirationibus animæ, viua quædam, & efficacia verba proponit, adeò interdum diſtincta, atque illa ſunt, quæ corporis auditu percipiuntur: quibus aut veritatem aliquam docet, aut voluntatem ſuam ita efficaciter aperit, vt ad eius executionẽ impellat, vſque adeò, vt (ſicut ſpõſa loquitur) i *anima* molleſcat, tenereſcat, & amore diuino *liqueſiat*: & quæ priùs cor triſte, & quaſi deficiẽs, gelidum, durũq; ad res ſpirituales gerebat, interno aliquo ex his verbo accepto, in momento exhilaretur, confidat, inflammetur, atque ad id, quod Deus cum illa facere ſtatuit, tota blanda, flexibilis, aptaque reddatur, & quamuis interna hæc verba adeò extraordinario modo audiri ſoleant, quem ſolus, qui ea audit, agnoſcat: alio tamen ordinario modo omnibus eueniunt, & appellantur *Inſpirationes*.

i *Cant. 5. 6.*

Inſpirationes.

Lib. de triplici habitaculo.

Vt enim excellens Doctor Sanctus Auguſtinus ait: interior illa DEI Domini noſtri allocutio, eſt occulta quædam inſpiratio, qua voluntatem ſuam ille, aut veritatem inuiſibiliter aperit animæ. Eâ itaque Deus & Iuſtos alloquitur, & peccatores; licèt eos frequẽtiùs, qui valdè ſunt ſpirituales quos nunc docet, nunc reprehendit, corrigit, exhortatur; nunc Conſolatur, & ad virtutum, ac perfectionis opera impellit. Quare Dauid; vt qui valde talibus alloquiis, & diuinis impulſibus aſſueuiſſet, dicebat: k *Audiam quid loquatur in me Dominus* DEVS: non tamen ſolùm, vt Deus loqueretur, optabat; ſed ſimul ſe promptum ad exequendum, quod audiret, exhibebat.

k *Pſal. 84. 9.*

Dvos hoſce orationis aut contemplationis modos, qui *intuitu*, & *Auditu* ſpirituali fiunt, inſinuauit Sanctus Iob, cùm Deo dixit: l *Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te*: qua ſententiâ (teſte S. Greg.) inſinuat, nobiliori modo Deum interna viſione, quàm auditione cognoſci: Auditio enim plus habet obſcuritatis propter fidei tenebras; viſio plus claritatis, vt quæ Deũ magis propè, magiſq; præſentẽ aſpiciat. Licèt

l *Iob. 42. 5.*

Lib. 33. Moral. c. 4. Viſio clarior auditu

alià-

aliàs inſcriptura, ſuprema contemplatio, per modum auditus exprimatur, vt ſuo loco dicemus.

TERTIVS internæ communicationis modus eſt, per ſpiritualem ODORATVM, quo odor quidam, & rerum ſpiritualium fragrantia adeò ſuauis animæ infunditur, vt eo confortata, ad eas quærendas, & procurandas excitetur, & m *currere incipiat* (vt eſt in Canticis) *poſt odorem vnguentorum* ſuauiſſimorum. Et ſanctus Ioannes Euangeliſta, in hac interna cum Deo tractatione optimè verſatus, dicere conſueuerat: *odor tuus, Domine, excitauit in nobis concupiſcentias æternas.* Odorē vocat ſenſum quendam valdè ſpiritualem rerum æternarum, quas non videntes credimus, & obtenturos ſperamus, ex quo feruentes ſpei actus procedunt, & accenſa eas procurandi deſideria; & anhelitus quidam, magnuſque conatus ad media poſsibilia, quibus ea aſſequamur, adhibenda, cum ingenti illo gaudio, quod Apoſtolus n *ſpei gaudium* appellat.

Introduct. 3. Partis.

III Odoratus.

m *Can. 1. 4 Ex S. S. Bonav. ſuprà diſt. 6.*

n *Rom. 12. 12.*

Nam vt canes, ex odore magna velocitate & guſtu feram inſequuntur, nec prius à curſu deſiſtũt, quàm ad locum, vbi illa iacet, perueniant; & (ſiquidem licet) prædam etiam inuadant, & capiant: ita animę, quæ & ſenſu illo, odoreque diuinitatis Dei Domini noſtri, ac humanitatis, charitatis, bonitatis, & reliquarum eius virtutum in oratione afficiuntur; magno feruore diligentiaq; currunt ad rerum æternarum aſſecutionem; quarum odorem perceperunt; nec priùs quàm aſſequantur, eo modo quo licet in hac vita, deſiſtunt; ſpe adhuc eaſdem plenè in futura poſsidendi.

Simile à Canibus

Cuius veſtigium aliquod cernimus in ijs, quos Deus ad vitam vocat religioſam, quibus nonnullum communicat ſenſum, odoremq; eius ſuauitatis, ſecuritatis, & ſanctitatis, quam in ea inuenturi ſunt, cuius rei causâ nihil dubitant plurimas difficultates calcare: nec priùs deſiſtunt, quàm, quod optant, aſſequantur. Et eâdem de causâ Apoſtolus dixit; Iuſtos o *bonum odorem eſſe Chriſti in omni loco:* Clariſsima ſiquidem eorum exempla nos corroborant; atque ad eos ſequendos, Chriſtumque, à quo reuerà illa procedunt, imitandum, impellunt.

Exemplum in vocatis ad Religionem

o 2. Cor. 2. 15.

QVARTVS modus communicationis eſt per GVSTVM quendam ſpiritualem, quo tantam Deus animæ dulcedinem, feruoremque in rebus ſpiritualibus præbet: vt carnalia ei omnia deſipiant: imò p *caro ipſa* ſimul cum ſpiritu *exulcet* (vt Dauid ait) *in Deum viuũ*, & in omnia quæ illius ſunt. Cuius dulcedinis & mirabilium eius effectuum experimento in magnitudinis ipſius Dei, excellentiæ legis eius, atque virtutum, præmiorumque cœleſtium cognitionem peruenit. Quam ob cauſam Dauid dicebat: q *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*: atque ſi diſtinctiùs diceret: ſi guſtatis, quis Deus ſit, & opera, quæ ille inter vos ipſos operatur; hoc guſtu deprehendetis, quàm ipſe ſit ſuauis, quàm bonus, quàm

VI Guſtus

p *Pſal. 83. 3.*

q *Pſal. 33. 9.*

ſapiens,quàm potens,quàm liberalis & miſericors. Et eodem modo licebit dicere: guſtate & videte quàm ſit iugum eius ſuaue; quàm ſuauis lex eius,obedientia, humilitas,patientia, temperantia, caſtitas, & charitas: vnaquæque enim eius virtus propriam habet dulcedinem.

Pſal.30. 9.

Ac propter ea idem Dauid dicebat: r *O Domine,quàm magna eſt multitudo dulcedinis tuæ,quam abſcondiſti timentibus te!* magnitudinem cum multitudine coniunxit, vt indicaret,ſicut in *cibis* eſt ſaporum varietas: ita Deum in myſterijs,& virtutibus ſuis, magnitudinem habere, & varietatem , hoc eſt, multas,& magnas conſolationes. Si enim s *Manna*,cùm eſſet vnicum, omne delectamentum,hoc eſt, omnem ciborum ſaporem , in ſe continebat; vt corporali illa dulcedine iuſtis indulgeret: quid mirũ,ſi Deus rerũ omnium dulcedinem eminenter contineat; vt ſecum in oratione verſantibus indulgeat, coſque conſoletur? & quidem aliquibus eam dulcedinem impertitur,cùm ipſius perfectiones meditantur; alijs dum eis beneficia; alijs dum ſanctam eius legem;de qua Dauid aiebat: t *Dulciorem eſſe ſuper mel & fauum.*

Sap.16 20. Magnæ & multæ cõſolationes Dei.

Pſal.18.11.

Verùm illa dulcedo occulta eſt,& pro ijs tantùm qui ipſum timent, ac reuerentur: illi enim ſoli ita copiosè eam guſtant , vt, poſtquam delibarunt, non habeant (teſte Caſsiano) linguam ad eloquendum: excedit enim,& ſuperat omnem ſenſum.

Colla.12. 7.12.

Communicat nihilominus Deus dulcedinis huius partem aliquam tyronibus; imò,& peccatoribus,quò illos à lacte conſolationum terrenarum ablactet: ſed copioſiorem omninò ijs eam largitur, qui ipſius amore ſeſe mortificantes, illis ſe abdicarunt.

V Tactus

Oſculetur me oſculo oris ſui. Ad tactum eius commota ſunt viſcera mea. Dextera illius amplexabitur me. u 1. Cor. 6. 17. 1 Cant. 3 4.

Qvintvs communicationis modus eſt per Tactvm ſpiritualem, dum ſuauiſsimis ſuis inſpirationib. Deus intima cordis tangit,ac ſe ipſum animæ tantis blandicijs,& ſuauitate coniungit, vt nequeat explicari , niſi illis ſimilibus, quæ in Canticis exprimuntur: quæ prætereo, ne ruſticitas noſtra ad tantam teneritudinem offuſcetur,& excæcetur: omnia tamen ad id tendunt,quod Apoſtolus ait: u *qui adhæret* Deo,*vnus ſpiritus efficitur*: quia Deus internè eum brachijs ſuæ charitatis amplectitur; indulgetque ei, ſignis præſentiæ ſuæ, amoris ſui,ſolicitudinis, quam de illo habet: magnis etiam pacis,& arctæ amicitiæ indicijs oſtenſis.

Qvi autem tales fauores experitur, Deum ipſum amoris vlnis amplectitur,cùm ſponſa dicens: x *Tenui eum nec dimittam.* Hîc blanda illa habentur colloquia,& petitiones gemitib. inenarrabilibus,actusq; illi,quos *Anagogicos* vocamus, in negotio Spiritûs valde eminentes: qui , quòd merâ, puraque gratiâ ſuâ eos Deus impertiatur,cui vult : etſi prætendi non debent: accipi tamen poſſent, ſi darentur, vt ſuprà dictum eſt.

HI sunt itaque modi extraordinarij, quibus se Deus Dominus noster per internos sensus, animæ communicat, nobis id tantùm incumbit, vt cum eius diuina gratia, corporis nostri sensus *externos* bene mortificemus: sic enim fiet, vt *internos* ipse nobis aperiat. Nam (S. Gregor. teste) *si externus sensus claditur, mox internus aperitur.* contra verò (teste S. August.) *Internus sensus dormit, si suis externus voluptatibus se tradit.*

Custodia sensuum

Ex S. Bonauent. supra distinct. 4. Li. 4 de Spiritu & anima c. 9.

Præter hos autem modos, alio adhuc faciliori vti licebit, ad internos sensus circa fidei mysteria applicandos, cuius praxim ponemus Meditatione 26. partis tertiæ, quo nos disponemus, ad eam partem eorum, quæ iam diximus, suscipiendam; quam Deus dignabitur, prout nobis expediet, communicare.

DE ORDINARIO ET EXTRAORdinario tempore, mentis orationi tribuendo: ac de Iaculatorijs orationibus.

PARAGRAPHVS. XII.

Recollectio extraordinaria sæpius assumenda, maxime tamen
1. Ad *conuersionem* perfectam. 2. Meditationis *vsum* acquirendum
3. *Status* electionem 4. *Feruorem* Spiritus excitandum
Ordinarium tempus quod fere *horæ* vna constat, constanter retinendum
Iaculatoriarum precum vsus vt vtilissimus sic frequentissimus sit.

DVPLEX intelligi potest tẽpus mentis orationi vacandi: alterum *ordinarium* & quotidianum per totum vitæ cursum, & dum valetudo permittit: alterum *extraordinarium*, quo quis, dimissis alijs negotijs & occupationibus, ad separatum locum se recipiens, vnius, duarum pluriumve hebdomadarũ tempus, his meditationibus tribuit. Id quod in varios fines, varijsq; occasionibus fieri potest.

PRIMVM huiusmodi *recollectio* opportunè fit, cùm quis peccatis grauatum se sentiens, veram confessionem instituere, & perfectam ad Deum conuersionem facere constituit: est enim medium ad id exactè faciendum aptissimum, colligere sese ad octo, vel plures dies; & totum illud tempus in eo ponere, vt de suis recogitet peccatis: eas interim adhibens meditationes, quæ ad verum de eis dolorem concipiendum, perfectamque vitæ mutationem instituendam extimulent.

Recollectionis fines

I Conuersio peccatoris

SECVNDO, cùm quis Mysticam hanc Spiritûs scientiam discere cupit; vt mente orare, cum Deo familiariter agere sciat, & vsum aliquem experientiamq; sibi in ijs comparare: opportunè is mensem integrum aut etiam ampliùs aliquid huic tribuet exercitationi sub spiritualis alicuius

II Meditandi vsus.

Patris

Patris ductu, donec bene exercitatus euadat. Et si enim præceptus huius scientiæ Magister sit Deus; iuuat nihilominus visibilem alium habere, à quo dirigatur; & tempus sibi ad discendum; & quod didicerit, in praxim deducendum, accipere.

III Status electio

OCCASIO tertia esset, cùm quis de *statu* vitæ accipiendo cogitat, sed quisnam illi ad salutem propriam, & perfectionem sit aptior, addubitat: aut cùm grande aliquod negotium, ad diuinum obsequium aggredi cogitat; sed de voluntate Dei dubius est: aut certè, si de ea cõstet, cupit felici pede incipere; & oratione sese, ad diuinum auxilium, pro felici exitu impetrandum, præparare. In huiusmodi, inquam, occasionibus valde est conueniens, aliquo tempore sese recolligere; quod Christus ipse Dominus, antequam suam inchoaret prædicationem, per a *quadraginta dies*, in deserto fecisse legitur.

Exemplo Christi.
a *Matt.* 4. 2. *Marc.* 1. 12 *Luc.* 4. 2.

IV Feruor spiritus

QVARTA occasio est, cum ij, qui aliàs mentis orationem frequentant, frigidos se, vagos, & aridos in ea deprehendunt: & in diuini obsequij rebus languere se sentiunt: efficax enim tunc medium est ad renouationem, & feruorem comparandum, octiduum his meditationibus, maximam in eis diei partem insumendo, dedicare, & quoniam tepor ille omnes plerumque sensim inuadit, omnibus expedit singulis annis ad octiduum, ad hanc renouationem acquirendam se recipere.

DENIQVE etiam dum tepor nullus adest, bonum interdum est, ad satietatem vsque se Deo replere: quo in eius amore proficiat, & primas in eius obsequio obtinere contendat: sicut Sanctorũ nonnulli fecêre, qui ea ratione ad altissimos sanctitatis gradus peruenerunt.

DE *ordinario* tempore nulla potest omnibus generalis Regula constitui: sed tempus hoc sanitate, talento, statu, siue conditione, officio, obligationibus, & necessarijs occupationibus est mensurandum. Omnium autem horum ratione habita, quò plus temporis huic exercitationi tribuetur, postquam erit prædictis satisfactum, eò melius erit. Ordinariè tamen *horam vnam* mane, aut vesperi sese colligere conueniret. Siquidem non absque causa Christus Dominus noster, in separata horti Gethsemani oratione, *horam* consumpsisse, colligitur ex eiusdem ad Petrum admonitione, cùm dixit: b *Non potuisti vna hora vigilare mecum.* Quòd si quis per horam non possit (aliquo ex supradictis impedimento obsistente) in oratione permanere: maneat saltem per *semihorã*, quod si neque mediam, *quartam* saltem partem tribuat ei mentis orationi, quam conscientiæ Examen vocamus, eo modo, quem postea ponemus: tribuatq; aliquid ampliùs orationi diebus *festis*, qui ad hoc, vt Deo vacetur, sunt instituti.

Hora meditationis

b *Matt.* 26. 40.

Media Quadrans 1. *Par. Medit.* 18.

Ordinarius tẽpus integrè explendum.

CIRCA ordinarium hoc tempus orationis valde obseruandum est, vt quod quisque constitutum habet, aut statûs sui præscripto, vt religiosi ali-

qui

qui habent,aut particulari ſua deuotione, aut ſpiritalis Patris directione, illud ita conſtanter retineat, integreque ſancto huic exercitio impendat, vt nec vel diem vnicum prætermittat, nec vel vnius Apoſtolici ſymboli ſpatium ei ſubtrahat.Hoſtis.n. noſter ſolicitè valde mille exquirit occaſiones,& prætextus,nunc valetudinis corporalis, nunc alicuius negotij,& ſolicitudinis,etiam ſpecie pietatis, vt orationem interrumpamus: quæ vno die ex ignauia,aut aliâ minus recta intentione interrupta,facilè altero die intermittetur;& interdum eo vſq; venietur, vt omninò deſeratur. Quare S.Chryſoſtomus dicebat:virum iuſtũ grauius ipſa morte ferre debere,quòd oratione priuetur:ſicut S.Propheta Daniel, qui c*onſuetudinẽ ter in die Deum orandi,non intermiſit*, etiam poſtquã Perſię Rex,vbi ipſe erat, edicto ſub mortis pœna prohibuiſſet,ne quis triginta dierũ ſpatio Deum oraret.Daniel tamen ne tantillum quidem temporis propterea ſuſtinuit ab orando ceſſare:intelligebat enim, ſpiritualem ſuam vitam ab oratione pendere; ideoq; nec corporalis mortis metu,voluit periculo animæ vitam exponere : quæ teſte ipſo Chryſoſtomo , velut mortua iacet, oratione deficiente; ſicut ipſum corpus ſine anima mortuum eſt, & cadauer.Quare ſicut Daniel,quamuis orationis cauſa, mortis corporis periculo ſe expoſuit(nã miſſus fuit in lacũ leonũ:) re ipſa tamẽ mortuus non eſt; quia Deus leonũ occludens ora (eò quòd ipſe Daniel ſuum,ad orandum,aperuiſſet) eum ab eo periculo eripuit : Ita fas nobis fuerit credere,neque vitæ periculum nos ſubituros, nec aliquid de tranquillitate noſtra,aut negotiorũ expeditione amiſſuros, propterea quod conſtitutum tempus orationi tribuamus: potiùs per orationem ita cauſam noſtrã acturos,vt Deus eam in ſe recipiat;atque omnipotentiâ,& ſapientiâ ſuâ perficiat,quod noſtrâ nos imbecillitate aut ignorantiâ perficere non potuiſſemus. Quod ſi aliquando verè aduerſa valetudine aut legitimo, & vrgente alio impedimento, orationem ſuo tempore interrumpere coacti fuerimus, decet nos ipſum orationis exercitium,impedimento ceſſante, reſumere; ne interruptio,ex neceſsitate legitimâ,admiſſa; ignauia poſtea noſtra vlteriùs progrediatur.

Lib. 1.de o rando Deũ c Daniel 6 10.

Exemplo Danielis.

Anima ſi: oratione mortua.

VLTIMÒ ne quis à digniſsima hac exercitatione eximatur, illud addiderim: omnes vniuerſim, tam qui conſtitutum habent ad ſeparatam orationem tempus, ſi deuotionem ſuam conſeruatam velint; quàm qui tempus nullum conſtitutum habent,vt defectum hunc ſuppleant: meritò debere ſæpiùs in die ſe exercere breuibus mentalis vel vocalis Orationis actibus,quos *iaculatorias* orationes appellamus (quarum mentionem aliquam feci ſuprà paragrapho 9.) in quibus, ait S. Auguſt.frequentes fuiſſe antiquos illos Patres Eremi cultores,qui Dei,& beneficiorum eius, aut proprio rum peccatorum memores,feruentem aliquem affectum,aut

Iaculato riæ prec

Epiſt. 12 *ad Prob* 10. *Chry homil.* 7 *ad popul.*

Oratio.

virtutis alicuius petitionẽ, tanquã ſagittã in cœlũ iaculabãtur, dicẽtes verbi gratiâ. O Domine, ſi te nũquã offẽdiſsẽ: ô, Deus, ſi te amarẽ: ô ſi tibi prõptè parerẽ! concede mihi Domine animæ puritatẽ, cordis humilitatẽ, paupertatẽ ſpiritũs; parce, Redẽptor mi, peccatis meis, quia valde ſunt grauia.

Lib. 2. de Inſtitutis c. 10. & Collat. 9. c. 35. In conſt. monaſt. c. 2.

HIC orationum modus, quòd breuis ſit, tum omnibus eſt facilis; tum maiori, quàm alius attentione, & feruore fieri poteſt, vt notat Caſsianus: ideoq; ad impetrandum quod à Deo petimus, eſt efficaciſsimus. vt enim S. Baſilius ait: præſtat parum bene, & attentè, quàm multum ſecus orare. Deus enim non precũ multitudine, ſed earum pondere, & feruore vincitur. Harum tamen orationum breuitas frequentatione ſupplenda eſt: ſtudendo eis aliquo ſaltem modo exequi, quod Chriſtus Dominus dixit: d *Oportet ſemper orare & non deficere:* hoc eſt, neque in tempore orationi deſignato, neque in eius feruore, & fiducia, neque in frequentatione poſsibili, ab his iaculatorijs multiplicandis deſiſtendũ: quæ (vt Dauid ait) e *reliquiæ ſunt cogitationum* ſanctarum, quas tempore matutino, *diem feſtum agentes* habuimus, quibus etiam ipſam deuotionem toto die in nobis conſeruamus, & S. Chryſoſt. vult, ſingulis minimùm diei horis aliquam ex his orationibus Deo offerri, *vt orandi*, inquit, *curſus, curſum diei aquet*: & quando horologium horam ſonat, ſit nobis quaſi ad orationem excitator. qui tamen feruentes ſunt, etiam ſunt in eiſdem orationibus frequentiores, imitantes ſanctos illos AEgypti monachos, de quib. Caſsianus, quòd, dum laborarent toto die: *preces, & orationes per ſingula momenta miſcebant*, quo compendio, ad magnam breui ſanctitatem perueniebant, & plurima ſibi merita cumulabant.

d Luc. 18. 1.

e Pſal. 75. 11

Lib. 1. de orat. Deum ad finem.

Lib. 3. c. 2. & lib. 2. c. 14.

Nec magnum quid cenſendum eſt, ſi exercitij huiuſmodi auidiores ſimus; qui (S. Bonauentura teſte) omni tempore, omni hora poſſumus oratione lucrari, quod toto mundo preciolius eſt. Id quod ita eſſe manifeſtè licet deprehendere: ſi enim aliquis eſſet, qui die toto internos blaſphemię actus eliceret, vltionis, odij Dei, & grauium aliorum peccatorum propoſita ſæpè conciperet: in fine certè diei grauem is promeritus eſſet Infernũ: ſi igitur contrà, eundem diem totũ bonis deſiderijs, & propoſitis Deo placendi, & virtutibus petendis inſumat, acquiſiuerit certè in eius fine incredibile donorum cœleſtium, & præmij æterni lucrum. Neque enim Deus minus eſt ad præmia liberalis; quàm ſeuerus ad pœnam.

Opuſcul. d Perfect. vitæ c. 2.

Harum iaculatoriarum orationum plurimas inſeremus in huius libri Meditationibus, in tertia præcipuè parte, perpendentes breues orationes, quas leproſi aliqui, & cæci, Cananea, & Lazari ſorores, & alij Chriſto Domino obtulerunt.

ALIQVA ADVERTENDA CIRCA INSEQVENTES Meditationes.

PARAGRAPHVS XIII.

AD

Harũ Meditationum finis. S. Augustin. serm. 22. ad Fratres S. Isidor. lib. 3. de sum. bo. S. Bern. ser. 10. ad sororem.

AD vtilem insequentium Meditationum Vsum, est aduertendum, vt in varios illæ fines conscriptæ sunt, ita posse perlegi. PRIMVS EST, vt aliquid temporis nobilissimæ & vtilissimæ illi exercitationi tribuatur, quam *spiritualem lectionem* appellamus: in qua (vt Sancti Patres authores sunt) Deus idem cordi legentis loquitur, quod erit scriptum in libro: mentẽ.n. veritatũ, quæ scriptæ sunt, lumine illustrat, voluntatem verò igne similium affectuum accendit, & propterea in aliquibus meditationibus fusior ero; inseramq; documenta aliqua, & regulas perfectionis circa vitia aut virtutes, de quibus in eis agitur: quò spiritus scientiã discant, qui eo animo eas legerint. Quare non properanter, sed attentè, & magna animi quiete legendæ sunt, adhibita ruminatione, & æstimatione eorum, quæ leguntur: eorumq; benè percepto sensu; modoque aliquo meditationis ipsi Lectioni adiuncto; petita etiam prius à Deo luce; & vt ad cor illis ea loquatur, quæ lecturi sunt: illud Samuelis vsurpantes: a *Loquere Domine: quia audit seruus tuus.*

I Spiritualis lectio. a 1. Reg 3. 10.

SECVNDVS principalis finis, easdem meditationes legendi, est, vt materia orationis, & contemplationis, in secreto cum Deo Domino nostro habendæ præparetur. vt.n. S. Bern. ait. Lectio disponit inuatque ad meditationẽ: sine qua, aut re alia ei simili, errãs, vaga, & districta esse solet, & in eũ finẽ illa tantùm legenda sunt puncta, quæ ad meditationẽ præscriptâ horâ faciendã sufficiant; Imò, quoniã interdum vnũ punctum prolixũ est, cõplectiturq; tres, quatuorue considerationes; (quarũ numerus ad marginẽ ponetur) expedit, illud punctũ in varia partiri, & duas tresve sententias illarũ considerationũ pro meditatione colligere, quæ fusiùs in ea expendantur; contrà verò, qui fusiorẽ voluerit meditationis materiã habere, licebit ei ex duab. vnã sibi fabricare. Sed & illud aduertendũ est, quamuis in eis exhibeatur orationis mentalis praxis ad affectus exercendos, petitiones, & colloquia instituenda; neminẽ tamẽ allegari, vt conceptis, quæ illic ponuntur, verbis, ea faciat; sed ipsemet, qui orat, ea sibi inueniat, sicut Dominus noster; & lux veritatis, quã considerat, ipseq; deuotionis sensus dictauerit, quæ *deuotio* (vt supra est dictum) *est animæ lingua, & qui eam habet, optimè nouit cũ Deo loqui*: sine ea autem erit veluti mutus: & tunc est opportunus colloquiorum vsus, quæ in eisdem inseruntur; sed ea, quasi propria ipsius orãtis, efferẽda sunt.

II. Materia meditationis. *In scala Claustral.*

TERTIVS finis eadẽ meditationes legẽdi esse potest vt qui legit, alijs eas tradat. Nã ad spiritus magistros, & cõfessarios spectat huiusmodi meditationũ pũcta discipulis, & pœnitẽtib. suis pscribere, eosq; in hoc orationis genere instruere; cũ per se aliàs capaces nõ essẽt. Nec tamẽ omnes singulis dãdæ sunt: sed & meditationes & pũcta, & cõsiderationes seligẽdæ, statui & capacitati eius, cui tradẽtur accõmodatę Imò & ad cõciones & spiritua. exhortationes habẽdas, harũ meditationũ le-

III. Pro Magistris spiritus.

Paragraphi 2. ex S. Ber. serm. 45. in Cant.

ctio vsui esse potest, quæ solent inter Religiosos aut etiam externos in communi haberi: excitato perfectionis, cuiusque status propriæ, desiderio.

Meditat scriptura firmantur iuxta sensum SS. Patrum.

PROPTER omnes hos fines curatum est, vt Meditationes solidum haberent suum fundamentum, & coniuncta scripturæ sacræ loca, quæ in eosdem fines conscripta est. Quare omnes ferè quatuor Euangelistæ adducti, & explicati in eis inuenientur, & maxima Actuum Apostolorũ pars, Principium Geneſis, aliaque plurima Veteris ac Noui testamenti loca, & quoniam illorum non pauca varios possunt habere sensus; studui, *receptissimum* adferre iuxta sanctorum Patrum, è quibus hasce considerationes hausi, mentem & declarationem: & iuxta ea, quæ viri alij spirituales experientia didicerunt: quibus Deus Dominus noster huiusmodi sensus spirituales communicare dignatus est.

Varietate oriscentur.

Ex quo efficitur, vt qui varietatem in his spiritûs exercitationibus amant, inuenturi sint in hoc libro varias ad diuersa anni tempora meditationes, pro Aduentu, Quadragesima, Dominicis, & præcipuis anni Festis, accommodatas, etiam iuxta temporis diuersitatem deuotioni, quam tunc Ecclesia repræsentat.

ET quoniam sunt etiam, qui deuotionem sentiunt, dũ meditationes suas per *hebdomada* dies distributas habent, etiam hanc varietatem in hoc libro inuenient. Qui enim purgare animam suam à vitijs, iuxtà viam PVRGATIVAM cupiunt, inuenient meditationes de *septem capitalibus vitijs*, singulas singulis hebdomadæ diebus applicandas: facileque erit septem alias sibi seligere ex septem alijs præcipuis rebus, quæ in eadem via inueniuntur, quales sunt meditationes de *peccatis*, *Morte*, *Iudicio particulari & vniuersali*, *Inferno*, *Purgatorio*, & *Gloria*. Item de septem ingentibus peccatoribus, quos Christus Dominus conuertit, *S. Matthæo*, *Magdalena*, *Samaritana*, *Adultera*, *Zacheo*, *Latrone*, & *Saulo*.

7 Peccata.
7 Circa Nouissima
7 Peccatores

Qui autem de acquirendis virtutibus tractant in via ILLVMINATIVA: Inuenient Meditationes de septem *petitionibus*, quæ in Dominica precatione exprimuntur; de octo *Beatitudinibus*, quas vocant, de septem *stationibus*, siue progressionibus, quibus tota Christi Passio continetur; de septem eius in cruce *verbis*: eritque facilè septem etiam *Parabolas*, septem ve insigniora Christi *miracula*, septem hebdomadæ diebus applicare.

Petitiones Beatitudinũ præmia Stationes Passionis Verba Parabolæ Miracula
7 Attributa Dies Præmia

QVI verò de vnitione cum Deo in via VNITIVA agunt, inuenient Meditationes de septem diuinis Attributis, quibus præcipuè vnitio hæc fouetur & alitur, *bonitas* nimirum, *charitas*, *misericordia*, *immensitas*, *sapientia*, *omnipotentia*, & *prouidentia*. Quòd si etiam diuina placet beneficia meditari, inueniêt opera illa, quæ *sex* primis diebus Deus in mundo fecit, requiemque diei *septimæ*; Septem item *gloriæ præmia*, quæ ostendit Christus

sermone

ſermone ſuo de Beatitudinibus; & quæ ſeptem Epiſcopis in Apocalypſi promiſit. In quam etiã formã meditationes inueniuntur de ſanctiſsima Euchariſtia, & de B. Virgine, etiam ad quindecim Roſarij myſteria: quæ omnia in indicibus ad finem libri poſitis, facilè cuique erit inuenire.

DENIQVE vnaquæque harum ſex partium, quas liber hic complectitur, in quibus variæ ſunt meditationes, variæ etiam orandi & contemplandi formæ & rationes, eſt velut conuiuium quoddam multorum variorumque ferculorum, variè conditorum, quæ mẽſæ quidem apponuntur, non vt ſinguli conuiuæ de omnibus comedant; (quamuis omnes delibare liceat) ſed vt quiſque illud præcipuè ad comedendum eligat, quod magis palato ſuo arridet; aut complexioni aut neceſsitati magis eſt accommodatum; reliquis ferculis, aliis conuiuis relictis, qui fortè in eis guſtum inuenient, quem ipſe non inueniebat: quòd aliam habeant complexionem, aut neceſsitatẽ, quàm ipſe. Eſſet enim craſſæ nimis ignorantiæ in hac meditandi materia, omnes velle ad eandem orandi formam aſtringere, quæ magis mihi probatur; eos verò contemnere, qui aliam rationem ſequantur.

QVARE ſingulis, ſiue ſpiritualis Magiſtri directione, ſiue experientiâ, conſolationis, profectuſque ſui magiſtrâ, eas licebit meditationes, orandique rationes eligere; quæ in hunc finem magis illum iuuent: nec nocet tamen b *omnia*, iuxta Apoſtoli conſilium, *probare*: fortè enim Dominus noſter viam mihi aperire dignabitur, vbi ego clauſam omninò metuebã.

Ex dictis facilè colligitur, eos, qui myſticam Iacob c *Scalam* quotidie conſcendere cupiunt, (quam S. Auguſt. *Paradiſi*, S. verò Bernar. *Religioſorum* ſcalam appellant. & cuius gradus ſunt *Lectio*, *Meditatio*, *Oratio*, & *contemplatio*) in hoc libro materiam & inſtructionem ad eam conſcendendã inuenturos: diuinæ quidem gratiæ potiſsimùm innitentes, cuius auxilio omnibus licebit ad ipſam cum Domino vnitionem peruenire, qui *eius ſummitati innixus* nos ad conſcendendum inuitat. Ad hoc enim ſanctos Angelos ſuos mittit qui noſtræ vtilitatis intuitu aſcendunt, & deſcendunt: *aſcendunt* inquam, vt noſtra deſideria, petitionesque Deo offerant; *deſcendunt* verò, illis benè expeditis, vt quotidie nos magis animent, ad perſeuerandum in hoc aſcenſu: donec paradiſum ingrediamur Dei noſtri, vbi & eum videre, & in æternum frui liceat. Amen.

Finis Introductionis.

b 1. *Theſſ* 21.
c *Gen.* 28.
S. Auguſ
S. Bernar

SYNOPSIS MEDITATIONVM R. P. LVDOVICI DE PONTE E SOCIETATE IESV.

Partis primæ Synopsis siue summaria Capitum.

Introductio de puritate.

Meditatio animam purificat *impellendo ad actus triplices:*
1. Humilitatem 2. *Dispositiones ad* iustificationem; *Fugam* recidiuæ
Tantum nunc Deo *quantum ante* mundo *seruiendum*; Imò *longe plus.* (*sunt.*
Etsi incipientibus *necessariæ*, *omnibus tamen purgatiuæ exercitationes vtiles*

Meditatio I. fundamentum.

Præmittenda loci compositio & oratio rei accommodata.

Punct. 1. Finis hominis
1. *Considera Deum creasse hominē ad suam gloriam & hominis salutem*
2. *quantum hactenus ab illo fine receſſeris, imo contrariū prorsus elegeris*
3. *quantis bonis excides & malis incurres si hunc finem non assequare.*

Punct. 2. creaturarum.
1. *Liberalitatem Dei in hominem omnia propter ipsum creantis*
2. *Creaturarum erga Deum obedientiam, solius hominis inobedientiā*
3. *Ex creaturarū perfectionibus inuestiga infinitā creatoris perfectionē*

Punct. 3. Indifferentia
1. *Creaturarum vsum rectum, qui fini est proportionatus* (*tionem*
2. *Immoderationem mortificandam per diuinæ prouidentiæ considera-*
3. *A Deo pete omnimodam resignationem & perfectam indifferentiam.*

Punct. 4. *Odium peccati lethalis concipe quod solum finem hunc destruit.*

MEDITATIO II.

P. 1. Angeli
1. *Considera Deum Angelos nouem excellentiis in Creatione dotauit* (*utentium*
2. *Angelorum ingratitudinem & superbiam his donis contra Deū ab-*
3. *Dei subitam & terribilem ac perpetuam in Angelos vindictam*
4. *Homines peccatorum multitudine, varietate, ingratitudine longe superare Angelos*

P. 2. primi Parentes
1. *Liberalitatē Dei erga primos parentes in statu innocentiæ in Paradiso creatos*
2. *Hominis lapsum fraude serpentis, Euæ concupiscentia, Adæ facilitate*
3. *Dei grauissimam in ipsos & omnes posteros pœnā & maledictionem*
4. *Antitheſin grauitatis peccatorum nostrorum plurimorum, præ vnico Adami.* (*ritatem*
5. *Pœnæ primis parentibus & posteris inflictæ diuturnitatem & asperitatem*

3. vnum peccatum lethale
1. *Quam multi in inferno ob vnū solū peccatū lethale damnati sunt.*
2. *Quanto iustius tu, qui sæpius & grauius Deum offendisti.*
3. *Non minorem Deo gratiam debes quod te ab inferno præseruarit, quam si te inde eduxisset* (*propria.*

4. *Si Christus tantum passus est pro alienis delictis, quid tibi timendum est ob*

MEDITATIO III.

1. *Recogita annos prateritos & coram Deo confitere*
His si occulta addes multitudo *magna exurget & Dei patientia elucebit.*
2. *Grauitatem peccati ex similitudinibus S. Scripturæ maxime tamen ex recidi-*

uæ in-

ua ingratitudine intelliges.

3. *Primam ratione meuertit & peccatorem viliſsimum mancipium effecit*

MEDITATIO IV

1. *Conſidera vilitatem corporis ex limo terræ creati, in puluerem reſoluendi &c.*
2. *Animæ è nihilo creatæ, in peccatis conceptæ mille miſerijs obnoxiæ*
   Viliorem vero longe futuram, niſi Deus eam à peccato & æterna damnatione
   præſeruaret (creaturis, ipſi denique Deo opponas
3. *Peccatoris inſaniam magis agnoſces, ſi eum ſolum omnibus hominibus, Angelis,*

MEDITATIO V.

1. *Dei offenſi bonitatem, immenſitatẽ, Omnipotentiã & cætera attributa conſidera*
2. *Beneficia 1. Creationis 2. Redemptionis 3. Sanctificationis*
   Exempla Ioſeph & Saulis, qui benefactores ſuos offendere noluerunt.
3. *Leuiſsimo honore, lucro, voluptate peccatorem primogenita cœli vendere*
4. *Mirare quod Creaturæ, Angeli, ſidera, fulmina, terra, gehenna tibi in Deum*
   peccanti hactenus pepercerint.

MEDITATIO VI. (*fert*

1. *Peccatum priuat opibus, Honore, Regno, Sanitate, Gaudio, Vita. Mala omnia ad-*
2. *1. Peccator ſolus malus & miſer, 2. Deus autor culpæ eſſe non poteſt, cum ſit au*
   thor omnis pœnæ, Chriſtus maximas pœnas aſſumpſit, nullam culpam aſſumere
   potuit; 3. Omnis pœna eſt medicina peccati, ſic diſponente DEO, imo nec ſufficiens
   ad vnicum expiãdum. Ergo minus eſt malum omnis pœna, quam vna culpa Hinc
   diſce odium culpæ & tolerantiam pœnæ.
3. *Omnia mala huius vitæ, cum ſint finita, nil tollunt de peccati pœna, quæ, vt ſer-*
   uetur proportio infinitæ eſſe debet. Hinc infernus ei debetur infinitus, tum quod
   pœna eius infinita, tum quod infinito priuet bono, DEO quæ eſt pœna maxima.
4. *Peccatum inferno peius adeo vt ſi per impoßibile daretur electio, Infernum præ*
   peccato Sancti eligerent. MEDITATIO VII.
1. *Mortis hora Deo certiſsima, à quo omnis vita dependet, quam & pro ſua proui-*
   dentia prorogat, aut corripit ad ſalutem vel in pœnam.
2. *Incerta vero hora, locus, genus Mortis, & ſi repentina futura ſit, idque ſingulari*
   Dei prouidentia vt vigilemus.
   Omnis ergo aliorum audita, vel viſa repentina mors tua ſit admonitio
3. *Mortis ſemel male obitæ error irreparabilis Ergo mature prouidendum*

MEDITATIO VIII.

1. *Mortem acerbam faciunt Memoria præteritorum Peccatorum commiſſorum & tem-*
   poris male neglecti.
2. *Præſentium derelictio 1. Opum 2. Cognatorum 3. Corporis & mundi, quæ quam acerba*
   ſit minimo experimento facile diſces. Ergo morere illis in vita, ne te affligant in morte.
3. *Timor inſtantis Iudicij particularis, in quo de re grauiſsima irreparabiliter decernetur,*
   nec certus es de euentu iſtius litis. Accedet Dæmonis extremus in extremis furor ad De-
   ſperationem impellentis. MEDITATIO IX.
1. *Conſidera perſonas quatuor, Animam ſolam Ream, Deum Iudicem, Angelũ cuſtodem,*
   Cacodæmonem, omnes pro actionum tuarum varietate varie affectos (ſpectia eſſe debẽt
2. *Tempus & locus iudicij idem eſt qui mortis, Ergo omne tempus & locus tibi merito ſu-*
3. *Proceſſum, cuius Accuſatores erunt, Dæmon, Conſcientia, Angelus cuſtos,*

Exa-

4. *Exemplo ſit Balthaſar ſuius, vita præciſa 2. opera inuenta ſunt mutila 3. Regni alijs, corpus vermibus, Anima data dæmonibus.*

MEDITATIO XIII.

1. *Vniuerſalis iudicij viſibil s cauſæ tres, 1. Vt confirmetur, innoteſcat & ſuppleatur particulare iudicium, in quo anima ſola vel honoratur vel damnatur iuſte, Corpus ſæpe in terris contrario modo afficitur, Hic autem vtriuſque par erit conditio. 2. Vt iuſtorum honori conſulat & gubernationis ſuæ ſapientiam omnibus oſtendat, Iudicia temeraria omnium reſellat, 3. Vt Chriſti gloria in terris reſplendeat, vbi publicam ignominiam pertulit.*
2. *Ante Iudicium omnes creaturæ atrociſſime inſurgent in peccatores, ita tamen vt grauiorem ſubſecuturam afflictionem ſingula prænuntient.*
3. *Ignis ſubitus abſumet omnia crudeliter impios, leuiter electos affligendo, qui denique Iudicio peracto illuſtrabit Electos deſæuiet in impios.*
4. *Cum Chriſto teſte ſubita hæc dies futura ſit, & qua minimè putabis, eodem ſuaſore, mortificationis ſtudio iugiter inuigila.*

MEDITATIO XIV.

1. *Corpore è pulvere reſuſcitato, conſidera, quam vario affectu animæ beatorum, & damnatorum in ſua corpora reuertentur, quæve ibi colloquia agitentur.*
2. *Chriſtus iudex glorioſus ſedebit ſlipatus Angelis, cruce præcedente, vulneribus ſanctiſſimis radiantibus, aßidente B Virgine, Apoſtolis, & Pauperibus Religioſis.*
3. *Sententia lata, Chriſtus per Angelos ſeperabit bonos à malis, ſumma horum confuſione & intuidia, illorum exultatione.*
4. *Conſcientiæ liber Omnium aperietur, Felix, ſi libro vitæ, qui eſt Chriſtus, reſpondeat, in quo non modo omnia malorum ſcelera, & bonorum merita, ſed & iuſtorum peccata ad Dei gloriam, & impiorum merita ad eorum ignominiam patebunt.*
5. *Impios odio Chriſti inſultabit Dæmon, Chriſtus exprobrabit beneficia, Angeli, Sancti, ipſa denique Conſcientia eos redarguet.*

MEDITATIO XV.

Sententiæ iuſtorum & damnatorum ſingula verba per ſecundum orandi modum excutiuntur.

MEDITATIO XVI.

1. *Inferni tormenta ſuperabunt huius vitæ pœnas 1. Multitudine 2. Magnitudine 3. Æternitate*
2. *Æterna omnia 1. Damnatus mortem fruſtra exoptans 2. Inferni ignis 3. Conſcientiæ vermis*
   4. *Dei decretum 5 Pœnæ æternæ, quia culpæ æternæ.*
3. *Nulla remißio, aut imminutio pœnæ, ſed impatientia creſcet, cum ſuperbia.*
4. *Infernus 1. Obſcurus, 2. Anguſtus 3. Calidus 4. Fœtidus. Omnia in ſummo gradu.*
5. *Nullus reſpectus 1. naturæ 2. honoris 3. ſcientiæ 4. ſanguinis, ſed omnes hoſtes ca-*

2. *Punitur* 1. *à ſeipſa culpas & pœnas germinante* 2. *Deo Auaros variè perſequente*, 3. *Inferno eos omnibus deſideratis exuente.*

3. *Paupertas duplex*, 1. *ſolam affectionem tollit* 2. *etiam rem ipſam vtrique* 1. *regnũ cœlorum promittitur hic & in futuro*, 2. *liberaliſſimo Deus rependit vices*, 3. *denique centuplum in terra, in Iudicio, thronus, in cœlo gloria parata.*

MEDITATIO XXII.

Ira iniurias proprias vlciſcitur 1 *cogitatione* 2. *verbo* 3. *opere*, 4. *impatientia* I.

2. *Punit autem* 1. *ſeipſam variis modis* 2. *Deus vltionis* 3. *Hæc ſola è purgatorio facit infernum.*

3. *Manſuetudo vero & Patientia* 1. *nos componunt* 2. *proximum adificant* 3. *Deum conciliant* 4. *IESV ſimiles reddunt.*

MEDITATIO XXXIII.

Inuidia 1. *de temporalibus* 2. *ſcientia* 3. *virtutibus* 4. *gratia triſtatur* I.

2. *Diabolicus & incurabilis morbus* 2. *A Deo punitus* 3. *in inferno peccatorem corrodens*

3. *Actus charitatis tres ſunt* 1. *Non conſentire motibus inuidiæ* 2. *Gaudere de bono proximi* 3. *imo inſuper optare vt te omnibus donis ſuperet. Dei enim voluntas & gloria Chriſtiani ſcopus eſt, & charitas inſtar apis ex omnire ſeu bona ſeu mala bonum elicit Inuidia, vt Aranea, malum denique charitas hominem viuentem beatis æquat apud quos ignoratur inuidia*

MEDITATIO XXIV.

Pigritiam, quæ latitiæ opponitur ſequuntur 1. *timor* 2. *puſillanimitas* 3. *languor* 4. *inconſtantia* 5. *diffidentia*. 6. *rancor* 7. *otium* 8. *vagatio* 9. *negligentia* I.

2. *Acedia* 1. *peccatores opprimit* 2. *iuſtos enervat & à Chriſto ſeparat* 3. *inferni reos facit*

3. *Feruor* 1. *iucundos facit labores* 2. *A Deo diligitur*

MEDITATIO XXV.

Imaginare cum Zacharia librum volantem in cuius vna parte peccata contra 10. *præcepta altera ſupplicia iis reſpondentia deſcripta ſint:* I.

1. *Præcipit fidem, ſpem, & charitatem vetat* Idololatriam, Diffidentiam, odium *& his annexa.*
2. Iuramenta *& vota dirigit*
3. *Feſtos dies venerari & in Miſſæ ſacrificio intereſſe præcipit.*
4. *Parentes tam ſpirituales quam carnales imo omnes homines vult honorari*
5. *Homicidium & iram vetat, Peccat & contra hoc qui* 1. *animam* 2. *ſpiritum* 3. *Chriſtum primo necat, extinguit & crucifigit*, 4. *proximum ſcandalo offendit*, 5. *Pauperem non paſcendo occidit.*
6. *Luxuria ſpiritualis eſt* 1. *Deum ſponſum deſerere*. 2. *verba Dei adulterare*
7. *Auaritia ſpiritualis conſiſtit in abuſu variorum donorum & omiſſione debitorum officiorum.* (ter O. M. iniurioſa.
8. *Detractionem Hypocriſin, verba officioſa interdicit nẽ quæcunq; in Deũ Imo vnicum peccatum reliquorum omnium in ſe malitiam continet.*

2. *Transgressores horum præceptorum* 1. *Maledictis Deuteronomij & Damnatione æterna muoluentur variis pœnis instar plagarum Aegyti vel scalarum Apocalypsis affligentur donec mari gehennæ absorbeantur* Imo *& particulares pœnæ suis respondebunt peccatis v.g. Iurans & derisor patris &c.*

3. *Ad eorundem obseruationem hortantur Benedictiones Deuteronomij spirituales & temporales vnde* 1. *Dolorem violatæ legis* 2. *Fiduciam benedictionum obseruatam legem obtinendarum* 3. *Amorem tam sanctæ legis elicitam.*

Deniq; LEGEM *complectar* 1. *quia optima* 2. *Maledicta arcet* 3 *Benedictiones impertit* 4. *à* DEO *lata* 5. *Christo Domino expleta* 7. *Fidelis* 8. *Mortem securam reddit & finis est hominis.*

MEDITATIO XXVI.

1. *Considerabo quæ sensibus externis quinque* 2. *Lingua* 3. *Immodestia peccauí*

2. *Sensus malè custoditi* 1. *sunt Portæ, per quas mors & Dæmones intrant,* 2 *Imagines vanè omnia turbantes recipiuntur* 3. *à Deo grauissimè puniuntur.*

3. *Bene vero custoditi* 1. *clauduntur istis malis omnibus, patent Spiritui Sancto,* 2. *sunt portæ vitæ* 3. *indices virtutis & portæ honestatis* 4. *quibus respondebunt singulares coronæ in cœlis; Denique sensibus Christi Domini in cruce consideratis tuos assimila.*

MEDITATIO XXVII

1. *Intellectus peccata sunt septem* 1. *Ignorantia* 2. *Imprudentia* 3. *Temeritas* 4. *Inconstantia* 5. *Pertinacia* 6. *Sapientia mundi* 7. *Curiositas.*

2. *Voluntas propria omnis mali radix maximè* 1. *Inobedientiæ* 2. *Prauæ intentionis* 3 *Iniustitiæ. Infernum fomentum imo infernus in terris, denique à S. Ambrosio præclare describitur.*

3. *Imaginatio aula vanitatis morosas delectationes parturit, Appetitus vndecim passionibus quæ laquei Dæmonum & carnifices proprij sunt instar maris agitatur*

MEDITATIO XXVIII.

1. *Solue Deo grates* 2. *Pete lumen* 3. *Discute mentem* 4. *Delicti veniam posce* 5. *Malumque fuga*

1. *Deo Domino nostro pro acceptis beneficijs gratias age*

2. *Pro cognitione & expulsione peccatorum gratiam flagita*

3. *De admissis præsenti die peccatis rationem ab anima tua exige per horas singulas ex quo surrexi inuestigando* 1. *Cogitatione* 2. *loquela* 3. *Operatione.*

4. *Posce veniam de delictis*

5. *Propone cum Dei gratia emendationem.* *Pater noster. &c.*

MEDITATIO XXIX.

Examen particulare tria tempora complectitur

1. *Mane* 1. *Examina actus præteritos* 2. *Offer Deo futuros* 3. *Propone omnem vitare culpam* 4 *Maxime vnam specialem, quarum tibi iam pugna est. contra quam te præuiis rationibus & orationibus & desiderijs patienda muni.*

2. *Propositi constantiam examina, Occasiones lapsuum inquire Christi morientis & ascendentis constantiam tibi imitandam propone*

3. *Vesperi confer per horas dies & hebdomadas lapsus in tabella descriptos, vide deficiasne an proficias nec desponde animum, tandem superabis si in prælio per-*

steteris

ſpiteris. Nemo vincitur niſi fugiens. Tonſio pectoris ſingulos lapſus excipiet tum vt numeri recorderis, tum vero vt mox vbi cecideris per contritionem vigilantior reſurgas.

MEDITATIO XXX.

1. *Peccatorum remiſſionem Deo ſoli propriam ipſis adeo peccatoribus ipſemet communicauit & ex ſeuerißimo Dei mitißimum hominis fecit iudicium hunc pœnitentiæ fontem nobis relinquendo* Punct.
2. *Præſtantia eius cernitur ex ſeptem virtutibus quæ eam comitantur* 1. *Fides*, 2. *Spes*, 3. *Charitas*, 4. *Humilitas*, 5. *Obedientia*, 6. *Iuſtitia*, 7. *Fortitudo.*
3. *Vtilitas è tribus Dei donis, Iuſtitia* 2. *Pace cum Deo & victoria contra omnes hoſtes* 3. *Gaudio quare cum* 1. *fructus laborem ſuperat* 2. *Chriſtus plura paſſus* 3. *Maiora mereueris confeßionem omni difficultate ſuperata fortiter aggredere.*

MEDITATIO XXXI.

Ad quatuor actus pœnitentem S. Gregorius hortatur 1. *Conſcientia* 2. *Ratio* 3. *Timor* 4 *Dolor.*

1. *Tres actus noſtri contritio confeßio & Satisfactio ſunt partes Sacramenti & Inſtrumenta gratiæ, ſingulæ à ſingulis SS. Trinitatis perſonis quibus reſpondent expetendæ.*
2. *Contritio non ſola attritio quærenda eaque perfectißima cum ſit menſura gratiæ. Ad hanc & amoris lachrymas eliciendas iuuat intueri* 1. *coram Deo Patre Matrem deflentem vnigenitum maximè cum eius lachrymæ plus obſint quam proſint, hæ vero mortuum ſuſcitare poßint.* 2. *Chriſtum peccatis meis crucifixum,* 3. *Sponſum charißimum S. Sanctum amiſſum ſi durius ſit cor quàm vt amoris lachrymas reddere velit excita te ad timorem, varijs conſiderationibus & acum timoris facile ſequetur filum amoris.*
3. *Confeßio ſit* 1. *integra pudore noxio ſuperato* 2. *Nec extenuata nec exaggerata* 3. *Humilis quod obtinebis ſi Sacerdotem non vt hominem ſed vt Dei vicarium. intuearis.*
4. *Satisfactio ſit qualem æger Medico aut debitor liberali creditori præſtat Ad quod iuuat Chriſti Domini diſciplinam, cilicium, lectum, ieiunium, vigilias intueri, & Purgatorij acerbißimas pœnas quas his minimis ſed ſpontaneis euitare poſſum, Denique neceſſarium eſt firmißimum Emendationis propoſitum, ſine quo omnia corruunt adeo vt ne venialis quidem culpa remittatur.*

MEDITATIO XXXII.

1. *Vt gratus ſim agnoſcam beneficiorum multitudinem* 1. *peccatorum remißionem* 2. *Morborũ animæ ſanitatem* 3. *pœnæ æternæ & temporalis indulgentiam* 4. *Auxilij largitionem* 5. *gratiæ donum* 6. *Renouationem vitæ*
2. *In confeßionem laudis erumpam cum iubilo*
3. *Offeram Deo firmum emendandi & recidiuæ vitandæ propoſitum* 2. *pœnitentiã, cum primum potero, explebo* 3 *ad Sanctam Euchariſtiam me ritè diſponam*

MEDITATIO XXXIII.

1. *Eccellentias diuinitatis & humanitatis Chriſti eiusq; in eos quos natus, viuens, moriens, reſurgens inuiſit beneficia magno affectu conſidera*
2. *Exceſſum amoris, quo cum ſuſeciſſet intueri aut contingere eum, manducari vo-*

luit, à vilißimo homine eiuſque putidam linguam guttur & pectus pertranſire.

3. *Finis eſt vt ſit* 1. *Saluator* 2. *Medicus* 3. *Magiſter* 4. *Sacerdos* 5. *Nutrix* 6. *Paſtor, Protector* 7 *quis, vt te captiuum, laborantem, ignorantem, fragilem ſupplicem adiuuet non verbo, nec baculo ſed ipſemet coram præſens. Quare ſummo amoris deſiderio & cordis puritate eum excipe.*

MEDITATIO XXXIV.

Communio ſpiritualis ſeruit 1. *præparationi ad Sacramentalem communionem* 2. *ad ſacrum Miſſæ vtiliter audiendum, in quo cum ſacerdos & ſacrificet & communicet, decet & nos non modo quoad poſſum ſacrificare ſed & ſuo modo communicare quod tres Theologicæ virtutes præſtabunt.*

I. *Fides huius myſterij quatuor ſubnixa columnis Sapientia, Bonitate, Potentia & veritate Dei*

2. *Spes ijſdem ſubnixa Orationis adminiculo obtinebit omnia quæcunque Chriſtus in hoc ſacramento ſe daturum promiſit, Imo cum centurione, ſolo verbo, ſolo aſpectu eius quem ſerpens deſignabat, veſtimenti fimbria vel vmbra ſalutem ſibi ſpondebit.*

3. *Charitas* 1. *gratulabitur Deo* 2. *gaudebit ſibi* 3. *Deſiderabit perfectè coniungi* 4. *Flagrabit pro aliorum ſalute* 5. *Offeret ſe totum Deo.*

MEDITATIO XXXV.

Poſt ſacram communionem tempus eſt pretioſiſſimum & ſummæ gratitudinis affectibus tranſigendum

Fides coram Chriſto eiuſque Sanctis 1. *Humilitatis* 2. *laudis varios affectus eliciet & canticis nunc totam cæleſtem curiam nunc animæ ſenſus & facultates ad gratiarum actionem prouocabit*

2. *Spes Officia Chriſti recogitans eidem Miſerias ſuas ceu Medico & Magiſtro optimo proponet.*

3. *Anima donis refecta Chriſtum affectibus charitatis paſcet eidem* 1. *Cor* 2. *Corpus* 3. *Particularis vitij extirpationem* 4. *Eleemoſynam vel Religioſa vota* 5. *certum aliquod propoſitum offeret, denique orabit Dominum vt etſi poſt ſpecies corporaliter recedat corporaliter iamen nobiſcum maneat in æternum ne adueſperaſcat.*

MEDITATIO XXXVI.

Purgatorij conſideratio excitat 1. *ad operæ pœnitentiæ* 2. *iuuandas animas*

I. *Cum nil coinquinatum ingrediatur Dei gloriam neceſſe eſt prius in purgatorio omnes maculas elui vnde* 1. *amplectere Dei tam miſericordem iuſtitiam* 2. *cum ea pœna certißima ſit ſtude puritati vt eam euadas* 3. *Oderis venialia peccata, quæ cœlo arcent. Deum offendunt & inferno aſſociant.*

2. *Pœna damni illius erit detineri à viſione Dei tanto grauior quanto* 1. *plus cognoſcunt* 2. *amant DEVM* 3. *incertæ ſunt liberationis ab ea pœna quam ipſe ſibi negligenti Dei deſiderio pepererunt* 4. *Chriſti quoque, B. Virginis & ſanctorum videndi deſiderio augentur, & parum conferet Angelica pia ſed exigua conſolatio.*

3. *Pœna ſenſus erit idem ignis qui inferni ſine remiſſione vlla omnia tormenta huius mundi ipſam adeo Chriſti paſſionem ſuperans. Hinc* 1. *Diſce timere Deum qui etiam amiciſſimos ſuos ob leuiſſimas maculas acerbiſſime torquet* 2. *conare hic ſatisfacere pro multis pauca vel ſibi inflictendo vel à Deo immiſſa tolerando, quem*

rogauit vt ipse te hic exercendo ſocordiam tuam ſuppleat. 3. Venialia fuge, ne tibi ipſi laqueum nectas

4. *Imitare inſignem animarum Patientiam & Deum etiam iuſtum dilige. Deniq; exaudi animas gementes 1. quia amicæ 2. tibi velles id fieri 3. qua menſura meti eris remetietur tibi 4. Gratiſſimæ erunt animæ 5. Nil tibi decedit imo quo plus illis contuleris hoc magis tuum meritum auxeris*

SYNOPSIS PARTIS SECVNDAE
Introductio illuminatiua, &c.

Illuminatiuæ viæ obiectum eſt incarnatio, vita, & mors Chriſti in quibus natiuitatis recordatio tenerrimum gignit amorem. Tota enim felicitas hominis Chriſtiani eſt, cognoſcere Chriſtum Dominum & B. Virginem Matrem eius. Introduct.

Fundamentum.

Conſidera 1. *Dei charitatem qui non alium quam proprium filium ſuum tibi Regem dedit,* 2. *eumq; omnibus perfectiſſimi Regis qualitatibus excellentem,* 3. *nec vllo pacto cum vllo huius mundi quantocunque Monarcha conferendum.* I.

2. *Sermonem huius regis ad ſubditos ſuos attende, quo eos hortatur ſuo exemplo ad expeditionem iuſtiſſimam & vtiliſſimam, cuius victoria & gloria certiſſima ſint*

3. *Quatuor genera auditorum percurre* 1. *Renuunt obedire vt* Peccatores 2. *Offerunt quantum tenentur non vltra* pij ſeculares *ſcilicet* 3. *etiam parati ſunt conſilia ſequi,* Religioſi 4. *Non modo ipſi ad quæuis ſe offerunt, ſed & alios inducunt* Apoſtolicæ vocationis viri.

MEDITATIO I.

Decretum æternum reparationis tuæ admirare, quo Deus Angelis iuſte punitis, miſericordiam ſuam in peccatoribus ſed pœnitentibus oſtendere voluit, idq; quia 1. *aliena voluntate* 2. *Serpente, ex odio Dei, impellente peccarunt.* Punct. I.

2. *Etſi variis modis liberare poterat genus humanum, elegit tamen eum, in quo omnia eius attributa & perfectiones maximè excellerent, tanto clementior, quanto homo fuerat eò indignior.*

3. *Hæ tamen virtutes maximè enituere, & ad imitandum propoſitæ ſunt* 1. *Bonitas* 2. *Charitas* 3. *Miſericordia* 4. *Iuſtitia* 5. *Sapientia* 6. *Potentia* 7. *Sanctitas, quæ ſunt quaſi ſeptem amoris ſtimuli.*

MEDITATIO II.

Fons charitatis Dei erga hominem fuit ſola eius bonitas, quæ nec mundi vilitate, nec inimicorum malitia potuit impediri. I.

2. *Nec tantum verbis dilexit, ſed infinito & gratuito dono, etſi eos ſciret ingratiſſimos futuros, præuenit.*

3. *Idq; vt noxia cuncta repellat, omnia profutura concedat non aliquibus modo, ſed omnibus omnino hominibus, ipſiq; inſuper tibi largitus eſt.*

Tres ergo cauſæ fuere incarnationis 1. *Vt perfectiones Dei manifeſtentur* 2. *vt miſeriæ noſtræ reparentur* 3. *vt gratiæ nobis communicentur.*

MEDI-

MEDITATIO III.

Punct.

1. *Non perfectus homo vt Adam, sed infans ex matre nasci voluit, vt vtrumque sexum honoraret. 2. vt vterque sexus repararet, quod vterque perdiderat. 3. Vt Matrem haberemus aduocatam 4. vt te humilitatem doceret & obedientiam ac pietatem in parentes, maxime matrem, quam impij filij minus reuereri solent, quia timent minus*

2. *Hæc autem B. Virginis in matrem electio, vt gratuita fuit, ita radix omnis excellentiæ Beatissimæ Virginis*

3. *Hinc electa vt sol, præ omnibus lucens his excellentiis, vt esset 1. Sancta Sanctarum 2. absque omni macula 3. Non externa specie tantum sed & in conspectu Dei Inuisibilis, talis verè esset, & iudicaretur ac coram Deo tam inuisibili quam incarnato iugiter ambulando proficeret*

4. *Cuius priuilegia quatuor hæc sunt 1. Immaculata conceptio, 2. Fomitis peccati extinctio, 3. Confirmatio in gratia, 4. Abundantia gratiæ supra omnes creaturas.*

MEDITATIO IV.

1. *Nata est B. Virgo SS Trinitatis gaudio summo, sanctorumq; lætitia, ex aurora luce de solis aduentu sibi gratulantium, 2. Namq; vt aurora solis pranuntia; sic deuotio erga B. Virginem certissimum prædestinationis est signum.*

2. *Mariæ nomen indepta 1. quia stella maris 2. Mare amarum 3. Domina sui, Angelorum imo & suo modo ipsius DEI 4. illustrata & illustrans.*

3. *Præsentata fuit in templo. 1 Deo eam in suam domum & templū eligente 2 parentibus non consentientibus modo sed & desiderantibus 3. Ipsa denique virgunculæ se in holocaustum suauissimum offerente.*

4. *In templo quatuor potissimum studuit excellentijs 1. Crescere iugiter 2. plena opera facere 3. Sale sapientiæ omnia condire 4. Actionibus singulis varios virtutū miscere affectus. Hinc merito auroræ, lunæ, soli & aciei castrorum comparatur. Ascendit autem scalam Iacob his gradibus, Lectione, Meditatione, Oratione, Contemplatione, Angelis eam humiliter inuisentibus. Descendit vero per laborem manuum Oratione conditum.*

5. *Virginitatem animi & corporis voto firmauit, adhibitis custodibus & in oratione cœlesti, Vnde hortus conclusus, fons signatus dicitur.*

6. *Desponsata est Ioseph, Deo ita prouidente 1. vt partus aliquousque celaretur 2. Vt honori Virginis consuleretur 3 Vt adiutorio Ioseph recrearetur 4. Vt ipse S. Ioseph exaltaretur, cui prouidentia promptissime B. Virgo obediuit, certa Virginitatis illibatæ conseruandæ.*

7. *Incarnationis futuræ summa flagrauit cupiditate 1. Spiritu sancto, desiderijs immissis eam ad id suauiter disponente 2. vrgente zelo gloriæ Dei, & salutis animarum quo succensa erat, 3. Dolore denique vehementi quo vrebatur ob Dei offensam & hominum perditionem infinitam, quare Messiæ aduentum ardentissime efflagitabat.*

MEDITATIO V.

1. *Incarnationem Deus statim post peccatum hominibus promisit, vt 1. misericordiam suam ostenderet etiam dum punit, 2. vt & tu discas statim à peccato surgere, & veniam sperare.*

Digitized by Google

2. *Executus vero eſt eã medio mundi tempore, eoq; ſceleratiſſimo, & loco diluuij aut Ignis, quibus mundi ſcelera purgare debuiſſet, aquam miſericordiæ, & ignem amoris de cœlo dimiſit, imo eo vſque diſtulit, dum non vt Saluator exciperetur, ſed vt ſeductor crucifigeretur. Hic expende, quoties te Deus in ſe peccantem maximis affecerit beneficiis*

3. *Diſtulit autem Deus Incarnationis remedium 1. vt homines experiẽtia docti peccati malitiam & ſuam agnoſcerent miſeriam, ſapientiam Dei, contrarijs pellentem contraria diſcerent ardentius eam efflagitarent. Confidentiam in Deum firmarent, Quæ etiamnum bonitatem Dei cauſæ permouent, vt etiam electos ſubinde diu & grauiter affligat.*

MEDITATIO VI.

I.

Tempore deſtinato miſit Deus S. Archangelum Gabrielem ad B. Virginem, vt eius conſenſum ad officium Matris Dei vt honorificum ſic oneroſum obtineret. Sic & Deus ſæpe per ſanctas ſuas inſpirationes tuum conſenſum ad opera pia expetit.

2. *Quare Archangelus mox aſſumpto modeſtiæ pleno corpore, Noua ſalutatione B. Virginem muiſit. Euæ nomen immutat, latum precatur aue. Noua nomina tria adfert.* Plenam gratia, *virtutibus, donis facultatibus animæ, Actionibus, & plenam vt Mare capaciſſimum prædicat* Dominum cum ea *Amicitia, Potentiis animæ,* Prouidentia *ſua, tanquam in throno ſuo ſupra omnes creaturas, non eſſe, fuiſſe, aut futuram, ſed ſemper & abſolutè confirmat. Denique* Benedictam, *quæ nos omni maledicto exuet, quo per Euam irretiti ſumus*

3. *Turbata tali ſalutatione, quatuor virtutes nos docuit 1. Caſtitatem 2. Humilitatem 3. Prudentiam 4. Silentium, longe aliter Euæ, quæ vndequaque vagata, mox ſerpenti reſpondit, longumq; ſermonem, & multis imperfectionibus repletum cũ eodem miſcuit.*

4. *Angelus (quod ſolent omnes boni Angeli) mox turbationem ſedat. Tam noue & magnifica ſalutationis fontem aperit, quod ſua humilitate, & ſi non meruerit tamen inuenerit gratiam apud miſericordem Deum.*

MEDITATIO VII.

I.

Chriſtus humilitate incarnationis quinq; excellentijs ab Angelo honorari meruit 1. IESVS 2. Magnus 3. Altiſſimi Filius 4. Rex 5. Aeternus.

2. *B. Virgo Angelo reſpondit ita, vt merito Virgo prudentiſſima appelletur. Docens nos caſtitatem prudenter tueri & Regulam bene loquendi, quæ non niſi 1. paucæ 2. neceſſaria 3. graues 4. humiliter profert.*

3. *Edocet eam Angelus 1. Opus eſſe incarnationem Spiritus Sancti 2. Virtute Altiſſimi perficiendum 3. Filium Dei naturalem, filium fore Virginis, Porro eadem S. Spiritus gratia & Altiſſimi virtus tibi ad omne opus bonum neceſſaria ſunt.*

4. *Denique Angelus Eliſabethæ conceptionem narrat 1. vt læta nunciet 2. vt Virginem credentem exemplo confirmet, qui incredulum Zachariam puniuerat. Tanta eſt fidei merces 3. Fundamentum Incarnationis aperit, Omnipotentiam Dei. Ergo quiſquis ſterilis fuiſti, exemplo Eliſabethæ, ne deſpera, quaque virgo, Matris Dei exemplo, fœcunditatem maiorem ne deſideres.*

MEDITATIO VIII.

Punct. 1. *In reſpõſo vltimo B Virginis 1 fidem 2. humilitatẽ 3. obedientiã mirare & imitare.*

2. *ai . Ecce: tu vis me mirari grandia Dei quæ promittis, dona , tu potius mirare ſummam meam vilitatem tantis donis indignißimam . Ancilla Domini quam enim vile alteri ex neceßitate ſubdi, tam gloriosum Deo ex amore ſeruire. Profiteor ergo Non me meam ſed totam Dei eſſe. Nunquam meam ſed ſemper Dei voluntatem facturam. Nullam vnquam mercedem ſperaturam ſed tantum nunquã fecero quin plus me debere profitebor, Nec mihi quicquam ſed totum Deo perficiam & attribuam. Nec modo Dei ſed & omnium creaturarum infimam & Ancillam me libenter profiteor 3. Fiat non factum, tum quia incarnatio ſolius Dei eſt opus, nec actionem ſed conſenſum requirit Virginis, tum quia in eodem ſub honore matris Dei latebant multi labores & dolores quare patientia erat neceſſaria.*

4. *Secundum verbum tuum intellige vel . Angeli quia eandem fidem & obedientiam Dei miniſtris debemus, quam Deo, vel etiam . ipſius Dei, cui B. Virgo , Angelum ſupergreſſa, vel in Angeli perſona reſpondebat.*

3. *Angelus 1. latus tum de B Virginis virtute, tum de legatione feliciter obita 2. mox redit in cœlum, vt & tu diſcas negotiis expeditis domum feſtinare. 3. offert ſe Deo ad alia & grauiora exequenda 4. alijs narrat laudes B. Virginis vt & illi gloriæ Dei & virginis virtute congaudeant.*

MEDITATIO IX.

Punct. 1 *Lætitiam SS Trinitatis ſingularum perſonarum, Humanitatis Chriſti & B. Virginis expende eiſque congratulare, tibi vero gaude, quod cognatus Chriſti effectus ſis.*

2. *Chriſti corpus conſidera, quod etſi impaſſibile & immortale eſſe debebat, tum quia ab originali culpa ſuo iure liberum erat, tum quia anima iam tum beata erat, tamen ex ſumma humilitate, & charitate maluit etiam per miraculum pati & mori, quam procul à Chriſto ſumus, qui etiam miracula petere non erubeſcimus vt mortem & dolorem euitemus.*

3. *Cauſas exquire cur Deus infans nasci, quam perfecti viri corpus aſſumere maluerit 1. vt ſimilitudine & teneritudine nos ad amorem accederet magis. 2. humilitatem doceret paruulus 3. Patientiam 9. menſium ſpatio carceri inclusus arctißimo.*

MEDITATIO X.

Punct. . *Septem excellentia animæ Chriſti ab initio cõmunic. ta fuere 1. ſumma puritas 2. ſanctitas 3. Beatitudo 4. Sapientia 5 miraculorum poteſtas 6. Poteſtas excellentiæ 7 Gratia capitis.*

2. *Quatuor affectus heroicos elicuit in primo inſtanti, erga Deum 1. charitatem 2. gratitudinem 3 humilitatem 4 obedientiam.*

3. *Erga proximum item hos duos 1. Dolorem Dei offenſi & hominis pereuntis ſi Chriſtus non diſtulit alienum deferre peccatum tum tuo moram trahes! 2. Promptitudinem ad moriendum pro homine redimendo*

4. *Omnes ærumnas & tormenta quæ vnquam perpeſſurus erat, ab initio ſibi reuelata libenter amplexus eſt, & pro omnibus hominibus imo & pro te ſolo ſponte ſuſcepit.*

MEDI-

MEDITATIO XI.

1. Punct. *Christus statim à conceptione festinauit sanctificare Ioannē vt ostenderet 1. salutis quam tute ita magnis desiderit mansuetudinem redimendi electos 3. malū culpæ in quo nec vel ad momentum Ioannem videre poterat.*

2. *Etsi vero in Nazareth idem præstare poterat, tuit tamen in montana 1 ex humilitate & charitate, quæ duæ virtutes eundē è cælo traxerant, an medicus ægrū inuiset 2 B. Virginem voluit liberationis Ioannis & sanctificationis Elisabethæ instrumentum & mediatricem esse 3. Animam, ad quam Christus ingreditur, solet ad progressum & perfectionem impellere, quod & digne communicantibus præstat.*

3. *Obedientiæ denique perfectionem hic B. Virgo ostendit, dum 1. non expectat præceptum 2. ad nutum festinat, 3. non curiositate aut incredulitate, sed pura intentione mota 4. humilitate iuncta patientiæ 5. exteriori modestia alios ædificans, internis cum Christo colloquiis seipsam exercitans, verum veri Salomonis ferculum.*

MEDITATIO XII.

1. Punct. *Expende quæ data dona subito S. Ioanni salutatio B. Virginis attulerit vnde discet 1. potentiam & liberalitatem Christi hæc vno momento operantis 2. B. Virginis cultus quam sit vtilis*

2. *Ab Elisabetha disce proprietates quas Dei visitatio in suis operatur 1. laudes Dei & B. Virginis 2 humilitatem 3 gratitudinem 4. zelum animarum Hinc denique matris Dei augustum innotuit nomen.*

3. *In cantico magnificat 1. B. Virgo non more seculi eam à qua laudata erat rursus laudat sed eum à quo omnis laudis promanat materia. 2. quæ cum creaturis parcè loqui solita erat, cum Deo & de Deo prolixè & magno affectu agit.*

3. *Magnifice Deum semper & nunc laudandum ostendit, eique congaudendum 1. in spiritualibus non corporeis rebus, 2. non tam in donis Dei, quam Deo ipso 3. maxime qua Saluator 4. Præcipuè in spiritu, & si subinde etiam in carne. 5. non in nostris meritis aut industria sed Dei bonitate exultandum.*

4. *Toto vero cantico decem beneficia commemorat, tria sibi propria 1. quod Deus eam quantumuis vilem respicere dignatus sit, vnde quo magis suam vtilitatem (nec enim humilis se talem esse agnoscit aut prædicat) & nihilum intueri, eo magis bonitatem & dignationem Dei mirari solita erat.*

2. *quod eam ab omnibus generationibus BEATAM prædicari voluerit, non in suis laudibus, sed Dei donis & laudantium conquiescens lucris spiritualibus*

3. *quod tot beneficijs ab instanti conceptionis hucusque eam exornasset, Sanctitate Dei imperante, omnipotentia exequente. Nec enim repugnat humilem dona Dei agnoscere.*

Dehinc septem aliis communia subiungit.

4. *Misericordiam Dei æternam iugiter crescentem, & in alios etiam deriuatiuam.*

5. *Omnipotentiam Dei sine modo & termino operantem.*

6. *Iustitiam Dei in superbos v.g Luciferum, Turrem Babylonis & alios Reges*
7. *Potentiam in humiliandis verticibus huius seculi Principum*
8. *Benignitatem in extollendis humilibus, & replendis esurientibus spiritu.*
9. *Prouidentiam Dei circa electos, quorum vsque recordatur, & si subinde obliuisci videatur.*
10. *Veritatem & Fidelitatem in promißis opere præstandis.*

4. *Vide quanta omnium ædificatione & fructu, quo diuini roris influxu trimestri eam domum ornarit. Etsi Zachariæ curationem ad Natiuitatis filij tempus Deus distulerit, qui etsi misericors tamen & iustus est, & omnia tribuit sed cuique in tempore suo.*

I. MEDITATIO XIII.

S. Ioannem orationis filium, Gabriel Archangelus æque prompte, ac ipsum Christum nasciturum prænunciauit 1. *eius nomen fore Ioannem* 2. *Magnum coram Domino* 3. *Temperantem velut Deo dicatum Nazaræum* 4. *Plenum S. Spiritus* 5. *præcursorem Christi, perfectum erga Deum, se & proximos.*

2. *In visitatione* 1. *eminenter ceu Primitiæ Sanctorum iustificatus* 2. *Rationis vsu perpetuo & progressu in virtutibus confirmatus* 3 *Matri multa dona obtinuit.*

3. *In Natiuitate* 1. *velut quoddam gratiæ fuit exordium* 2 *parenti loquelam & prophetiam obtinet, mox vt Ioannis nomen summa veneratione dignißimum protulit* 3. *Omnes lætitia perfudit* 4. *Manu Domini protectus, & vt sagitta directus fuit.*

I. MEDITATIO XIV.

S. Ioſephi virtutem arguit ipsum nomē Ioseph, id est, Accrescens, quam 1. *Supra omnes v.t. Sanctos extulit* 2. *per scalam Iacob, id est, contemplationis cum B. Virgine vsque ad castitatis votum ascendendo exquisiuit*

2. *Vide quam grauiter B. Virgo & Ioseph hoc scrupulo exerceantur, vt postea magis exaltentur. Nemo enim à tribulatione est liber, imo maximum est beneficium si aut innocenti, aut etiam bene merenti accidat.*

3. *Ostendit autem hac probatione* 1. *S. Ioseph suam patientiam, Prudentiā & Cunctationem in exequendo* 2. *B. Virgo humilitatem, silentium, confidentiam in Deum, & Orationem.*

4. *Prouidentia vero Dei in tempore per Angelum mysterium hoc Iosepho plenè reuelante, quanta eum & B. Virginem putas subito incesserit lætitia!*

5. *Quanta denique veneratione S. Ioseph B. Virginem traduxerit, coluerit & in virtutibus imitatus sit!*

I. MEDITATIO XV.

Desiderium IESV *pro tua salute apparere cupientis expende, quod tamen cohibuit in vltimum vsque diem* 1. *ne à communi vita recederet, maximè vbi aliquid patiendum* 2. *vt tibi recollectionis ante negotia maioris momenti, & hunc ipsum Natalem daret exemplum*

2. *B. Virgo desiderabat* 1. IESVM *videre* 2. *eidem seruire* 3. *Non sibi soli seruare sed omnibus eum communicare, mora quidem amanti molesta, sed resignata peccata*

Digitized by Google

Tu cum ea vtere hoc ſacro tempore deſiderijs prophetarum & Eccleſiæ, multo verò magis hoc age, vt ſancta inſpirationes in corde tuo concepta ad ſalutarem perducantur partum.

3. *Interim Beatiſſima Virgo certa illibatæ Virginitatis, vel in partu conſeruandæ varijs exultationis affectibus, & lubilis ſe ad hunc ſanctum Natalem præparabat. Quam tu piè imitaberis. Alta ſuperbia, profunda puſillanimitatis, curua intentionis, aſpera conuerſationis exæquando, humilitate, confidentia, ſimplicitate & manſuetudine.*

MEDITATIO XVI.

Voluit Chriſtus nouo modo naſci, tam nobis vtili quàm ſibi moleſto, vt & Neophytorum exemplar, & Chriſtianorum eſſet ſpeculum in mundi horrore, commoditatum fuga, & moleſtiarum deſiderio. I.

2. *Deſcriptionem quam Cæſaris imperarat faſtus, Dei prouidentia permiſit, vt nos obedientiam Chriſti doceret exemplo*

3. *In itinere B. Virginis moleſtias, modeſtiam, pia cum IESV & Ioſepho colloquia conſidera, & ſi à partu non grauiretur, imo gauderet, quod Chriſto extra patriam nato, ſine moleſta amicorum interpellatione tranquillum eo frui liceret.*

4. *Imitare Chriſti demiſſionem abiectiſſimis, negligentis, volentis à ſuis ipſius ſubditis, Auaris vulpibus, ſuperbis aurubus ſperni, Execrare hominum cæcitatem, pro ſuis commoditatibus Chriſtum ſpernentium 2 Cuius non alia fuit cauſa, quam craſſa ignorantia Dei, earumque vtilitatum, quas diuinus adfert cultus, & Ieſu dulcis præſentia 3. Interim hæc omnia, exemplo IESV, B. Virgo & Ioſeph ſumma patientia & tranquillitate, imo lætitia à Dei amantis manu acceptabant.*

MEDITATIO XVII.

In momento noui menſis Chriſtus natus 1 ſibi quidem de extrema humilitate gaudens 2. Matri vero pro tot menſium hoſpitio, non modo à doloribus parcens, & Virginitatem etiam cum miraculo ſeruans, ſed & plurima dona conferens, 3. Quare non modo ex vllo bono opere malum aliquod metue, ſed & è deuota Chriſti corporis communione bona plurima ſpera. I.

2. *Peperit autem felicißima mater dilectum filiũ ſuum, contemplationi intenta, quẽ mox læta duabus, Hinc amoris, inde reuerentiæ vlnis complectitur 1. pannis humiliter inuoluit, & cum S. Ioſepho ſuauibus adorat colloquijs.*

3. *Huius infantuli vero 1. perſonam ſi conſideres, Deus excelſißimus eſt, & viliſſimus homo 2. verba mutus licet, affectu, plurima Deo, non pauciora hominibus exemplo depromit, teque hortatur, vt paruulus ſis innocentia, humilitate, ſilentio, & charitate, 3. actiones, (& ſi vm prudentißimus) nullæ alię, quam pueri ſolent fletus ſcilicet, & ſi flendi cauſa non cum pueris ei communis, ſed tua fuerint peccata.*

4. *Patitur plurima, & ita ſponte, vt tamen maxime neceſsitate preſſus pati videri velit, ſocios iam tum ſibi elegit, cum dolore laborem, mundo omnia contraria profitetur verus ligni vere miculus.*

MEDITATIO XVIII.

Chriſtus natus mox ab Angelis in cœlo adoratur. I.

2. *Non ſapentibus ſuperbis diuitibus auaris [illegible] delicatis nobilibus ſed 1. pauperibus, humilibus, laborantibus, & vigilantibus Paſtoribus reuelatur 2. non ſibi nec Angelis, ſed tibi & cæteris natus hominibus 3. cuius ſigna infantia fascia, Panni, & præſepe te innocentiæ, ſilentij, Paupertatis & humilitatis admonent.*

3. *Angelos vero mittit Pater, tum vt filium humiliantem ſe exaltet tum vt homines excitet concentu Angelico, ad Deum ob incarnationis ſummum opus glorificandum, pacem omnimodam ſolo bonæ voluntatis pretio liberaliter coemendam.*

4. *Denique Angeli ante reditum, Chriſtum ipſum in præſepi, ſummè exultante B. Virgine ſuaui melodia adorant.*

MEDITATIO XIX.

Punct. 1. *Paſtores non contenti Angelos audiſſe, ſe mutuo ad auditorum executionē ſtimulant 2. ad nutum, non attenta ſumma difficultate, obediunt, 3. cum feruore peragunt*

2. *Ad præſepe vbi ventum, diuini pueruli illuſtrati radiis, eum 1. ſupplices adorant, 2. munera offerunt 3. cum B. Virgine ſuauiſſime colloquuntur.*

3. *Quatuor hoc tempore Bethlehemi incolas conſidera 1. ſeipſos voluntarie impediebant, vt ne quidem tantæ rei nuntio excitti Deum præſentem inuiſere dignarentur 2. venerunt quidem, ſed nullo myſterij guſtu percepto 3. impigrè & deuotè venerunt paſtores ſed impediti aura ad ſua redierunt, eo quod diuiſi eſſent 4. Denique manſerunt, cum IESV in ſpelunca, B. Virgo & Ioſeph, quos tu imitari elige.*

MEDITATIO XX.

Punct. 1. *In circumciſione B. Virginis bedientiam in tam acerba filij cruentatione (à quocunque tandem peracta ſit) exequendæ conſidera 2. eius erga vulneratum filium pietatem & tenera cum pretioſiſſimo ſanguine, & S. Spiritu colloquia. 3. Compaſſionem denique erga dolentem filium intimam*

2. *Chriſti 1. ſponteam totius implendæ legis obedientiam 2 humilitatem, qua qui peccator eſſe nec poterat nec optabat, haberi nihilominus voluit 3. Patientiam tanto maiorem, quam pueri, quanto & ante & poſt magis apprehendit, In apprehenſione enim potiſſima doloris vis ſita eſt, & ſi vero vt puer plorabat, tamen vt Saluator de tua exultabat liberatione.*

3. *Ter Chriſtus ſanguinem fudit 1. ſacerdote agente in circumciſione 2. ipſomet in agonia eliciente 3. carnifice in paſſione fundente: vt & tu te ſpiritualiter circumcidas ad ſanguinem 1. ſuperiori obediendo 2. te mortificando 3. ab inimicis tolerando*

MEDITATIO XXI.

Punct. 1. *In circumciſione imponitur à Patre nato nomē IESVS alijs quidem in figura datum, Chriſto autem verè conueniens, qui nos 1. ab omni malo liberat 2. bona cuncta largitur, & ad terram ducit viuentium 3. ſolus ex iuſtitia ſaluare poterat 4. Profertur vero primum à B. Virgine, ſumma omnium lætitia, olei e[illegible]ſi fragrantia imbutorum. Denique ab ipſo Chriſto gratanter acceptatur.*

2. *Sed quæ conuenientia! circumciditur vt peccator, nominatur vt Saluator peccatorum;*

catorum: ſcilicet 1. ſic voluit humiliantem ſe exaltare pater 2. & filius non gratis, ſed nonniſi ſanguine ſuo, quem poſtea etiam totum effudit, tantum nomen emere.

3. *Eſt vero hoc nomen* IESVS *primo compendium excellentiarum Chriſti 1. qua Deus 2. qua homo 3. qua Deus & homo. Deinde omnia prophetarum continet elogia, Deus, fortis, admirabilis, conſiliarius, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis. Denique vtilitates inde manantes quis enumeret! Ergo clamemus pariter* IESVS *meus & omnia. Ieſu dulcis memoria &c. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt* NOMINI *ſancto eius. Sit* NOMEN *Domini benedictum Laudate pueri Dominum, laudate* NOMEN *Domini, Sanctificetur* NOMEN *tuum O dulcis* IESV *in ſæcula.*

Dulce tuum noſtro ſcribas in pectore NOMEN
Namque tuo conſtat NOMINE *noſtra ſalus.*

MEDITATIO XXII.

Punct.

1. *Mox pater filium gentibus pandit ſtellæ fulgore, è quibus tamen ſoli tres reges omnibus relictis ſequuntur, reliquis ab recto animo vocationem reſpuentibus, illorum tu potius exemplo inſpirationibus pare, Difficultates ſupera, pro gratia efficaci ſupplica ſi ad Religionem vocatus es, beneficium hoc agnoſce, & perfice, vt inter tam paucos ſaluandos numerari merearis.*

2. *In ſtellæ ductu Deum vide ſuos nocte dieq; protegentem, 2. ſi modo cum Regibus ab eius ductu non recedant, ſed Deum in his quatuor ſtellis, ratione, fide, inſpiratione, Prælato agnoſcant & ſequantur. 3 etſi vero ſtella ſe abdiderit Ieroſolymis, non ideo turbantur Magi, ſed Dei in terris vicarios conſulunt, ne tu in quauis deſolatione animum abijcias, ſed prælatum conſulas.*

3. *In ingreſſu Ieroſolymorum 1. fides elucet Regum Chriſtum fatentium 2. Magnanimitas, Herodis iram non metuentium, gratiam Deo largiente, qui ſtellam ad tempus ſubtraxerat 3. conſtantia, qua omnibus etiam Iudæis, maligni Regis exemplo & ſocietate (heu quantum valet malorum ſocietas) turbatis, ipſi nil turbantur fortes in Deo ſuo.*

4 *Vide prouidentiam Dei, impiorum etiam opera, ad bonorum directionem vtentis Nam 1. Herodes eis locum Chriſti nati deſignat 2. impij ſacerdotes veritatem è ſcripturis eruunt. Debinc 3. diſce ſcripturam vt lucernam ſalutis venerari 4. Iudicia Dei ſecreta expaueſce, dum gentes* IESVM *anxiè quærentes, Iudæos Meſſiam ſpernentes cernis, tantum obeſt, hominibus placere velle & teſte Dauide, Chriſtum qui diſtulit, repulit.*

MEDITATIO XXIII.

Punct.

1. *Vix locum magi didicerant 1. & mox aula ſtrepitu ac tumultum, vera deuotionis ſcopulos euitantes Bethlehem feſtinant. 2. quibus Deus, & ſi loci tam gnaris tamen ſtella ſua prælucere voluit, ſuperabundans in miſerationibus.*

rie S. Spiritus sua dona distribuit. 2. Memorarunt vero hoc sex eius virtutes, 1. Castitas, 2. Oratio, 3. Ieiunium, 4. Obedientia, 5. Deuotio, 6. Perseuerantia.

MEDITATIO XXVI.

Punct.

1. *Applicatio quinque sensuum interiorum, qui sunt quinque animæ facultates, ad contemplationem proxime accedit, sic Oculo intellectus omnia collustrans exemplo parvuli IESV, in affectus humilitatis, amoris, cor o[pe]rendo, & virtutum fasciculum colligendo erumpes, Nouæ interim considerationes si occurrant, non respuendæ. Sic & B. Virginem, alosq; sanctos contemplari licebit.*
2. *Auditu paulisper expectabis, instar eius, qui ad ipsa Domini aurem arrigit, aut eius qui eleemosynam auidè expectat, si moram fecerit, prouoca: sic audies Christi cum Patre colloquia, Fletum pueruli, ipsa adeo quæ tibi præsenti daturus fuisset monita, & sic de cæteris.*
3. *Odoratu percipies gratissimum Deo, Iustis, & omnibus virtutum odorem, vitiorum tetrum auersaberis fœtorem.*
4. *Gustum virtus recreat, gratissimum Deo, sibi ipsi suauissimum, & sanctis omnibus iucundum præbens epulum. Etsi enim cortex virtutis amarus sit, medulla tamen est dulcissima, ita suauiter temperante diuina prouidentia: vitiorum vero tristem acerbitatem expedit te meditando, quam experiundo gustare.*
5. *Tactu in amoris tues amplexus, nunc pedes & manus, nunc brachia, & diuinũ illud os caste & reuerenter exosculando Nec illa modo suauia, sed & dura illa, quæ IESV Spertulit, tactu explorando, te ad imitandum, & tolerandum excitabis.*
6. *Hu sensibus respondent quinque virtutes primariæ 1. Oculo Fides, 2. Auri Obedientia, 3 Spes odoratui, 4, Gustui deuotio, 5. Tactu charitas ignescit.*

MEDITATIO XXVII.

Punct.

1. *In Christi necem omnes conspirant, diuersissimo licet inter se affectu: Herodes metu regni amittendi, Iudæi adulatione Regis, Dæmon odio Christi, Deus Pater verò permittit, vt Christus occasionem haberet, Ecclesiæ suæ primitiuæ tibiq; præbendi exemplũ, pie agendi, & fortiter tolerandi mundoq; è diametro repugnandi. 2. Etsi vero variis modis hoc periculum eludere potuisset, tamen fugam elegit, tum vt se hac ratione omni commoditate spoliaret, tum vt & gentibus benefaceret, docens eos exemplo suo mundum calcare, dura complecti. Ex hoc semine tanta postea in Aegypto, & inde in Ecclesia propagata Religionum messis. Tu cane, ne Christus, qui à Iudæis ad gentes, à tepidis ad feruentes transit coronam tuam alteri det.*
2. *Prouidentiam Dei intuere, 1. Curam gerentis suorũ, 2. Non semper immediatè, sed interuentio Angelo 3. vel homine, qui licet virtute esset inferior, cum tamen Dei vice fungatur, maioris meriti est Obedientia ei præstita.*
3. *Vt magis excresceret, & eluceret Obedientia Iosephi, exemplo Abrahæ, & Samuelis, difficultatibus ornatur, 1. Nocte, 2. Omnibus relictis, excepto IESV, & Maria, 3 in Aegyptum Iudæis inimicam, 4 nullo præfixo exilij tempore fugere iubetur, 5 Rationem mandati, quam aliquando, vt puritas Obedientiæ pateat, nõ subnectit Deus nunc tamen subiungit, vt suauior reddatur, nec tamen hac ratione, claritas obedientiæ obscuratur.*

4. Ostendit

ant viuo cordis tui templo, 3. Inter Doctores, vt tu quidem eos discas consulere & audire, Illi vero semper tanquam in conspectu IESV doceant, 4. summo Virginis Matris gaudio, insigni tamen temperato Modestia.

3. Viso filio, mox mater, cum benevola querela fiduciæ plena, pro se & Ioseph (quem ex humilitate & patrem, & priorem se nominat.) eum interpellat, ostendens suum ex amore dolorem, in requirendo simplicitatem cordis, diligentiam, & perseverantiam, solitæ in loquendo parcitatis memor.

4. Adhæc Iesus asperè quidem respondere videtur, sed id agit, tum vt se plusquam hominem ostendat, tum vt matris exerceat patientiam, docens Religiosis, etiam innocentibus, subinde virtutis dandam occasionem. 2. Addit in ijs, quæ patris nostri sunt, debere nos totos esse, & seruitio diuino mancipatos.

5. His peractis, non continuo euanuere omnia è B. Virginis corde, sed memoriæ ea mente reponens, cautius dein tenerrimum suum obseruare studuit filium.

MEDITATIO XXXI.

1. Christus, & si in se ab instanti conceptionis plenissimus sapientia & gratia, sensim tamen. 1. foras radios earum virtutum emisit, crescens, vt sol matutinus vsq; ad perfectam diem, vt cum mundus in malitia & superbia ascendat, nos à proficiendi studio, nunquam desistamus. Punct.

2. Sunt enim qui plane retrocedunt, qui à feruore primo deficiunt, qui tepidè pergunt ad speciem tantum, His tribus relictis, eos assequere, qui sine fine proficere studeant.

2. Crescendum verò, & cum ædificatione proximi, coram hominibus, & in virtute solida, coram Deo. Scandalum passiuum nil moreris, 2. In sapientia pariter & Gratia, 3. imitando B. Virginem, sicut & illa IESV M.

3. Interim vsque ad trigesimum annum obedit Deus matri, & pauperi fabro, in ijs quæ talis solet præstare filius. Obedientia enim nil vile reputat, sciens non rem, sed Rationem excelsam, virtutum esse stateram.

4. Fabrilem autem exercere voluit, 1. vt otium pelleret, 2. laborem manuum commendaret 3. humilitatem exerceret, Nec enim magna solet esse dignitas eius, qui vt Christus fecit, ex necessitate laborare putatur: interim manu laborante, corde & lingua simul orabat.

5. Ad trigesimum verò siluit annum, vt Dona Dei silentio & humilitate occultanda esse (& si quandoque stultus videare) exemplo doceret, Ætatem concionibus aptam demonstraret, Exemplo tutius quàm verbo doceri insinuaret, Demq; ita proximus incumbendum, ne teipsum negligas, hac ferè proportione, vt decima proximo attributa, tibi nouem temporis serues partes, sic Christus 30. annos sibi, proximis vix vltra tres annos dedit, & si omnia ad nostram cederent salutem.

Soli Deo gloria

SYNOPSIS ET SVMMARIA MEDITATIONVM TERTIAE PARTIS.

INtroductio & fundamentum in quo de vtraque vita agitur, Actiua & Contemplatiua, per Martham & Mariam sorores significatas; & de Mixta ex vtraque, quam tenuit Christus Dominus noster tempore suæ Prædicationis. Pag. 358.

Spiritualis vita triplex est, Actiua, quæ externas, Contemplatiua quæ internas, Mixta quæ vtrasq; dirigit. Hanc Christus, & si omnium exemplar maximè secutus est.

§. 1. De præcipuis Actiuæ vitæ Actionibus, Pagina 359.

Actiua 1. Præparat animam expurgando eam pœnitentia, tranquillam faciendo mortificatis passionibus, & virtutibus ornando, 2. Eleemosynas corporales cum Martha elargitur, 3. Denique cum discipulis Christi in operibus Misericordiæ spiritualibus, & zelo animarum se exerit.

§. 2. De vitæ Contemplatiuæ actionibus, 360

Quem Actiua excepit, hoc fruitur Contemplatiua, dum 1. Appropinquat IESV *2. eidem assidet 3. Sed ad pedes affectibus Humilitatis, Reuerentiæ, Subiectionis, & Amoris, 4. Audit eum in libris, Concione, Meditatione, Contemplatione, quæ ob facilitatem Auditui merito comparatur.*

§. 3. Quod vita actiua opus habeat contemplatiua: & quænam circa hoc querelæ. 361.

Etsi verò hæ inuicem iuuent, longe tamen id magis Actiuæ necessarium, vt quæ sibi sola non sufficit, sine aliqua Contemplatione, 2. quare necessario pro Contemplatiua Christum roget, oportet, 3. Minime verò quærendum Actiuis, quasi plus æquo laborent, nec à Deo perinde, vt cæteri Contemplationis suauitate reficiantur, non enim labor, sed superbia Contemplationem impedit. Multo verò minus Contemplatiui Otiosi reputandi, cum plurimum Oratione sua aliorum conatus iuuent, sed quisque sua sorte, vocatione, & mensura gratiæ Dei in mutua charitate contentus viuat.

§. 4. De aliis vitæ actiuæ imperfectionibus: & qua ratione illas Christus emendat, vt perfecta euadat. 363

Caueant porrò actiui à nimia Sollicitudine, & in rebus bonis, eiusq; radices exquirant, quæ sunt 1. Naturæ inquietudo ad contemplandum inepta sed sicut peccatos & proinde contemplationi addictos euocat subinde, & à quiete sua ad animas lucrandas elicit Amor, Sic hos timor damni spiritualis in se superent, ad Orationem retrahet, maximè iunctus fiduciæ, quod omnia possimus in eo, qui nos confortat 2. ex defectu Iudicij, & Experientiæ nimiæ & anxiæ Occupationes, 3. Proprietatis amor, qui ferè sequitur Impetuosos, Glorioſos, & Indiscretos.

§. 5. De

§.5. De VNO illo, quod eſt diſpoſitio & finis contemplatiuæ. 364

Vnitas quærenda, 1. in temporalibus ſola neceſſitas. Nam & natura paucis contenta, & qui temporalia ſpernit, repletur cœleſtibus, 2. In actionibus Intentio puræ gloriæ & voluntatis Dei, 3. In ſenſibus interioribus, eos ad ſolam Dei cognitionem & dilectionem applicando.

§.6. De vitæ contemplatiuæ excellentiis. 366

Quem Dei gratia, & propria voluntas ad ſublime Contemplationis euexit exercitium, hunc 1 ſua prouidentia in eo ſtatu, 2. Etiam in ordinarijs exercitijs, ſalua Obedientia & charitate conſeruat, 3. imo actione cum hac vita ceſſante, contemplatio manet in æternum.

§.7. De vitæ Mixtæ excellentiis. 369

Vita mixta non poteſt non eſſe pretioſa, quæ ex tam pretioſis conflatur partibus, Actiua & Contemplatiua, quorum vtraq; ad alteram diſponit, & ſe inuicem iuuant. Quare ſummo ea deuotionis affectu expetenda, & cauendum, ne altera alteram ſuffocet, aut impediat, ſed moderatè permiſcendæ ſunt.

§.8. De excellentiſsima ratione, qua Chriſtus Dominus contemplationem actioni coniunxit. 369

Chriſtus exemplar vitæ mixtæ perfectiſſimum, Noctem Deo in precibus vt conſecraret, 1. locum ſolitarium, tenebrarum quietem elegit 2. Tempus longiſſimum (nec.n. ad contemplationem in momento peruenitur) eidem impendit, 3 Feruorem indicat hac vox (Oratio Dei) 1. excellentiſſima & Deo digna. Verè enim Oratio, & à Deo promanat, & coram Deo peragitur, & Orationis vnica materia Deus eſt, & finis eius eſt in Deum transformari 4. Diem vero daturus proximo, Orationem actionibus præmiſit, & iunxit, 5. Eaſq; ita exercuit, vt & Deo glorioſiſsimæ, & nobis eſſent vtiliſsimæ, Quas vt exprimere poſsis, erit tibi in Oratione perſererandum.

MEDITATIO I.

De admiranda S. Ioannis Baptiſtæ vita & prædicatione vſque ad Chriſti Ieſu baptiſmum. 372

Punct. 1. *S. Ioannes in deſerto quatuor claruit virtutibus, 1. Pœnitentia ſeueriſſima, non vt præterita peccata expiaret, ſed vt etiam à minimis præſeruaretur, & ad gratiam recipiendam magis diſponeretur, & Chriſti regnum præferret inſigne. 2. Contemplatio iugis, tanto iucundior, quanto à mundi voluptatibus erat alienior, 3. Fortitudo mira contra tentationes Dæmonis, 4. Cordis & feruor & puritas.*

2. *Ad concionandum è deſerto prodijt, 1. Impellente Spiritu ſancto animarum zelatore, 2. Inſtructus Spiritu duplici, Heliæ quidem terribili in pertinaces, Moyſis vero miti in pœnitentes, 3. ad Pœnitentiam identidem, qua virtutis præmio, qua peccati impellens pœnis, 4. Conuerſione peccatorum ſubſequente plurima, Nec miraculis ei opus erat, cuius tota vita iuge erat miraculum.*

3. *Humilitas vero S. Viri eluxit maximè 1. In tanta aſperitate, ſanctitate, applauſu, & honore, 2. In perpetua ſui depreſſione & Chriſti exaltatione, 3. Sua iugiter opera extenuando, Chriſti verò Sacramenta & virtutem commendando.*

MEDITATIO II.

De interrogationibus S. Ioanni à Phariſæis propoſitis, dum ad eum miſerunt qui interrogarent: Tu quis es? & de Teſtimonio de Chriſto & de ſeipſo reddito, quo inſignem humilitatem & ſanctitatem ſuam aperuit. 376

Punct. 1. *Quatuor ſpiritualis vitæ fundamenta, totidem Humilitatis ſunt actus, 1. Reddit Deo quod Dei eſt, Et quid non Dei! maximè tamen pro gloria ſua zelat, contra ſuperbiam. 2. Hoc laqueo Vſurpatæ diuinitatis, quia Dæmon ceciderat, ſperabat ſe Ioannem irretire poſſe, ſed omnes euadit laqueos humilis, quid ni hunc tam ſublimem!*

2. *Etiam debitum ſibi honorem quæ poteſt refugit, ſimplicitatem & candorem in verbis ſectatur, 2. ingenioſior ad laudes occultandas, quam ſuperbus ad eaſdem aucupandas, 3. Adulantes ſiccißimè auerſatus.*

3. *Dei officium glorioſum in ſe nec ignorat, nec tacet, ſuo tamen Nihilo illud temperat, 2. in hoc ſola exultans, quod ſeruus eſſet Chriſti. 3. Eiuſque vox, tam vita ſilente, quam verbis ſonoris.*

4. *Reprehenſus vero immerito à Phariſæis, 1. lætatur, 2. Chriſti laudibus, ſuæq; depreßioni intentus. Quid enim eum commoueat, qui vt terra, fundatus eſt ſupra Nihilum.*

MEDITATIO III.

De Chriſti Domini noſtri baptiſmo. 380

Punct. 1. *Chriſtus valedicens matri, amorem filij voluntati Dei poſtponenti, Baptiſmum S. Ioannis expetiit, 1. vt Magiſterium ſuum ab Humilitate inchoaret, & fœcundißimæ arboris firmaret radices, docens nos humilitatem optimam eſſe ad Sacramenta ſuſcipienda diſpoſitionem. 2. vt faceret quod docturus erat, & obſeruantiam præceptorum nobis redderet ſanctam & inuiolabilem.*

2. *Quo gaudio & reuerentia Ieſum à Ioanne exceptum credam! qua hunc Dei ſuiq; cognitione raptum! 2. Cum interim Chriſtus non modo ſuperiori, aut Æquali, ſed & inferiori, ſaluo decoro, ſe ſubdere, perfectißimo obedientiæ, & humilitatis docet exemplo, Omnem iuſtitiam, qua Deo, Tibi, & proximo teneris, explendam conteſtatus, 3. Cui etiam S. Ioannes mox paret, nulla reluctatus duritie, qua S. Petrum adhuc imperfectum ferè à Chriſto ſeparaſſet.*

3. *In quo ſe magis demittit Chriſtus, in eodem altius eum attollit Pater 1. cœlos aperiendo, quo eum & cœleſtem, & cœleſtia penetrantem ſuiſq; diſcipulis cœli gloriam communicaturum inſinuaret, 2. Spiritum S. ſubmittendo, vt eius plenitudo in Chriſto reſidens agnoſceretur, In ſpecie vero columbæ, vt eius innocentia ſignaretur, agnus tollens peccata mundi demonſtraretur, Denique Eccleſiæ fœcunditas præſignaretur, 3. Voce denique Filium ſibi dilectißimum nobis commendando ſummo Trinitatis SS. myſterio hodie reſeruato.*

4. *Hinc Baptizatus in Chriſto merito ſperat cum eo tali Apertionem, Donorum Spiritus ſancti communicationem, hæreditatis filiorum Dei adoptionem, quæ hodie Ioanni ab ipſo vicißim baptizato Chriſtum contuliſſe quis dubitet?*

5. *Subſecuta ſunt autem hæc primam Chriſti deſcriptam orationem, 1. vt Orationis efficacia commendetur, maximè ſi humilitate ornetur, 2. vt eandem ſacramentis, & bonis operibus iungere diſcas, 3. vt eam virtutem omnibus baptizatis neceſ-*

ſariam ſcias, Denique quos à IESV hic Deo Patri commendatos piè credis, eoſdem ei commendare ne deſinas.

MEDITATIO IV.

De Chriſti poſt baptiſmum in deſertum ſecceſſione, & ieiunio quadraginta dierum. 388

Punct. 1. *In deſertum Chriſtus abit* 1. *vt laudem fugiat humanam,* 2. *vt doceat cæremonijs peractis, ſolidis incumbendum virtutibus,* 3. *Solitudinem ad contemplandum deligendam eſſe.*

2. *Abijt autem inſpirante S. Spiritu, qui ſuos fortiter, ſuauiter, & velociter impellit, ijſq; ſolitudinem commendat, quam & Chriſtus elegit* 1. *vt inter beſtias agens, humilitatem ſequeretur,* 2. *Pœnitentiam & orationem commendaret, & Recollectionem negotijs vtiliter præmitti exemplo ſuo doceret.*

3. *Ieiunauit porro* 1. *vt peccatum Gulæ in paradiſo commiſſum expiaret, & te contra Gulam armaret,* 2. *Exactiſſimè ieiunium ſeruauit,* 3. *Prolixum, vt & tu quadrageſimam cum gaudio peragas, Dulcedine Orationis illam condiendo.*

MEDITATIO V.

De tentationibus idem in deſerto ſuſtinuit. 392

Punct. 1. *Tentat ſuos S. Spiritus, vt virtus eorum manifeſtetur* 2. *Solitarios magis aggreditur Dæmon, tum quia minus adiuuantur ab alijs, tum quia perfectiſſimum vitæ hoc genus eſt. Quare abſtineant ab eo conſcij ſibi ſuæ infirmitatis, & aliena directione candidè vtantur, qui tamen ad id à Deo vocantur, de S. Spiritus gratia nõ diffidant,* 3. *Tentari etiam voluit Chriſtus, tum quia id Tyronibus proprium, tum quia nihil humani, præter peccatum, à ſe voluit eſſe alienum. Quare & tu, ſi tentaris, lætare cum Chriſto, ad eum reſpice, imo Oratione & ieiunio tentationes præuenire ſatius æſtima.*

2. *Tentationes, & ſi diuerſas, omnes tamen produxit ſuperbia, cui tu humilitatem oppone,* 1. *eſt Gula, quæ quã varia, tam vilis eſt, Ei tu Humilitate, Fide & fiducia in Deum occurre,* 2. *vanagloria, hanc, verſutijs Dæmonum diſcuſſis, vt in cauda ſerpentem in fine & intentione deprehendes.* 2. *Hanc vt excitet Dæmon, in publicum, Angelus vt reprimat, in deſertum Chriſtum pertrahit.* 3. *Etſi manſuetiſſimus IESVS etiam à Dæmone, huc illucque rapi non dedignatus ſit,* 4. *Tu cum eodem, humilitate omnes vanitatis tentationes facilè diſſipabis.*

3. *Auaritia & ambitio, Hic* 1. *ſi dæmon toto mundo, vel vni cum emit peccatum, tu multo magis id execraberis,* 2 *vide quã mendaci, & ſuos vſq; ludant Dæmon & Mundus,* 3. *Auaritiam deteſtare, quæ hominem ſubſternit Dæmoni. Deniq; diſce cum Chriſto magno zelo & animo libero facilè omnes vinci tentationes,* 3. *victorem IESVM pater ſubmiſſis Angelis recreat, panem non ex lapidibus, ſuadente diabolo, facto ſed cœleſti reficit. Hinc* 1. *diſce Dei erga ſuos prouidentiam,* 2. *Angelorum tutelam ipſomet fatente dæmone,* 3 *ſemper in tentatione patientiam & fiduciam in Deum retinendam, nunquam tamen in ſecuritate hoſti confidendum.*

MEDITATIO VI.

De Apoſtolorum vocatione & electione. 399

tus, quin velit esse beatus) Media interim nulla aut applicem aut velim.

2. *Nec si media quidem velim, sed non alia quam mihi placentia, vtilitas enim in mediis quærenda, non iucunditas.*

3. *Sed ad omnia indifferens, nulla recusabo media, dum fine potiar. Imo ea eligam magis, quæ ad finem conducunt propius, quantumcunque sint acerba & molesta. imo, qui Christum amant ardentius, eius imitandi desiderio, cæteris paribus, ea eligunt, quæ carni magis repugnant.*

MEDITATIO IX.

De primo Christi miraculo in Nuptiis Canæ Galilææ edito. 414

1. *In nuptijs considera, 1. Christi charitatem inuisentis eos, quibus benefacturus erat,* Punct.
& in mensa Modestiam, 2. B. Virginis misericordiam, 3. Fiduciam, dum tãtum indicat ei necessitatem, quem & velle & posse sciebat, nec de potestate diffidens, nec de amore dubitans. Eandẽ tu in tuis adhibe precibus & necessitatibus

2. *Ex Christi responsione: Disce 1. Christo omnia committere, ei nec tempus nec modum præscribendo, 2. Omnem carnis affectum exuendum. 3. Deum suos electos subinde probare, eorum 3. exercere patientiã, & solidam virtutem ac constantiã.*

3. *A B. Virgine consilium ministris datum tibi applica, & 1. Deo vsq; confide, & si aliquando se in speciem subducere videatur, 2. B. Virginem adi, quæ quia spiritum Christi habebat, sciebat fore, vt Christus ministrorum cooperationem exigeret, 3. si confidentiam Obedientiæ iunxeris, certo scias ipsum adeo Deum tibi oranti obedientem fore, 4. Quare merito B. Virgo, etsi paucis verbis, tam serio præcipit, inspirationibus Dei, & Prælatorum obedire mandatis.*

4. *Ita à B Virgine instructi ministri sine mora cum summa iudicij proprij abnegatione, in re, cuius non adeo congrua mox apparebat ratio, promptè obtemperarunt, 2. Quæ obedientia Christi omnipotentiam ad hoc miraculum flexit, 3. & tã gratam liberalitatem, vt pro tantillo vini vilis haustu, sex hydrias præstantissimi penderet, 4. tibi insuper sex alias nobiliores virtutum hydrias, Charitatem, Misericordiam, Zelum, Deuotionem, Gratitudinem, Obedientiam promittens.*

5. *Vino gustato, gaudio magno B. Virgo repleta est, quod videret se non modo sanctificationis primæ S. Ioannis, sed & primi miraculi, velut instrumentum à Deo adhibitam fuisse, imo & ad suam interceßionem, horam à Patre statutam Iesum acceleraße ac præueniße. Hanc tam efficacem Patronam tu sæpius fidenter adi, 2. Discipuli in fide confirmati sunt, 3. Architriclinus miratur merito, quod adhuc ignoraret prouidentiam Dei, cuius dona tum meliora, tum opportuniora esse solent, quique Spiritus voluptates subtrahit, quandiu carnis consolationes vigent & satiant.*

MEDITATIO XX.

De zelo quo Christus ementes & vendentes è templo eiecit. 420 Punct.

1. *Cum amor sit mensura zeli, nil mirum Christum, qui Patrem infinitè diligebat, instar ignis consumentis exarsisse, imo à zelo consumptum, in zelum transformatum, atq; adeo in cibum V. Sacram mutatum esse, 2. Hinc illa fortitudo, qua se vnus opponit omnibus, quod Amor Dei timorem spernat humanum.*

2. *Signa duo dedit Christus petentibus Iudæis, vtrumque prodigiosum, 1. Passio, in*

qua miraculose Deus & homo beatus, patitur & moritur, Charitate eucharistiæ, Potentia durante, & in morte triumphante, 2. Resurrectio, dum propria virtute glorioſior reſurgit.

3 *Conſer primam electionem cum ſecunda, & inuenies Chriſtum, 1 flagellis timoris 2. Miraculis amoris eos curare voluiſſe cum neutro proficeret, templum euertiſſe Deinde templum domum eſſe Negotiationis diuinæ gloriæ, & ſalutis tuæ, in quo à profana negotiatione omnino abſtinendum: quod periculoſiſſima ſit & vix à peccato (quod in templo maxime dedecet) immunis. Denique cum domus orationis ea dicatur, in qua non ſubinde, ſed ſæpe oretur imo nulli alij rei vacetur, Talis ſit anima tua, quæ ſemper oret, vt Domus orationis dici poſsit, & per conſequens domus virtutum, non vitiorum, ad quod requiritur vt ſit 1. Munda, 2. Quieta, 3. Ornata.*

MEDITATIO XI.

De ſermone Chriſti in monte. 424

1. *Chriſtus Magiſtri, Legislatoris & Conſiliarij in monte officiũ orſus vt non modo doceret, præciperet, & ſuaderet, 2. ſed & intus eminenter illuminaret mentem, & vires conferret ad præcepta ſeruanda, & conſilia amplectenda, 3. quod & ingiter præſtat, oculos in ſuos electos fideliter leuando, & os ſuauiſſimum benigne eis aperiendo.*

2 *Hinc octo proponit beatitudines ſpiritus, quas male cæca caro iudicat eſſe miſerias, quia ſecundum exteriorem ſpeciẽ iudicat, 2. Non ſic Chriſtus, qui quia interiora penetrat, earum pretium melius norat. Hæc enim vna & vera ratio eſt, cur Chriſtus & Mundus ſemper, & vbiq; diſſentiant, & cum æterna ſapientia falli nequeat, Bonitas fallere nolit, neceſſe eſt ſtultum falli mundum, iuſto id Deus iudicio permittente, quod & falli ſponte velit, & quoſcunque poteſt ex inueterata malitia fallere non ceſſet.*

3. *Sunt ergo inſtar octo graduum ſcalæ cœleſtis, in quorum ſingulis hæc quatuor expendenda, 1. Actus varij, 2. Chriſti exemplum, 3. Præmium virtutis, 4. Contrarij vitij Pœna.*

3. 1. *Paupertatis actus ſunt quinque, 1. Paupertas affectus & ſpiritus, quæ omnibus eſt neceſſaria, 2. Realis abdicatio omnium rerum, 3. Humilitas, 4. Obedientia, 5. exinanitio ex perfecta cognitione ſui Nihili, & hæc eſt ipſa veritas.*

2 *Chriſtus vbiq; pauper, in ortu, vita & morte. Imo hoc poſuit fundamentum, & portam ſcholæ ſuæ.*

3. *Præmium eius eſt regnum cœlorum, Hic Iuſtitia, pax & gaudiũ Ibi æterna glo-*

4. *Contra, Diuitias amantibus, pro triſti ſolatio, æternum væ incumbit.* (ria

4. *Manſuetudinis actus ſunt tres, 1. Iræ repreſſio, 2. Affabilitas, 3. Iniuria tolerantia, qui in omnibus conſtanter ſeruandi ſunt.*

Chriſtus manſuetus, venit, vixit, abijt.

Præmium triplex, 1. Hic poſident in pace animas ſuas, 2. Et corda aliorum, 3. Ibi æternam gloriam.

5. *Fletus beati actus ſunt quatuor, 1. Recreationes fugere, 2. Cõtritione Propria peccata, 3. Cõpaſſione aliena deflere, 4. Deuotione ad patriã ſuſpirare. Hæ ſunt lachry-*

mæ Timoris & amoris Christus risisse nunquã, fleuisse sæpius legitur, in Ortu, Lazaro, Ierosolymis, Cruce. & vita præmium est tristitiæ, quam mundus miseram credit, vt vertatur in gaudium.

Risum vero manent lacrymæ huius seculi & æternæ.

6. *Iustitiæ fames & sitis quinque actus appetit,* 1. *Ius suum cuique tribuere,* 2. *Ad perfectionem anhelare,* 3 *Eandem in alijs curare,* 4. *Christum quocunque perceptibili modo expetere,* 5. *Cælestem expetere gloriam. His continetur ille, qui dicitur, Feruor spiritus.*

Christus tam in vita, quam cruce præfame gloriæ Dei & siti salutis tuæ corporis necessitates non sensit.

Præmium erit eius, Hic gratiæ & Christi sacratissimo rifici corpore, Ibi gloria saltari æterna, cuius fames sine molestia, satietas erit absque fastidio.

Saturi corpore & superbi spiritu æterna fame, siti & egestate arctabuntur.

7. *Misericordiæ operatres exigunt circumstantias,* 1. *vt omnibus, nullo excluso,* 2. *In quacunque miseria, etsi reneqneas, certè corde cupias,* 3. *verè compati & syncerè iuuare. Christus omnibus omnia factus, ipsi sacrificio Misericordiam præferendam docuit Præmium erit, Misericordia Dei in te hic & in futuro, tanta, quantam exhibueris proximo Denique elige, aut Misericors sis, aut miser eris sola enim saluat Misericordia.*

8. *Puritas cordis,* 1. *Minima etiam horret,* 2. *Cor Sanctis replet desiderijs,* 3. *Ambulat simpliciter, etsi vero in corde maximè consistat, in corporis tamen integritate pulchrius relucet. Christus* 1. *absque omni peccato,* 2. *Sanctitate plenus,* 3 *syncerita tis amantissimus eam perfectissime possedit.*

Præmium eius hic est iucunda contemplatio, ibi æterna visio.

9. *Pacifici,* 1 *se in pace possident,* 2. *Alios sibi conciliant,* 3. *Alios etiam inter se componunt,* 4 *Peccatores Deo reconciliare satagunt. Christus pacificus venit, Pacem docuit, omnia pacificauit.*

Præmium eorum erit, quod 1 *ob similitudinem (quæ amorem gignit) specialius à IESV pacis principe diligentur,* 2. *eis, vt filijs in patris negotio sollicitis prouidebit,* 3. *Aeternam largietur pacem, Pacem verò turbantes, filij Dæmonis, vt sunt, ita merito appellantur.*

10. 1. *Persecutiones Nemo iustus non sustinet, A dæmonibus, Inimicis, & Falsis fratribus, quas quia ob solam iustitiam & virtutem tolerant, innocentia sua freti, etiam cum lætitia ferunt. Christus Omnia ab omnibus Innocentissime cum gaudio sustinuit.*

Præmium est idem, quod Pauperum, tanto magis, quanto aliena iniuriæ tolerantia spontanea paupertate excelsior quod præmium etiam nunc possident, et in medijs tribulationibus mille gaudijs tantum non obruuntur. (nediuntur.

Væ autem æternum manet eos, qui cum pessimè agant, maxime in hac vita, be-

MEDITATIO XII.

De officio, quod Apostolis suis Christus in cœna commisit. 439

1. *Tres actus Hierarchiæ Ecclesiast. quod S. Dionysius nominat purificare, Illuminare, Perficere, Christus tribus similitudinib. suis præscribit,* 1. *salis propriũ. n. Apostolorũ* Punct.

salire corda deficientia, & a vitijs præseruare, opera verò pœnitentiæ, quæ alioqui ingrata sunt gustui, suauitate condire. Tantam huic sali virtutem, non natura, sed gratia Dei contulit, Christus verus sal gratiæ, dum nos in cruce condit, instar salis cibos condientis, dissolutus est. Sal vt cibos condit, sic terram reddit sterilem, quare caue ne aut terrenus sis, aut si sales, nec tibi attendas, infatuatus à mensa Dei indignus reijciare.

2. *Lucis cœlestis quæ Apostolicus est fulgor in quo Christum lucem verã imitantur lucem verò nec absconde otio, nec obscura malo exemplo ne sub modio extinguatur, aut suffocetur, sed tibi syncera intentione, alijs verbo & exemplo ad ædificationem præluceto.*

3. *Ciuitatis in monte positæ, quæ multos complectatur, qui se & alios perficiant, Non enim ad solitudinem, aut propriam tantum perfectionem & contemplationis iucunditatem Apostolos suos vocauit Deus, sed piscatores & operarios eos esse voluit.*

MEDITATIO XIII.

De lege Euangelica quam in eodem sermone Christus promulgauit, & perfectione, ad quam illa nos euehit. 443

1. *Lex naturalis à Christo exactiß. me seruata ne à nobis negligeretur, 2. Omnia etiam minima in lege promissa, obseruantibus eam, idem impleuit, ne vel tantillum esse præmij negligas, 3. Ipsam insuper legem tripliciter perfecit, peccata explicando, consilia adijciendo gratiam conferendo.*

2. *Vel vnico lethali peccato commisso amittitur gloria, quia offenditur Deus, & tollitur charitas, 2. Idem accidit si peccatum alioqui leue, ex malitia, committam. 3. Multò verò magis si insuper alios seduxero, 4. Mensura enim gloriæ est obseruantia legis, quæ ita doctrinã requirit, vt multò magis exemplum vrgeat, quisquis enim facit, hoc ipso docet, quantum potest, Qui vero docet & non facit plus exemplo destruit, quam verbo ædificet. Tu vero teipsum & alios perficiendo gloriam tuam auge ne desine.*

3. *Dei perfectio in his consistit, quod in eo nil mali, sed omne bonum, idq; in summo gradu insit, 2. nec sua perfectione contentus, cupit eam creaturis omnibus, & maximè hominibus suo modo communicare, adeo vt Christum non hominem, nec Angelum, sed ipsum nobis Deum exemplar perfectionis acquirendæ proposuerit. 3. Hunc ergo imitari si cupis, Etiam minima peccata vitabis. Nullam virtutem negliges, ad instar Dei, qui necessarijs non contentus, ipsa adeo iucunda tibi affluenter largitur, eaque in summo gradu, & desiderio consectaberis infinito.*

4. *Perfectionis Euangelicæ sublimitas cernitur, 1. quod nec verbum otiosum, nec vllam peccandi occasionem permittat. Patet in præceptis negatiuis De iuramento, homicidio, luxuria, furto, 2. omnem omnino virtutem proponit, 3. Eamque in summo vrget gradu, v. g. Intentionem purißimam, charitatem Dei & proximi ardentißimam. Finis ergo tuus sit, o Homo, exactißima legis custodia.*

MEDITATIO XIV.

De Meditatione circa precationem Dominicam. 448

1. *Oraturus in conspectu Dei, pete lumen mentis & Amorem cordis, vt ea intentione & Deuotione qua Christus vt Sacerdos pro te orat, etiam vt caput in te oret,*

vbi nota, quod ſicut Chriſtus bis orare docuit ſemel publicè deinde priuatim; ſic & tu publice orans Aedificationis, priuatim verò meditans deuotionis tuæ, & affectus proprij rationem habebis, quando oratione præparatoria præmiſſa, ſingula verba quamdiu in eis guſtum repereris, expendes. PATER *eſt Deus, quia creator, Iuſtorum verò Pater millies eſt dicendus, toties enim gratiam adoptionis filiorum deperditam reparare paratus eſt is, qui te ſemel in cruce genuit, ſolius tui commodi cauſa. 2. Quare cum Deus Patris munia perfectiſſime impleat, 3. Decet & te omnes filij explere partes, 4. Amare ſcilicet Deum, ei confidere, laudare eum & gloriari in hoc nomine, Denique filij ſpiritu & affectu ei ſeruire.*

NOSTER *quod plures ex amore adoptarit filios, 2. vt pro inuicem orando nos amemus, 3 maioris reuerentiæ ergo.*

IN COELIS, *1. vt ad Reuerentiam exciteris, 2. vt cœleſtia deſideres. 3. vt cœleſtem amuleris puritatem. 4. Vt orans oculos in cœlum leues, 5. vt cœlum ſias in quo DEVS habitet.*

SANCTIFICETVR, *non glorificetur aut laudetur, quia ſanctitas maximè proprie competit Deo*

NOMEN, *non Maieſtas, Potentia aut certum aliquod attributum, quia omnia Dei Nomina ſancta.*

TVVM, *non meum nomen glorificetur, hic & in æternum.*

Non addit PER NOS: *vt indicet deſiderium quo flagrare debemus, vt ab omnibus omnino creaturis nomen Dei ſanctificetur. Quod fit credendo, ſperando, diligendo, obediendo.*

Adueniat REGNVM *Gratiæ hic, & gloriæ in futuro, etſi magis illud, quam hoc iuſti expetant, dum dicunt* ADVENIAT, *quod hoc, quia iucundum, etiam peccatores expetant, illud, quia moleſtum. ſoli electi imitatores Chriſti deſiderent, 3 Regnum denique æternum & conſummatum, quando ſolus in iuſtis regnabit Deus in æternum.*

TVVM, *non Dæmonis, Mundi, Carnis, aut Peccati.*

Fiat VOLVNTAS *diuina, 2. non propria, aut Dæmonis, Mundi, & carnis, 3. Integrè, Purè, Promptè, Fortiter, & Feruenter, 4. ſicut eam Dominus vbique fecit Ieſus, non ſuam.*

PANEM 1. *Corpus Chriſti in ſacramento, 2. Gratiam, qua viuit anima, 3. Panem corporis.*

NOSTRVM, *à Deo quidem, ſed nobis datum, per Chriſti merita, 2. cuique noſtrum naturæ & capacitati conformem, 3. Non alienum nec ſuperfluum.*

QVOTIDIANVM, *non ſingularem, quia indignus ſum, ſed ordinariam tuam gratiam.*

DA NOBIS. *charitas enim proximi, etiam pro inimicis me panem petere cogit.*

HODIE *tantum, contra ſuperfluam ſollicitudinem, etſi ſuperſubſtantialem, pro toto vitæ tempore, quod* HODIE *Apoſtolo dicitur, ardenter petam.*

Dimitte nobis DEBITA, 1. *peccata & pœnas inde contractas, per gratiam & miſericordiam, ne quiſquam ſe debitorem ignoret, cùm à veniali peccato nemo immunis, quin in multis offendimus omnes.*

DEBITORIBVS, *quibus omnes iniurias mihi illatas non modo libenter remitto,*

ſed & ex corde dilige intelligens DEVM *nec remittere atque adeo nec inuocari velle niſi id ex toto corde præſtem. Imo ſi non remittam nihil iuuat hac particula* SICVT. *oro & ago quam vt mihi non remittat, ſe & proximo meo remittere cogar teſte voce oris mei Et ne nos inducas in* TENTATIONEM, *non vt ne tentemur quia qui tentatus non eſt, quid ſcit? ſed ne à tentatione ſuperemur, aut ſuccumbamus Sed libera nos à* MALO, *Præterito peccati, Præſenti tribulationis, Futuro pœnæ æternæ & maximè ab eo, qui verè Malus eſt, Dæmone Tartareo. Hic cum Eccleſia texe Litaniam Miſeriarum, à quibus liberari Deum roges,* AMEN, *Deſiderium & Fiduciam obtinendi maximam indicat, quæ Orationem ab Altiſſimo faciunt exaudiri.*

MEDITATIO XV.

De Apoſtolorum ad prædicandum Miſſione. 460

Punct. 1. *Multi qui indigent auxilio eius errantes,* 2. *Operarij verò pauci, Alij enim otioſi deſident, Alij ſe, non* IESVM *quærunt, Alij bene operantibus ſacrilege reſiſtunt,* 3. *Non tamen quiſque currat pro arbitrio, ſed à Deo vocari. & Mitti iugiter expetat,* 4. *Mediante oratione, ſine qua Deus nil, multo minus donorum ſuprenum, zelum animarum, largietur quem ad aliorum ſalutem, & gloriæ ſuæ augmentum, in te vehementer accende,* 5. *Etſi charitas etiam orationes noſtras præueniendo, non rogatas operarios ſuos mittat.*

2. *Mittit autem Binos, Adiutorio, Conſolationi, Cuſtodiæ, Charitati Veritati, & Ædificationi,* 2. *quibus liberaliter ſine inuidia poteſtatem ſuam communicat. Monens tamen gratis eam tibi dari, tum vt non inſleris inde vt Lucifer, tum vt gratis vicißim reddas, nihilo minus liberaliter ſuis donis retribuente mercedem* DEO.

3. *Virtutes eis ſex commendat,* 1. *Manſuetudinem,* 2. *Patientiã,* 3. *Charitatem,* 4. *Fiduciam,* 5. *Prudentiam ſerpentis quæ corpus exponit vt caput (animam) ſeruet, & opportunitatem captat (cum Euam decepit) non tamen vulpis doloſam aſtutiam, ſed* 6. *Columbæ ſimplicitatem.*

4. *Cum Natura pauci contenta ſit, varia eis, ſi ſuperfluenda ſint, reijciendæ præcipit,* 2. *Quin & de neceſſarijs ſollicitudinem in prouidentem Deum proijcere hortatur, ſuſtentationem ab hominibus eo inſpirante, mercedem vero admittentes nullam. Non quidem ſimpliciter Omnem Comem ſalutationem, ſed eam, quam inania ſequuntur colloquia prohibens. Pace interim proximos ad doctrinam recipiendam diſponi debere iudicans quam Pacifici libenter amplectuntur, alij, etſi aſperneutur, tu propterea Pacem cordis ne amittas, nihilominus de laboris mercede ſecurus.*

5. *Docendi autem ſunt,* 1. *Media ſalutis varia,* 2. *Scopus eis præfigendus, Regnum cœlorum,* 3. *Idq; eis proponendum, non vt arduum & remotum, ſed vt facile & præſens.*

MEDITATIO XVI.

De glorioſo Ioannis Baptiſtæ Martyrio. 466

Punct. 1. *Ioannes, vt alter Helias Terrenum regem non curabat, quia cæleſtem timebat; conſtans, quia nil terrenum amabat.*

2. *Perſecutionem ſuam virtutum ſuus Coronidem poſt omnia feliciter decurſa, ei*

Deus

Deus vt Præmium iustitiæ, & Tesseram electionis permisit & disposuit. 2. Quam ipse gaudens excepit gratulans sibi quod impugnacontra carnem socios reperiret, Carcere noctu in Oratorium, de die in scholam transmutato, 3. Nec contentus in terra præcurrisse Deo, in lymbo Patribus Euangelizare gaudium magnum properat.

3. *Intuere aciem Dæmonis in vnum caput S. Ioannis quod truncari poterit, expugnari non potuit, Gulæ connubium, Herodiadis luxuriam Saltationis lenitatem, Inanem aulicorum gloriam, Herodis prodigalitatem, crudelitatẽ, &c. quibus vnum caput constanter restitit, de quo merito S. Præcursor dicere poterat: Caput morituram nil moror, tãto maiori decorandum gloria, caput meum Christus est, Hoc, inuito, nemo auferet, imo nec vllus quoquo modo, nisi egomet mihi prior præsidero, 2. Execrabilem considera peccatorum catenam, connexam, & in præceps trahentem, Primo audire renuit, 2. vincit innoxium, 3. Obtruncat sanctum, falsa iurisiurandi specie Hæc scala peccatorum Herodis qua, heu! quoties ipsum deiecisti! Gratiam respuendo, conspirationes, extinguendo spiritum. Quare Principijs obstare necesse erit, & quamuis in peccato à Reprobis non tenti, eramus, saltem correptionem cum electis humiliter admitti mus.*

4. *Motis sententijs Conuiuij tempore lætus S. Ioannis excepit nullo lætior futurus Conuiuio sicut & Christus Dominus, eadẽ de causa, in solemnitate Paschatis voluit crucifigi, 2. Nec dubium quin pro omnibus, maximè inimicis, discipulis, & seipso orans mortem expectarit, hoc solo mœstus, quod mortem sentiret minus amaram, 3. Deducta exanima comitantibus Angelorum choris, summo Patrum, tanti Præcursoris aduentum præstolantium, excepta gaudio, 4. cuius beatissimæ animæ gloriam in cœlo quis assequatur! quæ vita licet brevis, tempus, Feruore suo & meritis fecit longissimum videri, Seraphinis enim merito suo insertus, triplici Corona Virginis, Doctoris, Martyris redimitus, duplici Martyrij coronatus palma, Iudiciaria pauperum potestate decorus fulget in æternum, 5. Herodes vero cum suis, & si ad horam exultasse videri possint, tamen non modo æterna involuti pœna, sed & paulo post, etiam in oculis hominum, mille confecti miseriis acerbissimo cessare fato, bis infeliciter miseri.*

MEDITATIO XVII.

De miraculo, quo Christus quinque millia hominum pauit in deserto. 450

1. *Occurrit 1. Turba pietas, IESVM, tum ob corporis sanitatem obtinendam, tum ob eius doctrinæ suauitatem hauriendam, tanto studio prosequentis, 2. Misericordiam Apostolorum aliquam longè maiori miseratione, Christus superat, docens te eos quibus per te succurrere nequeas non deserere, sed Deo commendare 3 Qui vt misereri posset liberius, accuratissime miserias perpendit, causas miserendi exquirit, Pericula denique, ni misereatur, impendentia præuidet, 4. Ante tamen Philippum tentat, tum vt sollicitum se de suis ostendat, tum vt miracula non temere, nec nisi deficiente natura, expetenda doceat.* Punct.

2. *In quinque panibus, 1 Discè à discipulis paupertatis amorem pro tot personis nõ abundantiorem commeatum conferentibus, 2. Obedientiam eorundem & charitatem, dum totum quod contulerant, iubente IESV, ad proximorum sustentationem liberaliter conferunt.*

3. *Qua liberalitate etiam* IESVS *ad miraculum perpetrandum vti voluit, vt & tu discas non diffidere, sed fac quod poteris, vbi deficies, supplebit Deus.*

3. *Quare iubet eos* 1. IESVS *ordine discumbere,* 2. *Cœlum aspicit,* 3. *Gratias agit,* 4 *Efficaciter benedicit, docens Christianos in sumptione cibi,* 1. *cum decoro humilitatem sectari,* 2. *in conspectu Dei epulari,* 3. *cum Gratitudine animi dona Dei acceptare,* 4. *Orationem præmittere. Quæ eadem suo modo in Sancta Eucharistiæ sumptione seruanda.*

4, *In hoc miraculo* 1. *Omnipotentiæ Dei manifestatio, ad ei seruiendum animum addet,* 2. *Prouidentia Dei in seruos suos fiduciam tuam augebit,* 3. *maximè cum tam inæqualibus æqualiter distribuens, omnes tamen satiaret, & plus adhuc supereſſet. Quod & in S. Eucharistia præstat quotidie, dum nec sumpta consumitur, nec fracta minuitur.*

5. *In* 12. *cophinis fragmentorum disce Christi liberalem in Apostolorum promptitudine compensanda gratitudinem,* 2. *vnde eleemosyna fœnus merito nuncupatur quæstuosissimum,* 3. *Quam vero liberalis erit in futuro, qui in præsenti tam est copiosus!* 4. *Denique dispar vide certamen, dum hinc turba Christum studet extollere, inde vero multo magis* IESVS *humanam spernit gratiam.*

MEDITATIO XVIII.

De sedata maris tempestate. 477

Punct. 1. *A Christo* 1. *disce somnum necessarium tantum, eumque modicum adhibendum, corde, quantum assequi vales, ad Deum vigilante,* 2. *Ne turberis, etsi aliquando in calamitate Ecclesiæ, aut desolatione animæ, se* IESVS *fingat dormire,* 3. *cum inde varia Fidei, & Fiduciæ, & Humilitatis, & Pœnitentiæ, Orationis, & virtutum sequantur augmenta.*

2. *Cum discipulis potius, paucis quidem, sed efficaciter Deum inuoca, licebit etiam suauiter, & cum fiducia queri apud pium* IESVM, 2. *nec dubites, quin inuocatus statim expergiscatur, & licet te ad instructionem, parum reprehendat, fideliter tamen iuuet.*

3. *Ex euentu Christi, congaude omnipotentiæ, De creaturarum erubesce Obedientia, denique ora vt non modo tacere, sed & obmutescere iubeat omnes turbationes tuas, aut certè ad suam gloriam, & vtilitatem tuam, pro sua pietate moderetur.*

MEDITATIO XIX.

De ambulatione Christi super aquas, cum Phantasma esse iudicabatur à discipulis. 480

Punct. 1. *A Christo disce orandi assiduitatem,* 2. *ab Apostolis ægrè, sed tamen, Christo parentibus, ipsum etiam Deum subinde pro Deo relinquendum,* 3. *vide vt suos paulatim in fide & fiducia perficit, nunc in naui dormiens, mox etiam à naui absens, tempestatem, permittendo.*

2. 1. *In afflictione non despondeas animum, sed strenue labora, Deumq; inuoca,* 2. *Qui etsi absens videatur, tamen omnia cernit, hinc sibi in virtute tua complacendo,*

Inde tibi pie ſuccurrendo, 3 quod vt faciat, aquas calcat, tum vt ſuam oſtendat Omnipotentiam, nec aliter ſe ab aquis Tribulationis paſſurum, quam quia voluit, tum vt fortitudinem eorum, qui Orationi dediti ſunt, oſtendat. Hi enim omnibus procellis mundi ſuperiores ſunt, freti Fiducia in Deum, quam in Oratione hauſerunt, 4. Diſcipuli, qui in tempeſtate clamaſſe non dicuntur, nunc ex inani metu turbantur, vt videas victores in magnis, ſæpe in minimis deficere, & tuam imbecillitatem experientia diſcas.

3. Tria ſunt hominum genera, qui de rebus diuinis iudicant.
1. Superbi, proprio iudicio, aut imaginationis vehementia vltro decepti, proprias ratiocinationes, aut etiam aliorum, pro Reuelationibus adorant.
2. Altero extremo falluntur Timidi, qui ipſas etiam veras Chriſti inſpirationes, vt Phantaſmata, eludunt, quod & in via ſpirituali proficientibus accidere quandoque permittitur, ad eorum Inſtructionē, Idemq; de alijs iudicant, ac ſi hodie abbreuiata eſſet manus Domini, aut oblitus eſſet miſereri, Terribilis certè tentatio, quæ ipſum remedium, vt fraudem, refugit. Etſi vtrumq; horum extremorum extremè ſit noxium.
3. Media incedunt via, nec diffidentes, nec præſumptuoſi, ſed examine prævio, cum gratia Dei, de rebus ſingulis ſyncerè iudicant, adiuti ſpirituum diſcretione, dono, quod Eccleſiæ Magiſtris, quos ideo Examinatores & Probatores appellat, Spiritus ſanctus reliquit.

4. Mox IESVS pellit timorem, verba illa EGO SVM ita proferendo, vt ex proprio eius loquendi modo, eum agnoſcere poſſent, quem & hodie melius norunt, quam explicant, qui à IESV ſubinde viſitari merentur, 2. vnde eius apparet omnipotentia, in cordibus vno verbo tranſmutandis & erigendis, In quo maximè diſſident Spiritus, Chriſti & Dæmonis, vtroque tam deſolationis, quam proſperitatis tempore, dum hic ad vanam lætitiam extollit, aut anxio mergit timore, Ille vel ſalutari compungit metu, vel in Deo confidentem erigit, 3. vt eodem verbo, EGO SVM, Chriſtus erexit diſcipulos, & proſtrauit traditores; hic eadem ſua præſentia, qua impios terret, iuſtos recreat, quibus etſi timorem aliquãdo, vt reuerentiam excitet, incutiat, mox tamen pace abundantiore replet.

5. In S. Petro quinque charitatis diſce proprietates, 1. IESVM agnoſcit, 2. Seruire deſiderat 3 Eidemq; iugiter adhærere, qui enim antea ſe inſpiciens præ timore bene recedebat, hic nunc melius Chriſtum conſiderans, ex amore ad eum feſtinat, vt enim tutatur amorem timor, ſi. hunc illa viciſſim perficit, bene iunctis dextru, 4. Omnia ſibi poſſibilia reputat, non ſuis ſe viribus, ſed Dei, quem amat, virtute metiens, 5. Etſi feruet, prudentia tamen ſe regit ac temperat, nil ſine Dei nutu aggrediens.

6. Hinc Petrus aquas calcat, Deo nunc exaudiente, cum ex amoris abundantia peteret, eum, quem poſtea ex ſuperbia petentem, in nocte Paſſionis reiecit, 2. Miraculum hoc coram Diſcipulis permiſit, vt poſthac in aliis promiſſioni, difficultatibus & præceptis firmius ei fidem haberent. 3. Nec diſtulit Petrus annuente Chriſto, ſed velociter obediuit.

7. Qui in Chriſtum reſpiciens animoſe calcabat aquas, mox vbi ab eo vultum auertit, & ad ventum conuertit, timere cepit & mergi, 2. Chriſtus contra eum, qui

ſuo

suo imperio periculis se obiecerat, eumq; inuocabat, erigit; Iusto vero iudicio eos perire sinit, qui proprio seducti sensu, periculis se temere exponunt, Temerarij sibi, non Fortes Deo 3 Christus sua præsentia, & in nauim ingressu, non modo tempestatem sedat, sed & mox in portu statuit, omnia feliciter secundans, 4. Denique ex tota hac historia disce modum vocationis diuinæ, quos enim hac dignatur primo Consolationibus lactat, Mox occasiones virtutis exercendæ præbet. Denique pace replet, & perfundit lætitia.

MEDITATIO XX.

De Sancti Petri Confessione, qua Christum confessus est esse filium Dei viu.

489.

Punct.

1. *Post Orationem, qua mentes illuminat necessariam & vtilem quæstionem, Quis esset filius hominis? discipulis IESVS proposuit, 2. Idque tum, quia Notitia Christi radix est salutis nostræ, Tum quia subinde expedit opiniones hominum de se exquirere non vt in illis sistamus, sed vt inde à multis absterreamur, & in bonis promoueamus, 3. Nominat autem se filium hominis, ex humilitate, quæ meruit, vt mox à Patre Filius esse Dei viui reuelaretur.*

2. *Interrogati discipuli, non falsas Iudæorum memorat calumnias (quod discordiæ seminarium esse solet). Sed tamen errores memorant Turbæ, circa Dei & Christi cognitionem ex stupore, perturbatione, aut Dæmonis fraude profectos, cuius nos errantis & ignorantis turbæ decet misereri, 3. Varij autem sunt hi errores, Alij Christo aliquid detrahunt, v g. Diuinitatem, Sapientiam, Sanctitatem, Potentiam aut Prudentiam, 4. Alij, vt Peccatores, operibus suis Deum, aut Seuerum, aut nimis Misericordem sibi fingunt, 5. Alij etiam spirituales, eum certis limitibus arctant, aut sola Ioannis pœnitentia, aut solo Eliæ zelo, aut solo Ieremiæ fletu, aut denique solis Prophetarum solitudinibus, Concionibus, aut miraculis, cum Christi Spiritus etsi vnus sine & vinculo charitatis, multiplex tamen sit vocatione, nec ad vnum arctandus modum.*

3. *Dicta hominum sententia, ad Discipulos Christus transit, qui Doctrina & vita plus erant quam homines. Hoc pacto, & tibi expediet sæpius animã tuã ad testimonium IESV Christo dandum impellere, 2. Primus tamen respondet Petrus, tum quia feruentissimus, tum quia, ob dispositionem præuiam, plus à Deo illuminatus 3. & Christum filium Dei viuiesse excellentiori præ cæteris omnibus modo, confitetur.*

4. *Huic tam præclaræ confessioni hanc laudem reponit Iesus, vt eum 1. Beatum, 2. Simonem, id est, obedientem, & filium Ioannis, id est, Gratiæ, seu Iona, id est, Columbæ appellet, 3. non naturæ viribus, sed 4. reuelante Deo id didicisse fateatur.*

5. *Quatuor insuper ornat prærogatiuis, 1. Petrum, seu fortem nominando Petram, 2. Fundamentum, & caput post se præficiendo Ecclesiæ, 3. Perseuerantiam ei, & Ecclesiæ super ipsum fundatæ promittendo, 3. largiendo ei claues scientiæ & Potestatis. Quæ beneficia cum propter meum commodum Apostolo sint data. Decet me non minus pro eis gratias agere.*

MEDITATIO XXI.

De Christi Transfiguratione. 496

Punct.

1. *Transfiguratus est* IESVS *tum vt gloriam ostenderet, quam ipse nunc habebat, & nos per eum habituri sumus, tum vt hac gloriæ ostensione ad crucem baiulandum reos animaret, dum & in hac vita eius dulcedinem, etsi obiter, delibandi potestas datur Verè enim Christi crux dulcis & iugum eius suaue, &c.*

2. Tempus *fuit, post sex dies concionis Christi de cruce amplectenda. Etsi enim post 8. dies se videndum in regno suo promiserat, id tamen contraxit ad 6. dies, Solet enim Deus accelerare in bonis communicandis Et quia post sex dies huius vitæ (qui tamen modicum & momentum sunt cum æternitate collati) perfecta gloria apparebit.*

Locus *fuit mons solitarius & excelsus, quia Solitariis, Mortificatis, & Perfectis contemplationis donum communicat Deus.*

3. Socios *feruentissimos elegit Deus, quibus extraordinarios fauores impertiri solet. Et fortè propter Iudam reliquos reliquit Deus, quod & ipse huius gloriæ visione indignus esset & si solus exclusus fuisset, ante tempus prodiretur & infamaretur. Quantũ n cõmunitati prodest seruẽs homo, tantũ officit vnus nequã & malignus. 2. Nec tamen ideo S. Andreas cæteris postponendus, cum fauores Dei extraordinarij non semper commensurentur sanctitati. Sed hoc tibi vtilissimum iudica, quod Deus de te dispoſuerit, 3. Per hos autem socios, tres virtutes intellige, quæ Christum caput nostrum in oratione sequuntur. per Petrum Fidem, per Iacobum spem, per Ioannem charitatem, 4. Exercitium Christi in monte fuit Oratio, cuius virtute & ipse transfiguratus est, & nos mira metamorphosi in cœlestes Angelos transformamur quin & Deificamur.*

4. Modus *fuit iste Permittere scilicet gloriam & splendorem corpori debitum, quẽ vt propter te pati posset, ad tempus miraculose suspenderat.*

MEDITATIO XXII.

De ijs quæ Transfiguratione durante euenerunt. 499

Punct.

1. *Transfigurato* IESV *apparent Moyses & Helias, Hi enim cæteris sanctiores zelatores legis ieiunio & Contemplatione eum proxime accedebant, 2. Splendidi, tum vt Christo essent honori, tum quia Sancti Christo in gloria similes erunt, 3. agunt autem inuicem de Passione in hac Christi gloria, Musica enim Christi iucundissima erat Passio, à qua nec ad momentum in hac vita requieuit.*

7. *Sed ecce orante* IESV *dormiunt discipuli, qui vtique cum Christo orare ceperant, sed quia feruorem eius assequi non poterant, præ tepore deficiunt, & Transfigurationem non merentur, quam finis Orationis obtinet, Etsi etiam tepidos subinde* IESVS *aliqua luce pro sua bonitate dignetur, 2. Hinc Petrus vel tantilla cœlestis gaudij dulcedine refectus, mox sui, sociorum & omnis terræ oblitus, tantum de tabernaculis* IESV *& sanctorum loquitur, 3. verè interim nesciens quid loqueretur, quia musto hoc ebrius erat, & frustra Passionem* IESV *impedire conabatur, nesciens Consolationibus in hac vita non fruendum, sed eas ad laborum tolerantiam dirigendas esse.*

3. *Denique* IESVM *honorant* S. Spiritus *in nube lucida veritatis, &* Pater *in voce 2. Christum Magistrum nostrum audiri mandans.*

4. *Qua voce turbatos discipulos mox (vt bonus solet Spiritus) pacat IESVS, 2. qui solus recedentibus alijs remansit, 3. & hanc gloriam euulgari vetuit, verè humilis, qui in occulto splendere, in publico pati, gloriam fileri, crucem omnibus gentibus vult prædicari.*

MEDITATIO XXIII.

De duobus filiis Zebedæi petentibus, vt alter ad Christi dexteram, alter ad
anct. sinistram sederent. 503

1. *Ambitiosi discipuli, quæ de passione IESVS dixerat, non intelligentes, ea quæ de honore subiungit, auidè arripiunt, 2. nec valentes celare imperfectiones suas, ipsi se produnt, Propriæ voluntatis Mancipia, minimè Resignatos, denique Præsumptuosos, 3. Mox ergo in Ambitione exequenda, dexteras sibi iungunt, sed cum turpitudinis huius vitij, ipsosmet eius puderet sectatores, ingeniosè matrem subornant. Subtile enim malum AMBITIO.*
2. *Christus vero non præceps in reprehensionem fertur, sed opportunè expectat, dum ipsi vitium vltro fateri cogantur, nec eis in genere annuit, in specie se determinēt. Non sic Herodes, &c. Notanda vero hic execrabilis ambitionis proprietas, sed vrget, vt quæ nullum ferre potest, nec maiorem nec parem, sufficere enim poterat his discipulis se omnibus alijs prælatos, Soli Petro æquatos. Sed vel vnum Petrum ferre non possunt, Huic supplantando, omnib. iste conatus adhibetur. Deniq;, etsi voti compotes facti fuissent, proculdubio inter se disceptaturi, vter in dextera sessione alteri præferretur. Sic præcipitia quærit liuida Ambitio, 3. Quamcumque excellentiam seu spiritualem seu temporalem sua cupiditate minorem ducens.*
3. *Exaudiri autem non meruit Oratio, quæ suis caruit requisitis,*
   1. Resignatione debita, 2. Intentione pura, 3. Dum extraordinaria temerè appetit, merito ab Ordinarijs arcetur, 4. Operibus destituta, quibus Deus flectitur, non carne & sanguine.
4. *Ita tamen Deus negat malè petita, vt instruat quid bene petendo obtinere possis, 2. Mediumque ad gloriam præscribit optimum suoq; exemplo probatum, Passionem quam ego, solo IESV imitandi desiderio, sine omni spe mercedis aut gloriæ, libenter amplectar, 3. Benè autem* Calicis & Baptismi *eam describit nomine, quod sicut Rei vel venenato calice intus, vel suffocatione aquæ foris è medio tollebantur, sic IESVS ita exterius passurus erat in morte, vt nihilominus toto vitæ decursu afflingeretur interius, si nulla alia re, certè imaginatione pœnæ futuræ, quam ignorare non poterat. Continuæ tuæ superbiæ non interruptam applicans Passionem, 4. Cum autem triplex in scriptura sit calix, Passionis, Gloriæ, & Iræ: Ita duo priores connexi sunt, & à tertio separati, vt qui primum elegerit, de Secundo certus, tertium non metuat, qui vero primum neglexerit, secundum frustra speret, absorbendus à tertio.*
5. *Non omnis Humilitas sancta. Sunt enim I. Superbi qui se nequiter humiliant II. Inexperti, qui se temerè offerunt ad ignota pericula, III. Qui spiritu Christi aguntur, ad Christi perfectas passiones imitādas, 2. Hoc autem donum nonnisi dilectis communicat IESVS, seu mortem cum Martyribus, seu tribulationes cum Confessoribus eot velit tolerare, 3. Nec enim propter carnem & sanguinem.*

sed

sed propter merita, labores & Passiones, gloriæ suæ participes facit Deus.

6. *Etsi vero merito hoc Christi responsum ad humilitatem reliquos flectere debuisset, discipulos plus tamen valuit ad eos seducendos, duorum horum ambitiosorum exemplum, Tam periculose huius vitij serpit pestis, 2. Christus interim pergit in spiritu mansuetudinis, etiam hos reducere, duplex eis proponendo exemplum, vnum tyrannorum, huic seculo ambitiose imperantium, quod fugiant, Alterū quod imitentur, ipsiusmet Christi, humillimè seruientis.*

MEDITATIO XXIV.

De Lazaro mendico, & diuite epulone. 512

Tria hic consideranda, 1. Vita misera, 2. Post mortem Gaudium in cœlis, 3. & gloria in terris. Punct.

1. *Vita miserrima fuit, 1. dolore summo, 2. Paupertate extrema, 3. Derelictione ab omnibus, 4. Adeo, vt canes, seu affligentes, arcere nequiret seu pietate mouerentur, resuscitarent dolorem, quod canes eam pietatem vltro exhiberent, quam tantopere ab hominibus, & voce & multo magis miserando nequiquam efflagitasset spectaculo. Atque horum trium aliqua tolerarint aliqui, certè omnia simul post Christum & Lazarum pauci. Perfecta autem patientia in nullo deficit.*

2. *Mors quæ diuiti fuit amarissima, Lazaro Dolorum finis, Honorum fuit principium, vilis quidem si corpus consideres, Pretiosa si animam spectes, quam angeli gratulantes excepere, vt secundum multitudinem dolorum, consolationibus lætificaret animam eius.*

3. *Quin & in hac vita sanctum suum gloria & honore coronari voluit Deus, 1. ei nomen æternum parans, quam longe lateq; ipsum patet Euangelium, 2. Ipsum per se, non Vicarium suum in Sanctorum numerum referendo & promulgando, ad quem honorem conferendum Obedientia iuncta sufficit patientia.*

4. *Ex altera parte Diuitis vitam considera, Vitiorum omnium maximè superbiæ, Gulæ, Auaritiæ, & Crudelitatis theatrum, in quo eodem ludo omnem suam efformarat familiam, 2. Cuius interim nunc Nomen in Obliuione, & memoria in maledictione est. Tam diuersa sunt Dei & hominum iudicia.*

5. *Mors tam expectata & fortunata Lazaro quam fuerit huic acerba! quæ vanitatibus subtractis, doloribus habenas laxauit, O quam horrenda Puncti istius vicissitudo! Mox enim tormenta gehennæ præcipua quatuor, eius proportionata sceleribus, æternum duratura inceperunt, 1. Pro purpura flamma, 2. Pro epulis rabida sitis, 3. Pro contemptu pauperis, tantus eius gloriæ liuor, vt nonnisi per Abrahamum sollicitare auderet quem antea præ canibus suis non dignabatur, 4. Derelictio ab omnibus præ quibus antea Deum deserere maluit. Sic, sic Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam.*

6. *Causam reddit Abraham, quod bona temporalia sibi vltimum statuisset finem, eaque in præmium boni (si quod fortè aliquando fecit) operis acceptasset, scelerum vero retributionem in Gehennam distulisset, Non sic Lazarus, qui, si quas pro fragilitate humana contraxerat maculas eas patientia expiarat, Boni vero operis mercedem expectarat æternam. Ergo elige alterutrum, sed coniunctim, aut diuitis momentaneam cum æterna miseria felicitatem, aut pauperis æternam cum*

momentanea tribulatione gloriam. Nec enim alterum ab altero ſeparari poteſt, vt vtrobique aut miſer aut felix ſis, Si patiendum omninò, expedit tranſire per ignem ſi gloriandum, malo ſit felicitas perpetua. Nec enim à gloria excidet, quem illa ſemel bearit.

Quæ autem de fratribus ſollicitudo aliquam præ ſe ferre pietatem videtur, non pietas, ſed maioris eſt pœnæ metus, ex eorum acceſſione augendæ, quos ſuo infecerat exemplo, ita impij, & aſpectu gloriæ bonorum, quos contempſerunt, & acceſſione pœnæ è ſocietate cruciantur malorum. Quos fruſtra ſperes mortuorum reducendos teſtimonio, ſi Scripturæ Dei viuæ autoritate flecti nolint. Sic indurãtur qui lumen gratiæ ſibi oblatum à Deo ſpreuerunt. Quis enim corrigat homo mortuus, quem viuus deſpexit deſpectus antea DEVS!

MEDITATIO XXV.

De Conuerſione S. Mariæ Magdalenæ.

518

Punct. *Duo miraculorum Chriſti ſunt genera, ſpirituale & corporale, quæ tamen ferè præuia nihilominus hominis diſpoſitione, ita coniunxit, vt corporale miraculum ſpirituale & in illis efficeret, & nobis ſignificaret effectum.*

1. *Magdalena Peccatrix fuit, paulatim à minoribus peccatis ad tantam delapſa turpitudinem, Quare time modica, Præparant enim viam ad maiora, Et ſi tamen iam tum in maxima corrueris, benè te ſperare, ſua conuerſione hæc te iubet Peccatrix.*

2. Occaſiones conuerſionis ei fuere Concio & Manſuetudo Chriſti maximè inſpiratio, quæ reuelat obligationes, quibus tenemur ad ſeruiendum Deo, 3. Nec vocata differt propoſita, aut conuerſionem, ſed prompta paret Obedientia

2. *Pœnitentia eius his ornata virtutibus, 1. Fide, qua in Chriſtum credens, vnam ab eo animæ petit ſalutem, 2. Humilitate, quæ vt minimè curat homines, ita maximè Deum reueretur, 3 contritione, quam lachrymæ, capilli, oſcula, & vnguentum produnt effuſum, & ſi magis Orationem, quam vnguentum effudiſſe dici poſſit. Excellentiſſima ſcilicet orationum ea eſt, quam affectus extorquent, qui ſi audeant, fruſtra comprimuntur, ne, vt ignis, erumpant. 4. Pœnitentia, quæ ipſa peccãdi inſtrumenta in remedia vertit ſalutis.*

3. *Phariſæus interim ſuperbus, duplici fallitur iudicio, 1. IESVM hoc male cornuto conſtringere ne quicquam parans dilemmate, Aut ignorat mulierem, & Prophetа non eſt, Aut à nota peccatrice ſe tangi ſinit, & Sanctus non eſt, 2. Magdalenæ verò occultam malè iudicat intentionem, & peius ex bono actu malam colligit opinionem, Tam pertinax in ſuo ſenſu vt licet Peccatrix perditiſſimam corrigere potuerit vitam, Ipſe iudicium ſuum mutare noluerit, Quod maximè ſuperioribus cauendum, Hi enim potius imitari debent Deum, qui peccatorum emendatorum non recordatur amplius.*

4. *Sapientius Chriſti fuit Iudicium, quod tamen alioqui Phariſæo acerbius futurum ſingulari modeſtia præmuniuit, & ſapientia declarauit, Parabolam adferens quæ*

1. Deum decet Creditorem, 2. Homines debitores, alios 50. alios 500. quam ſummam non miraberis, ſi te ad occulta reflexeris, 3. Nec tamen vel quadrantem reddere valemus, 4. Merito ergo, cui plus remittitur, plus diligit, vel potius, Qui melius agnoſcit remiſſionis gratiam, plus diligit.

5. Quare multi peccatores confundent ſuo exemplo eos, qui ſe iuſtos exiſtimant, dū vno feruenti actu lemos tepidorum ſuperant gradus, & Amoris igne Chriſtum flectunt ad veniam.

6. Denique quo exultauit gaudio peccatrix audiens ſibi remiſſa peccata, eodem te Abſolutio replebit Sacerdotis, eadem firmata poteſtate, 2. Hanc tamen remiſſionem Chriſtus pro ſua modeſtia non ſibi, ſed peccatricis adſcribit fidei., 3. Eamque abſolutam non hortatur ne amplius peccet, cum potius opus fuerit præcepto, vt eam à ſuis ſanctis auelleret pedibus. Tantum in ea vis amoris valuit.

MEDITATIO XXVI.

De conuerſione Samaritanæ. 526 Punct.

1. Chriſtus animas quærens perditas, pedes proficiſcitur, nulli labori parcens, 2. & ſi quãdo reſedit feſſus, non tam fecit id, vt quieſceret, quam vt prædam venaretur. Sic Magdalenam impulit, vt ſe quæreret ſedentem in conuiuio, Samaritanam ad fontem ſedens quærit, vt inueniatur à ea, 3. Erat autem hæc peccatis carnis immerſa, oblita ſalutis ſuæ.

2. 1. Etſi Chriſtus ſæpiſſimè in tot itineribus & laboribus æſtu ſitiq; premeretur maxima, longe tamen plus animas, quam potum, vel in cruce ſitiuit, eaſque vt aquam in ſe immittere concupiuit, 2. Homine interim iniqua & noxia ſuaritia ſe à Deo ſubtrahente, friuolè excuſante, eos qui ſe vocant, reprehendente, ipſum denique Colloquium Dei refugiente. Cuius ſtultitiæ vnica eſt cauſa, quia Deum non nouit, 3. Tantam verò perfidiam liberalitate ſtupenda vlciſcitur Deus, 4. Promptior ipſe ad ſe communicandum, quam homo ad petendum & accipiendum.

3. Ergo Paulatim Chriſtus Samaritanam animalem prorſus, ſpiritu ſuo à Creaturis ad Creatorem ſuauiter eleuat, quinque diuinæ gratiæ proprietates, ſimilitudine ex aqua ſumpta, ei manifeſtando, 1. quod non ad tempus, ſed in æternum, non rediturum ſedet ſitim, 2. Omnia faciat faſtidire terrena, 3. Semper amet cum gaudio quod cum ſecuritate poſſideat, 4. Vt fons iugiter ſurſum ebulliat, 5. Duret & perducat in omne æuum. Quas illa vt intellexit, mox concupiuit, & ſi necdum ad purum defæcata intentione.

4. Ergo Chriſtus mira dexteritate, in hac oue ab impuro creaturarum amore reuocanda, vſus, primo radicem morbi euellit, occultum ei carnis manifeſtans peccatum 2. quod & ipſa deprehenſa mox agnouit. Humili confeſſione verè præbens ſpem conuerſionis, 3 Dein pœnitentiæ ſolidum locat fundamentum, Veram Fidem, edocta adorare Deum in ſpiritu & veritate id eſt, 1. In omni loco, 2. In ſpiritu noſtro ſeu templo cordis noſtri.

3. *In Spiritus Sancti internis inſpirationibus & affectibus, & veritate Chriſti; Parum enim externus proderit cultus, ſi cordis friget affectus.*

5. *Hic ſe Chriſti pandit charitas in illuminandis paruulis, & Omnipotentia in ornandis peccatoribus, dum hanc peccatricem ſubito honeſtat, 1. Fide & Contritione, 2. Gratia ſua, 3. Terrenorum faſtidio, dum relinquit hydriam, 4. Humilitate, qua vt Chriſtum glorificet, ſeipſam infamat, 5. Prudentia in docendo; pro modeſtia ſui ſexus, Efficacia verborum.*

6. *Humilitatem Chriſti cum muliere loquentis mirantur Diſcipuli, Tu amplectere Charitatem. Nec tamen interrogant, ſcientes non licere ſubditis iudicare ſuos ſuperiores, etſi viciſſim Superiorum ſit caute agere, ne teneris offendiculum ponant. 2. Rogatus autem cibum ſumere Ieſus, negat ſe alio delectari cibo, quam explenda voluntate patris, qua errantes cupit in viam pacis reduci. Hūc cibū, qui negligit manducare, hoc eſt, voluntatem explere Dei, profecto in Deo viuere diu non poteſt 3. Ergo vt famem hanc quoquo temperaret modo (explendæ enim nullæ creaturæ ſuffecerint) Samaritanorum plurimos labijs charitatis abſq; vllo miraculo, attraxit, & in ſe viua Chriſti futuros membra conuertit.*

MEDITATIO XXVII.

De muliere in adulterio deprehenſa, & à Chriſto ab accuſatoribus liberata. 535.

Punct. 1. *Tanta fuit Chriſti in peccatores miſericordia, vt inde Phariſæi laqueū ei pararint, ſperantes eū, præ nimia miſericordia, Iuſtitiam legis violaturū, Ergo adulterā ei adducunt, quam ſi abſolueret, tranſgreſſor legis, ſi damnaret immiſericors eſſet. 2. Sic ad alterum extremorum vrget Sathan, eos qui nimium vnam ſectantes virtutem, alterius rationem non habent, ſed nimium virtutes, vt in medio ſitæ, ita concatenatæ ſunt.*

2. *Chriſtus interim 1. negligit quæſtionem ad ſe non pertinentem, 2. Mora ſua eorum in re tanta arguit præcipitem furiam, docens cæcam eſſe ſententiam, quæ ſine præuia fertur informatione, 3. In terram ſcribendos innuit legis tranſgreſſores. 4. Scripſit autem vel ſalutaria de remittendis aut diſſimulandis proximorum peccatis monita, vel propria peccata eis ob oculos poſuit, vt præ confuſione alienis attendere non liberet.*

3. *Sic Chriſtus erectus prudentia ſua eluſit rete Calumniatorum, comprehendens in aſtutia ſua peccatores, propriorum conſcientia delictorum eos compeſcens. Rurſus autem poſt admonitionem inclinat ſe, vt eis daret tempus pœnitentiæ, ſed nolentes præ ſuperbia agnita fateri peccata maluerunt Conſcientia eis quietem non indulgente ad tempus fugere iuſtum iudicem, ſuo eos ſequente tortore, quam benigno reconciliati Patri, æterna perfrui lætitia. Ergo, qui male ſibi inſcelere cohæſerant, peccatis retectis, inſi la diſſipata ſocietate, ab inuicem ſeparantur, dum quiſque de ſua deſperans ſalute, minus ſperat & curat alienam.*

4. 1. *Interim pius ſe bis erigit* IESVS, *primo Terrori impiorum Phariſæorum, quos deſpexit, rurſus ſolatio afflictæ adulteræ, quam reſpexit, 2. Et accuſatoribus erep-*

tam,

tam, & propriæ conscientiæ eam & hic & in æternum absoluit, 3. Hortatus eam, caueret ne in Recidiuæ periculosiorem impingeret scopulum.

MEDITATIO XXVIII.

De Zachæi conuersione. 540

Punct. 1. *Initium conuersionis est desiderium videndi* IESVM, *cuius vita vtilissimum peccatori est speculum.* 2. *Quod desiderium si efficax fuerit, mox omne mundi spernit iudicium, fastidit gaudium, ad crucem Christi suspirat.*

2. *Nec se videndũ modo exhibet* IESVS, *sed & se ad illũ inuitat, proprio compellans nomine, re Purum faciens, quod ante Zachæi vano & inani præferebat nomine,* 2. *Iubens eũ festinare in tam vtili proposito,* 3. *Nec illud cras crocitare Dæmonis, sed hodie vocem suam audire,* 4. *Simulans se eius domicilio opus habere,* 5. *Nec per modum transeuntis tantum velle inuisere, sed manere, vt cum quiete opus à se inchoatum perficiat, nec ad exitum festinare se, qui ad introitum festinauit.*

3. *Zachæus interim pulsanti* IESV *mox aperit,* 2. *Murmurantium ignorantia & malitia spreta, quæ vt incautos facilè inficit sic à rectis corde contemnitur.*

4. *Christus cibo corporis à Zachæo refectus, eum vberrimè in anima tam liberaliter perficit,* 2. *vt mox tam certa proposita offerat ac si iam actu faceret,* 3. *eaq; difficilia & quæ tantum caderent sub consilium bonis adeo distributis, vt vix minimã sibi eorum retineret partem,* 4. *Nec id ex vana proferens iactantia, sed vt doceret omnium, etiam bonorum exactissimam rationem Confessario reddendam.*

5. *Nec in solo Zachæi capite sletit Christi misericordia, sed per eum totam quoque sanctificauit domum. Tantum valent ad exemplum facta maiorum.*

Aptissimè quoque tota hæc historia ad sacræ Communionis præparationem viam sternit, 1. *Desideriis ardentibus (quæ Christo placent præ verbis) Fide viua, Mortificatione,* 2. *Præparatione sollicita Christi imitatione, gaudio spiritus,* 3. *variisque Propositis præmissis Christoq; oblatis.*

MEDITATIO XXIX.

De muliere Chananæa, cuius filiam Christus à Dæmonio liberauit. 546

Punct. 1. *Virtutes Chananææ fuere,* 1. *Fides in Christum,* 2. *Charitas,* 3. *Humilitas (in quibus duabus quo quis sanctior, hoc magis emicare studet)* 4. *Reuerentia,* 5. *Affectus & Confidentia, His virtutibus Orationem in propria, & proximi afflictione exornare stude.*

2. *Et tametsi tacet Christus, vt desiderium, virtus, & humilitas matris crescant, quonamque Deus hominem magis exaltare cupit, eo magis eum ante humiliat.* 2. *Illa interim constanti patientia, profunda humilitate, rationibus prudenter ex occasione arreptis, Iesum pergit flectere.*

3. *Donec tandem non modo exaudita, sed & Christi voce collaudata, qui honorantes se verax ipsum fide, & bonitatis casta opinione, longè magis honorat,* 3. *ipsam adeo expulsionem Dæmonis humilitati adscribit mulieris.*

MEDITATIO XXX.

De Centurione, cuius seruum Christus restituit sanitati. 547

Punct. 1. *Centurio pius in seruos suos & alienigenas,* 2. *Præ humilitate beneficiorum exhibi-*

sed & ex corde dilige intelligens DEVM *nec remittere atque adeo nec invocari velle nisi id ex toto corde præstem. Imo si non remittam mihi iuxta hanc particulam* SICVT. *oro & ago quam vt mihi non remittatur, nec proximo meo remittere cogar teste voce oris mei. Et ne nos inducas in* TENTATIONEM, *non vt ne tentemur quia qui tentatus non est, quid scit? sed ne à tentatione superemur, aut succumbamus. Sed libera nos à* MALO. *Præterito peccati, Præsentis tribulationis, Futuro pœnæ æternæ & maximè ab eo, qui verè Malus est. Dæmone Tartareo. Hic cum Ecclesia texe Litanias Miseriarum, à quibus liberari Deum roges,* AMEN, *Desiderium & Fiduciam obtinendi maximam indicat, quæ Orationem ab Altissimo faciunt exaudiri.*

MEDITATIO XV.

De Apostolorum ad prædicandum Missione. 460

Punct. 1. *Multi qui indigent auxilio sunt errantes, 2. Operarij verò pauci, Alij enim otiosi desident, Alij se, non* IESVM *quærunt, Alij bene operantibus sacrilege resistunt, 3. Non tamen quisque currat pro arbitrio, sed à Deo vocari & Mitti iugiter expetat, 4. Mediante oratione sine qua Deus nil, multo minus donorum supremum zelum animarum, largietur quem ad aliorum salutem, & gloriæ tuæ augmentum, in te vehementer accende, 5. Etsi charitas etiam orationes nostras præveniendo, non rogatus operarios suos mittat.*

2. *Mittit autem Binos, Adiutorio, Consolationi, Custodiæ, Charitati, Veritati, & Aedificationi, 2. quibus liberaliter sine invidia potestatem suam communicat. Monens tamen gratis eam tibi dari, tum vt non insteris inde vt Lucifer, tum vt gratis vicissim reddas, nihilo minus liberaliter suis donis retribuente mercedem* DEO.

3. *Virtutes eis sex commendat, 1. Mansuetudinem, 2. Patientiã, 3. Charitatem, 4. Fiduciam, 5. Prudentiam serpentis quæ corpus exponit vt caput (animam) servet, & opportunitatem captat (cum Euam decepit) non tamen vulpis dolosam astutiam, sed 6. Columbæ simplicitatem.*

4. *Cum Natura pauci contenta sit, varia eis, si superfluenda sint, reijciendæ præcipit, 2. Quin & de necessarijs sollicitudinem in providentem Deum projicere hortatur, sustentationem ab hominibus eo insperante, mercedem vero admittentes nullam. Non quidem simpliciter Omnem Comem salutationem, sed eam, quam inania sequuntur colloquia prohibens. Pace interim proximos ad doctrinam recipiendam disponi debere iudicans, quam Pacifici libenter amplectuntur, alij, etsi aspernentur, tu propterea Pacem cordis ne amittas, nihilominus de laboris mercede securus.*

5. *Docendi autem sunt, 1. Media salutis varia, 2. Scopus eis præfigendus, Regnum cælorum, 3. Idq; eis proponendum, non vt arduum & remotum, sed vt facile & præsens.*

MEDITATIO XVI.

De glorioso Ioannis Baptistæ Martyrio. 466

Punct. 1. *Ioannes, vt alter Helias Terrenum regem non curabat, quia cælestem timebat; constans quia nil terrenum amabat.*

2. *Persecutionem ... virtutum ejus Coronidem, post omnia feliciter decursa, ei*

Deus

Deus vt Præmium iustitiæ, & Tesseram electionis permisit & disposuit. 2. Quam ipse gaudens excepit gratulans sibi quod impugnacontra carnem socios reperiret, Carcere noctu in Oratorium, de die in scholam transmutato, 3. Nec contentus in terra præmeruisse Deo, in lymbo Patribus Euangelizare gaudium magnum properat.

3. *Intuere aciem Dæmonis in vnum caput S. Ioannis quod truncari potuit, expugnari non potuit, Gulam conuiuarum, Herodiadis luxuriam Saltatricis lenitatem, Inanem aulicorum gloriam, Herodis prodigalitatem, crudelitatē, &c. quibus vnum caput constanter restitit, de quo merito S. Præcursor dicere poterat: Caput morituram nil moror, tāto maiori decorandum gloria, caput meum Christus est, Hoc, inuito, nemo auferet, imo nec vllus quoquo modo, nisi egomet mihi prior præsidero, 2. Execrabilem considera peccatorum catenam, connexam, & in præceps trahentem, Primo audire renuit, 2. vincit innoxium, 3. Obtruncat sanctum, falsa iurisiurandi specie Hæc scala peccatorum Herodis qua, heu! quoties ipsum deiecisti! Gratiam resistendo, conspirando missionis, extinguendo, Spiritum. Quare Principijs obstare necesse erit, & quamuis in peccato à Reprobis non tenebramus, saltem correptionem cum electis humiliter admittamus.*

4. *Mortis sententiam Conuiuij tempore lætus S. Ioannes excepit nullo lætior futurus Conuiuio sicut & Christus Dominus, eadē de causa, in solemnitate Paschatis voluit crucifigi. 2. Nec dubium quin pro omnibus, maximè inimicis, discipulis, & seipso orans mortem expectarit, hoc solo mœrens, quod mortem sentiret minus amaram. 3. Deducta exin anima comitantibus Angelorum choris, summo Patrum, tanti Præcursoris aduentum præstolantium, excepta gaudeo, 4. cuius beatissimæ animæ gloriam in cœlo quis assequatur! quæ vitæ licet brevis, tempus, Feruore suo & meritis fecit longissimum videri, Seraphinis enim merito suo insertus, triplici Corona Virginis, Doctoris, Martyris redimitus, duplici Martyrij coronatus palma, Iudiciaria pauperum potestate decorus fulget in æternum, 5. Herodes vero cum suis, & si ad horam exultasse videri possint, tamen non modo æterna involuti pœna, sed & paulo post, etiam in oculis hominum, mille confecti miseriis acerbissimo cessare fato, bis infeliciter miseri.*

MEDITATIO XVII.

De miraculo, quo Christus quinque millia hominum pauit in deserto 470

1. Occurrit Turba pietas, IESVM, *tum ob corporis sanitatem obtinendam, tum ob eius doctrinæ suauitatem hauriendam, tanto studio prosequentis, 2. Miseri ordiam Apostolorum aliquam longè maiori miseratione, Christus superat, docens te eos quibus per te succurrere nequeas non deserere, sed Deo commendare 3 Qui vt misereri posset liberius, accuratissime miserias perscrutatus est, causas miserendi exquirit, Pericula denique, ni misereatur, impendentia præuidet, 4. Ante tamen Philippum tentat, tum vt sollicitum se de suis ostendat, tum vt miracula non temere, nec nisi deficiente natura, expetenda doceat.* Punct.

2. *In quinque panibus, 1 Discè à discipulis paupertatis amorem pro tot personis nō abundantiorem comeatum conferentibus, 2. Obedientiam eorundem & charitatem, dum totum quod contulerant, iubente IESV, ad proximorum sustentationem liberaliter conferunt.*

3. Qui

3. *Qua liberalitate etiam* IESVS *ad miraculum perpetrandum vti voluit, vt & tu discas non diffidere, sed fac quod poteris, vbi deficies, supplebit Deus.*

3. *Quare iubet eos* 1. IESVS *ordine discumbere,* 2. *Cœlum aspicit,* 3. *Gratias agit,* 4 *Efficaciter benedicit, docens Christianos in sumptione cibi,* 1. *cum decoro humilitatem sectari,* 2. *in conspectu Dei epulari,* 3. *cum Gratitudine animi dona Dei acceptare,* 4. *Orationem præmittere. Quæ eadem suo modo in Sancta Eucharistiæ sumptione seruanda.*

4, *In hoc miraculo* 1. *Omnipotentiæ Dei manifestatio, ad ei seruiendum animum addet,* 2. *Prouidentia Dei in seruos suos fiduciam tuam augebit,* 3. *maximè cum tam inæqualibus æqualiter distribuens, omnes tamen satiaret, & plus adhuc superesset. Quod & in S. Eucharistia præstat quotidie, dum nec sumpta consumitur, nec fracta minuitur.*

5. *In* 12. *cophinis fragmentorum disce Christi liberalem in Apostolorum promptitudine compensanda gratitudinem,* 2. *vnde eleemosyna fœnus merito nuncupatur quæstuosissimum,* 3. *Quam vero liberalis erit in futuro, qui in præsenti tam est copiosus!* 4. *Denique dispar vide certamen, dum hinc turba Christum studet extollere, inde vero multo magis* IESVS *humanam spernit gratiam.*

MEDITATIO XVIII.

De sedata maris tempestate. 477

1. *A Christo* 1. *disce somnum necessarium tantum, eumque modicum adhibendum, corde, quantum assequi vales, ad Deum vigilante,* 2. *Ne turberis, etsi aliquando in calamitate Ecclesiæ, aut desolatione animæ, se* IESVS *fingat dormire,* 3. *cum inde varia Fidei, & Fiduciæ, & Humilitatis, & Pœnitentiæ, Orationis, & virtutum sequantur augmenta.*

2. *Cum discipulis potius, paucis quidem, sed efficaciter Deum inuoca, licebit etiam suauiter, & cum fiducia queri apud pium* IESVM, 2. *nec dubites, quin inuocatus statim expergiscatur, & licet te ad institutionem, parum reprehendat, fideliter tamen iuuet.*

3. *Ex euentu Christi, congaude Omnipotentiæ, De creaturarum erubesce Obedientia, denique ora vt non modo tacere, sed & obmutescere iubeat omnes turbationes tuas, aut certè ad suam gloriam, & vtilitatem tuam, pro sua pietate moderetur.*

MEDITATIO XIX.

De ambulatione Christi super aquas, cum Phantasma esse iudicabatur à discipulis. 480

1. *A Christo disce orandi assiduitatem,* 2. *ab Apostolis ægrè, sed tamen, Christo parentibus, ipsum etiam Deum subinde pro Deo relinquendum,* 3. *vide vt suos paulatim in fide & fiducia perficit, nunc in naui dormiens, mox etiam à naui absens, tempestatem, permittendo.*

2. 1. *In afflictione non despondeas animum, sed strenue labora, Deumq; inuoca,* 2. *Qui etsi absens videatur, tamen omnia cernit, hinc sibi in virtute tua complacendo,*

inde

Inde tibi pie ſuccurrendo, 3 quod vt faciat, aquas calcat, tum vt ſuam oſtendat Omnipotentiam, nec aliter ſe ab aquis Tribulationis paſſurum, quam quia voluit, tum vt fortitudinem eorum, qui Orationi dediti ſunt, oſtendat. Hi enim omnibus procellis mundi ſuperiores ſunt, freti Fiducia in Deum, quam in Oratione hauſerunt, 4. Diſcipuli, qui in tempeſtate clamaſſe non dicuntur, nunc ex inani metu turbantur, vt videas victores in magnis, ſæpe in minimis deficere, & tuam imbecillitatem experientia diſcas.

3. Tria ſunt hominum genera, qui de rebus diuinis iudicant.

1. Superbi, proprio iudicio, aut imaginationis vehementia vltro decepti, proprias ratiocinationes, aut etiam aliorum, pro Reuelationibus adorant.

2. Altero extremo falluntur Timidi, qui ipſas etiam veras Chriſti inſpirationes, vt Phantaſmata, eludunt, quod & in via ſpirituali proficientibus accidere quandoque permittitur, ad eorum Inſtructionē, Idemq; de alijs iudicant, ac ſi hodie abbreuiata eſſet manus Domini, aut oblitus eſſet miſereri, Terribilis certè tentatio, quæ ipſum remedium, vt fraudem, refugit. Etſi vtrumq; horum extremorum extremè ſit noxium.

3. Media incedunt via, nec diffidentes, nec præſumptuoſi, ſed examine prævio, cum gratia Dei, de rebus ſingulis ſyncerè iudicant, adiuti ſpirituum diſcretione, dono, quod Eccleſiæ Magiſtris, quos ideo Examinatores & Probatores appellat, Spiritus ſanctus reliquit.

4. Mox IESVS pellit timorem, verba illa EGO SVM ita proferendo, vt ex proprio eius loquendi modo, eum agnoſcere poſſent, quem & hodie melius norunt, quam explicant, qui à IESV ſubinde viſitari merentur, 2. vnde eius apparet omnipotentia, in cordibus vno verbo tranſmutandis & erigendis, In quo maximè diſſident Spiritus, Chriſti & Dæmonis, vtroque tam deſolationis, quam proſperitatis tempore, dum hic ad vanam lætitiam extollit, aut anxio mergit timore, Ille vel ſalutari compungit metu, vel in Deo confidentem erigit, 3. vt eodem verbo, EGO SVM, Chriſtus erexit diſcipulos, & proſtrauit traditores; hic eadem ſua præſentia, qua impios terret, iuſtos recreat, quibus etſi timorem aliquā do, vt reuerentiam excitet, incutiat, mox tamen pace abundantiore replet.

5. In S. Petro quinque charitatis diſce proprietates, 1. IESVM agnoſcit, 2. Seruire deſiderat 3 Eidemq; iugiter adhærere, qui enim antea ſe inſpiciens præ timore bene recedebat, hic nunc melius Chriſtum conſiderans, ex amore ad eum feſtinat, vt enim tutatur amorem timor, ſi hunc illa vicißim perficit, bene iunctis dextru, 4. Omnia ſibi poßibilia reputat, non ſuis ſe viribus, ſed Dei, quem amat, virtute metiens, 5. Etſi feruet, prudentia tamen ſe regit ac temperat, nil ſine Dei nutu aggrediens.

6. Hinc Petrus aquas calcat, Deo nunc exaudiente, cum ex amoris abundantia peteret, eum, quem poſtea ex ſuperbia petentem, in nocte Paßionis reiecit, 2. Miraculum hoc coram Diſcipulis permiſit, vt poſthac in aliis promißioni, difficultatibus & præceptis firmius ei fidem haberent. 3. Nec diſtulit Petrus annuente Chriſto, ſed velociter obediuit.

7. Qui in Chriſtum reſpiciens animoſe calcabat aquas, mox vbi ab eo vultum auertit, & ad ventum conuertit, timere cepit & mergi, 2. Chriſtus contra eum, qui

ſuo

suo imperio periculis se obiecerat, eumq; inuocabat, erigit; Iussio vero iudicia eos perire sinit, qui proprio seducti sensu, periculis se temere exponunt, Temerarij sibi, non Fortes Deo 3 *Christus sua præsentia, & in nauim ingressu, non modo tempestatem sedat, sed & mox in portu statuit, omnia feliciter secundans,* 4. *Denique ex tota hac historia disce modum vocationis diuinæ, quos enim hac dignatur primo Consolationibus lactat, Mox occasiones virtutis exercendæ præbet. Denique pace replet, & perfundit latitia.*

MEDITATIO XX.

De Sancti Petri Confessione, qua Christum confessus est esse filium Dei viu.

489

Sanct.

1. *Post Orationem, quæ mentes illuminat necessariam & vtilem quæstionem, Quis esset filius hominis? discipulis IESVS proposuit,* 2. *Idque tum, quia Notitia Christi radix est salutis nostræ, Tum quia subinde expedit opiniones hominum de se exquirere non vt in illis sistamus, sed vt inde à multis absterreamur, & in bonis promoueamus,* 3. *Nominat autem se filium hominis, ex humilitate, quæ meruit, vt mox à Patre Filius esse Dei viui reuelaretur.*
2. *Interrogati discipuli, non falsas Iudæorum memorat calumnias (quod discordiæ seminarium esse solet): Sed tamen errores memorant Turbæ, circa Dei & Christi cognitionem ex stupore, perturbatione, aut Dæmonis fraude profectos, cuius nos errantis & ignorantis turbæ decet misereri,* 3. *Varij autem sunt hi errores, Alij Christo aliquid detrahunt, v g. Diuinitatem, Sapientiam, Sanctitatem, Potentiam aut Prudentiam,* 4. *Alij, vt Peccatores, operibus suis Deum, aut Seuerum, aut nimis Misericordem sibi fingunt,* 5. *Alij etiam spirituales, eum certis limitibus arctant, aut sola Ioannis pœnitentia, aut solo Eliæ zelo, aut solo Ieremiæ fletu, aut denique solis Prophetarum solitudinibus, Concionibus, aut miraculis, cum Christi Spiritus etsi vnus sine & vinculo charitatis, multiplex tamen sit vocatione, nec ad vnum arctandus modum.*
3. *Dicta hominum sententia, ad Discipulos Christus transit, qui Doctrina & vita plus erant quam homines. Hoc pacto, & tibi expediet sæpius animã tuã ad testimonium IESV Christo dandum impellere,* 2. *Primus tamen respondet Petrus, tum quia feruentissimus, tum quia, ob dispositionem præuiam, plus à Deo illuminatus* 3. *& Christum filium Dei viui esse excellentiori præ cæteris omnibus modo, confitetur.*
4. *Huic tam præclaræ confessioni hanc laudem reponit Iesus, vt eum* 1. *Beatum,* 2. *Simonem, id est, obedientem, & filium Ioannis, id est, Gratiæ, seu Iona, id est, Columbæ appellet,* 3. *non naturæ viribus, sed* 4. *reuelante Deo id didicisse fateatur.*
5. *Quatuor insuper ornat prærogatiuis,* 1. *Petrum, seu fortem nominando Petram,* 2. *Fundamentum, & caput post se præficiendo Ecclesiæ,* 3. *Perseuerantiam ei, & Ecclesiæ super ipsum fundatæ promittendo,* 3. *largiendo ei claues scientiæ & Potestatis. Quæ beneficia cum propter meum commodum Apostolo sint data. Decet me non minus pro eis gratias agere.*

MEDITATIO XXI.

De Christi Transfiguratione. 496

Punct.

1. *Transfiguratus est* IESVS *tum vt gloriam ostenderet, quam ipse nunc habebat, & nos per eum habituri sumus, tum vt hac gloriæ ostensione ad crucem baiulandum reos animaret, dum & in hac vita eius dulcedinem, etsi obiter, delibandi potestas datur. Verè enim Christi crux dulcis, & iugum eius suaue, &c.*

2. Tempus *fuit, post sex dies concionis Christi de cruce amplectenda. Etsi enim post 8. dies se videndum in regno suo promiserat id tamen contraxit ad 6. dies, Solet enim Deus accelerare in bonis communicandis. Et quia post sex dies huius vitæ (qui tamen modicum & momentum sunt cum æternitate collati) perfecta gloria apparebit.*

Locus *fuit mons solitarius & excelsus, quia Solitariis, Mortificatis, & Perfectis contemplationis donum communicat Deus.*

3. Socios *ferventissimos elegit Deus, quibus extraordinarios fauores impertiri solet. Et fortè propter Iudam reliquos reliquit Deus, quod & ipse huius gloriæ visione indignus esset & si solus exclusus fuisset, ante tempus prodiretur & infamaretur. Quantũ in cõmunitati prodest feruẽs homo, tantũ officit vnus nequã & malignus. 2. Nec tamen ideo S. Andreas cæteris postponendus, cum fauores Dei extraordinarij non semper commensurentur sanctitati. Sed hoc tibi vtilissimum iudica, quod Deus de te dispoſuerit, 3. Per hos autem socios, tres virtutes intellige, quæ Christum caput nostrum in oratione sequuntur, per Petrum Fidem, per Iacobum spem, per Ioannem charitatem, 4. Exercitium Christi in monte fuit* Oratio, *cuius virtute & ipse transfiguratus est, & nos mira metamorphosi in cœlestes Angelos transformamur quin & Deificamur.*

4. Modus *fuit iste Permittere scilicet gloriam & splendorem corpori debitum, quẽ vt propter te pati posset, ad tempus miraculose suspenderat.*

MEDITATIO XXII.

De ijs quæ Transfiguratione durante euenerunt. 499

Punct.

1. *Transfigurato* IESV *apparent Moyses & Helias, Hi enim cæteris sanctiores zelatores legis ieiunio & Contemplatione eum proxime accedebant, 2. Splendidi, tum vt Christo essent honori, tum quia Sancti Christo in gloria similes erunt, 3. agunt autem inuicem de Passione in hac Christi gloria, Musica enim Christi iucundissima erat Passio, à qua nec ad momentum in hac vita requieuit.*

7. *Sed ecce orante* IESV *dormiunt discipuli, qui vtique cum Christo orare ceperant, sed quia feruorem eius assequi non poterant, præ tempore deficiunt, & Transfigurationem non merentur, quam finis Orationis obtinet, Etsi etiam tepidos subinde* IESVS *aliqua luce pro sua bonitate dignetur, 2. Hinc Petrus vel tantilla cœlestis gaudij dulcedine refectus, mox sui, sociorum & omnis terræ oblitus, tantum de tabernaculis* IESV *& sanctorum loquitur, 3. verè interim nesciens quid loqueretur, quia musto hoc ebrius erat, & frustra Passionem* IESV *impedire conabatur, nesciens Consolationibus in hac vita non fruendum, sed eas ad laborum tolerantiam dirigendas esse.*

3. Denique IESVM *honorant S. Spiritus in nube lucida veritatis, & Pater in voce 2. Christum Magistrum nostrum audiri mandans.*

4. *Qua voce turbatos discipulos mox (vt bonus solet Spiritus) pacat* IESVS, 2. *qui solus recedentibus alijs remansit,* 3. *& hanc gloriam euulgari vetuit, verè humilis, qui in occulto splendere, in publico pati, gloriam fileri, crucem omnibus gentibus vult prædicari.*

MEDITATIO XXIII.

De duobus filiis Zebedæi petentibus, vt alter ad Christi dexteram, alter ad sinistram federent. 503

Panct.

1. *Ambitiosi discipuli, quæ de passione* IESVS *dixerat, non intelligentes, ea quæ de honore subiungit, auidè arripiunt,* 2 *nec valentes celare imperfectiones suas, ipsi se produnt, Propriæ voluntatis Mancipia, minimè Resignatos, denique Præsumptuosos,* 3. *Mox ergo in Ambitione exequenda, dexteras sibi iungunt, sed cum turpitudinis huius vitij, ipsosmet eius puderet sectatores, ingeniosè matrem subornant. Subtile enim malum* AMBITIO.

2. *Christus vero non præceps in reprehensionem fertur, sed opportunè expectat, dum ipsi vitium vltro fateri cogantur, nec eis in genere annuit, in specie se determinēt. Non sic Herodes, &c. Notanda vero hic execrabilis ambitionis proprietas, sed vrget, vt quæ nullum ferre potest, nec maiorem nec parem, sufficere enim poterat his discipulis se omnibus alijs prælatos, Soli Petro æquatos. Sed vel vnum Petrum ferre non possunt, Huic supplantando, omnib. iste conatus adhibetur. Deniq;, et si voti compotes facti fuissent, proculdubio inter se disceptaturi, vter in dexteræ sessione alteri præferretur. Sic præcipitia quærit liuida Ambitio,* 3. *Quamcumque excellentiam seu spiritualem seu temporalem sua cupiditate minorem ducens.*

3 *Exaudiri autem non meruit Oratio, quæ suis caruit requisitis,*

1. *Resignatione debita,* 2. *Intentione pura,* 3. *Dum extraordinaria temerè appetit, merito ab Ordinarijs arcetur,* 4. *Operibus destituta, quibus Deus flectitur, non carne & sanguine.*

4. *Ita tamen Deus negat malè petita, vt instruat quid bene petendo obtinere possis,* 2 *Mediumque ad gloriam præscribit optimum suoq; exemplo probatum,* Passionem *quam ego, solo* IESV *imitandi desiderio, sine omni spe mercedis aut gloriæ, libenter amplectar,* 3. *Benè autem* Calicis & Baptismi *eam describit nomine, quod sicut Rei vel venenato calice intus, vel suffocatione æquæ foris è medio tollebantur, sic* IESVS *ita exterius passurus erat in morte, vt nihilominus toto vitæ decursu afflingeretur interius, si nulla alia re, certè imaginatione pœnæ futuræ, quam ignorare non poterat. Continuæ tuæ superbiæ non interruptam applicans Passionem,* 4 *Cum autem triplex in scriptura sit calix, Passionis, Gloriæ, & Iræ: Ita duo priores connexi sunt, & à tertio separati, vt qui primum elegerit, de Secundo certus, tertium non metuat, qui vero primum neglexerit, secundum frustra speret, absorbendus à tertio.*

5. *Non omnis Humilitas sancta. Sunt enim* I. *Superbi qui se nequiter humiliant* II. *Inexperti, qui se temerè offerunt ad ignota pericula,* III. *Qui spiritu Christi aguntur, ad Christi perfectas passiones imitādas,* 2. *Hoc autem donum nonnisi dilectis communicat* IESVS, *seu mortem cum Martyribus, seu tribulationes cum Confessoribus eot velit tolerare,* 3. *Nec enim propter carnem & sanguinem,*

sed

ſed propter merita, labores & Paſſiones, gloriæ ſuæ participes facit Deus.

6. *Etſi vero merito hoc Chriſti reſponſum ad humilitatem reliquos flectere debuiſſet, diſcipulos plus tamen valuit ad eos ſeducendos, duorum horum ambitioſorum exemplum, Tam periculoſe huius vitij ſerpit peſtis, 2. Chriſtus interim pergit in ſpiritu manſuetudinis, etiam hos reducere, duplex eis proponendo exemplum, vnum tyrannorum, huic ſeculo ambitioſe imperantium, quod fugiant, Alterū quod imitentur, ipſiuſmet Chriſti, humillimè ſeruientis.*

MEDITATIO XXIV.

De Lazaro mendico, & diuite epulone. 512

Tria hic conſideranda, 1. Vita miſera, 2. Poſt mortem Gaudium in cœlis, 3. & gloria in terris.

Punct.

1. *Vita miſerrima fuit, 1. dolore ſummo, 2. Paupertate extrema, 3. Derelictione ab omnibus, 4. Adeo, vt canes, ſeu affligentes, arcere nequiret ſeu pietate mouerentur, reſuſcitarent dolorem, quod canes eam pietatem vltro exhiberent, quam tantopere ab hominibus, & voce & multo magis miſerando nequicquam efflagitaſſet ſpectaculo. Atque horum trium aliqua toleraſſe aliqui, certè omnia ſimul poſt Chriſtum & Lazarum pauci. Perfecta autem patientia in nullo deficit.*

2. *Mors quæ diuiti fuit amariſſima, Lazaro Dolorum finis, Honorum fuit principium, vilis quidem ſi corpus conſideres, Pretioſa ſi animam ſpectes, quam angeli gratulantes excepere, vt ſecundum multitudinem dolorum, conſolationibus lætificaret animam eius.*

3. *Quin & in hac vita ſanctum ſuum gloria & honore coronari voluit Deus, 1. eius nomen æternum parans, quam longe lateq; ipſum patet Euangelium, 2. Ipſum per ſe, non Vicarium ſuum in Sanctorum numerum referendo & promulgando, ad quem honorem conferendum Obedientia iuncta ſufficit patientia.*

4. *Ex altera parte Diuitis vitam conſidera, Vitiorum omnium maximè ſuperbiæ, Gulæ, Auaritiæ, & Crudelitatis theatrum, in quo eodem ludo omnem ſuam efformarat familiam, 2. Cuius interim nunc Nomen in Obliuione, & memoria in maledictione eſt. Tam diuerſa ſunt Dei & hominum iudicia.*

5. *Mors tam expectata & fortunata Lazaro quam fuerit huic acerba! quæ vanitatibus ſubtractis, doloribus habenas laxauit, O quam horrenda Puncti iſtius viciſſitudo! Mox enim tormenta gehennæ præcipua quatuor, eius proportionata ſceleribus, æternum duratura inceperunt, 1. Pro purpura flamma, 2. Pro epulis rabida ſitis, 3. Pro contemptu pauperis, tantus eius gloriæ liuor, vt nonniſi per Abrahamum ſollicitare auderet quem antea præ canibus ſuis non dignabatur, 4. Derelictio ab omnibus præ quibus antea Deum deſerere maluit. Sic, ſic Iudicium ſine miſericordia ei qui non fecit miſericordiam.*

6. *Cauſam reddit Abraham, quod bona temporalia ſibi vltimum ſtatuiſſet finem, eaque in præmium boni (ſi quod fortè aliquando fecit) operis acceptaſſet, ſcelerum vero retributionem in Gehennam diſtuliſſet, Non ſic Lazarus, qui, ſi quas pro fragilitate humana contraxerat maculas eas patientia expiarat, Boni vero operis mercedem expectarat æternam. Ergo elige alterutrum, ſed coniunctim, aut diuitis momentaneam cum æterna miſeria felicitatem, aut pauperis æternam cum*

momentanea tribulatione gloriam. Nec enim alterum ab altero separari potest, vt vtrobique aut miser aut felix sis, Si patiendum omninò, expedit transire per ignem si gloriandum, malo sit felicitas perpetua. Nec enim à gloria excidet, quem illa semel bearit.

Quæ autem de fratribus sollicitudo aliquam præ se ferre pietatem videtur, non pietas, sed maioris est pœnæ metus, ex eorum accessione augendæ, quos suo infecerat exemplo, ita impij, & aspectu gloriæ bonorum, quos contempserunt, & accessione pœnæ è societate cruciantur malorum. Quos frustra speres mortuorum reducendos testimonio, si Scripturæ Dei viuæ authoritate flecti nolint. Sic indurãtur qui lumen gratiæ sibi oblatum à Deo spreuerunt. Quis enim corrigat homo mortuus, quem viuus despexit despectus antea DEVS!

MEDITATIO XXV.

De Conuersione S. Mariæ Magdalenæ.

518

Punct.

Duo miraculorum Christi sunt genera, spirituale & corporale, quæ tamen ferè præuia nihilominus hominis dispositione, ita coniunxit, vt corporale miraculum spirituale & in illis efficeret, & nobis significaret effectum.

1. *Magdalena Peccatrix fuit, paulatim à minoribus peccatis ad tantam delapsa turpitudinem, Quare time modica, Præparant enim viam ad maiora, Et si tamen iam tum in maxima corrueris, benè te sperare, sua conuersione hæc te iubet Peccatrix.*

2. *Occasiones conuersionis ei fuere Concio & Mansuetudo Christi maximè inspiratio, quæ reuelat obligationes, quibus tenemur ad seruiendum Deo, 3. Nec vocata differt proposita, aut conuersionem, sed prompta paret Obedientia*

2. *Pœnitentia eius his ornata virtutibus, 1. Fide, qua in Christum credens, vnam ab eo animæ petit salutem, 2. Humilitate, quæ vt minimè curat homines, ita maximè Deum reueretur, 3. contritione, quam lachrymæ, capilli, oscula, & vnguentum produnt effusum, & si magis Orationem, quam vnguentum effudisse dici posit. Excellentissima scilicet orationum ea est, quam affectus extorquent, qui si audeant, frustra comprimuntur, ne, vt ignis, erumpant. 4. Pœnitentia, qua ipsa peccãdi instrumenta in remedia vertit salutis.*

3. *Pharisæus interim superbus, duplici fallitur iudicio, 1. IESVM hoc male cornuto constringere ne quicquam parans dilemmate, Aut ignorat mulierem, & Prophetanon est, Aut à nota peccatrice se tangi sinit, & Sanctus non est, 2. Magdalenæ verò occultam malè iudicat intentionem, & peius ex bono actu malam colligit opinionem, Tam pertinax in suo sensu vt licet Peccatrix perditissimam corrigere potuerit vitam, Ipse iudicium suum mutare noluerit, Quod maximè superioribus cauendum, Hi enim potius imitari debent Deum, qui peccatorum emendatorum non recordatur amplius.*

4. *Sapientius Christi fuit Iudicium, quod tamen alioqui Pharisæo acerbius futurum singulari modestia præmuniuit, & sapientia declarauit, Parabolam adferens qua*

1. Deum docet Creditorem, 2. Homines debitores, alios 50. alios 500. quam ſummam non miraberis, ſi te ad occulta reflexeris, 3. Nec tamen vel quadrantem reddere valemus, 4. Merito ergo, cui plus remittitur, plus diligit, vel potius, Qui melius agnoſcit remiſſionis gratiam, plus diligit.

5. Quare multi peccatores confundent ſuo exemplo eos, qui ſe iuſtos exiſtimant, dū vno feruenti actu lemos tepidorum ſuperant gradus, & Amoris igne Chriſtum flectunt ad veniam.

6. Denique quo exultauit gaudio peccatrix audiens ſibi remiſſa peccata, eodem te Abſolutio replebit Sacerdotis, eadem firmata poteſtate, 2. Hanc tamen remiſſionem Chriſtus pro ſua modeſtia non ſibi, ſed peccatricis adſcribit fidei., 3. Eamque abſolutam non hortatur ne amplius peccet, cum potius opus fuerit præcepto, vt eam à ſuis ſanctis auelleret pedibus. Tantum in ea vis amoris valuit.

MEDITATIO XXVI.

De conuerſione Samaritanæ. 526 Punct.

1. Chriſtus animas quærens perditas, pedes proficiſcitur, nulli labori parcens, 2. & ſi quãdo reſedit feſſus, non tam fecit id, vt quieſceret, quam vt prædam venaretur. Sic Magdalenam impulit, vt ſe quæreret ſedentem in conuiuio, Samaritanam ad fontem ſedens quærit, vt inueniatur à ea, 3. Erat autem hæc peccatis carnis immerſa, oblita ſalutis ſuæ.

2. 1. Etſi Chriſtus ſæpiſſimè in tot itineribus & laboribus æſtu ſitiq; premeretur maxima, longe tamen plus animas, quam potum, vel in cruce ſitiuit, eaſque vt aquam in ſe immittere concupiuit, 2. Homine interim iniqua & noxia Auaritia ſe à Deo ſubtrahente, frigolè excuſante, eos qui ſe vocant, reprehendente, ipſum denique Colloquium Dei refugiente. Cuius ſtultitiæ vnica eſt cauſa, quia Deum non nouit, 3. Tantam verò perfidiam liberalitate ſtupenda vlciſcitur Deus, 4. Promptior ipſe ad ſe communicandum, quam homo ad petendum & accipiendum.

3. Ergo Paulatim Chriſtus Samaritanam animalem prorſus, ſpiritu ſuo à Creaturis ad Creatorem ſuauiter eleuat, quinque diuinæ gratiæ proprietates, ſimilitudine ex aqua ſumpta, ei manifeſtando, 1. quod non ad tempus, ſed in æternum, non redituram ſedet ſitim, 2. Omnia faciat faſtidire terrena, 3. Semper amet cum gaudio quod cum ſecuritate poſſideat, 4. Vt fons iugiter ſurſum ebulliat, 5. Duret & perducat in omne æuum. Quas illa vt intellexit, mox concupiuit, & ſi necdum ad purum defæcata intentione.

4. Ergo Chriſtus mira dexteritate, in hac oue ab impuro creaturarum amore reuocanda, vſus, primo radicem morbi euellit, occultum ei carnis manifeſtans peccatum 2. quod & ipſa deprehenſa mox agnouit. Humili confeſſione verè præbens ſpem conuerſionis, 3 Dein pœnitentiæ ſolidum locat fundamentum, Veram Fidem, edocta adorare Deum in ſpiritu & veritate id eſt, 1. In omni loco, 2. In ſpiritu noſtro ſeu templo cordis noſtri.

tam, & propria conscientia ream & hic & in æternum absoluit, 3. Hortatus eam, caueret ne in Recidiuæ periculosiorem impingeret scopulum.

MEDITATIO XXVIII.

De Zachæi conuersione. 540

Punct. 1. *Initium conuersionis est desiderium videndi* IESVM, *cuius vitæ vtilissimum peccatori est speculum.* 2. *Quod desiderium si efficax fuerit, mox omne mundi spernit iudicium, fastidit gaudium, ad crucem Christi suspirat.*

2. *Nec se videndũ modo exprabet* IESVS, *sed & se ad illũ inuitat, proprio compellans nomine, re Purum faciens, quod ante Zachæi vacuo & inani præseferebat nomine, 2. Iubens eũ festinare in tam vili proposito, 3. Nec illud cras crocitare Dæmonis, sed hodie vocem suam audire, 4. Simulans se eius domicilio opus habere, 5. Nec per modum transeuntis tantum velle inuisere, sed manere, vt cum quiete opus à se inchoatum perficiat, nec ad exitum festinare se, qui ad introitum festinauit.*

3. *Zachæus interim pulsanti* IESV *mox aperit, 2. Murmurantium ignorantia & malitia spreta, qua vt incautos facilè inficit sic à rectis corde contemnitur.*

4. *Christus cibo corporis à Zachæo refectus, eum vicissim in anima tam liberaliter perficit, 2. vt mox tam certa proposita offerat ac si iam actu faceret, 3. eaq; difficilia & quæ tantum caderent sub consilium bona adeo distributis, vt vix minimã sibi eorum retineret partem, 4. Nec id ex vana proferens iactantia, sed vt doceret omnium, etiam bonorum exactissimam rationem Confessario reddendam.*

5. *Nec in solo Zachæi capite stetit Christi misericordia, sed per eum totam quoque sanctificauit domum. Tantum valent ad exemplum facta maiorum.*

Aptissimè quoque tota hæc historia ad sacræ Communionis præparationem viam sternit, 1. Desiderijs ardentibus (quæ Christo placent præ verbis) Fide viua, Mortificatione, 2. Præparatione sollicita Christi imitatione, gaudio spiritus, 3. varijsque Propositis præmissis, Christoq; oblatis.

MEDITATIO XXIX.

De muliere Chananæa, cuius filiam Christus à Dæmonio liberauit. 546

Punct. 1. *Virtutes Chananææ fuere, 1. Fides in Christum, 2. Charitas, 3. Humilitas (in quibus duabus quo quis sanctior, hoc magis emicare studet) 4. Reuerentia, 5. Affectus & Confidentia, His virtutibus Orationem in propria, & proximi afflictione exornare stude.*

2. *Et tametsi tacet Christus, vt desiderium, virtus, & humilitas matris crescant, quo namque Deus hominem magis exaltare cupit, eo magis eum ante humiliat. 2. Illa interim constanti patientia, profunda humilitate, rationibus prudenter ex occasione arreptis, Iesum pergit flectere.*

3. *Donec tandem non modo exaudita, sed & Christi voce collaudata, qui honorantes se vera ipsum fide, & bonitatis casta opinione, longè magis honorat, 3. ipsam adeo expulsionem Dæmonis humilitati adscribit mulieris.*

MEDITATIO XXX.

De Centurione, cuius seruum Christus restituit sanitati. 547

Punct. 1. *Centurio pius in seruos suos & alienigenas, 2. Præ humilitate beneficiorum exhibi-*

torum oblitus, 3. Fidu ia certa fretus, Christum posse, & velle in omnibus miseriis succurrere quantum corpore recedere visus est, tanto proprius affectu, & humilitate ad IESVM accessit.

2. *Hac eius humilitate captus IESVS, quod antea superbo negarat Regulo, nunc vltro modestoo"ert Centurioni, 2. Qua ille gratia non elatus, sed magis se deprimens meruit, vt Ecclesia verbis eius ante sacram communionem ad Humilitatem & fiduciam excitandam, filios suos hortetur. 3. Dein pergit Christi extollere potentiam in creaturas, cui proximè assimilaberis, obedientiam à passionibus tuis strenuè exigendo.*

3. *Hæ virtutes, maximè in seculari homine, vel ipsi IESV admiratione dignæ visæ sunt, 2. ob quas non modo extolleret, eumq; Iudais præferret, 3. sed & votis eius omnino annueret.*

MEDITATIO XXXI.

De muliere à fluxu sanguinis liberata. 553

act. 1. *Magna peccatoris est miseria, hoc tamen eam nimium quantum auget, quod nullum ei à naturæ viribus remedium sperare licet, 2. sed à sola humili confidentia in IESVM omnis salus speranda, 3. qui vt nos toto sanaret, seipsum speciebus sacramentalibus, ceu veste tectum nobis reliquit, idque in forma panis, quo ad omnes maximè infectas penetraret partes, Linguam, Guttur, Pectus, totum denique sanaret hominem, 4. Quare mista Reuerentiæ Fiducia, ne differas eum in SS. Sacramento sumere.*

2. *Tres causæ sunt, cur Humilis IESVS, qui reliqua omnia miracula latere voluit hoc vnum ipsemet tam sollicitè euulgarit, 1. Vt ostenderet in sacra communione se quidem à pluribus tangi, eos vero solos fructum referre, qui id cum spiritu & reuerentia præstant. Etsi enim plurimæ virtutes in S Communione hauriuntur, plus tamen vel minus iuxta dispositionem accedentis, 2. Vt ignorantiam mulieris illustraret, quæ se credebat latere posse, Quin & tu noris IESVM, quasi post cancellos latentem, omnium communicantium obseruare dispositionem, quam nunc quidem supprimit, suo tempore toti mundo palam facturus, 3. Vt noxiam huius mulieris superaret verecundiam, quæ sanari quidem cupiebat, morbum tamen manifestiare erubescebat. Ne & tu erubescas peccata tua confiteri, ad Dei tuamq; gloriam, Nec enim ratam habet Deus absolutionem suam, etiam in contritione datam, nisi per confessionem Sacramentalem ratificetur. Tollatur verecundia æternæ obex gloriæ.*

3. *Etiam cum optime egisset, vocata tamen à IESV timuit, sic disponente Deo, vt castus timor firmet Humilitatem, Mauult tamen nos etsi imperfectum nostrum cernentes, ex spiritu amoris filiorum, ad ipsum confidenter accedere, quàm anxio timore constrictos abstinere.*

MEDITATIO XXXII.

De languente ad Probaticam piscinam à Christo sanato. 558

act. 1. *Piscina figura fuit sacramentorum Christi tinctorum sanguine, ac proinde tantum eius vim superant, quantum figuræ cedunt veritati, 1. Illa omnes quidem morbos corporis, nullos tamen complexa est mortuos. Hæc omnibus vitam & sa-*

nitatem

nitatem offerunt.

2. *Illa non vi propria ſanabat ſed Angeli, qui non ad infirmi, nec cuiuſuis hominis, ſed ſolius Dei nutum deſcendebat. Hæc Miniſtrum habent Sacerdotem Angelum Dei omni hora promptum, cum quo Deus te benigne expectat & vocat.*

3. *Illa vnum ſolum, eumque primum recreabat. Hæc omnes poſſunt ſanare, ſi modo velint maxime tamen feruore primos, Et ſi nec tepidis pro ſua benignitate deeſt* IESVS.

2. *Maior hominis miſeria maiorem* IESV *prouocat miſericordiam,* 1. *Ergo infimum* 38. *annorum interrogat ſanus ne fieri velit! cum enim duæ voluntates ad ſalutem requirantur* DEI *& hominis. De priore nefas eſt dubitare, Homo autem ſæpius in imperfecta velleitate conquieſcit, ne efficaci voluntate ad affectiones noxias & proximas occaſiones remouendas, ac media neceſſaria adhibenda fertur, Hæc autem prima eſt diſpoſitio ad ſalutem pœnitenti neceſſaria,* 3. *Altera eſt propriæ infirmitatis & impoſſibilitatis confeſſio, quod nec à me nec ab vlla creatura, ſed à ſolo Deo ſanare poſſim,* 4. *Vltima eſt longanimis patientia, dum veniat tempus miſerendi.*

3. *His diſpoſitionibus præuijs, ſolo verbo Ieſus ſanat infirmum,* 2 *eumque tollere iubet grabatum tum in ſanitatis ſignum, tum vt anima, quæ ante corpori & paſſionibus male ſubdita fuit, nunc per gratiam iiſdem pro arbitrio imperet & dirigat.* 3. *Cui præcepto mox paret ſanatus, etſi videretur legem tranſgredi, onus in ſabbatho portans. Sic Deo in confeſſarijs & Superioribus proprio iudicio ſpreto parendum.*

4. *Dehinc Ieſus ſolita humilitate abſconditur, & templum petit, vt ſanatum porro ſalutaribus monitis perficiat,* 2. *quem illuc iturum videbat. Decet enim poſt beneficia accepta, & confeſſionem peractam ad gratiarum actionem conuerti,* 3. *Sunt autem tria hæc monita,* 1. *Vt etſi aliorum miſerias ad gloriam Dei, & exercitium virtutum referre debeat, proprias tamen tuto ſuis peccatis adſcribat,* 2. *Nolit peccare, & ſi aliquando nihilominus ex infirmitate peccabit,* 3. *Recidiuæ caueat periculum tanto maius, quanto fœdius ingratitudinis eſt vitium.*

5. *Ille vero vbique pergit collaudare Deum,* 2. *Prudenter tamen ita acceptum ſanitatis beneficium commemorat vt Sabbathi circumſtantiam Iudæis odioſam fileret, ne quam eis calumniandi daret anſam.*

MEDITATIO XXXIII.

De Leproſo ſanato ad ſacerdotes miſſo. 564

1. *Leproſus corpore, pulchris animo floruit virtutibus,* 1. *Reuerentia inſigni,* 2. *Fide magna, Nec de pia voluntate Chriſti, ſed an ipſe dignus ſit, aut petita ſibi expediant dubitat,* 3. *Reſignatione pleniſſima. Peior longe lepra eſt anima, à qua vt munderis, ident idem hanc iaculare orationem;* Domine, ſi vis, potes me mundare. Punct.

3. *Mox Christi misericordia excipit miserum, quantum enim spontanea lepra offenditur, tantum molesta flectitur,* 2. *Bonitas vult, Potentia mundat,* 3. *Benignitas denique manum porrigit misero. Hæc perfectæ orationis, & ad bonum directæ finem est efficacia.*

3. *Sanatum ad sacerdotem mittit, tum zelo legis, quæ id & ad gratitudinem, & ad testimonium mundationis præscribebat,* 2. *tum vero vt ostenderet etiam ei, qui contritione mundatus esset, necessariam fore sacerdotis absolutionem. Vt enim optima est ad Confessionem præparatio, vera contritio; sic sacratissimi corporis Dominici sumptioni perfecta præmittenda est confessio,* 3. *Vetat insuper humilitate solita, hoc euulgari miraculum, quod tamen leprosus alio nobiliori zelo gratitudinis, & gloriæ Dei magis euulgauit. Quæ enim iusti ex humilitate bene occultant, ea alij ex charitate, comite prudentia melius euulgant.*

MEDITATIO XXXIV.

De decem Leprosis sanatis & ad Sacerdotem missis. 567

Punct. 1. *Leprosi humili Confidentia, Resignatione, & mutua coniunctione IESVM deprecantur scientes eum multitudine mendicorum non offendi, nec, quod vni datur decedere alteri, quinimo plures simul orantes ab eo citius exaudiri.*

2. *Ergo oculos suos, misericordiæ fontes, in eos conijcit, Obedientiam eorum probat, quæ viua fide præditis facile est. Sunt enim hæc tres germanæ Sorores Fides, Fiducia & Obedientia. Exemplum dans Superioribus, subinde suos probandi,* 2. *Innuit autem Christus hoc præcepto Manifestationem sui plenissimam superiori, ex Obedientiæ & Humilitatis imperio faciendam,* 3. *Sanantur dum eunt, quia apud Deum voluntas pro facto habetur.*

3. *Nouem desiderantur, qui mundati gratias agant, quia plerique periculis erepti beneficiorum obliuiscimur,* 2. *Quin & peccatores conuersi sæpè Iustos in gratiarum actione superant, eò quòd beneficium acceptum pluris faciant, suam indignitatem intimius cognoscentes Tu vero ita Deo gratias age post accepta beneficia, vt aliorum ingratitudinem, etiam accepta occasione, non exaggeres, sed tibi attendens, Deo soli eos commendes,* 3. *Christus denique non sibi, sed Deo laudem & gratias expetiit, cum Samaritano benignissimè egit, eum q. vt credere par est, etiam ab animæ lepra expurgauit.*

MEDITATIO XXXV.

De cæco propè Iericho illuminato. 570

Punct. 1. *In cæco hæ luxere virtutes,* 1. *Fides & Fiducia,* 2. *Feruor ex miseriæ cognitione & spe salutis ortus,* 3. *Constantia, Peius cæci sunt quotquot ignorantes Deum in otio degunt, & vana solatiola à creaturis mendicant. Implorandum potius lumen cæleste, his quatuor impedimentis, suasore D. Bernardo, sublatis,* 1. *Cogitationum euagatione,* 2. *Remorsu conscientiæ,* 3 *Necessitatum pondere,* 4. *Occupationum varietate. Quibus omnibus fortiter obsistendum.*

2. *Dissimulat vero IESVS ad primum clamorem, vt desiderium acuat, & constantiam præbet, Mox tamen benigne misertus, ad se cæcum adduci iubet,* 2. *qui si tantopere exultauit ad vocem Christi vocantis, quis exprimat, quæ sit lætitia animæ ad cæleste lumen, ad sponsi thalamum à Deo vocatæ,* 3. *Dein rogatus petit*

videre,

videre lumen terræ vtique, Tu potius hæc quinque nobiliora obiecta videre expete, 1. *Christum,* 2 *Legem eius,* 3. *Te ipsum* 4. *Creaturas,* 5. *Ipsum denique Creatorem*

3. *Duplici modo illuminat Christus,* 1. *Ordinario, sensim ab obscuris ad distinctiora.* 2. *Extraordinario, In momento, vt hunc cæcum & postea D. Paulum, optima vero ea lux est, quæ res Deo coniungit, gratosq; efficit.*

MEDITATIO XXXVI.

De cæco nato. 574

1. *Etsi omnes sint in oculis Dei, Electos tamen singulari affectu, & effectu oculis misericordiæ suæ respicit* 2. *In quem finem sæpè ijsdem morbos & calamitates (& si sæpius sint pœnæ peccatorum) ad exercitium virtutum, & gloriæ suæ ostensionem immittit. Quod tanto auidius expetere debemus, quanto meriti dies sunt breuiores.* Punct.

2. *Sed non diu differt remedium, quod, vt potentiam suam ostendat, in speciem adhibet contrarium, luto quod oculis inimicum est, illuminando,* 2. *Etsi lutum illud, è terra vilitatis nostræ, & saliua sapientia Christi compositum, aptissimum est ad aperiendos animæ oculos cognitio scilicet profunda MEI, & excelsa DEI. Huic in natatoriam Siloe mittitur, id est, Sacramenta Christi cælitus missi virtute imbuta, ad quæ præclarè disponunt Fides Fiducia & Obedientia quæ in hoc cæco emicant.*

3. *Illuminatus verò longè eluxit magis,* 1. *zelo gratitudinis & gloriæ DEI.* 2. *fortitudine,* 3 *Prudenti veritate,* 4. *Patientia inuicta. His virtutibus cæcus iste & mendicus ornatus, nihil minus habuit præ magnis Concionatoribus.*

4. *Pressum Phariseorum insectationibus erigit IESVS* 2. *Visum animæ viua Fide perficit,* 3 *Mentem eius à Phariseis turbatam, scandalo sublato non componit, docetq; humiles illuminandos, Superbos in spontanea cæcitate deserendos.*

MEDITATIO XXXVII.

De Surdo, & Muto sputo Christi sanato. 578

1. *Aures spiritus sunt Fides & Obedientia,* 2. *has qui Christo claudit, mundoq; aperit, eum insuper necesse est mutum esse Lingua spiritus, quæ est Oratio & Confessio. Quare sæpe pro peccatorum conuersione orandum, qui se, propria quidem sponte, in eam tamen præcipitarunt miseriam, è qua, nisi à Christo præuenti, & alijs adiuti extricare seipsos nequeant, cum nec IESVM audire, nec ei valeant supplicare.*

2. *Nullus periculosior morbus quam animarum, ita nulla curatio difficilior, non ex defectu potentiæ Dei, sed ob repugnantem prauam dispositionem peccatoris. Sex tamen cæremoniæ hic à Christo adhibitæ, totidem nobis eas curandi modos insinuant.* 1. *Separat eum à turba,* 2. *Ingemiscit,* 3. *Feruenter orat,* 4. *Digitos immittit auribus, id est, spiritum sanctum (qui digitus est Patris, cuius Verbum manus est) infundit,* 5. *Saliua Sapientiæ suæ, & sputo contemptus animam illuminat,* 6. *Ex omnipotentia sua surdo loquitur, eumque facit audire.* Puncti

3. *Imo & multo magis bene loqui,* 2. *Quod pia turba cernens verè exclamat, Deum omnia benè fecisse, & quod in vno præstitit, in pluribus & posse & velle rectè colligit.*

suo imperio periculis se obiecerat, eumq; inuocabat, erigit; Iusto vero iudicio eos perire sinit, qui proprio seducti sensu, periculis se temere exponunt, Temerarij sibi, non Fortes Deo 3 Christus sua præsentia, & in nauim ingressu, non modo tempestatem sedat, sed & mox in portu statuit, omnia feliciter secundans, 4. Denique ex tota hac historia disce modum vocationis diuinæ, quos enim hac dignatur primo Consolationibus lactat, Mox occasiones virtutis exercendæ præbet. Denique pace replet, & perfundit lætitia.

MEDITATIO XX.

De Sancti Petri Confessione, qua Christum confessus est esse filium Dei viu. 489.

unct. 1. *Post Orationem, quæ mentes illuminat necessariam & vtilem quæstionem, Quis esset filius hominis? discipulis IESVS proposuit, 2. Idque tum, quia Notitia Christi radix est salutis nostræ, Tum quia subinde expedit opiniones hominum de se exquirere non vt in illis sistamus, sed vt inde à multis absterreamur, & in bonis promoueamus, 3. Nominat autem se filium hominis, ex humilitate, quæ meruit, vt mox à Patre Filius esse Dei viui reuelaretur.*

2. *Interrogati discipuli, non falsas Iudæorum memorat calumnias (quod discordiæ seminarium esse solet). Sed tamen errores memorant Turbæ, circa Dei & Christi cognitionem ex stupore, perturbatione, aut Dæmonis fraude profectos, cuius nos errantis & ignorantis turbæ decet misereri, 3. Varij autem sunt hi errores, Alij Christo aliquid detrahunt, v g. Diuinitatem, Sapientiam, Sanctitatem, Potentiam aut Prudentiam, 4. Alij, vt Peccatores, operibus suis Deum, aut Seuerum, aut nimis Misericordem sibi fingunt, 5. Alij etiam spirituales, eum certis limitibus arctant, aut sola Ioannis pœnitentia, aut solo Eliæ zelo, aut solo Ieremiæ fletu, aut denique solis Prophetarum solitudinibus, Concionibus, aut miraculis, cum Christi Spiritus etsi vnus sine & vinculo charitatis, multiplex tamen sit vocatione, nec ad vnum arctandus modum.*

3. *Dicta hominum sententia, ad Discipulos Christus transit, qui Doctrina & vita plus erant quam homines. Hoc pacto, & tibi expediet sæpius animã tuã ad testimonium IESV Christo dandum impellere, 2. Primus tamen respondet Petrus, tum quia feruentissimus, tum quia, ob dispositionem præuiam, plus à Deo illuminatus 3. & Christum filium Dei viuiesse excellentiori præ cæteris omnibus modo, confitetur.*

4. *Huic tam præclaræ confessioni hanc laudem reponit Iesus, vt eum 1. Beatum, 2. Simonem, id est, obedientem, & filium Ioannis, id est, Gratiæ, seu Iona, id est, Columbæ appellet, 3. non naturæ viribus, sed 4. reuelante Deo id didicisse fateatur.*

5. *Quatuor insuper ornat prærogatiuis, 1. Petrum, seu fortem nominando Petram, 2. Fundamentum, & caput post se præficiendo Ecclesiæ, 3. Perseuerantiam ei, & Ecclesiæ super ipsum fundatæ promittendo, 3. largiendo ei claues scientiæ & Potestatis. Quæ beneficia cum propter meum commodum Apostolo sint data. Decet me non minus pro eis gratias agere.*

MEDITATIO XXI.

De Christi Transfiguratione. 496

Punct. 1. *Transfiguratus est* IESVS *tum vt gloriam ostenderet, quam ipse nunc habebat, & nos per eum habituri sumus, tum vt hac gloriæ ostensione ad crucem baiulandum reos animaret, dum & in hac vita eius dulcedinem, etsi obiter, delibandi potestas datur Verè enim Christi crux dulcis, & iugum eius suaue, &c.*

2. Tempus *fuit, post sex dies concionis Christi de cruce amplectenda. Etsi enim post 8. dies se videndum in regno suo promiserat id tamen contraxit ad 6. dies, Solet enim Deus accelerare in bonis communicandis Et quia post sex dies huius vitæ (qui tamen modicum & momentum sunt cum æternitate collati) perfecta gloria apparebit.*

Locus *fuit mons solitarius & excelsus, quia Solitariis, Mortificatis, & Perfectis contemplationis donum communicat Deus.*

3. Socios *ferventissimos elegit Deus, quibus extraordinarios fauores impertiri solet. Et fortè propter Iudam reliquos reliquit Deus, quod & ipse huius gloriæ visione indignus esset & si solus excl usus fuisset, ante tempus prodiretur & infamaretur. Quantũ n cõmunitati prodest feruẽs homo, tantũ officit vnus nequã & malignus. 2. Nec tamen ideo S. Andreas cæteris postponendus, cum fauores Dei extraordinarij non semper commensurentur sanctitati. Sed hoc tibi vtilissimum iudica, quod Deus de te d sposuerit, 3. Per hos autem socios, tres virtutes intellige, quæ Christum caput nostrum in oratione sequuntur per Petrum Fidem, per Iacobum spem, per Ioannem charitatem, 4. Exercitium Christi in monte fuit* Oratio, *cuius virtute & ipse transfiguratus est, & nos mira metamorphosi in cœlestes Angelos transformamur quin & Deificamur.*

4. Modus *fuit iste Permittere scilicet gloriam & splendorem corpori debitum, quẽ vt propter te pati posset, ad tempus miraculose suspenderat.*

MEDITATIO XXII.

De ijs quæ Transfiguratione durante euenerunt. 499

Punct. 1. *Transfigurato* IESV *apparent Moyses & Helias, Hi enim cæteris sanctiores zelatores legis ieiunio & Contemplatione eum proxime accedebant, 2. Splendidi, tum vt Christo essent honori, tum quia Sancti Christo in gloria similes erunt, 3. agunt autem inuicem de Passione in hac Christi gloria, Musica enim Christi iucundissima erat Passio, à qua nec ad momentum in hac vita requieuit.*

7. *Sed ecce orante* IESV *dormiunt discipuli, qui vtique cum Christo orare ceperant, sed quia feruorem eius assequi non poterant, præ tepore deficiunt, & Transfigurationem non merentur, quam finis Orationis obtinet, Etsi etiam tepidos subinde* IESVS *aliqua luce pro sua bonitate dignetur, 2. Hinc Petrus vel tantilla cœlestis gaudij dulcedine refectus, mox sui, sociorum & omnis terræ oblitus, tantum de tabernaculis* IESV *& Sanctorum loquitur, 3. verè interim nesciens quid loqueretur, quia musto hoc ebrius erat, & frustra Passionem* IESV *impedire conabatur, nesciens Consolationibus in hac vita non fruendum, sed eas ad laborum tolerantiam dirigendas esse.*

3. *Denique* IESVM *honorant S. Spiritus in nube lucida veritatis, & Pater in voce 2. Christum Magistrum nostrum audiri mandans.*

4. *Qua voce turbatos discipulos mox (vt bonus solet Spiritus) pacat* IESVS, 2. *qui solus recedentibus alijs remansit,* 3. *& hanc gloriam euulgari vetuit, verè humilis, qui in occulto splendere, in publico pati, gloriam fileri, crucem omnibus gentibus vult prædicari.*

MEDITATIO XXIII.

De duobus filiis Zebedæi petentibus, vt alter ad Christi dexteram, alter ad sinistram sederent. 503

1. *Ambitiosi discipuli, quæ de passione* IESVS *dixerat, non intelligentes, ea quæ de honore subiungit, auidè arripiunt,* 2. *nec valentes celare imperfectiones suas, ipsi se produnt. Propriæ voluntatis Mancipia, minimè Resignatos, denique Præsumptuosos,* 3. *Mox ergo in Ambitione exequenda, dexteras sibi iungunt, sed cum turpitudinis huius vitij, ipsosmet eius puderet sectatores, ingeniosè matrem subornant. Subtile enim malum* AMBITIO.

2. *Christus vero non præceps in reprehensionem fertur, sed opportunè expectat, dum ipsi vitium vltro fateri cogantur, nec eis in genere annuit, in specie se determinēt. Non sic Herodes, &c. Notanda vero hic execrabilis ambitionis proprietas, sed vrget, vt quæ nullum ferre potest, nec maiorem nec parem, sufficere enim poterat his discipulis se omnibus alijs prælatos, Soli Petro æquatos. Sed vel vnum Petrum ferre non possunt, Huic supplantando, omnib. iste conatus adhibetur. Deniq;, etsi voti compotes facti fuissent, procul dubio inter se disceptaturi, vter in dextera sessione alteri præferretur. Sic præcipitia quærit liuida Ambitio,* 3. *Quamcumque excellentiam seu spiritualem seu temporalem sua cupiditate minorem ducens.*

3 *Exaudiri autem non meruit Oratio, quæ suis caruit requisitis,*
1. *Resignatione debita,* 2. *Intentione pura,* 3. *Dum extraordinaria temerè appetit, merito ab Ordinarijs arcetur,* 4. *Operibus destituta, quibus Deus flectitur, non carne & sanguine.*

4. *Ita tamen Deus negat malè petita, vt instruat quid bene petendo obtinere possis,* 2. *Mediumque ad gloriam præscribit optimum suoq; exemplo probatum,* Passionem *quam ego, solo* IESV *imitandi desiderio, sine omni spe mercedis aut gloriæ, libenter amplectar,* 3. *Benè autem* Calicis & Baptismi *eam describit nomine, quod sicut Rei vel venenato calice intus, vel suffocatione æquæ foris è medio tollebantur, sic* IESVS *ita exterius passurus erat in morte, vt nihilominus toto vitæ decursu affligeretur interius, si nulla alia re, certè imaginatione pœnæ futuræ, quam ignorare non poterat. Continua tuæ superbiæ non interruptam applicans Passionem,* 4 *Cum autem triplex in scriptura sit calix, Passionis, Gloriæ, & Iræ: Ita duo priores connexi sunt, & à tertio separati, vt qui primum elegerit, de Secundo certus, tertium non metuat, qui vero primum neglexerit, secundum frustra speret, absorbendus à tertio.*

5. *Non omnis Humilitas sancta. Sunt enim* I. *Superbi qui se nequiter humiliant* II. *Inexperti, qui se temerè offerunt ad ignota pericula,* III. *Qui spiritu Christi aguntur, ad Christi perspectas passiones imitãdas,* 2. *Hoc autem donum nonnisi dilectis communicat* IESVS, *seu mortem cum Martyribus, seu tribulationes cum Confessoribus eot velit tolerare,* 3. *Nec enim propter carnem & sanguinem.*

sed

sed propter merita, labores & Passiones, gloriæ suæ participes facit Deus.

6. *Etsi vero merito hoc Christi responsum ad humilitatem reliquos flectere debuisset, discipulos plus tamen valuit ad eos seducendos, duorum horum ambitiosorum exemplum. Tam periculose huius vitij serpit pestis, 2. Christus interim pergit in spiritu mansuetudinis, etiam hos reducere, duplex eis proponendo exemplum, vnum tyrannorum, huic seculo ambitiose imperantium, quod fugiant. Alterū quod imitentur, ipsiusmet Christi, humillimè seruientis.*

MEDITATIO XXIV.

De Lazaro mendico, & diuite epulone. 512

Tria hic considerāda, 1. Vita misera, 2. Post mortem Gaudium in cœlis, 3. & gloria in terris.

Punct.

1. *Vita miserrima fuit, 1. dolore summo, 2. Paupertate extrema, 3. Derelictione ab omnibus, 4. Adeo, vt canes, seu affligentes, arcere nequiret seu pietate mouerentur, resuscitarent dolorem, quod canes eam pietatem vltro exhiberent, quam tantopere ab hominibus, & voce & multo magis miserando ne quicquam efflagitasset spectaculo. Atque horum trium aliqua tolerarint aliqui, certè omnia simul post Christum & Lazarum pauci. Perfecta autem patientia in nullo deficit.*

2. *Mors quæ diuiti fuit amarissima, Lazaro Dolorum finis, Honorum fuit principium, vilis quidem si corpus consideres, Pretiosa si animam spectes, quam angeli gratulantes excepere, vt secundum multitudinem dolorum, consolationibus lætificaret animam eius.*

3. *Quin & in hac vita sanctum suum gloria & honore coronari voluit Deus, 1. ei nomen æternum parans, quam longe lateq; ipsum patet Euangelium, 2. Ipsum per se, non Vicarium suum in Sanctorum numerum referendo & promulgando, ad quem honorem conferendum Obedientia iuncta sufficit patientia.*

4. *Ex altera parte Diuitis vitam considera, Vitiorum omnium maximè superbiæ, Gulæ, Auaritiæ, & Crudelitatis theatrum, in quo eodem ludo omnem suam efformarat familiam, 2. Cuius interim nunc Nomen in Obliuione, & memoria in maledictione est. Tam diuersa sunt Dei & hominum iudicia.*

5. *Mors tam expectata & fortunata Lazaro quam fuerit huic acerba? quæ vanitatibus subtractis, doloribus habenas laxauit, O quam horrenda Puncti istius vicissitudo! Mox enim tormenta gehennæ præcipua quatuor, eius proportionata sceleribus, æternum duratura inceperunt, 1. Pro purpura flamma, 2. Pro epulis rabida sitis, 3. Pro contemptu pauperis, tantus eius gloriæ liuor, vt nonnisi per Abrahamum sollicitare auderet quem antea præ canibus suis non dignabatur, 4. Derelictio ab omnibus præ quibus antea Deum deserere maluit. Sic, sic Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam.*

6. *Causam reddit Abraham, quod bona temporalia sibi vltimum statuisset finem, eaque in præmium boni (si quod fortè aliquando fecit) operis acceptasset, scelerum vero retributionem in Gehennam distulisset, Non sic Lazarus, qui, si quas pro fragilitate humana contraxerat maculas eas patientia expiarat, Boni vero operis mercedem expectarat æternam. Ergo elige alterutrum, sed coniunctim, aut diuitis momentaneam cum æterna miseria felicitatem, aut pauperis æternam cum*

momentanea tribulatione gloriam. Nec enim alterum ab altero separari potest, vt vtrobique aut miser aut felix sis, Si patiendum omninò, expedit transire per ignem si gloriandum, malo sit felicitas perpetua. Nec enim à gloria excidet, quem illa semel bearit.

Quæ autem de fratribus sollicitudo aliquam præ se ferre pietatem videtur, non pietas, sed maioris est pœnæ metus, ex eorum accessione augendæ, quos suo infecerat exemplo, ita impij, & aspectu gloriæ bonorum, quos contempserunt, & accessione pœnæ è societate cruciantur malorum. Quos frustra speres mortuorum reducendos testimonio, si Scripturæ Dei viuæ authoritate flecti nolint. Sic indurãtur qui lumen gratiæ sibi oblatum à Deo spreuerunt. Quis enim corrigat hominem mortuum, quem viuus despexit despectus antea DEVS!

MEDITATIO XXV.

De Conuersione S. Mariæ Magdalenæ.

518

Duo miraculorum Christi sunt genera, spirituale & corporale, quæ tamen ferè præuia nihilominus hominis dispositione, ita coniunxit, vt corporale miraculum spirituale & in illis efficeret, & nobis significaret effectum.

1. *Magdalena Peccatrix fuit, paulatim à minoribus peccatis ad tantam delapsa turpitudinem, Quare time modica, Præparans enim viam ad maiora, Et si tamen iam tum in maxima corrueris, benè te sperare, sua conuersione hæc te iubet Peccatrix.*

   2. *Occasiones conuersionis ei fuere Concio & Mansuetudo Christi maximè inspiratio, quæ reuelat obligationes, quibus tenemur ad seruiendum Deo, 3. Nec vocata differt proposita, aut conuersionem, sed prompta paret Obedientia*

2. *Pœnitentia eius his ornata virtutibus, 1. Fide, qua in Christum credens, vnam ab eo animæ petit salutem, 2. Humilitate, quæ vt minimè curat homines, ita maximè Deum reuereretur, 3. contritione, quam lachrymæ, capilli, oscula, & vnguentum produnt effusum, & si magis Orationem, quam vnguentum effudisse dici possit. Excellentissima scilicet orationum ea est, quam affectus extorquent, qui si audeant, frustra comprimuntur, ne, vt ignis, erumpant. 4. Pœnitentia, quæ ipsa peccãdi instrumenta in remedia vertit salutis.*

3. *Pharisæus interim superbus, duplici fallitur iudicio, 1. IESVM hoc male cognito constringere ne quicquam parans dilemmate, Aut ignorat mulierem, & Prophetam non est, Aut à nota peccatrice se tangi sinit, & Sanctus non est, 2. Magdalena verò occultam malè iudicat intentionem, & peius ex bono actu malam colligit opinionem, Tam pertinax in suo sensu vt licet Peccatrix perditissimam corrigere potuerit vitam, Ipse iudicium suum mutare noluerit, Quod maximè superioribus cauendum, Hi enim potius imitari debent Deum, qui peccatorum emendatorum non recordatur amplius.*

4. *Sapientius Christi fuit Iudicium, quod tamen alioqui Pharisæo acerbius futurum singulari modestia præmuniuit, & sapientia declarauit, Parabolam adferens quæ*

1. Deum docet Creditorem, 2. Homines debitores, alios 50. alios 500. quam ſummam non miraberis, ſi te ad occulta reflexeris, 3. Nec tamen vel quadrantem reddere valemus, 4. Merito ergo, cui plus remittitur, plus diligit, vel potius, Qui melius agnoſcit remiſſionis gratiam, plus diligit.

5. Quare multi peccatores confundent ſuo exemplo eos, qui ſe iuſtos exiſtimant, dū vno feruenti actu lemos tepidorum ſuperant gradus, & Amoris igne Chriſtum flectunt ad veniam.

6. Denique quo exultauit gaudio peccatrix audiens ſibi remiſſa peccata, eodem te Abſolutio replebit Sacerdotis, eadem firmata poteſtate, 2. Hanc tamen remiſſionem Chriſtus pro ſua modeſtia non ſibi, ſed peccatricis adſcribit fidei., 3. Eamque abſolutam non hortatur ne amplius peccet, cum potius opus fuerit præcepto, vt eam à ſuis ſanctis auelleret pedibus. Tantum in ea vis amoris valuit.

MEDITATIO XXVI.

De conuerſione Samaritanæ. 526 Punct.

1. Chriſtus animas quærens perditas, pedes proficiſcitur, nulli labori parcens, 2. & ſi quãdo reſedit feſſus, non tam fecit id, vt quieſceret, quam vt prædam venaretur. Sic Magdalenam impulit, vt ſe quæreret ſedentem in conuiuio, Samaritanam ad fontem ſedens quærit, vt inueniatur à ea, 3. Erat autem hæc peccatis carnis immerſa, oblita ſalutis ſuæ.

2. 1. Etſi Chriſtus ſæpiſſimè in tot itineribus & laboribus æſtu ſitiq; premeretur maxima, longe tamen plus animas, quam potum, vel in cruce ſitiuit, eaſque vt aquam in ſe immittere concupiuit, 2. Homine interim iniqua & noxia Auaritia ſe à Deo ſubtrahente, friuolè excuſante, eos qui ſe vocant, reprehendente, ipſum denique Colloquium Dei refugiente. Cuius ſtultitiæ vnica eſt cauſa, quia Deum non nouit, 3. Tantam verò perfidiam liberalitate ſtupenda vlciſcitur Deus, 4. Promptior ipſe ad ſe communicandum, quam homo ad petendum & accipiendum.

3. Ergo Paulatim Chriſtus Samaritanam animalem prorſus, ſpiritu ſuo à Creaturis ad Creatorem ſuauiter eleuat, quinque diuinæ gratiæ proprietates, ſimilitudine ex aqua ſumpta, ei manifeſtando, 1. quod non ad tempus, ſed in æternum, non redituram ſedet ſitim, 2. Omnia faciat faſtidire terrena, 3. Semper amet cum gaudio quod cum ſecuritate poſſideat, 4. Vt fons iugiter ſurſum ebulliat, 5. Duret & perducat in omne æuum. Quas illa vt intellexit, mox concupiuit, & ſi necdum ad purum defæcata intentione.

4. Ergo Chriſtus mira dexteritate, in hac oue ab impuro creaturarum amore reuocanda, vſus, primo radicem morbi euellit, occultum ei carnis manifeſtans peccatum 2. quod & ipſa deprehenſa mox agnouit. Humili confeſſione verè præbens ſpem conuerſionis, 3 Dein pœnitentiæ ſolidum locat fundamentum, Veram Fidem, edocta adorare Deum in ſpiritu & veritate id eſt, 1. In omni loco, 2. In ſpiritu noſtro ſeu templo cordis noſtri.

tam, & propria conscientia ream & hic & in æternum absoluit, 3. Hortatus eam, caueret ne in Recidiuæ periculosiorem impingeret scopulum.

MEDITATIO XXVIII.

De Zachæi conuersione. 540

Punct.

1. *Initium conuersionis est desiderium videndi* IESVM, *cuius vita vtilissimum peccatori est speculum.* 2. *Quod desiderium si efficax fuerit, mox omne mundi spernit iudicium, fastidit gaudium, ad crucem Christi suspirat.*
2. *Nec se videndũ modo exhibet* IESVS, *sed & se ad illũ inuitat, proprio compellans nomine, re Purum faciens, quod ante Zachæi vacuo & inani præseferebat nomine,* 2. *Iubens eũ festinare in tam vtili proposito,* 3. *Nec illud cras crocitare Dæmonis, sed hodie vocem suam audire,* 4. *Simulans se eius domicilio opus habere,* 5. *Nec per modum transeuntis tantum velle inuisere, sed manere, vt cum quiete opus à se inchoatum perficiat, nec ad exitum festinare se, qui ad introitum festinauit.*
3. *Zachæus interim pulsanti* IESV *mox aperit,* 2. *Murmurantium ignorantia & malitia spreta, quæ vt incautos facilè inficit sic à rectis corde contemnitur.*
4. *Christus cibo corporis à Zachæo refectus, eum vicissim in anima tam liberaliter perficit,* 2. *vt mox tam certa proposita offerat ac si iam actu faceret,* 3. *eaq; difficilia & quæ tantum caderent sub consilium bono adeo distributis, vt vix minimã sibi eorum retineret partem,* 4. *Nec id ex vana proferens iactantia, sed vt doceret omnium, etiam bonorum exactissimam rationem Confessario reddendam.*
5. *Nec in solo Zachæi capite sistit Christi misericordia, sed per eum totam quoque sanctificauit domum. Tantum valent ad exemplum facta maiorum.*

Aptissimè quoque tota hæc historia ad sacræ Communionis præparationem viam sternit, 1. *Desideriis ardentibus (quæ Christo placent præ verbis) Fide viua, Mortificatione,* 2. *Præparatione sollicita Christi imitatione, gaudio spiritus,* 3. *variisque Propositis præmissis Christoq; oblatis.*

MEDITATIO XXIX.

De muliere Chananæa, cuius filiam Christus à Dæmonio liberauit. 545

1. *Virtutes Chananææ fuere,* 1. *Fides in Christum,* 2. *Charitas,* 3. *Humilitas (in quibus duabus quo quis sanctior, hoc magis emicare studet)* 4. *Reuerentia,* 5. *Affectus & Confidentia, His virtutibus Orationem in propria, & proximi afflictione exornare stude.*
2. *Et tamen tacet Christus, vt desiderium, virtus, & humilitas matris crescant, quo namque Deus hominem magis exaltare cupit, eo magis eum ante humiliat.* 2. *Illa interim constanti patientia, profunda humilitate, rationibus prudenter ex occasione arreptis, Iesum pergit flectere.*
3. *Donec tandem non modo exaudita, sed & Christi voce collaudata, qui honorantes se veracipsum fide, & bonitatis casta opinione, longè magis honorat,* 3. *ipsamq; adeo expulsionem Dæmonis humilitati adscribit mulieris.*

Punct.

MEDITATIO XXX.

De Centurione, cuius seruum Christus restituit sanitati. 547

1. *Centurio pius in seruos suos & alienigenas,* 2. *Præ humilitate beneficiorum exhibi-*

Punct.

torum oblitus, 3. Fidu ia certa fretus, Christum posse, & velle in omnibus miseriis succurrere quantum corpore recedere visus est, tanto proprius affectu, & humilitate ad IESVM accessit.

2. *Hac eius humilitate captus IESVS, quod antea superbo negarat Regulo, nunc vltro modestioꝛ erit Centurioni, 2. Qua ille gratia non elatus, sed magis se deprimens monuit, vt Ecclesia verbis eius ante sacram communionem ad Humilitatem & fiduciam excitandam, filios suos hortetur. 3. Dein pergit Christi extollere potentiam in creaturas, cui proximè assimilaberis, obedientiam à passionibus tuis strenuè exigendo.*

3. *Hæ virtutes, maximè in seculari homine, vel ipsi IESV admiratione dignæ visæ sunt, 2. ob quas non modo extolleret, eumq; Iudais præferret, 3. sed & votis eius omnino annueret.*

MEDITATIO XXXI.

De muliere à fluxu sanguinis liberata. 553

inct. 1. *Magna peccatoris est miseria, hoc tamen eam nimium quantum auget, quod nullum ei à naturæ viribus remedium sperare licet, 2. sed à sola humili confidentia in IESVM omnis salus speranda, 3. qui vt nos totos sanaret, seipsum speciebus sacramentalibus, ceu veste tectum nobis reliquit, idque in forma panis, quo ad omnes maximè infectas penetraret partes, Linguam, Guttur, Pectus, totum denique sanaret hominem, 4. Quare mista Reuerentiæ Fiducia, ne differas eum in SS. Sacramento sumere.*

2. *Tres causæ sunt, cur Humilis IESVS, qui reliqua omnia miracula latere voluit hoc vnum ipsemet tam sollicitè euulgarit, 1. Vt ostenderet in sacra communione se quidem à pluribus tangi, eos vero solos fructum referre, qui id cum spiritu & reuerentia præstant. Etsi enim plurimæ virtutes in S. Communione hauriuntur, plus tamen vel minus iuxta dispositionem accedentis, 2. Vt ignorantiam mulieris illustraret, quæ se credebat latere posse, Quin & tu noris IESVM, quasi post cancellos latentem, omnium communicantium obseruare dispositionem, quam nunc quidem supprimit, suo tempore toti mundo palam facturus, 3. Vt noxiam huius mulieris superaret verecundiam, quæ sanari quidem cupiebat, morbum tamen manifestiare erubescebat. Ne & tu erubescas peccata tua confiteri, ad Dei tuamq; gloriam, Nec enim ratam habet Deus absolutionem suam, etiam in contritione datam, nisi per confessionem Sacramentalem ratificetur. Tollatur verecundia æternæ obex gloriæ.*

3. *Etiam cum optime egisset, vocata tamen à IESV timuit, sic disponente Deo, vt castus timor firmet Humilitatem, Mauult tamen nos etsi imperfectum nostrum cernentes, ex spiritu amoris filiorum, ad ipsum confidenter accedere, quàm anxio timore constrictos abstinere.*

MEDITATIO XXXII.

De languente ad Probaticam piscinam à Christo sanato. 558

inct. 1. *Piscina figura fuit sacramentorum Christi tinctorum sanguine, ac proinde tantum eius vim superant, quantum figuræ cedunt veritati, 1. Illa omnes quidem morbos corporis, nullos tamen complexa est mortuos. Hæc omnibus vitam & sa-*

nitatem offerunt.

2. *Illa non vi propria ſanabat ſed Angeli, qui non ad infirmi, nec cuiuſuis hominis, ſed ſolius Dei nutum deſcendebat. Hæc Miniſtrum habent Sacerdotem Angelum Dei omni hora promptum, cum quo Deus te benigne expectat & vocat.*

3. *Illa vnum ſolum, eumque primum recreabat. Hæc omnes poſſunt ſanare, ſi modo velint maxime tamen feruore primos, Et ſunec tepidis pro ſua benignitate deeſt IESVS.*

2. *Maior hominis miſeria maiorem IESV prouocat miſericordiam,* 2. *Ergo infirmum* 38. *annorum interrogat, ſanuſne fieri velit? cum enim duæ voluntates ad ſalutem requirantur DEI & hominis. De priore nefas eſt dubitare, Homo autem ſæpius in imperfecta velleitate conquieſcit, ne efficaci voluntate ad affectiones noxias & proximas occaſiones remouendas, ac media neceſſaria adhibenda feratur, Hæc autem prima eſt diſpoſitio ad ſalutem pœnitenti neceſſaria,* 3. *Altera eſt propriæ infirmitatis & impoßibilitatis confeßio, quod nec à me nec ab vlla creatura, ſed à ſolo Deo ſanare poßim,* 4. *Vltima eſt longanimis patientia, dum veniat tempus miſerendi.*

3. *His diſpoſitionibus præuijs, ſolo verbo Ieſus ſanat infirmum,* 2 *eumque tollere iubet grabatum, tum in ſanitatis ſignum, tum vt anima, quæ ante corpori & paßionibus male ſubdita fuit, nunc per gratiam iiſdem pro arbitrio imperet & dirigat.* 3. *Cui præcepto mox paret ſanatus, etſi videretur legem tranſgredi, onus in ſabbatho portans. Sic Deo in confeſſario & Superioribus proprio iudicio ſpreto parendum.*

4. *Dehinc Ieſus ſolita humilitate abſconditur, & templum petit, vt ſanatum porro ſalutaribus monitis perficiat,* 2. *quem illuc iturum videbat. Decet enim poſt beneficia accepta, & confeßionem peractam ad gratiarum actionem conuerti,* 3. *Sunt autem tria hæc monita,* 1. *Vt etſi aliorum miſerias ad gloriam Dei, & exercitium virtutum referre debeat, proprias tamen tuto ſuis peccatis adſcribat,* 2. *Nolit peccare, & ſi aliquando nihilominus ex infirmitate peccabit,* 3. *Recidiuæ caueat periculum tanto maius, quanto fœdius ingratitudinis eſt vitium.*

5. *Ille vero vbiq; pergit collaudare Deum,* 2. *Prudenter tamen ita acceptum ſanitatis beneficium commemorat vt Sabbathi circumſtantiam Iudæis odioſam fileret, ne quam eis calumniandi daret anſam.*

MEDITATIO XXXIII.

De Leproſo ſanato ad ſacerdotes miſſo. 564

1. *Leproſus corpore, pulchris animo floruit virtutibus,* 1. *Reuerentia inſigni,* 2. *Fide magna, Nec de pia voluntate Chriſti, ſed an ipſe dignus ſit, aut petita ſibi expediant dubitat,* 3. *Reſignatione pleniſſima. Peior longe lepra eſt anima, à qua vt munderis, ident idem hanc iaculare orationem;* Domine, ſi vis, potes me mundare. Pand.

videre lumen terræ vtique, Tu potius hæc quinque nobiliora obiecta videre expete, 1. *Christum,* 2 *Legem eius,* 3. *Te ipsum* 4. *Creaturas,* 5. *Ipsum denique Creatorem*

3. *Duplici modo illuminat Christus,* 1. *Ordinario, sensim ab obscuris ad distinctiora.* 2. *Extraordinario, In momento, vt hunc cæcum & postea D. Paulum, optima vero ea lux est, quæ res Deo coniungit, gratosq; efficit.*

MEDITATIO XXXVI.

De cæco nato. 574

1. *Etsi omnes sint in oculis Dei, Electos tamen singulari affectu, & effectu oculis misericordiæ suæ respicit.* 2. *In quem finem sæpè iisdem morbos & calamitates (& si sæpius sint pœnæ peccatorum) ad exercitium virtutum, & gloriæ suæ ostensionem immittit. Quod tanto auidius expetere debemus, quanto meriti dies sunt breuiores.* Punct.

2. *Sed non diu differt remedium: quod, vt potentiam suam ostendat, in speciem adhibet contrarium, luto quod oculis inimicum est, illuminando,* 2. *Etsi lutum illud, è terra vilitatis nostræ, & saliua sapientia Christi compositum, aptissimum est ad aperiendos animæ oculos cognitio scilicet profunda MEI, & excelsa DEI. Hinc in natatoriam Siloe mittitur, id est, Sacramenta Christi cælitus missi virtute imbuta, ad quæ præclarè disponunt Fides Fiducia & Obedientia quæ in hoc cæco emicant.*

3. *Illuminatus verò longè eluxit magis,* 1. *zelo gratitudinis & gloriæ DEI.* 2. *fortitudine,* 3 *Prudenti veritate,* 4. *Patientia inuicta. His virtutibus cæcus iste & mendicus ornatus, nihil minus habuit præ magnis Concionatoribus.*

4. *Pressum Phariseorum insectationibus erigit IESVS* 2. *Visum animæ viuæ Fide perficit,* 3 *Mentem eius à Phariseis turbatam, scandalo sublato non componit, docetq; humiles illuminandos, Superbos in spontanea cæcitate deserendos.*

MEDITATIO XXXVII.

De Surdo, & Muto sputo Christi sanato. 578

1. *Aures spiritus sunt Fides & Obedientia,* 2. *has qui Christo claudit, mundoq; aperit, eum insuper necesse est mutum esse Lingua spiritus, quæ est Oratio & Confessio. Quare sæpe pro peccatorum conuersione orandum, qui se, propria quidem sponte, in eam tamen præcipitarunt miseriam, è qua, nisi à Christo præuenti, & aliis adiuti extricare seipsos nequeant, cum nec IESVM audire, nec ei valeant supplicare.*

2. *Nullus periculosior morbus quam animarum, ita nulla curatio difficilior, non ex defectu potentiæ Dei, sed ob repugnantem prauam dispositionem peccatoris. Sex tamen cæremoniæ hic à Christo adhibitæ, totidem nobis eas curandi modos insinuant.* 1. *Separat eum à turba,* 2. *Ingemiscit,* 3. *Feruenter orat,* 4. *Digitos immittit auribus, id est, spiritum sanctum (qui digitus est Patris, cuius Verbum manus est) infundit,* 5. *Saliua Sapientiæ suæ, & sputo contemptus animam illuminat,* 6. *Ex omnipotentia sua surdo loquitur, eumque facit audire.* Puncti

3. *Imo & multo magis bene loqui,* 2. *Quod pia turba cernens verè exclamat, Deum omnia benè fecisse, & quod in vno præstitit, in pluribus & posse & velle rectè colligit.*

MEDITATIO XXXVIII.

De Dœmoniaco à Christo liberato, quem discipuli eius liberare non potuerunt. 582.

1. *Odium Dœmonis in hominem disce ex crudelitate qua Corpus dilaniat, longe plus & quidem omnes vexaturus, nisi à Deo prohiberetur Animam vero peccatoris, qui se ei sponte subdidit, longe fœdius diuexat, variis in eam tormentis excogitatis, quæ grauiores multò inferni subsequentur æterni cruciatus.*
2. *Dœmoniaci (quem odio Christi & hominis dire affligebat Dœmon) ita misertus est, vt tamen prius Incredulum parentem duxerit sanandum, 2. Incredulitas enim ipsum laborare facit Deum, ipsoq; peior est Dœmonio, Omnipotentiam enim Dei conuellit, quæ tanta est, vt ipsos adeò homines, qui Fidem habent, faciat omnipotentes, 3. Quare securo animo fac, quicquid poteris, nec dubites, quin reliqua omnia abundanter supplebit DEVS.*
3. *Parente illustrato ad filium conuertitur, & dæmoni pro suo in eum Imperio, tum vt exeat, tum verò, ne rediens nouissima faciat peiora prioribus, imperat 2. Quanta hic lucta Sathanæ, quantus angor animæ, dolores mortis in renouatione vitæ subeumis, quos ne diutius perferas, subitò serpētem emoue, Mora namq; firmatur, & inualescit hostis, 3. liberato manum benignè porrigit IESVS, & patri mœsto charum reddit filium.*
4. *Hinc ad discipulos conuersus, quam incredulitatem publicam in turba publicè arguerat, hanc, suadente discretione, in discipulis secretam priuatim corrigit, 2. docens eos in humilitate confidere, Orationi, & Ieiunio vtrumque & curantem curandum vacare, spiritu denique ambulare, & in hostem armari.*

MEDITATIO XXXIX.

De resuscitata filia Archisynagogi. 587

Triplici mortuo resuscitato, triplex in anima mortuorum genus, eorumq; variam curationem insinuat IESVS, puellæ, eos qui ex imbecillitate, Adolescente, eos qui ex Passione Lazaro, eos qui ex malitia peccant, designans.

Punct. 1. *Nil flectere potuit mortem, vt huic puellæ parceret, sic nec tibi parcet, hoc tamen discrimine, quod puella resuscitata prioris vitæ damna reparare potuit, Tu nonitem. Nec enim & tu bis morieris, sed primus error, ni caues, erit æternus. 2. Moriuntur autem iuuenes, vel ob peccata parentum, quæ filiorum occasione committunt, vel propria, Deo ex misericordia cursum præcidente, ne damnentur, aut ne grauius damnentur, vel ex fauore Dei, denique aliis Dei iustis, sed occultis iudicijs 3. Patrem pro mortua supplicantem filia orando iugiter pro mortuis peccatoribus, qui mortem animæ suæ ignorant, aut negligunt fideliter imitare.*
2. *Qui incredulum arguit Regulum, obsequitur Archisynagogo, quod hic humilis, ille superbus esset, 2. Ex eodem humilitatis amore & occultat, & euulgari vetat hoc miraculum IESVS Dilectissimos interim discipulos vocans in societatem Conuersionis animarum, Gloriæ & Passionis suæ.*
3. *Ergo verbo, animæ absenti reditum imperat, 2. manum benignè porrigit, ex imbecillitate mortuæ, iubens eam in mandatis Dei ambulare, & sæpius Sacratissimo Eucharistiæ pane reficí.*

MEDITATIO XL.

De filio viduæ apud Naim resuscitato. 590

Punct.

1. *Animæ peccato mortuæ feretrum est maleuiua caro, Portitores efferi sunt quatuor indomitæ passiones, Luxuria, Superbia, Auaritia, Ira, quæ non sistunt, dum in Inferni sepulchrum miseram præcipitent animam, Quem tam infelicis animæ nõ tangat misericordia! 2. Certè IESVS motu proprio hunc adolescentem resuscitauit, non rogatus, & si quando aliàs rogatus fuit, prior ipse eos ad petendum impulit.*
2. *Palam verò resuscitat, non ostentatione, sed zelo gloriæ Dei & compassionis proximi, 2. Flexus lachrymis, quæ potens Orationis sunt genus, 3. Ergo omnipotentiæ manu inspirationis tactibus Passiones sedat.*
3. *Dein verbo vitæ imperat, 2. quæ & si in momento redeat ita, vt statim loquatur, nec enim confessio differenda, passiones tamen nonnisi sensim sedantur, quare longanimem erga tales conuersos se exhibere decet Dei ministrum, 3. denique eum matri reddit, quæ matrem veram Sanctam præfigurabat Ecclesiam.*

MEDITATIO XLI.

De Lazari resuscitatione. 593

Punct.

1. *Aptũ orandi modũ, per* Insinuationem *scilicet nos hæ docent sorores sic orantes,* Domine, ecce quem amas infirmatur. *Necessitates simpliciter indicando, Amoris sui vel alterius motiui IESVM purè admonendo.*
2. *Interim permittit Deus Electorum calamitates, ad gloriam suam, cum earum euenta & vtilitates præsciat, eosq; aut eripiat periculis, aut in eis conseruet, 2. nec sine graui subinde probatione, qualis hæc, dum moritur, quẽ morituũ negarat.*
3. *Et quamuis sine manifesto periculo in Iudæam ad sororum solatium redire non posset, tamen gloriæ Dei zelo omnes difficultates perrupit, quo armatus fortiter perge, certus ante terminum à Deo statutum nil te à quoquam passurum, imo ipsas inimicorum voluntates, cum Deo visum fuerit, mutandas, 2. Certus eum, qui in veritate ambulat nec labi nec mori posse, nec vel horam vitæ tuæ demere posse vllum, qui idem addere nequeat, & licet tua te deijciat infirmitas, fiducia tamen in Deum erigere, 3. Hinc Iesus paulatim mortem Lazari pandit, eamque somnũ appellat, tum quod æquè facile sit Deo mortuum, ac dormientem excitare, tum quod Electi placidè quiescant, dum ad vitam resurgant, impij vero mox à vita morte inuoluantur æterna, 4 Discipuli tamen, quod imperfecti solent Iesum intelligere nolunt, quod ad explendum ea quæ diceret, non afficerentur Excusationes quarentes tepori suo. Iesu interim hoc agente, vt fides eorum magis cresceret & renouaretur, 5. Eousq; vt D. Thomas & se morti pro Iesu obtulerit, & reliquos ad id excitarit discipulos.*
4. *In Bethaniam vbi ventum, audit, absente se, nil nisi morbum & mortem animã sperare posse, 2. Antequã tamen succurrant Lazaro, imperfectæ fidei Marthæ meden-* tur *suam ei diuinitatem reuelat, quam ipsa mox, Correptione bene vsa, præclarè confitetur, 3. Nihilominus IESVS peculiari eos, qui se diligunt, cura prosequens Mariam acciri iubet, quæ mox 1. Obedientiam promptam, 2. insignem Reuerentiam, 3. Perfectam cum resignatione Fidem, ostendit, Amore plus quàm verbis obtinens, & Iesum, Obedientia sua, in sua*

vota trahens, Lazarum ipſa exorat, 4. *Sic Marthæ iungenda Maria, Prædicationi Oratio & Contemplatio, quæ ſæpe plus efficiunt ſola quam ſola verba. Orandum ergo ſæpe pro Peccatoribus, cum id* IESVS *tam ſollicitè expetat.*

5. *Interim Chriſtus fleuit cum flentibus, & ingemuit, tum Lazari mortui, tum induratorum commiſeratione Phariſæorum. Has tu lachrymas in pretio habe. Nec de eis vana & erronea hominum morare iudicia,* 2. *lapidem tolli iubet, quod ad ea quæ natura per ſe valet, temere miraculum expetatur, quod Martha imprudens impedire cupit. Sic ſæpe Inimici hominis domeſtici eius.* 3. *Aperto ſepulchro gratias agit, vt diſcas non in confuſo, ſed diſcoopertæ tuæ intueri accuratè peccata, eorumque ſaniem contemplari, deinde cœlo veniam petere, deniq; gratias agere de acceptis beneficiis, vt ad noua rit è diſponaris.*

6. *Deniq;* Omnipotentia IESV *ſuſcitat quatriduanum, quæ eadem neceſſaria eſt in animæ vita reſtauranda, poſt morbum teporis, Mortem culpæ, Sepulchrum terrenarum affectionum, Lapidem duri cordis, Fœtorem ſcandali quare ſæpius Deo pro his ſupplicandum, qui etſi vitam reddat, ſæpè tamen, vt Lazarus* inſtitis, reliquijs *peccatorum ligati remanent, quæ confeſſarijs curandæ veniunt.*

MEDITATIO XLII.

De Concilio Phariſæorum in quo Caiphas decreuit Chriſtum debere mori. 602

Punct. 1. *Chriſti opera bona, Iudæis inuidis petra fuere ſcandali,* 2. *Odio rationem ita excæcante, vt in ea quæ fugerent maximè multo exciderent magis.*

2. *Ergo Caiphas ſuperbus omnes alios præ ſe inſipientiæ arguit, ſolus ſibi ſapiens tantò peſtilentius dat conſilium, quantò plus nocet perturbatio, quæ caput occupat,* 2. *Spiritu Sancto interim peßima eius lingua ad optimum vtente fine.*

3. *Mox omnes impiæ applaudunt ſententiæ,* 2. IESV *manſueto eorum cedente furori, & vſque ad horam à Patre præfixam, diſſimulante,* 3. *Diſcipulis eum fideliter in proximum deſerto oppidulum comitantibus, vbi ad impendentem Agnus ſe parabat occiſionem.*

MEDITATIO XLIII.

De parabola ſapientis domum ſuam ſupra petram ædificantis. 605

Parabolæ Regni cœlorum partes explicant, quæ ſunt ſex, 1. *Eccleſia triumphans* 2. *Militans,* 3 *Doctrina Euangelij,* 4. *Leges & Conſilia,* 5 *Virtutes & opera,* 6. *Regis, cui ſubſunt proprietates.*

Punct. 1. *Stultitia maxima eſt factis diſſentire ab eo, quòd te credere ore profiteris, v.g. cum oculum Dei omnia cernentem, Inferni æternas & infinitas pœnas confitearis, ita tamen viuere, ac ſi nec Deus nec infernus eſſet,* 2. *Tentationum verò, quæ ſtultos.*

2. *A ſapientibus diſcernunt, tria ſunt genera fluminibus, ventis. Pluuijs indicata, vel quod à* 1. *carne,* 2. *Dæmone & 3. occulto Dei iudicio proueniant vel* 1. *Senſualitate,* 2. *Curioſitate,* 3. *Superbia contineantur, vel quod initio fundamenta, in medio muros, in fine tectum Tentatio probet,* 3. *Nec enim in eo differunt ſtulti à ſapientibus, quod illi impugnentur, Hi non: Sed quod hi fortiter reſiſtant illi turpiter cedant. Nec enim Tentatio hominem deijcit, ſed qualis ante fuerit, oſtendit, Imo qui tentationis metu virtutem fugiunt, ferè in grauiores tribulationes incidunt.*

2. *Super arenam ædificat*, 1. *Qui sola fide securus est*, 2. *Affectionibus terrenis diuïsus*, 3. *Propriæ virtuti innitens. Grauis est autem horum ruina, ob scandalum, quod inde sequitur, si tandem deficiant.*

3. *Super Petram ædificat*, 1. *Qui viua Fide seu charitate formata nititur*. 2. *Mortificatione carnem & cognitione nihili sui, mentem comprimit*, 3. *Firmo se proposito munit.*

MEDITATIO XLIV.

De seminante 609

1. *Semen est verbum Dei externum, & multo magis internum, quod est* inspiratio, Punct.
2. *Seminans est ipse Deus*, 3. *Terra est anima nostra cum potentijs, Memoria, Intellectu, Voluntate*, 4. *Seminat autem non sui sed mei commodi causa, nec fœcundam quærit, sed sterilem fœcundat terram. Quare merito SS. Trinitati te gratum exhibere, & tantum agnoscere decet beneficium.*

2. *Via cor durum indicat, quod à cogitationibus terrenis conculcatur, semine interim à Dæmone erepto*, 2. *Petra deuotionem Inconstantem & Temporaneam, quæ Persecutionibus cedit, ideo Soli comparatis, quod vt sol nimio fulgore excæcat, & calore adurit, sic aduersitates malè exurunt, quos Prosperitates peius excæcant. Vtraq; noxia, hæ periculosiores*, 3. *Spinæ sunt Diuitiæ, Curæ & Voluptates, Corpori blandæ, Mundo gratæ, Spiritum vero pungentes. Vtiliores spinæ Christi, quæ ita corpus lacerant vt spiritum longe magis reficiant.*

3. *His neglectis, imitare eos, qui & si variè & inæqualiter, fructum tamen referunt nec tamen vllus sine Patientia, & licet statum sis nactus minus perfectum, in eo tamen labora, vt sis perfectissimus.*

MEDITATIO XLV.

De Zizanijs tritico superseminatis. 614

1. *Iusti semen sunt Christi, tum quia ab ipso geniti, tum quod in Christo alios gignant*, 2 *Dæmonis vero zizania sunt homines nequam*, 3 *qui & post bonorum veniunt prædicationem, nec nisi dormientibus hominibus irrepunt*, 4. *Abit autem Dæmon, ne agnoscatur, aut vt securis hominibus reuersus plus noceat, quin & transfigurat se in Angelum lucis. Quod mitio quidem difficulter discernes, in fine tamen seipsum nimis apertè prodit.* Punct.

2. *Tunc subito in admirationem erumpent iusti*, 2. *Respondente Deo, non à se, à quo omne bonum sed à Sathana, à quo omne malum seminata zizania*, 1*mo & ab ipsis hominibus malis, Inimicis Dei, Hominum & suiipsorum*, 3 *si porro quæras, cur Deus, & si non seminat, certè permittat zizania! Respondeo me nescire, Hoc tamen certo scire bene omnia facere & permittere Deum, Idq; in bonum iustorum, & ostensionem gloriæ suæ, vnde etiam Tentationes permittit.*

3. *Eradicandi vero zizania zelus optimus est, nisi in excessum degeneret, quod fit quatuor modis*, 1. *si omnia simul velis euellere, quod ordinariè impossibile*, 2 *si intempestiuè, sine patientia malorum, & cum præcipitatione in bonis*, 3. *Si id fiat cum periculo bonorum*, 4. *Si indignatione potius mouearis, quam compassionis affectu*, 2. *Inde vero elucet summa Christi in homines charitas, quos expectat ad pœnitentiam, quam Angelis non obtulit. Non enim peccatores, sed peccata odit*

dientia exornentur. Hinc Religiosi dicuntur Oculi & quod sibi charitate similes & ad eosdem simul actiones concurrant. Hæc gemma tanti est pretij, vt quem ea dignatur Deus, mox omnia terrena ceu stercora reputans, eam quouis pacisceatur pretio. Ab omnibus euacuato expetenda seculo, si hoc omnes Deus lumine dignaretur.

MEDITATIO XLVIII.

De pastore ouem perditam requirente. 628

Punct.

1 *Bonus Pastor Christus est, 1. omnia Pastoris officia eminenter complectens, & longe amore suo superans, 2. Oues sunt fideles omnes magis tamen iusti, quæ gratitudine, amoris vices (etsi æquare nequeant) quæ tamen possunt, rependere conantur. & 3. Perdita ouis miser peccator est, sua se libertate (nec enim inuitos cogit Deus, atque nolentes) sponte perdens, ingrata & molesta Pastori, mille se exponens periculis, 4. Pius tamen pastor plus misericordia motus quam iniuria offensus, non cessat eum reuocare, Et licet pro omnibus passus sit, magis tamen eius pietas erga ingratos eluxit peccatores, tanto clementior quanto illi erant minus digni, 5. Media autem quibus peccatores reducat, varia exquirit infinitus eius amor, maxime inspirat omnibus, viua voce, libris, exemplis bonorum, pœnis malorum.*

2. *Nihilominus tanta quorundam malitia, vt ne hac quidem infinita flectantur bonitate sed in malo obstinati pastorem fugientes, denique sua culpa æternum pereant. 2. Pœnitentes vero, & postliminio redeuntes tanta charitate hic Pastor excipit, longe plus de inuenta oue exultans, quam ipsamet de recuperata salute. Hæc vis est amoris, ergo receptam nec punit, nec corripit. Sed et omnia factus, oculus & pes manus & humerus, cor ipsum denique nimius amor referat, vt sanguinis exiliant riui, & tutum receptui locum felix Peccator inueniat, 3 Mox omnes SS. ad congratulandum sibi iucunde inuitat.*

3. *Qui in te nouo, Accidentali quidem sed mortali tamen perfunduntur gaudio. Quare omni conatu, tam sancto studio conuersionis peccatorum incumbendum, 2. Et si te quis casus præcipitauit, confidenter resurge, 3. Quod si tantum est gaudium peccatore reuerso quanta tristitia erit iusto lapso, cui ne ansam demus, qui stat, sollicite videat ne cadat.*

MEDITATIO XLIX.

De Filio prodigo. 634

Punct.

1 *Deus pater duplices habet filios, Bonos gratia Dei, Malos malitia propria. Illi seniores, virtus enim pretiosior, Sapientia clara, senectute decora. Hi iuuenili leuitate in hoc falluntur, quod Deum sibi aliquid debere, seq; sibi sine Deo sufficere putant, 2. vtriq; horum plurima Deus largitur dona, cumque his libertatem, qua eis bene vel male pro arbitrio vti possint, ad bonum vsum impellendo, malum malis permittendo, 3. Felicitas in his summa, tam pia donantis iugiter adhærere, Infelicitas extrema donis præsidentem ab eius se præsentia superbe subtrahere, iusto Dei iudicio peccatorem è superbia præcipitio in luxuriæ barathrum ruere permittente.*

2 *Hinc enim 1. Fames verbi Dei, 2. Infamis seruitus, & quod dictu*

vnicum soluere potest, merito in æternum punietur.

2. Media impetrandæ veniæ sunt hæc, Fateri, Humiliari, Orare, Facere quod potes, 2. quibus Deus ita flectitur, vt plus remittat quam optare, nedum sperare potueris.

3. Permittit Deus iniuria affici iustos, vt eos dimittendo merendi occasionem habeant, quantumcunque tamen proximo tuo dimiseris, semper plus te Deo debere agnoscas, oportet, 2. Nihilominus iste seruus Crudelitate nimia, 1. Iracunde inuehitur in conseruum, 2. Nulla mouetur misericordia, 3. In carcerem præcipitat, 4. Ingratus Domino suo, nec eius parcendo seruo, nec pios eius imitando mores, 3. Radix verò crudelitatis huius, & peccatorum omnium est Obliuia Dei, & Egressio à præsentia eius.

4. Peccator sibi nocet, ladit proximum, offendit Deum, contristat iustos, qui & oppressorum iniuria moti clamant ad Deum pro fratribus suis, 2. Quo clamore impulsus Deus solet subinde peremptorie citare insignis sceleris reos, quare Proximo compatere, & Debita tua in tempore solue, 3. Omnium vero etiam ante remissorum peccatorum satisfactionem exigit, quia Ingratitudo & si vnum peccatum sit omnia tamen præterita virtute continet.

5. Causæ, cur iniuriæ condonandæ sint, sunt hæ, 1. quia Deus vult, 2. quia fratres sumus, 3. Et tu Proximo tuo multa debes, 4. Imo longe plura tibi remisit Deus, 5 Denique, ni facis, non remittet tibi Deus. Optanda potius tibi eraut iniuriæ, vt remittendi ansam haberes.

MEDITATIO LII.

De villico dissipante bona Domini sui 652

Punct.

1. Deus triplices largitur Diuitias, 1. ad corpus spectantes omnibus, 2. Dona gratiæ fidelibus tantum, aut iustis, 3. Præmia gloriæ beatis tantum, 2. Homo vero, & si à Deo dominium rerum suarum acceperit, Villicus tamen est, quia manet Deo subiectus, 3 Dissipat autem ea, quisquis in earum vsu Deo repugnat, 4. Diffamatur denique peccator apud Deum, non aliqua fama aliena, sed operibus proprijs.

2. Peccator sibi ipsi terminum vitæ abbreuiat, & rationes suas aggrauat, Deo vel ex iusta pœna, vel ex misericordia, nec in plura scelera ruat, mortem accelerante, 2. Vocat autem dupliciter ad rationem seu morte subitanea ad vindictam seu morbo præuio ad pœnitentiam, 3. Quare purgare in tempore, ne plectaris in æternitate. 4. Infinita enim est earum rerum copia de quibus reddenda est ratio, quam nunc hoc meriti tempore pro arbitrio tuo reddere potes, postea non item.

3. Male astuti in hoc sæculo quos laboris piget, humilitatis pudet, aliena per fraudem extorquentes, miseria suæ, qua possunt, medentur, In hoc non imitandi, In illo magis, vt qui prouidentia corporis necessaria quærunt eadem tu, etsi longe maiore doceret, animæ tuæ prouidas, 2. Interim ex eius dictis, hos tres modos vitam conquirendi æternam moraliter erue, aut fodiendo per asperitatem corporis, aut Mendicando per contemplationem animæ, aut proximos per Eleemosynam tibi demerendo, Diuitiæ enim & si mammona iniquitatis dicantur, etiam eæ, quæ iuste sunt acquisitæ, tum quod à malis tantum amentur, tum quod omnium sint malorum radix, sunt tamen & Instrumenta salutis, & expeditum per Eleemosy-

nam habent cambium quo non tam hinc in cœlum deferantur, quam è terrenis in cœlestes mutentur, è perituris in æternas.

MEDITATIO LIII.

De Pharisæo, & Publicano ascendentibus in templum vt orarent. 657

3. 1. *Superbiam suam Pharisæus ostendit* 1. *Dum se sanctum reputat, & nullius egentem* 2. *In specie quidem Deum re autem vera laudat seipsum*, 3. *se vnum præfert omnibus*, 4. *sua extollit opera eaq; sola externa commemorat*, 1 *Internis destitutus sepulchrum dealbatum*, 2. *Omnes contemnit alios & temere iudicat. O quam cæca superbia!*

2. *Humilis vero publicanus*, 1. *Infimum locum eligit*, 2. *Nec oculos in cœlum leuare audet*, 3. *Pectus tundendo Pœnitentiæ partes egregiè explet*, 4. *Se solum peccatorem reputat, Omniq; dignum contumelia*, 5. *Interim in misericordia Dei confidens. Non iam Publicanus, sed tantò sanctior, quantò humilior.*

3. *Deus ergo, qui corda scrutatur, pro humili Publicano sententiam fert*, 2. *Vt enim virtutes Pharisæi superbia fœderat sic peccata Publicani expurgauit Humilitas*, 3. *Quod decretum denique omnibus comm. dare fecit, promittens fore, vt omnis qui se humiliat in hoc ipso, quo se deprimere contendit erigatur, & seu hic, seu in futuro extollatur, certissimus quippe ad honorem gradus est Humilitas.*

MEDITATIO LIV.

De Patrefamilias conducente operarios in vineam suam. 660

3. 1. *Deus, etsi cæli terræq; Monarcha summus & vnicus, Patremfamilias tamen se vocat, cò, quòd in tanta gubernatione etiam minima curet*, 2. *vinea Christi est congregatio fidelium, magis tamen Iustorum*, 3. *Operarij homines singuli, maxime tamen Prælati & religiosi*, 4. *vocat autem Deus inspirando vel per seipsum, vel per Concionatores à se missos*, 5. *Idque ab ipsa infantia hominis, nec cessat, dum vita fruitur, nunc promittendo præmia, nunc arguendo socordiam, nunc imperando dilectis suis. Quis dignè laudet tam sollicitum patrem! quis satis defleat hanc reluctantis vesaniam!*

2. *Christus Iudex vniuersalis, in fine vitæ, quæ vix dies est si vel æternitati comparas, vel spectes, quod nec de vnico vitæ tuæ die certus esse possis, sed quemque eorũ vt vltimum futurum merito timere debeas*, 2. *Mercedem reddet vnicuique iuxta opera sua*, 3. *Non tam diuturnitate temporis, quam feruore ea æstimando laboris, imo accidentale ijs addendo præmium qui alacrius laborarunt, quod cæteris etiam in ordine præferantur. Si tantum prodest exiguo tempore strenuè egisse, quis pro merito defleat iacturam tanti temporis aut neglecti, aut remissè transacti!*

3. *Tanta autem fuit Dei in hos tamq; inuidenda liberalitas, vt si in sanctos murmur cadere posset, haud dubie præ admiratione exclamassent*, 2. *Magis enim Deus affectu quam opere delectatur eorum, qui nihil de se præsumunt*, 2. *Ex feruore nunquam fatigantur*, 3. *Non spe lucri sed ex amore seruiunt*, 4. *Nulli denique inuident.*

4. *Multi hic primi vel annis vel externis operibus vel status excellentia, vel famæ præconio, ob adiunctum teporem & imperfectionem erunt ibi nouissimi, contra hic Nouissimi vel peccatis ante commissis, vel tempore conuersionis, vel humili-*

tate

tate functionum, ob feruorem & puram intentionem erunt ibi primi. Imo damnabuntur multi, hic pro iustis habiti, saluabuntur aliqui hic vt Peccatores reprobati. Quare expauesce iudicia Dei, eiq; soli placere stude. 2. vt vero in tot vocatis ad gratiam plurimi peccatores eam respuunt, pauci iusti amplectuntur, sic vocationi ad perfectionem pauci electi respondent, multi tepidi mediocritate sua malè contenti negligunt.

MEDITATIO LV.

De parabola vineæ agricolis elocatæ. 665

Punct.

1. Vinea *Ecclesia est*, Sepes *Diuina & Angelica protectio*, Torcular *Sacramenta & Sacrificia, maximè SS. Eucharistia & Lex, ad puram ordinata charitatem* Turris *Prouidentia Dei, domus Domini, Ipsi Prælati denique doctrina Euangelica, 2. vineam hanc nobis non dat, sed locat Deus, volens, vt quisque suam partem libere colat,*

2. *Tempus fructuum præsens vitæ est. 2. In qua Deus mittit primo Prophetas, dein filium suum, quem extrema hominum malitia morti destinauit, 3 Tu vero Dei inspirationibus locum da, eiq; in SS. Eucharistia debitum cultum exhibe.*

3 *Tanta Dei iustitia, & hominis iniquitas vt ipse vtrumque fateri cogatur homo, 2. Ergo iusto suo iudicio dereliquit Iudæos, à quibus spretus & crucifixus erat Deus.*

MEDITATIO LVI.

De inuitatis ad nuptias & ad cœnam. 669

Punct.

1. *Rex Regum Deus ter O. M. filio suo vnigenito nuptias fecit, desponsando ei Humanitatem, 2. Ecclesiam, 3. Imo & quemque nostrum, etsi grauissimum peccatorem nullo excepto.*

2. *Nuptiis his tria illata sunt fercula, 1. Doctrina intellectui, 2. Præcepta & consilia voluntati, 3. Sacramenta maximè Eucharistia, animæ, 4. Ad quæ omnes homines per inspirationes & exhortationes Deus benigne inuitat,*

3. *Impedimenta sibi ipsi homo obiecit tria, Superbiam, Auaritiam, Voluptatem, quod si vero hæc, etsi licita tamen remorata parit. quid faciet illicita? 2. ergo Deus illos merito spernet in morte, qui eum quocunque prætextu spreuere in vita, 3. Maximè eos, qui concionatoribus à Deo missis detrahere non verentur.*

4. *Fastidiosis diuitibus relictis, ad viles conuertitur IESVS, 2. etsi malos, quos & vocando bonos facit, cosq; miraculis, ratione, inspiratione, exemplo suauiter compellit. 3. Nouit enim ipse media suam implendi domum Ecclesia, seu Religionis, etsi tu reluctaris.*

5. *Nec tamen his omnibus sola fides sufficit, vestis insuper charitatis requiritur, 2. Iniuria enim pari reputatur, Nolle venire, aut non decenter instructum venire, 3. Nec vel vni si in toto reperiatur solus numero, parcet iustus Deus, Et tu, si vel vnum fore scires, merito timeres & securus es, cum audias plurimos eiciendos? 4. Qui enim complectitur hominem, execratur peccatorem Deus.*

6. *Quatuor autem inuoluetur pœnis miser peccator, 1. Carcere æterno, 2. Obstinatione in malo, 3. Tenebris internis & externis, 4. Denique fletu & stridore dentium, Executione lictoribus promptissimis & crudelissimis demandata Dæmonibus.*

R. P.

LVDOVICI DE PONTE

E SOCIETATE IESV.

MEDITATIONVM

DE PRAECIPVIS FIDEI NOSTRAE Mysterijs,

PARS PRIMA.

QVAE CONSIDERATIONES DE PECCA tis, *& quatuor hominis* Nouiſsimis; *necnon & quoſdam* orandi modos, *ijs, qui in via* PVRGATIVA, *verſantur, atque à* vitiis *ſe purificare ſtudent, accommodatos, complectitur.*

INTRODVCTIO
DE PVRITATE, QVAE MEDITATIONVM VIAE PVRGATIuæ ſcopus eſt.

EXCELLENTIARVM, *Quas frequens Meditationis, & mentalis Orationis vſus habet, prima, quæ ad multas alias viam ſternit, illa eſt, quòd (S. Bernardo teſte) fontem ipſum, è quo fluit,* purificet. *Sed quoniam* duplici *ex fonte originem ducit,* vno *ſuperiori, qui* DEVS *eſt, eiuſq; Inſpirationes; inferiori* altero, *qui eſt* anima *noſtra cum facultatibus ſuis: eius excellentia in eo maximè conſiſtit, quod virtute* primi *fontis,* ſecundum *purificet.* Memoriam *enim à noxia obliuione,* Intelligentiam *à peſtiferis erroribus,* voluntatem *à prauis deſiderijs,* Appetitiones *ab inordinatis paſſionibus,* ſenſus *ab omni immoderatione,* carnem *ab illicitis voluptatibus,* animam *denique totam à prauis moribus purgat.*

Lib. 1. de cõſ.

Meditatio per DEI gratiam animam purificat.

Quod enim S. Petrus Apoſtolus ait: a DEVM Fide purificare corda, *non voluit, ſolam eam ad id ſufficere; ſed* viuificatam *profundâ myſteriorum, quæ ipſa reuelat, conſideratione, actiones affectionesq; animæ ita excitare, vt, diminâ opitulante gratiâ, ad perfectam purificationem, eam diſponat. Porrò quamuis Excellentia hæc omnibus myſteriorum Fidei Meditationibus inſit, ſingulariter tamen in ijs elucet, quæ pertinent ad* Purgatiuam, *cuius præcipuus finis eſt, voluntatem ad actus, & exercitia, quibus perfecta animi* puritas *acquiritur, ſolidaq; ad virtutum ædificium fundamenta iaciuntur, permouere.*

a *Act.* 15. 9.

Fides viuificata purificat.

Purgatiuæ finis. I.

Horum actuum ſiue exercitiorum triplex eſt GRADVS: primus *complectitur actus* cognitionis *propriæ, & ſui ipſius* contemptus: *in quibus (S. Bernardo teſte)* humilitas *vera conſiſtit. Quæ duplex eſt:* vna *propria* Iuſtorum, *qui nullo crimine lethali ſe vnquam obſtrinxerunt: qua oritur ex illius* Nihili *cognitione, quod ex nobis ipſis habemus: &* ea *præcipuè obtinetur Meditationibus in ſexta parte ponendis.* Altera *humilitas propria eſt* peccatorum; *oritur enim ex* ſcelerum & miſeriarum, *in quas ceciderunt, cognitione: Et hæc acquiritur prima huius Partis Meditationibus. Ad eam enim pertinet ſemet ipſum deſpicere, dignumq; reputare, qui ab omnibus contemnatur; idq; non deſiderio modò, ſed & ſtudio, & conatu: humiliationes nonnullas vſurpando; & aliunde euenientes, æquo animo acceptando.* Cuius rei praxis in Meditationibus ipſis oſtendetur.

Tract. de 10 Gra. Hum. & ſerm. 36. in cant.

Grad. tres actuũ purgatiuæ I. Humilit. duplex, Iuſt. & pec.

Secundus GRADVS *eos actus complectitur, qui ad* iuſtificationem *noſtram* diſponunt: *cuiuſmodi ſunt,* timor *diuinæ iuſtitiæ,* ſpes *de miſericordia Dei, perfectus* dolor *de peccatis, exactum conſcientiæ* examen, *humilis, & integra peccatorum admiſſorum* confeſsio, *& pro eiſdem ſatisfactio: ita pœnitentiæ opera*

II. Diſpoſitiones ad Iuſtificationem.

præstando, vt iniurias in Deum, & proximũ illatas, in se ipso pœnitens vlciscatur.

III. Radicum exirpatio & recidiuæ cuitatio.

Tertius *denique* GRADVS *actus illos continet, qui ad perfectam* radicum, *&* reliquiarum *præteritorum peccatorum* extirpationem *iuuant: vt* recidiua *vitetur. Huiusmodi sunt* castigatio *carnis, vt spiritui subiecta sit; appetitionum inordinatarum* mortificatio, *quâ illæ ad auream rationis* mediocritatem *reducuntur; propriæ voluntatis* abnegatio, *vt diuinæ conformetur; suiipsius, & rerum omnium, quibus amor proprius fouetur,* detestatio: *vt Deus, sanctusq; illius amor aditum in cor nostrum inueniat.*

Hæ sunt semitæ, per quas Tyroni in via purgatiua incedendum est; vt perfectam ad Deum conuersionem assequi valeat. & quanquam, iuxta Sapientis consilium, in omnibus operibus: b veloces ac c præcellentes, *hoc est diligentes atq; feruentes nos esse oporteat: præ cæteris tamen, id est necessarium in opere* Iustificationis, *& mediis ad eam destinatis: vt illud saltem præstemus, quod iure merito Apostolus à nobis, verbis illis requirit;* d Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in Sanctificationem: *& consulit S. Augustinus:* Quales, *inquit,* impetus habebas ad mundum, tales habeas ad artificem mundi: *eodem videlicet affectionis feruore, & alacritate seruiendo Creatori, quo solebas creaturæ: iuxta illud etiam eiusdem Apostoli:* e Sicut portauimus imaginem terreni *Adami,* ita portemus, & imaginem cœlestis.

Sed quoniam Apostolus (vt S. Gregor. Papa rectè aduertit) eâ sententiâ nostræ sese attemperat imbecillitati: *consentaneum omninò esset, eos, qui in re tanta feruentiores sunt, maiorem multò in sua ad Deum conuersione, quam antè in auersione, industriam, & solicitudinem adhibere; iuxtà illud Prophetæ Baruch:* f Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo; decies tantùm iterũ conuertentes, requiretis eum. *Cuius conuersionis exempla habemus in* Maria Magdalena, Zachæo, Saulo, *& aliis insignibus pœnitentibus, de quibus in tertia Parte propria instituentur Meditationes: quas cum fructu illi habebunt, qui in prima huius Partis meditationibus erunt feliciter versati.*

PORRO *quamuis prima huius Partis meditationes ad solos eos propriè spectare videantur, qui magno feruore ad Deum conuerti desiderant, &* ad Tyrones *in studio virtutum, qui superioris vitæ reliquias, & prauas propensiones prorsus extirpare conantur: Cum tamen Spiritus S. moneat* g De propitiato peccato noli esse sine metu: & h septies in die cadet iustus: *non erit alienum, etiam iustos hasce meditationes interdum resumere: quibus tùm à præsentibus, & quotidianis se purgent; tùm de præteritorum delictorum venia securiores reddantur maximè cum etiam idem Spiritus S. hortetur:* i Non impediaris orare semper: & ne verearis vsque ad mortem iustificari. *& ipse Christus in Apocal.* k Qui iustus est, iustificetur adhuc; & Sanctus sanctificetur adhuc: *crescendo nimirum indies in puritate conscientiæ, & sanctimonia vitæ.*

b Eccl. 31. 27
c 33. 23.

d Rom. 6. 19

e 1. Cor. 15. 49. multo imo plus.

f Baron. 4. 28.

g Eccl. 5.
h Prou. 24. 16. Purgatiua via omnibus vtilis.
i Eccl. 18. 22
k Apoc. 22. 11.

MEDI-

MEDITATIO I.

QVAE CAETERARVM OMNIVM BASIS, & fundamentum eſt.

DE FINE AD QVEM HOMO CONDITVS EST, ET MEDIIS AD ILLVM CONSEQUENDUM.

MEDITATIO *hæc principium eſt, & totius vitæ ſpiritualis* fundamentum: *vt enim Caſſianus ait : Ante omnia oculi mentis in vitæ profeſſionisq; noſtræ* finem *ſunt conijciendi; nec in* vltimum *tantum, qui eſt* regnum cœlorum: *ſed in* proximum *etiam, qui eſt* puritas cordis: *ſine qua Regnum illud non obtinetur. Finis enim regula eſt, & norma mediorum ad quem omnes vitæ noſtræ actiones dirigendæ ſunt, ac moderandæ.*

Colla l. c. 4 & 5.

Fundamentum vitæ ſpiritualis

Quare omnes, qui in aliquatrium illarum via Purgatiua, Illuminatiua, & vnitiua, *verſantur, meritò ſe in hac meditatione frequenter exercere debent: quia omnes illæ ad vnum eundemque vltimum* finem *ducunt. Simul verò eadem meditatio, exempli loco erit, in qua ad oculum cernere licebit omnia, quæ de mentis oratione hactenus tradidimus, in vſum deducta. Præmiſſis igitur ijs, quæ Paragrapho. 5. Meditationi præmittenda monuimus: ad Imaginationem vno in loco (qualis in hac meditatione haberi poteſt) ſtabilitẽdam, imaginabor, Deum in* a throno *immenſæ maieſtatis ac ſplendoris reſidentem, tanquam* mare *immenſum, ex quo omnes creaturarum riui ſcaturiunt, ad quem item omnes redeunt, ab ipſo, tanquam ad vltimum perpetuæ ſuæ quietis finem, & locum attracta.*

Loci compoſitio

a Apoc. 4. & 22. 13.

Demiſſè deinde petam id, quod in hac meditatione propoſitum habeo; lumen videlicet cæleſte ad verum vltimum finem meum cognoſcendum, vitamque meam diſtortam in eundem dirigendam: verba illa Regij Prophetæ vſurpando : b emitte *Domine,* lucem tuam, & veritatem tuam: vt ipſa me deducant, & adducant in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua: *ad quæ inhabitanda me condidiſti.*

Oratio ad finẽ agnoſcendum & obtinendum

b Pſal 42.

His perfectis, hac ratione meditationem ipſam auſpicabor.

PVNCTVM I.

PRimùm, in MEMORIAM redigam FINEM ob quem *homo* conditus fuit: vt videlicet DEVM ſuum veneraretur, laudaret, eiq́ue ſeruiret: & hac ratione ſaluaret animam ſuam: iuxta illud Apoſtoli: a *Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.* Quod perinde eſt atque ſi dixiſſet: ſcopus & *finis* omnium actionum veſtrarum in hac vita eſt, DEO in puritate, & ſanctitate *ſeruire*; ſed *vltimus* ad quem hæc ordinantur, *vita æterna* conſecutio.

Finis hominis

Memoriæ P. Ignatij fundamẽ exercitio

a Rom. 6

Caſſia. ſu prà.

Accedit deinde INTELLIGENTIA, quę ratiocinatione ſuâ circa hanc

veritatem, quæ abſcondita in ea ſunt, eruat in lucem; expendens, *quis* me, & quam ob *cauſam*, in eum finem ordinauerit; quàm ille ſit præſtans; quã negligenter hactenus omnia mea ad eum conſequendum direxerim; quanto in periculo eodem propterea excidendi, fuerim; quanta cenſenda ſit iactura, eo fruſtrari; quanta verò felicitas ad eum tandem peruenire; quam denique rationi ſit conſentaneum, diligentiùs in poſterum in eundem finem reſpicere, vt eum conſequi valeam. Vnaquaque harum conſiderationum VOLVNTAS excitanda eſt, ad actus, & affectus, quos illæ exigunt.

Voluntas.

I Deus creauit hominẽ ad gloriam ſuam

EXPENDAM itaque primum, Infinitam Dei maieſtatem, (quæ nullâ creaturâ ſuâ opus habet) non merito meo, ſed merâ bonitate ſuâ impulsâ, *me* ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam *condidiſſe*: non vt vitam meam laxè, & pro libitu meo inſtituerem, meis appetitionibus morem gerendo: neque vt honores, dignitates, opes, voluptates, aut aliud quid creatum ſectarer; ſed vt ipſum duntaxat, in mortali hac vita, omni veneratione, & laude afficerem; omnem amorem, cultum, & obſeruantiam deferrem: quò tandem æternam vitam apud ipſum adipiſcerer.

Finem hominis debit non modò naturalem b 1. *Ioan.* 3.

ET quamuis ſufficere potuiſſet, eum mihi finem vltimum conſtituere, quem natura mea exigebat: id tamen diuino numini ſatis non fuit; ſed ad multò altiorem, nobilioremq; me voluit eleuare, ad claram videlicet ſui, apertamque *viſionem*: vt eadem, qua *Angeli*, imò qua ſummus ipſe DEVS, beatitudine perfruerer, iuxta illud S. Ioannis: b *Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* O immenſam ſummi ac immortalis Dei charitatem! Quid hoc eſt, Domine, quod agis? creaturam adeò miſeram, hominem inquam, vermiculum, ad finem adeò ſublimem extollis, vt te in gloria tua regnantem clarè intueri poſsit? Num, qui tuum ſum mancipium, non tenebar, abſque vlla mercede quam diligentiſsimè, & fideliſsimè tibi ſeruire? cur ergo tam illuſtre mihi cõſtituis laboris, & obſequij mei præmiũ? ſit benedicta, & ab Angelis ſemper laudetur miſericordia iſta tua. Quid verò pro tanto hoc beneficio tibi, Deus, retribuam? Ecce Domine ad fidele obſequium, totâ vitâ meâ præſtandum, me promptum offero, abſque alterius mercedis intuitu, quã quòd tibi ſeruiam. Deo enim ſeruire, regnare eſt. Et quoniam, & principium meum primum, & finis vltimus es: iam nunc nouæ meæ vitæ da initium, & gratiâ tuâ opitulare, vt vltimum, quem mihi conſtituiſti, finẽ conſequi valeam, Amen.

Sed & Angelis Deoque æquacem.

Oblatio.

Petitio.

II Præteritæ vitæ diſcuſſio.

DEINDE perpendam, quam negligenter hactenus ad tantum hunc finem reſpexerim; qui ita vitam meam inſtitui, quaſi non ad ſeruiendum Deo, ſed cupidiatibus meis indulgendum conditus eſſem; ad honores, voluptates, diuitias ſectandas natus: vt tot propterea me ſceleribus ma-

culauerim

culauerim, quasi c *Vocationis* meę finis, non *sanctitas* esset, sed immunditia, non d *libertas* Spiritus, sed *carnis*, mihi curæ esset. O me miserum! quàm cæcus, & vagus fui in ijs, quæ me scire maximè oportuit! quàm ingratus ei, qui me ad præstantem adeò finem creauit! quàm malè eius beneficijs, qui tam grandi bono cumulauit, respondi! O creator optime, vtinam te nullo vnquam crimine offendissem. Dimitte, quæso, mihi propter temetipsum omnia delicta mea: porrige manum tuam; vt, ex eis emergens, reliquum vitæ meæ ad finem, à te mihi constitutum, dirigere valeam.

c 1. *Thes.* 4. 7.
d *Gal.* 5. 13.

Contritio.

Petitio veniæ.

III.

TERTIO ingentia illa *mala* perpendam, quæ, si fine meo excidero, me sunt apprehensura. Neq, enim vlla iactura maior esse potest, quàm animæ quam *gratiæ* Dei, pacis, & gaudij conscientiæ, ac æternæ beatitudinis; cui iacturæ annexa est æterna *damnatio*, & ipsius *Dei* immortalis amissio. e *Quid autẽ mihi proderit, si vniuersum mundũ lucrifaciam, anime autem meæ*, ipsiusque Dei, cuius cõparatione vniuersum ipsum est nihil, *detrimentũ patiar*? Contra, si finem hunc assecutus fuero, DEVM possidebo; animæ meæ salutem rectissimè constituam pacẽ & gaudium cordis consequar; diuina me prouidentia tutabitur; perpetuâ denique requie, quam res omnes in suo centro inueniunt, perfruar. Quæ cùm ita sint, age viriliter, anima mea, & vt finem illum tuum assequaris, enitere, propter quàm à Deo condita fuisti: ad eũ conatus omnes tuos & cogitationes conuerte: cum nihil ita tua referat, atque illum apprehendere. Conuertere ad eum, qui est requies tua: extra quem nihil est, nisi tormentum. Si Deum habes, quid amplius desideras? Si Deus est tuus, quid vltrà quæris? Si Deus possessio tua est, quid tibi deesse poterit? Contende in hoc illi placere; vt ipsum apprehendere satagas: *& certam* habe fiduciam, quòd sis aliquando eum apprehensura, qui suas creaturas amore summo complectitur; magnamque voluptatem haurit, cùm eas cernit, eum finem assequi, in quem sunt conditæ. O DEVS immense, *centrum* animæ meæ, cõuerte me ad te, vt requiescam in te. *Quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* O PATER æterne, qui me condidisti, vt te velut *filius* diligerem: hanc mihi gratiam propter temetipsum largire, qua te amem vti Patrem O VNIGENITE Dei patris, Redemptor mundi, qui me, vt in omnibus tibi obtemperarem, tuisque vestigijs inhærerẽ, creasti ac redemisti; opitulare mihi, vt tuo semper nutui morem gerere; tuoque exemplo in omnibus me conformare studeam. O SPIRITVS sãctissime, qui ex bonitate summa tua me effinxisti, vt *sanctus* essem: largire mihi perfectam vitæ sanctimoniam, ad nominis tui sempiternam laudem & exaltationem. O vos ANGELICI Spiritus, beatique omnes, qui finem vestrum, in quem à summo Deo formati estis, apprehendistis, coniunctis, quæso, precibus

Malorum futurorum consideratio.

e *Matt.* 16. 26.

& Bonorũ.

S *Cypr. ser. de Ascens. Dõ.*

Deus meus & omnia

S. August. 1. confess. c. 1.

Colloquiũ ad SS. Trinitatem. & Angelos

Dominum, quo feliciter fruimini, rogate; vt & ego eundem apprehendere, vobisque in omnem æternitatem sociari, & simul eo perfrui valeã, Amen.

PVNCTVM II.

Creaturarum finis.

PRIMO puncto absoluto, progressus fit ad secundum, in quo cæterarum *creaturarum finis* est in memoriam reuocandus: omnes enim à Deo sunt conditæ, vt homini ad finem suum vltimum consequendum, auxilio essent; eisdem tanquam medio ad Deo seruiendum, propriæ verò saluti consulendum, iuxtà Dei præscriptum, vtendo: vt Regius dixit Propheta: a *Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius; & legem eius requirant.*

Iuuare hominem ad suũ finem.

a *Psal.* 104 44.45.

I. Liberalitas Dei in hominem.

Est ergò primùm considerandum: quàm munificum, & *liberalem* se Deus in me declarauerit; dum in meum vsum tantam speciosissimarum, & admirabilium creaturarum multitudinem, & varietatem creauit; neque earum tantùm, quæ ad vitæ conseruationem mihi essent *necessariæ*, verùm etiam, quæ ad voluptatem sensuum, visus, auditus, olfactus, gustus & tactus *oblectationem* deseruirent: pro quo summas ei gratias debeo: nam quicquid boni omnibus illis impertiuit, mihi potiùs, cuius gratia illud fecit, contulisse censendus est. Benedicant ergo te, DOMINE, omnes creaturæ tuæ; sed & anima mea, te pro eis laudet, atque glorificet: Immortales tibi, summe DEVS, ago gratias quòd cœlorum orbibus, elementis, animantibus, plantis, cæterisq; terrenis corporibus, quòd *essent*, contuleris: Gratias etiam ago propter colorum pulchritudinem, melodiarum suauitatem, odorum fragrantiam, ciborum dulcedinem, vestium mollitiem & propter omnia, quæ sensus meos recreant: cuius gratia illa condidisti, vt eisdem vtens, te omnium auctorem laudarem, ac seruirem.

Gratiarum actio.

II. Creaturarum obedientia.

DEINDE expendam, quàm exactè omnes illæ fini suo, in quem sunt conditæ, insistant; mihi vnaquæque ex Dei præscripto ministret, hæc hoc modo, illa illo, seruiendo, oblectando. Cùm contrà ego, finis mei oblitus, eisdem creaturis non ad obsequium, sed ad offensionem Dei abutar; vltimum finem meum in eis collocando, quasi non à Deo, sed eis tantùm fruendum creatus fuissem. Si enim singulos meos sensus examino, totos deprehendo ita se creaturis addixisse, vt non Deum, à quo illæ profectæ sunt, glorificent; sed voluptatem, & appetitiones suas inordinatas in eis expleant. Quamobrem meritò earundem vsu priuarer, sicut ipse Dominus per Oseam olim minabatur: *Frumentum, & vinum suum, lanam, & linum suum liberare* à seruitute, qua sunt mihi subiectæ, qui, contra ipsarum inclinationem, eis, ad communem Creatorem irritandum, abutar

Hominis inobedientia.

Osee 2.9.

O Creator iustissme, cur in eum, qui tantã creaturis tuis fecit iniuriam, vt eisdem contra te vteretur, non hactenus *gladium* iustitiæ tuæ exercui-

sti? &

ſti? & cur tu, *anima* mea, de tanta tua peruerſitate non erubeſcis? de tanta iniuria Creatori tuo illata, cùm vltimum tuum finem qui ipſe eſt, in re adeò abiecta conſtitueris, pudore non ſuffunderis? O me ingratiſsimum ad tanta beneficia, quibus, cùm ad fidelia Dei obſequia inuitarer; ad eundem contra me irritandum occaſionem arripui. Dona mihi hanc Deus iniuriam, & ingratitudinem; & iuua, ne deinceps tuis donis in meam vtilitatem collatis, in tuam offenſionem abutar. Accuſatio ſuiipſius.

TERTIO: quoniam omnes creaturæ in eum etiam finem conditæ ſunt, (vt ait Sapiens) vt *a* creatoris ipſius *perfectionem*, & excellentiam ex eis agnoſcerem; totoq; corde diligerem: exiſtimare poſſum, vnamquamq; illarum, huiuſmodi me verbis compellare: Attende homo: perfectiones, quas in me cernis, admiraris, & diligis; multò perfectiùs in Deo ipſo eſſe, qui eas mihi impertiuit, tanquam guttas ex copioſiſsimo fonte: quamobrem illum agnoſce, admirare, ex toto tuo corde dilige: vt enim te ad id faciendum inuitaret, has in me perfectiones adumbrauit. Quibus verbis excitabo meipſum ad aſcendendum à creaturis viſibilibus ad Creatorem inuiſibilem, vt illi tanquam vltimo fini meo digniſsimo me totum coniungam. III. Aſcenſio mentis in Deum à creaturis

a *Sap.* 13. 1. a *Rom.* 1. 20.

PVNCTVM III.

TERTIO, ex vtroque præcedente puncto *practica* quædam *concluſio* eſt colligenda, quæ rationem, & normam continet, qua mihi ſit deinceps creaturis vtendum; & voluntatis *indifferentiam*, qua ad talem vſum ſit accedendum. Vt videlicet nihil in eis amplius quæram, quàm quod mihi adiumẽto ſit ad ſeruiendum Creatori meo; & finem eſſequendum, propter quem ille me creauit. Quare eniti meritò debeo: ne, quod in me erit, diuitias paupertati; honorem ignominiæ; ſanitatem aduerſæ valetudini; longam vitam breui anteponam: ſed illud præferam; quod, ad finem meum conſequendum, erit aptiſsimum: prudentis eſt enim, non plus de medijs accipere quàm ſit ad finem adipiſcendum neceſſarium: ſicut non plus de *Rhabarbaro*, alijſue purgantibus medicamentis aſſumitur, quàm recuperandæ conducat ſanitati. I. Creaturarum vſus rectus. Indifferentia. Media à fine menſuranda.

DEINDE, memetipſum, animum videlicet meum ingreſſus, omnium propenſionum, vitioſarumque affectionum, quibus ille ad honores, diuitias, voluptates; ad parentes, cognatos, amicos; ad ſanitatem, vitam diuturnam, immoderatè affectus eſt, veluti anatomiam inſtituam: daboque operam, vt voluntatem meam, ad talem immoderationem mortificandam, rationibus iam allatis, alijſque fuſiorì ratiocinatione ad idẽ perſuadendum inquirendis, permoueam: illa præcipuè, quæ de prouidentia diuina deſumitur; quæ maiori ſollicitudine illis proſpicit, qui ſe totos diuinis manibus permittunt, atque reſignant. a *Omnem ſolicitudinem ſuam* (ait S. II. Immoderatio mortificanda. Prouident. diuina.

a 1. *Pet.* 5. 7.

(ait S. Petrus) *proijcientes in eum*; quò perfectiùs illi famulentur. Neque enim fas est dubitare, impleturum esse Christum, quod illis verbis promisit: b *Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia* huius vitæ bona *adijcientur vobis*. quod perinde est, atque si dixisset: Regnum Dei velut vestrum vltimum finem primùm quærite, & iustitiam eius, hoc est, media, quibus ad illud perueniatis: & cùm id feceritis, certò vobis persuadete, Patris vestri cœlestis prouidentiam, de rebus ad vitam hanc traducendam necessarijs, sufficienter prospecturam.

b Mat. 6. 33

III. Oratio ad resignationem impetrandam.

DENIQVE, quoniam solis meis viribus ad tantam *resignationem* peruenire non valeo; ad eum accedere necesse est, qui largiri eam potest: & colloquio cum eo instituto, ex corde dicam: *Fateor*, clementissime *Deus*, animum meum immoderato amore creaturis innexum, & implicatum esse: meam etiam debilitatem agnosco, quâ miser possim quidem illis adhærescere; sed ab eisdem sine tua ope non me valeam expedire. Quocirca omnipotentia, *quæso*, tua, imbecillitati meæ succurre, vt hoc nexu exsolutus, inordinatum omnem amorem à corde meo euellam: te verò solum diligam, totisque animi, & cordis mei viribus inseruiam; quia tu verè finis es meus, & requies mea: cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Horum trium punctorum materiam, latiùs explicatam, licebit videre in 6. Parte.

PVNCTVM IV.

Fundamentum Purgatiuæ Detestatio peccati quod solũ finem destruit

EX eisdem principijs alia quoque *conclusio practica* erui potest, quæ viæ *Purgatiuæ* basis, & *fundamentum* sit. abominandum mihi esse debere *peccatum*, supra omnia detestanda: eò quòd solùm lethale peccatum fini meo directè aduersetur, efficiatque me ab eo omninò excidere adeò: vt cùm neque paupertas, ignominia, contumelia, dolor, aut aduersa valetudo; neque generis humilitas, ingenij ruditas, aut scientiarum naturalium ignoratio; neque reliquæ huius mundi miseriæ, vltimo fini meo ita contrariæ sint, vt, vel omnes simul, ab eo consequendo me impediant: solum lethale peccatum illum mihi auferat omninò: illo enim solo verum vltimum finem, DEVM videlicet (quod in me est) destruo; illum (vt ait Apostolus) a *factis abnegando*; & alium mihi finem, creaturam videlicet, constituo, & pro Deo assumo: Et ideò idem Apostolus, b *Gulosos* affirmat, *ventrem* suum pro *Deo* habere; *superbos gloriam*, c *auaros pecuniam*, vt *Idolum* colere.

a Tit. 1. 16.
b Phil. 3. 19.
c Ephes. 5. 5.

Hæc veritas est in subsequentibus Meditationibus diligenter expendenda, vt ad tanti mali odium, quantum ipsum est peccatum excitemur: ab eoq; liberari omni studio contendamus.

MEDI-

PRIVILEGIVM, quod Graeci ἀτέλειαν, Latini immunitatem vocant, est beneficium principis, quo quis ab onere aliquo publico liberatur. Quod quidem beneficium, cum ad personas, tum ad res pertinere potest. Ad personas, ut si quis ab onere militiae, aut tributorum, aut vectigalium, aut alio quovis onere publico liberetur. Ad res, ut si quis ab onere aliquo, quod ratione rei suae subire debeat, liberetur. Quod quidem beneficium, cum ad personas, tum ad res pertinere potest. Ad personas, ut si quis ab onere militiae, aut tributorum, aut vectigalium, aut alio quovis onere publico liberetur. Ad res, ut si quis ab onere aliquo, quod ratione rei suae subire debeat, liberetur.

PRIVILEGIVM, quod Graeci ἀτέλειαν, Latini immunitatem vocant, est beneficium principis, quo quis ab onere aliquo publico liberatur. Quod quidem beneficium, cum ad personas, tum ad res pertinere potest. Ad personas, ut si quis ab onere militiae, aut tributorum, aut vectigalium, aut alio quovis onere publico liberetur. Ad res, ut si quis ab onere aliquo, quod ratione rei suae subire debeat, liberetur. Quod quidem beneficium, cum ad personas, tum ad res pertinere potest. Ad personas, ut si quis ab onere militiae, aut tributorum, aut vectigalium, aut alio quovis onere publico liberetur. Ad res, ut si quis ab onere aliquo, quod ratione rei suae subire debeat, liberetur.

Nouem Angelorũ Excellẽtiæ

puros, sine vlla corporis admixtione; *Immortales*, sine periculo corruptionis; *Intellectuales* cum̃ summa ingenij subtilitate; *Liberos* vt nihil esset, quod voluntati ipsorum vim aliquam inferre posset; *Sapientes* cum omnium scientiarum naturalium plenitudine; potentes, supra omnes creaturas inferiores; *Sanctos*, cum donis gratiæ, charitatis, & reliquarum virtutum: *Ciues* Paradisi delitiarum, id est, cœli Empyrei; ac denique, capaces diuinæ *visionis* cum certa huius gloriæ promissione, si in Dei seruitio perseuerarent: quod illis tum factu facillimum erat; tum lege gratitudinis, propter tot accepta beneficia, & ornamenta ad id tenebantur.

II Ingratitudo & superbia Angelorum.

DEINDE considerandum, quàm *ingrati* nonnulli eorum Deo extiterint, *eleuatum inquit est cor tuum in decore tuo*, ex eisdem enim donis, *superbè* se aduersus eum, à quo eadem acceperant, erigentes, reuerentiam, & obedientiam, quam ei summa cum animi submissione præstare debuissent, subtraxerunt; vniuersamque libertatem, & vires suas, ad ipsum, cui tot nominibus inseruire tenebantur, offendendum conuerterunt.

III.

TERTIO perpendẽdum animo, quã *terribilem* se Deus in eis puniendis ostenderit: dum statim atque ipsi superbia elati sunt, nullo omnino pœnitentiæ loco eis relicto, omnibus gratiæ donis, quibus eos decorauerat, spoliatos, c *fulguris instar è cœlis* ad sempiterna gehennæ incendia præcipites egit; nulla omnino vel naturæ ipsorum conditionis habita ratione; vel quod eos ad imaginem, & similitudinem suam condidisset; vel quod spiritus essent sapientissimi & aliquando *amici* dilecti: quia vnum omnino duntaxat lethale crimen ad omnia hæc obfuscanda sufficit. Id quod, (vti S. Petrus Apostolus affirmat) diuina iustitia, ad nostrum exemplum, & instructionẽ fieri voluit. d *Si enim* (inquit) *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos* etiamsi nobilissimos; multò minus hominibus, in scelere obstinatis, & alioquin vilissimis parcet. *Et si angeli* fortitudine, & virtute maiores, *non portant aduersum se execrabile iudiciũ*, seu ius quod Deus dixit in illos: multò minus homines miseri, & fragiles illud poterũt sustinere. e O *quam horrendum est incidere in manus Dei viuentis*: manus, inquam, adeò graues, quas nec Angeli sustinere valeant!

Terribilis Dei in Angelos vindicta.

d 2. Pet. 2. 4 & 6. m. 11.

e Heb. 10. 31.

IV

TRIA hæc mihimetipsi applicans, etiam perpendam, quàm *liberalis* extiterit Deus in me, quem innumeris beneficijs ornauit; & quàm ego *ingratus* in illum fuerim, innumeris me obstringens sceleribus; & quàm iustè promeritus sim, eâdem, quâ in Angelos, & multò etiam maiori, in me pœnâ animaduerti: quoniam illorum peccatum fuit *vnum*: at mea sunt innumerabilia; illorum, fuit tantummodo cogitationis in materia superbiæ: at mea sunt cogitationis, verborum, & operum, in materia superbiæ, luxuriæ, iracundiæ, & reliquorum vitiorum; illorum peccatum non fuit in-

Antithesis peccati hominis, & Angelorum

iuriosum

iurioſum in ſanguinem Chriſti, qui pro ipſis effuſus non erat; at meum, ſummam pretioſiſſimo illi vnigeniti Dei ſanguini, pro me in Cruce profuſo, iniuriam irrogat. Quæ cùm ita ſint, iuſtiſsime Deus in imam inferni regionem me præcipitaret, ac dæmonibus ſociaret; vt quorum in ſcelere ſocius fui, eorum quoque pœnæ particeps eſſem.

Exclamatio peccatoris.

O DEVS vltionum Domine, cur non ſumpſiſti hactenus vltionem de me homine adeò ſcelerato? Cur me tanto tempore adeò patienter ſuſtinuiſti? Quis ſeueritatem iuſtitiæ tuæ coercuit, atque continuit, ne terribilem hanc prænam promeritum, pro meritis caſtigares? O anima mea, quomodo non tota timore ac tremore concuteris, tecum tractans horrẽdum hoc in Angelos à Deo factum iudicium? Si enim tanto cum rigore in creaturas nobiliſsimas, & excellentiſsimas animaduertit: quomodo fieri poteſt, vt tu creatura abiectiſsima, & miſerrima ſimilem animaduerſionem non metuas? O creator potentiſsime, quandoquidem in me demõſtraſti, te non eſſe Deum vltionum, ſed Patrem miſericordiarum, miſerere obſecro mei, & ſcelerum indulgentiam mihi largire, libera etiam ab inferni tormentis, quæ propter illa iuſtè promerui.

PVNCTVM II.

PRO ſecundo puncto, redigam mihi in mentem peccatum protoparentum noſtrorũ *Adami*, & *Euæ*: qui cum in Paradiſo conditi eſſent, & originali iuſtitiâ dotati; propter mandati illius tranſgreſsionem, quo fructum arboris ſub pœna mortis guſtare Deus prohibuerat, a *è Paradiſo emiſſi*, mortis ſententiam, aliaſque innumerabiles calamitates cum omni poſteritate ſua incurrerunt.

Geneſ. 1. *D. Thom.* 2. *q.* 163. 164. a *Gen.* 3. 23.

Super hac veritate Fidei, eadem ratione mihi procedendum, qua in puncto ſuperiori, conſiderando:

I. Liberalitas Dei in primos parentes.

PRIMVM, quàm *liberalis fuerit* Deus in primos noſtros progenitores, quos meræ bonitatis ſuæ impulſu ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuã condidit; in Paradiſo voluptatis collocauit; gratia & iuſtitia originali donauit; eorum appetitiones rationi; & carnem ſpiritui ſubiecit, eos denique à mortalitate alijſq; pœnis, & ærumnis, quibus, (natura ita exigente) obnoxij fuiſſent, exemit; vitam verò fœlicem, & tranquillam eis impertiuit. Atque hæc bona, merâ gratiâ, & miſericordiâ non illis duntaxat, ſed omnibus etiam poſteris, ſi mandatis eius obtemperaſſent, largiturus fuiſſet.

II. Ingratitudo hominum erga Deum.

SECVNDO conſiderandum eſt, quàm *ingrati*, tanto ſuo benefactori Deo fuerint, & qua occaſione: Accedens enim ſerpens, Euæque per fraudem pollicitus, ſi vetitæ arboris fructum guſtaret, b *nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum:* illa nimium quantùm, prob dolor, credula, & fructus pulchritudine illecta, decerptum comedit; Adamumque virum ad idem faciendum inuitauit: qui vxori complacend

b *Gen.* 3. 4.

ſtudio, infœlix guſtauit, nec beneficiorum memor, quibus à Deo fuerat affectus; nec pœnæ mortis, quam ei fuerat minatus, ſi talem fructum comederet.

III. Vltio Dei in homines peccantes.

TERTIÒ, expendam mecum, quàm *ſeuerè*, & grauiter in illos Deus animaduerterit. Nam ſubitò, iuſtitiâ originali æternùm expoliatos, è Paradiſo exturbauit: mortiq; , & omnibus corruptibilis huius corporis miſerijs, vt minatus fuerat, ſubiecit; quæ calamitas nos quoque eorum filios, quia c *omnes in eis peccauimus.* vnà inuoluit, Ideoque naſcimur d *naturâ filij iræ*, inimici Dei, & ad eandem cum illis mortem condemnati.

c *Rom.* 5. 12
d *Epheſ.* 2. 3

Hinc peccata & miſeriæ.

Sed quod caput miſeriarum eſt, à peccato hoc *originali* (quod à protoparentibus noſtris trahimus) velut à radice, innumera illa peccata pullulant, quibus hic mundus ſcatet; & miſeriarum inundationes profluunt, quæ illum ſubmergunt. Ex quo conijciam, quàm horrendum, & deteſtandum, ac tremendum ſit lethale *peccatum*; quandoquidem vel vnicum tot bonis ſpoliat, tot mala inuehit: iramque Dei, qui ad miſericordiam, quàm ad iuſtitiam pronior eſt, adeò vehementer prouocat. e *Quis non timebit te, ô rex gentium*? Quis tam grande malum, atque eſt, *te offendere*, non deteſtetur? Anima mea, ſi agnoſceres, quàm perditè, & iniquè tecum agas, cum in ſcelus mortiferum, veluti Adamus, conſentis; procul dubio totis artubus contremiſceres, ob ingens onus, quod tibimetipſi imponis? f *O peccatum*, quàm es *onus graue ſuper me*? Tu vita gratiæ me ſpolias; virtutibus exuis; & è Paradiſo expellens, non modò temporaneæ morti obnoxium facis, ſed in æternam etiam præcipitem agis; filijs, id eſt actionibus meis bonis, vitam adimis, quandoquidem eis gloriæ meritum ſubtrahis; Regnum animæ meæ conturbas, illudque ſexcentis miſerijs ac rebellionibus reples. Libera me Domine DEVS meus, à tam grandi hoc malo. g *quaſi à facie colubri*, anima mea, *fuge peccatum*: quoniam vel vnicum, omni colubro, & ſerpente truculentius eſt, ac virulentius.

Detеſtatio peccati

e *Ierem.* 10.
7. *Apoc.* 15. 4
f *Pſal.* 37. 5.
g *Eccl.* 21. 2.

IV. Antitheſis peccati, Adami, & noſtrorum

QVARTÒ, meum cum Adami peccato conferam. Ego nimirum miſer, & infœlix, *Dæmonis* tentationibus, facilè me circumueniri, non ſemel, ſed ſæpiſsimè ſum paſſus: *caro* mea inſtar Euæ ad peccandum me pellexit & *ſpiritus* meus mollis, & effæminatus, fuit mihi inſtar Adami; qui, vt carni indulgeret, Deo millies diſplicere non erubuit: quin etiam eouſque ſuperbiâ, & ingratitudine ſum progreſſus, vt ſæpè, ſicut *Deus* eſſe concupierim, illa mihi attribuens, quæ diuinitatis ſunt propria. Quod ſi tam ſeueram Deus in primos parentes meos pœnam ſtatuit, propter vnum inobedientiæ ac ſuperbiæ crimen, in vnius duntaxat pomi, contra Dei prohibitionem eſu admiſſum, quàm grauem ego mereor animaduerſionem, pro tot inobedientijs, atque ſuperbijs, alijſque innumeris flagitijs, quibus diuinam maieſtatem violaui. O quàm iuſtè me in primo ſtatim

ſceiere ſubita mors occupauiſſet! vel certè omnes mundi calamitates me ſimul obruiſſent.

AD EXTREMVM, animo reuoluam, quàm *diuturnam* & *aſperam* pro peccato ſuo Adamus, & Eua pœnitentiam egerint: quamque amara eis fuerit vetita illa buccella, quantiſque eam laboribus, & ærumnis expiauerint: cum enim Adam *nongentis* & amplius annis vixerit, vniuerſam hanc ætatem ſuam in lachrymis, & gemitu, variarumque calamitatum, quas ſtatus corruptionis ſecum traxerat, tolerantia, tranſegit. Ideoque (ſicut diuina teſtatur ſapientia) ob ſuam tandem pœnitentiam, h *eduxit illum à delicto ſuo*. Quod exemplum meritò me excitet ad miſerias meas, deplorandas, & pœnitentiam pro peccatis meis agendam: quò, dum pœnitentiæ illius veſtigijs inſiſto, cuius culpæ fui imitator; eandem quoque indulgentiam obtineam, & ab omnibus iniquitatibus meis à Deo ſoluar; eidem ſupplicans, vt me in præſenti vita, quantum placuerit, puniat; modo in æternum parcat, meque ab intolerandis illis tormentis eripiat.

V. Pœnæ diuturnitas, & grauitas.

h Sap. 10. 2.

PVNCTVM III.

TERTIO, in memoriam reuocabo, *lethale* aliquod *peccatum*, periurium, v.g. luxuriam, aut id genus aliud, cuius causâ, multæ nunc animæ ardentiſsimis gehennæ flammis iuſtiſsimè excruciantur, vt quæ infinitam Dei maieſtatem grauiſsimè offendere auſæ fuerint.

I Vni peccato lethali debetur gehenna.

PRIMVM igitur, cogitatione, ad imam damnatorum regionem animabus refertam deſcendam; inter quas, plurimas reperiam, quæ vel ob *vnicum* lethale crimen ardent, & torquentur; *hanc* propter periurium, *aliam* propter cogitationem aliquam obſcœnam ſponte admiſſam; *aliam* propter aliud cogitationis, locutionis, aut operis crimen. Deinde perpendam mecum, omnes illos, quos ad æterna illa ſupplicia damnatos video, homines fuiſſe ſimiles mei: & nonnullos eorum Chriſtianos, ijſdemque Sacramentis, & ſacrificijs, concionibus, ac libris ſpiritualibus, quibus ego, vſos fuiſſe; & forſitan aliquamdiu ſanctiſsimam, & integerrimam vitam duxiſſe; atque adeò cum Deo familiariter egiſſe: at verò poſtea ſenſim negligentius agentes, & in ſui cuſtodiam remiſsiùs inuigilantes, in peccatum *mortale* prolapſi, iuſtoque Dei iudicio, in eo mortui, ad ſempiterna incendia adiudicati fuerunt. quia (vti S. Iacobus Apoſtolus ait) a *qui in vno offendit*, vnum videlicet mandatum tranſgrediens, *factus eſt omnium* pœnarum æternarum, pro ratione delicti: *reus* non ſecus ac ſi reliqua etiam præcepta violaſſet: Deum enim immenſæ maieſtatis; qui omnia ſeruari mandauit, offendit.

a Iac. 2. 10.

II

SECVNDO, inſtituenda erit comparatio, huius *vnius* peccati cum *pluri-*

Antithesis vnius peccati lethalis cum pluribus meis

bus meis; Agnoscam nimirum, longè iustiùs sempiternas illas pœnas me promeritum fuisse, quàm animæ illæ: eò quòd Deum eodem scelere, non semel sed sæpiùs; alijs item peccatorum generibus, etiam sæpissimè ad iram prouocauerim. O quàm iustè mihi accidisset; si statim, atq; primùm illud lethale crimen admisi, mors vitam abripuisset, nullo agendæ pœnitentiæ momento, & loco relicto! Quid amabo, Domine, te mouit, vt mei potiorem rationem haberes; meque diutius longanimis, quàm illas animas, ad pœnitentiam sustineres? cur me potiùs vnà cum illis, in imum inferni barathrum non detrusisti? Fateor, Domine, pro demeritis meis dignum me fuisse, quem eorundem tormentorum socium faceres: veruntamen, quoniam immensa maiestas tua, tantâ clementiâ, & misericordiâ me expectauit, certum propono, & statuo, me, tuâ mihi succurrente gratiâ, veram, & integram pro peccatis meis pœnitentiam acturum.

III. Præseruatio par liberationi

b *Psa.* 85. 13

TERTIÒ, considerabo, non minus esse beneficium, quod DEVS ab inferno me præseruarit, præcaueritque, ne ad sempiterna illa tormenta descenderim, quàm si ad illa prolapsum, inde exemisset; vt proinde non immeritò vsurpare possim verba illa Psalmographi. b *Confitebor tibi Domine* DEVS *meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me; & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Porrò, vt tantum hoc beneficium, penitus introspicere, eique debita animi gratitudine respondere nouerim, memetipsum ita alloquar. Si *damnatarum* animarum aliquam Deus ab inferni supplicijs eriperet, eique pœnitentiæ locum daret, quàm illa seuerâ, & exactam ageret! quàm gratam se erga Deum exhiberet! quanto animi feruore illi deseruiret! Idem quoque tibi præstandum puta, cùm te Deus, singulari beneficio, à tanto periculo antequam in illud deuolueris, liberauerit.

PVNCTVM IV.

PECCATORVM GRAVITAS, EX IIS, QVAE Christus redemptor noster propter illa sustinuit, agnoscitur.

Passio Christi iustitiæ diuinæ seueritatem ostendit.

VLTIMO hoc puncto, dulcissimi colloquij, iuxta ac deuotissimæ considerationis materia proponitur, vt peccati grauitas, & diuinæ iustitiæ seueritas, ex alio exemplo, à superioribus longè diuerso, sed non minus efficaci, magis elucescat, ex animaduersione, inquam diuinæ *iustitiæ*, in IESVM CHRISTVM Dominum, & Redemptorem nostrũ, non propter sua, sed mea, & totius mundi scelera, vt hinc colligere liceat, quàm grauiter is puniturus sit hominem, *proprijs* criminibus obnoxium, qui ita seuerè castigauit, *aliena* tantum in se suscipientem: quamque gra-

ues pœnas ſit exacturus de iniquo *ſeruo*, qui tanto rigore animaduertit in *filium* innocentiſsimum, & omnis culpæ expertem: Quæ omnia filius ipſe perpendi à nobis voluit, cum tremendam illam protulit ſententiam: a *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* quaſi mihi dicat; ſi tam grauiter, & acerbè, *ego* arbor viridis, & fructibus onuſta excipior; quàm rigidè *tu* arbor arida, & infœcunda tractaberis?

a *Luc.* 23. 3

Conſtituam itaque in conſpectu meo ipſum IESVM Chriſtum cruci affixum, atque diligenter contemplabor *caput* eius ſpinis coronatum, *os* Iudæorum conſputationibus execratis defædatum, *oculos* liuore obſcuratos, *brachia* luxata, *linguam* felle, & aceto amarulentam, *manus* & *pedes* clauis tranſuerberatos, *humeros* flagris conſciſſos; *latus* lancea apertum: mecumq; concludens, ipſum omnia hæc pro peccatis meis perpeſſum eſſe, varios ex imo pectore affectus eliciam: modò pertimeſcens ſeueritatem diuinæ *iuſtitiæ*, quæ (vt Zacharias Propheta inquit) b *frameam diſtrinxit, aduerſus virum* in perſona c *ſibi cohærētem*, modò *peccata* mea, quæ horum dolorum cauſa fuêre, deflebo; modò memetipſum erigam, ad aliquid *tolerandum* in peccatorum meorum ſatisfactionem, pro quibus expiandis, Chriſtus Seruator tanta pertulit. Ac deniq; ad pedes eius prouolutus, veniam precabor, allegans, à parte mea eſſe vniuerſos labores eius: illumque amantiſsimis his verbis compellabo: O Redemptor dulciſsime, qui de cœlis deſcendiſti, crucemque hanc ſubiuiſti, vt hominem redimeres, eiuſque ſcelera tuis doloribus expiares, tuę maieſtatis conſpectui animo mœrenti me offero, ego, ego, ſceleribus meis grauiſsimis, acerbiſsimorum horum cruciatuum, cauſa extiti. Mihi Domine, qui reus fui, omnia hæc ſupplicia debebantur; non tibi, qui ſummè innocens, nullam vnquam vel leuiſsimam maculam contraxiſti. Veruntamen ille amor, qui tibi auctor fuit, vt crucem pro me tolleres, & conſcenderes, iſte quoque permoueat, vt omnium flagitiorum, quæ contra te admiſi, veniam mihi tribuas: per *ſpinas* tuas te obſecro, exime animam meam è ſpinis peccatorum meorum, per *flagella* tua, ignoſce furijs meis, per *fel*, & acetum, parce gulæ, & ebrietati meæ, per *clauos* manuum, & pedum tuorum, da veniam malis actionibus, & peruerſis greſsibus meis. O pater æterne, d *reſpice in faciem Chriſti* filij *tui*, & ſi quidem in eo ſcelera mea tantis cruciatibus puniuiſti, his placatus, conquieſcat ira tua, ſanguiniſque illius intuitu, quem ille pro me effudit, e *Proïcias in profundum maris omnia peccata mea*, Amen.

Chriſti crucifixi viua imago.

b *Zach* 13
c *Iſai.* 53.

Varia confideratio

Oratio peccatoris ad Chriſtum Crucifixū

d *Pſ.* 83. 10

e *Mich.* 7. 19.

Punctum hoc fuſius in quarta parte proſequemur.

veritatem, quæ abſcondita in ea ſunt, eruat in lucem; expendens, *quis* me, & quam ob *cauſam*, in eum finem ordinauerit; quàm ille ſit præſtans; quã negligenter hactenus omnia mea ad eum conſequendum direxerim; quanto in periculo eodem propterea excidendi, fuerim; quanta cenſenda ſit iactura, eo fruſtrari; quanta verò felicitas ad eum tandem peruenire; quam denique rationi ſit conſentaneum, diligentiùs in poſterum in eundem finem reſpicere, vt cum conſequi valeam. Vnaquaque harum conſiderationum VOLVNTAS excitanda eſt, ad actus, & affectus, quos illæ exigunt.

Voluntas.

I Deus creauit hominẽ ad gratiam ſuam

EXPENDAM itaque primum, Infinitam Dei maieſtatem, (quæ nullâ creaturâ ſuâ opus habet) non merito meo, ſed merâ bonitate ſuâ impulsã, *me* ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam *condidiſſe*: non vt vitam meam laxè, & pro libitu meo inſtituerem, meis appetitionibus morem gerendo: neque vt honores, dignitates, opes, voluptates, aut aliud quid creatum ſectarer; ſed vt ipſum duntaxat, in mortali hac vita, omni veneratione, & laude afficerem; omnem amorem, cultum, & obſeruantiam deferrem: quò tandem æternam vitam apud ipſum adipiſcerer.

Finem nomini dedit non modò naturalem b 1. *Ioan.* 3. 2. ſed & Angelis Deoque æqualem.

ET quamuis ſufficere potuiſſet, eum mihi finem vltimum conſtituere, quem natura mea exigebat: id tamen diuino numini ſatis non fuit; ſed ad multò altiorem, nobilioremq; me voluit eleuare, ad claram videlicet ſui, apertamque *viſionem*: vt eadem, qua *Angeli*, imò qua ſummus ipſe DEVS, beatitudine perfruerer, iuxta illud S. Ioannis: b *Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* O immenſam ſummi ac immortalis Dei charitatem! Quid hoc eſt, Domine, quod agis? creaturam adeò miſeram, hominem inquam, vermiculum, ad finem adeò ſublimem extollis, vt te in gloria tua regnantem claræ intueri poſsit? Num, qui tuum ſum mancipium, non tenebar, abſque vlla mercede quam diligentiſsimè, & fideliſsimè tibi ſeruire? cur ergo tam illuſtre mihi cõſtituis laboris, & obſequij mei præmiũ? ſit benedicta, & ab Angelis ſemper laudetur miſericordia iſta tua. Quid verò pro tanto hoc beneficio tibi, Deus, retribuam? Ecce Domine ad fidele obſequium, totâ vitâ meâ præſtandum, me promptum offero, abſque alterius mercedis intuitu, quã quòd tibi ſeruiam. Deo enim ſeruire, regnare eſt. Et quoniam, & principium meum primum, & finis vltimus es: iam nunc nouæ meæ vitæ da initium, & gratiâ tuâ opitulare, vt vltimum, quem mihi conſtituiſti, finẽ conſequi valeam, Amen.

Oblatio.

Petitio.

II Præteritæ vitæ diſcuſſio.

DEINDE perpendam, quam negligenter hactenus ad tantum hunc finem reſpexerim; qui ita vitam meam inſtitui, quaſi non ad ſeruiendum Deo, ſed cupidiatibus meis indulgendum conditus eſſem; ad honores, voluptates, diuitias ſectandas natus: vt tot propterea me ſceleribus ma-

culauerim

culauerim, quasi c *Vocationis* meę finis, non *sanctitas* esset, sed immunditia, non d *libertas* Spiritus, sed *carnis*, mihi curæ esset. O me miserum! quàm cæcus, & vagus fui in ijs, quæ me scire maximè oportuit! quàm ingratus ei, qui me ad præstantem adeò finem creauit! quàm malè eius beneficijs, qui tam grandi bono cumulauit, respondi! O creator optime, vtinam te nullo vnquam crimine offendissem. Dimitte, quæso, mihi propter temetipsum omnia delicta mea: porrige manum tuam; vt, ex eis emergens, reliquum vitæ meæ ad finem, à te mihi constitutum, dirigere valeam.

c 1. *Thes.* 4. 7.
d *Gal.* 5. 13.

Contritio.

Petitio veniæ.

TERTIO ingentia illa *mala* perpendam, quæ, si fine meo excidero, me sunt apprehensura. Neq, enim vlla iactura maior esse potest, quàm animæ quam *gratia* Dei, pacis, & gaudij conscientiæ, ac æternæ beatitudinis; cui iacturæ annexa est æterna *damnatio*, & ipsius *Dei* immortalis amissio. e *Quid autẽ mihi proderit, si vniuersum mundũ lucrifaciam, animæ autem meæ*, ipsiusque Dei, cuius cõparatione vniuersum ipsum est nihil, *detrimentũ patiar*? Contra, si finem hunc assecutus fuero, DEVM possidebo; animæ meæ salutem rectissimè constituam pacẽ & gaudium cordis consequar; diuina me prouidentia tutabitur; perpetuâ denique requie, quam res omnes in suo centro inueniunt, perfruar. Quæ cùm ita sint, age viriliter, anima mea, & vt finem illum tuum assequaris, enitere, propter quàm à Deo condita fuisti: ad eũ conatus omnes tuos & cogitationes conuerte: cum nihil ita tua referat, atque illum apprehendere. Conuertere ad eum, qui est requies tua: extra quem nihil est, nisi tormentum. Si Deum habes, quid amplius desideras? Si Deus est tuus, quid vltrà quæris? Si Deus possessio tua est, quid tibi deesse poterit? Contende in hoc illi placere; vt ipsum apprehendere satagas: *& certam* habe fiduciam, quòd sis aliquando eum apprehensura, qui suas creaturas amore summo complectitur; magnamque voluptatem haurit, cùm eas cernit, eum finem assequi, in quem sunt conditæ. O DEVS immense, *centrum* animæ meæ, cõuerte me ad te, vt requiescam in te. *Quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* O PATER æterne, qui me condidisti, vt te velut *filius* diligerem: hanc mihi gratiam propter temetipsum largire, qua te amem vti Patrem O VNIGENITE Dei patris, Redemptor mundi, qui me, vt in omnibus tibi obtemperarem, tuisque vestigijs inhærerẽ, creasti ac redemisti; opitulare mihi, vt tuo semper nutui morem gerere; tuoque exemplo in omnibus me conformare studeam. O SPIRITVS sãctissime, qui ex bonitate summa tua me effinxisti, vt *sanctus* essem: largire mihi perfectam vitæ sanctimoniam, ad nominis tui sempiternam laudem & exaltationem. O vos ANGELICI Spiritus, beatique omnes, qui finem vestrum, in quem à summo Deo formati estis, apprehendistis, coniunctis, quæso, precibus

III. Malorum futurorum consideratio.

e *Matt.* 16. 26. & Bonorũ.

§ *Cypr. ser. de Ascens. Dõ.*

Deus meus & omnia

S. August. 1. confess. c. 1. Colloquiũ ad SS. Trinitatem. & Angelos

Dominum

Dominum, quo feliciter fruimini, rogate; vt & ego eundem apprehendere, vobiſque in omnem æternitatem ſociari, & ſimul eo perfrui valeã, Amen.

PVNCTVM II.

Creaturarum finis.

PRIMO puncto abſoluto, progreſſus fit ad ſecundum, in quo cæterarum *creaturarum finis* eſt in memoriam reuocandus: omnes enim à Deo ſunt conditæ, vt homini ad finem ſuum vltimum conſequendum, auxilio eſſent; eiſdem tanquam medio ad Deo ſeruiendum, propriæ verò ſaluti conſulendum, iuxtà Dei præſcriptum, vtendo: vt Regius dixit Propheta: a *Dedit illis regiones gentium, & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius; & legem eius requirant.*

Iuuare hominem ad ſuũ finem.

a *Pſal.* 104 44.45.

I. Liberalitas Dei in hominem.

Eſt ergò primùm conſiderandum: quàm munificum, & *liberalem* ſe Deus in me declarauerit; dum in meum vſum tantam ſpecioſiſsimarum, & admirabilium creaturarum multitudinem, & varietatem creauit; neque earum tantùm, quæ ad vitæ conſeruationem mihi eſſent *neceſſariæ*, verùm etiam, quæ ad voluptatem ſenſuum, viſus, auditus, olfactus, guſtus & tactus *oblectationem* deſeruirent: pro quo ſummas ei gratias debeo: nam quicquid boni omnibus illis impertiuit, mihi potiùs, cuius gratia illud fecit, contuliſſe cenſendus eſt. Benedicant ergo te, DOMINE, omnes creaturæ tuæ; ſed & anima mea, te pro eis laudet, atque glorificet: Immortales tibi, ſumme DEVS, ago gratias quòd cœlorum orbibus, elementis, animantibus, plantis, cæteriſq; terrenis corporibus, quòd *eſſent*, contuleris: Gratias etiam ago propter colorum pulchritudinem, melodiarum ſuauitatem, odorum fragrantiam, ciborum dulcedinem, veſtium mollitiem & propter omnia, quæ ſenſus meos recreant: cuius gratia illa condidiſti, vt eiſdem vtens, te omnium auctorem laudarem, ac ſeruirem.

Gratiarum actio.

II. Creaturarum obedientia.

DEINDE expendam, quàm exactè omnes illæ fini ſuo, in quem ſunt conditæ, inſiſtant; mihi vnaquæque ex Dei præſcripto miniſtret, hæc hoc modo, illa illo, ſeruiendo, oblectando. Cùm contrà ego, finis mei oblitus, eiſdem creaturis non ad obſequium, ſed ad offenſionem Dei abutar; vltimum finem meum in eis collocando, quaſi non à Deo, ſed eis tantùm fruendum creatus fuiſſem. Si enim ſingulos meos ſenſus examino, totos deprehendo ita ſe creaturis addixiſſe, vt non Deum, à quo illæ profectæ ſunt, glorificent; ſed voluptatem, & appetitiones ſuas inordinatas in eis expleant. Quamobrem meritò earundem vſu priuarer, ſicut ipſe Dominus per Oſeam olim minabatur: *Frumentum, & vinum ſuum, lanam, & linum ſuum liberare* à ſeruitute, qua ſunt mihi ſubiectæ, qui, contra ipſarum inclinationem, eis, ad communem Creatorem irritandum, abutar

Hominis inobedientia.

Oſee 2.9.

O Creator iuſtiſsme, cur in eum, qui tantã creaturis tuis fecit iniuriam, vt eiſdem contra te vteretur, non hactenus *gladium* iuſtitiæ tuæ exercui-

ſti? &

sti? & cur tu, *anima* mea, de tanta tua peruersitate non erubescis? de tanta iniuria Creatori tuo illata, cùm vltimum tuum finem qui ipse est, in re adeò abiecta constitueris, pudore non suffunderis? O me ingratissimum ad tanta beneficia, quibus, cùm ad fidelia Dei obsequia inuitarer; ad eundem contra me irritandum occasionem arripui. Dona mihi hanc Deus iniuriam, & ingratitudinem; & iuua, ne deinceps tuis donis in meam vtilitatem collatis, in tuam offensionem abutar.

Accusatio suiipsius.

TERTIO: quoniam omnes creaturæ in eum etiam finem conditæ sunt, (vt ait Sapiens) vt *a* creatoris ipsius *perfectionem*, & excellentiam ex eis agnoscerem; totoq; corde diligerem: existimare possum, vnamquamq; illarum, huiusmodi me verbis compellare: Attende homo: perfectiones, quas in me cernis, admiraris, & diligis, multò perfectiùs in Deo ipso esse, qui eas mihi impertiuit, tanquam guttas ex copiosissimo fonte: quamobrem illum agnosce, admirare, ex toto tuo corde dilige: vt enim te ad id faciendum inuitaret, has in me perfectiones adumbrauit. Quibus verbis excitabo meipsum ad ascendendum à creaturis visibilibus ad Creatorem inuisibilem, vt illi tanquam vltimo fini meo dignissimo me totum coniungam.

III.

a *Sap.* 13. 1. a *Rom.* 1. 20.

Ascensio mentis in Deum à creaturis

PVNCTVM III.

TERTIO, ex vtroque præcedente puncto *practica* quædam *conclusio* est colligenda, quæ rationem, & normam continet, qua mihi sit deinceps creaturis vtendum; & voluntatis *indifferentiam*, qua ad talem vsum sit accedendum. Vt videlicet nihil in eis amplius quæram, quàm quod mihi adiumẽto sit ad seruiendum Creatori meo; & finem essequendum, propter quem ille me creauit. Quare eniti meritò debeo: ne, quod in me erit, diuitias paupertati; honorem ignominiæ; sanitatem aduersæ valetudini; longam vitam breui anteponam: sed illud præferam; quod, ad finem meum consequendum, erit aptissimum: prudentis est enim, non plus de medijs accipere quàm sit ad finem adipiscendum necessarium: sicut non plus de *Rhabarbaro*, alijsue purgantibus medicamentis assumitur, quàm recuperandæ conducat sanitati.

I. Creaturarum vsus rectus

Indifferentia.

Media à fine mensuranda.

DEINDE, memetipsum, animum videlicet meum ingressus, omnium propensionum, vitiosarumque affectionum, quibus ille ad honores, diuitias, voluptates; ad parentes, cognatos, amicos; ad sanitatem, vitam diuturnam, immoderatè affectus est, veluti anatomiam instituam: daboque operam, vt voluntatem meam, ad talem immoderationem mortificandam, rationibus iam allatis, alijsque fusiori ratiocinatione ad idẽ persuadendum inquirendis, permoueam: illa præcipuè, quæ de prouidentia diuina desumitur; quæ maiori sollicitudine illis prospicit, qui se totos diuinis manibus permittunt, atque resignant. a *Omnem solicitudinem suam*

II. Immoderatio mortificanda

Prouident. diuina.

a 1. *Pet.* 5. 7.

(ait S. Petrus) *proïcientes in eum*; quò perfectiùs illi famulentur. Neque enim fas est dubitare, impleturum esse Christum, quod illis verbis promisit: b *Quarite primùm regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia* huius vitæ bona *adïcientur vobis*. quod perinde est, atque si dixisset: Regnum Dei velut vestrum vltimum finem primùm quærite, & iustitiam eius, hoc est, media, quibus ad illud perueniatis: & cùm id feceritis, certò vobis persuadete, Patris vestri cœlestis prouidentiam, de rebus ad vitam hanc traducendam necessarijs, sufficienter prospecturam.

b Mat. 6.33

III. Oratio ad resignationem impetrandam.

DENIQVE, quoniam solis meis viribus ad tantam *resignationem* peruenire non valeo; ad eum accedere necesse est, qui largiri eam potest: & colloquio cum eo instituto, ex corde dicam: *Fateor*, clementissime *Deus*, animum meum immoderato amore creaturis innexum, & implicatum esse: meam etiam debilitatem agnosco, quâ miser possim quidem illis adhærescere; sed ab eisdem sine tua ope non me valeam expedire. Quocirca omnipotentia, *quæso*, tua, imbecillitati meæ succurre, vt hoc nexu exsolutus, inordinatum omnem amorem à corde meo euellam: te verò solum diligam, totisque animi, & cordis mei viribus inseruiam; quia tu verè finis es meus, & requies mea: cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Horum trium punctorum materiam, latiùs explicatam, licebit videre in 6. Parte.

PVNCTVM IV.

Fundamentum Purgatiuæ Detestatio peccati quod solũ finem destruit

EX eisdem principijs alia quoque *conclusio practica* erui potest, quæ viæ *Purgatiuæ* basis, & *fundamentum* sit. abominandum mihi esse debere *peccatum*, supra omnia detestanda: eò quòd solùm lethale peccatum fini meo directè aduersetur, efficiatque me ab eo omninò excidere adeò: vt cùm neque paupertas, ignominia, contumelia, dolor, aut aduersa valetudo; neque generis humilitas, ingenij ruditas, aut scientiarum naturalium ignoratio; neque reliquæ huius mundi miseriæ, vltimo fini meo ita contrariæ sint, vt, vel omnes simul, ab eo consequendo me impediant: solum lethale peccatum illum mihi auferat omninò: illo enim solo verum vltimum finem, DEVM videlicet (quod in me est) destruo; illum (vt ait Apostolus) a *factis abnegando*; & alium mihi finem, creaturam videlicet, constituo, & pro Deo assumo: Et ideò idem Apostolus, b *Gulosos* affirmat, *ventrem* suum pro *Deo* habere; *superbos gloriam*, c *auaros pecuniam*, vt d *idolum* colere.

a Tit. 1.16.
b Phil. 3.19.
c Ephes. 5.5.

Hæc veritas est in subsequentibus Meditationibus diligenter expendenda, vt ad tanti mali odium, quantum ipsum est peccatum excitemur: ab eoq; liberari omni studio contendamus.

MEDI-

MEDITATIO II.

DE PECCATI GRAVITATE QVAE EX ANgelorum, Adami, & particulari aliquorum aliorum Lapsu conijcitur.

INIS Meditationis huius est, grauitatem peccati, per exẽpla cognoscere, vt illud detestemur; & diuinæ iustitiæ, in idem animaduersionem; quam pertimescentes, per veram pœnitentiam à nobis auertamus; nostram item in bono inconstantiam, vt propriæ debilitatis conscij, nobis non fidamus; sed coram Deo nos humiliemus. Est autem Deus in huius meditationis ingressu, ardẽtibus votis orandus, vt cœlesti suo lumine, intellectũ ad illa omnia cognoscenda illuminare; voluntatẽ verò ad perfectæ contritionis actus, permouere velit; ac deniq;, auxilio mihi esse, vt ex alieno periculo, cautior fiam, priusquam, pertimescenda ipsius, animaduersio in meum deuoluatur caput.

Vt autem hæc, quàm sequentes meditationes, animæ meæ altius infigantur, formanda mihi erit primùm imaginationis operâ, species quædã CHRISTI Domini in a *Throno iudicis* instar, pro tribunali, ad iudicandum residentis, formâ & aspectu terribili, *à cuius facie fluuius igneus, rabidusque egreditur* cruciandis peccatoribus destinatus: me ipsum verò coram illo consistere, imaginabor, veluti *reum*, sceleribus plurimis obnoxium, innumerabilium peccatorum catenis, & compedibus vinctum, timentem, ac trementem, à summo hoc iudice, pro meritis condemnari, & à terribili illo igne absorberi, atque consumi.

Loci compositio.

a *Dan.7.9.*

Christus iudex terribilis.

Homo reus

PVNCTVM I.

PRIMÒ igitur, in memoriam reuocabo, peccatum Angelorum, qui cum à Deo in cœlo Empyreo pleni sapientia, & gratia conditi fuissẽt libero suo arbitrio abutentes, superbè se contra Deum, & Creatorem suum erexerunt, propter quod a *cœlo* eiecti, atque in ima inferni loca præcipitati, fine, & beatitudine ad quam creati erant, in æternum exciderunt.

S. *Th.1.p.q.63.*

a *Isa.14.15. Luc.10.18. 2.Pet.2.4. Apoc.148.*

Hæc cum fides Catholica doceat tria licet circa ea diligenter expendere.

1.

PRIMVM. Quàm *liberalis* fuerit *Deus* erga *Angelos*, quos ad imaginem, & similitudinem suam condidit; nullisque eorum meritis præcedentibus, eximia naturæ, & gratiæ dona illis contulit. Vt propterea idem de omnibus affirmari possit, quod vni eorum apud Ezechielem dicitur: b *tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum*, nouem enim lapidibus pretiosissimis ornatum ait Luciferum, & reliquos ipsius asseclas, id est, *nouem* excellentijs in sua creatione dotatos fuisse. Deus enim creauit illos, *spiritus*

b *Ezech.28 13.*

puros, sine vlla corporis admixtione; *Immortales*, sine periculo corruptionis; *Intellectuales* cum summa ingenij subtilitate; *Liberos* vt nihil esset, quod voluntati ipsorum vim aliquam inferre posset; *Sapientes* cum omnium scientiarum naturalium plenitudine; potentes, supra omnes creaturas inferiores; *Sanctos*, cum donis gratiæ, charitatis, & reliquarum virtutum: *Ciues* Paradisi delitiarum, id est, cœli Empyrei; ac denique, capaces diuinæ *visionis* cum certa huius gloriæ promissione, si in Dei seruitio perseuerarent: quod illis tum factu facillimum erat; tum lege gratitudinis, propter tot accepta beneficia, & ornamenta ad id tenebantur.

Nouem Angelorũ Excellẽtiæ.

II

DEINDE considerandum, quàm *ingrati* nonnulli eorum Deo extiterint, *eleuatum inquit est cor tuum in decore tuo*, ex eisdem enim donis, *superbè* se aduersus eum, à quo eadem acceperant, erigentes, reuerentiam, & obedientiam, quam ei summa cum animi submissione præstare debuissent, subtraxerunt; vniuersamque libertatem, & vires suas, ad ipsum, cui tot nominibus inseruire tenebantur, offendendum conuerterunt.

Ingratitudo & superbia Angelorum.

III.

TERTIO perpendẽdum animo, quã *terribilem* se Deus in eis puniendis ostenderit: dum statim atque ipsi superbia elati sunt, nullo omnino pœnitentiæ loco eis relicto, omnibus gratiæ donis, quibus eos decorauerat, spoliatos, c *fulguris instar è cœlis* ad sempiterna gehennæ incendia præcipites egit; nulla omnino vel naturæ ipsorum conditionis habita ratione; vel quod eos ad imaginem, & similitudinem suam condidisset; vel quod spiritus essent sapientissimi & aliquando *amici* dilecti: quia vnum omnino duntaxat lethale crimen ad omnia hæc obfuscanda sufficit. Id quod, (vti S. Petrus Apostolus affirmat) diuina iustitia, ad nostrum exemplum, & instructionẽ fieri voluit. d *Si enim* (inquit) *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos* etiamsi nobilissimos; multò minus hominibus, in scelere obstinatis, & alioquin vilissimis parcet. *Et si Angeli* fortitudine, & virtute maiores, *non portant aduersum se execrabile iudiciũ*, seu ius quod Deus dixit in illos: multò minus homines miseri, & fragiles illud poterũt sustinere. e O *quam horrendum est incidere in manus Dei viuentis*: manus, inquam, adeò graues, quas nec Angeli sustinere valeant!

c Luc. 10. 18.

Terribilis Dei in Angelos vindicta.

d 2. Pet. 2. 4 & 6. m. 11.

e Heb. 10. 31.

IV

TRIA hæc mihimetipsi applicans, etiam perpendam, quàm *liberalis* extiterit Deus in me, quem innumeris beneficijs ornauit; & quàm ego *ingratus* in illum fuerim, innumeris me obstringens sceleribus; & quàm iustè promeritus sim, eâdem, quâ in Angelos, & multò etiam maiori, in me pœnâ animaduerti: quoniam illorum peccatum fuit *vnum*: at mea sunt innumerabilia; illorum, fuit tantummodo cogitationis in materia superbiæ: at mea sunt cogitationis, verborum, & operum, in materia superbiæ, luxuriæ, iracundiæ, & reliquorum vitiorum; illorum peccatum non fuit in-

Antithesis peccati, hominis, & Angelorum

iurioſum

iurioſum in ſanguinem Chriſti, qui pro ipſis effuſus non erat; at meum, ſummam pretioſiſſimo illi vnigeniti Dei ſanguini, pro me in Cruce profuſo, iniuriam irrogat. Quæ cùm ita ſint, iuſtiſsime Deus in imam inferni regionem me præcipitaret, ac dæmonibus ſociaret; vt quorum in ſcelere ſocius fui, eorum quoque pœnæ particeps eſſem.

O DEVS vltionum Domine, cur non ſumpſiſti hactenus vltionem de me homine adeò ſcelerato? Cur me tanto tempore adeò patienter ſuſtinuiſti? Quis ſeueritatem iuſtitiæ tuæ coercuit, atque continuit, ne terribilem hanc prænam promeritum, pro meritis caſtigares? O anima mea, quomodo non tota timore ac tremore concuteris, tecum tractans horrẽdum hoc in Angelos à Deo factum iudicium? Si enim tanto cum rigore in creaturas nobiliſsimas, & excellentiſsimas animaduertit: quomodo fieri poteſt, vt tu creatura abiectiſsima, & miſerrima ſimilem animaduerſionem non metuas? O creator potentiſsime, quandoquidem in me demõſtraſti, te non eſſe Deum vltionum, ſed Patrem miſericordiarum, miſerere obſecro mei, & ſcelerum indulgentiam mihi largire, libera etiam ab inferni tormentis, quæ propter illa iuſtè promerui. *Exclamatio peccatoris.*

PVNCTVM II.

PRO ſecundo puncto, redigam mihi in mentem peccatum protoparentum noſtrorũ *Adami*, & *Euæ*: qui cum in Paradiſo conditi eſſent, & originali iuſtitiâ dotati; propter mandati illius tranſgreſsionem, quo fructum arboris ſub pœna mortis guſtare Deus prohibuerat, a *è Paradiſo emiſſi*, mortis ſententiam, aliaſque innumerabiles calamitates cum omni poſteritate ſua incurrerunt. *Geneſ. 1. D. Thom. 2. q. 163. 164.* a *Gen. 3. 23.*

Super hac veritate Fidei, eadem ratione mihi procedendum, qua in puncto ſuperiori, conſiderando:

PRIMVM, quàm *liberalis fuerit* Deus in primos noſtros progenitores, quos meræ bonitatis ſuæ impulſu ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuã condidit; in Paradiſo voluptatis collocauit; gratia & iuſtitia originali donauit; eorum appetitiones rationi; & carnem ſpiritui ſubiecit, eos denique à mortalitate alijſq; pœnis, & ærumnis, quibus, (natura ita exigente) obnoxij fuiſſent, exemit; vitam verò fœlicem, & tranquillam eis impertiuit. Atque hæc bona, merâ gratiâ, & miſericordiâ non illis duntaxat, ſed omnibus etiam poſteris, ſi mandatis eius obtemperaſſent, largiturus fuiſſet. I. Liberalitas Dei in primos parentes.

SECVNDO conſiderandum eſt, quàm *ingrati*, tanto ſuo benefactori Deo fuerint, & qua occaſione: Accedens enim ſerpens, Euæque per fraudem pollicitus, ſi vetitæ arboris fructum guſtaret, b *nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum:* illa nimium quantùm, prob dolor, credula, & fructus pulchritudine illecta, decerptum comedit; Adamumque virum ad idem faciendum inuitauit: qui vxori complacend II. b *Gen. 3. 4.* Ingratitudo hominum erga Deum.

ſtudio, infœlix guſtauit, nec beneficiorum memor, quibus à Deo fuerat affectus; nec pœnæ mortis, quam ei fuerat minatus, ſi talem fructum comederet.

III. Vltio Dei in homines peccantes.

TERTIÒ, expendam mecum, quàm *ſeuerè*, & grauiter in illos Deus animaduerterit. Nam ſubitò, iuſtitiâ originali æternùm expoliatos, è Paradiſo exturbauit: mortiq; , & omnibus corruptibilis huius corporis miſerijs, vt minatus fuerat, ſubiecit; quæ calamitas nos quoque eorum filios, quia c *omnes in eis peccauimus.* vnà inuoluit, Ideoque naſcimur d *naturâ filij iræ*, inimici Dei, & ad eandem cum illis mortem condemnati.

c *Rom.* 5. 12
d *Epheſ.* 2. 3

Hinc peccata & miſeriæ.

Sed quod caput miſeriarum eſt, à peccato hoc *originali* (quod à protoparentibus noſtris trahimus) velut à radice, innumera illa peccata pullulant, quibus hic mundus ſcatet; & miſeriarum inundationes profluunt, quæ illum ſubmergunt. Ex quo conijciam, quàm horrendum, & deteſtandum, ac tremendum ſit lethale *peccatum*; quandoquidem vel vnicum tot bonis ſpoliat, tot mala inuehit: iramque Dei, qui ad miſericordiam, quàm ad iuſtitiam pronior eſt, adeò vehementer prouocat. e *Quis non timebit te, ô rex gentium*? Quis tam grande malum, atque eſt, *te offendere*, non deteſtetur? Anima mea, ſi agnoſceres, quàm perditè, & iniquè tecum agas, cum in ſcelus mortiferum, veluti Adamus, conſentis; procul dubio totis artubus contremiſceres, ob ingens onus, quod tibimetipſi imponis? f *O peccatum*, quàm es *onus graue ſuper me*? Tu vita gratiæ me ſpolias; virtutibus exuis; & è Paradiſo expellens, non modò temporaneæ morti obnoxium facis, ſed in æternam etiam præcipitem agis; filijs, id eſt actionibus meis bonis, vitam adimis, quandoquidem eis gloriæ meritum ſubtrahis; Regnum animæ meæ conturbas, illudque ſexcentis miſerijs ac rebellionibus reples. Libera me Domine DEVS meus, à tam grandi hoc malo. g *quaſi à facie colubri*, anima mea, *fuge peccatum*: quoniam vel vnicum, omni colubro, & ſerpente truculentius eſt, ac virulentius.

Deteſtatio peccati

e *Ierem.* 10.
7. *Apoc.* 15. 4
f *Eſai.* 37. 5.
g *Eccl.* 21. 2.

QVARTÒ, meum cum Adami peccato conferam. Ego nimirum miſer, & infœlix, *Dæmonis* tentationibus, facilè me circumueniri, non ſemel, ſed ſæpiſsimè ſum paſſus: *caro* mea inſtar Euæ ad peccandum me pellexit & *ſpiritus* meus mollis, & effæminatus, fuit mihi inſtar Adami; qui, vt carni indulgeret, Deo millies diſplicere non erubuit: quin etiam eouſque ſuperbiâ, & ingratitudine ſum progreſſus, vt ſæpè, ſicut *Deus* eſſe concupierim, illa mihi attribuens, quæ diuinitatis ſunt propria. Quod ſi tam ſeueram Deus in primos parentes meos pœnam ſtatuit, propter vnum inobedientiæ ac ſuperbiæ crimen, in vnius duntaxat pomi, contra Dei prohibitionem eſu admiſſum, quàm grauem ego mereor animaduerſionem, pro tot inobedientijs, atque ſuperbijs, alijſque innumeris flagitijs, quibus diuinam maieſtatem violaui. O quàm iuſtè me in primo ſtatim

IV. Antitheſis peccati, Adami, & noſtrorum

ſcelere

fecisse subita mors occupauisset! vel certè omnes mundi calamitates me simul obruissent.

AD EXTREMVM, animo reuoluam, quàm *diuturnam* & *asperam* pro peccato suo Adamus, & Eua pœnitentiam egerint: quamque amara eis fuerit vetita illa buccella, quantisque eam laboribus, & ærumnis expiauerint: cum enim Adam *nongentis* & amplius annis vixerit, vniuersam hanc ætatem suam in lachrymis, & gemitu, variarumque calamitatum, quas status corruptionis secum traxerat, tolerantia, transegit. Ideoque (sicut diuina testatur sapientia) ob suam tandem pœnitentiam, h *eduxit illum à delicto suo*. Quod exemplum meritò me excitet ad miserias meas, deplorandas, & pœnitentiam pro peccatis meis agendam: quò, dum pœnitentiæ illius vestigijs insisto, cuius culpæ fui imitator; eandem quoque indulgentiam obtineam, & ab omnibus iniquitatibus meis à Deo soluar; eidem supplicans, vt me in præsenti vita, quantum placuerit, puniat; modo in æternum parcat, meque ab intolerandis illis tormentis eripiat.

V. Pœnæ diuturnitas, & grauitas.

h Sap. 10. 2.

PVNCTVM III.

TERTIO, in memoriam reuocabo, *lethale* aliquod *peccatum*, periurium, v.g. luxuriam, aut id genus aliud, cuius causâ, multæ nunc animæ ardentissimis gehennæ flammis iustissimè excruciantur, vt quæ infinitam Dei maiestatem grauissimè offendere ausæ fuerint.

I. Vni peccato lethali debetur gehenna.

PRIMVM igitur, cogitatione, ad imam damnatorum regionem animabus refertam descendam; inter quas, plurimas reperiam, quæ vel ob *vnicum* lethale crimen ardent, & torquentur; *hanc* propter periurium, *aliam* propter cogitationem aliquam obscœnam sponte admissam; *aliam* propter aliud cogitationis, locutionis, aut operis crimen. Deinde perpendam mecum, omnes illos, quos ad æterna illa supplicia damnatos video, homines fuisse similes mei: & nonnullos eorum Christianos, ijsdemque Sacramentis, & sacrificijs, concionibus, ac libris spiritualibus, quibus ego, vsos fuisse; & forsitan aliquamdiu sanctissimam, & integerrimam vitam duxisse; atque adeò cum Deo familiariter egisse: at verò postea sensim negligentius agentes, & in sui custodiam remissiùs inuigilantes, in peccatum *mortale* prolapsi, iustoque Dei iudicio, in eo mortui, ad sempiterna incendia adiudicati fuerunt. quia (vti S. Iacobus Apostolus ait) a *qui in vno offendit*, vnum videlicet mandatum transgrediens, *factus est omnium* pœnarum æternarum, pro ratione delicti: *reus* non secus ac si reliqua etiam præcepta violasset: Deum enim immensæ maiestatis; qui omnia seruari mandauit, offendit.

a Iac. 2. 10.

II.

SECVNDO, instituenda erit comparatio, huius *vnius* peccati cum *pluri-*

ues pœnas ſit exacturus de iniquo *ſeruo*, qui tanto rigore animaduertit in *filium* innocentiſsimum, & omnis culpæ expertem: Quæ omnia filius ipſe perpendi à nobis voluit, cum tremendam illam protulit ſententiam: a *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* quaſi mihi dicat; ſi tam grauiter, & acerbè, *ego* arbor viridis, & fructibus onuſta excipior; quàm rigidè *tu* arbor arida, & infœcunda tractaberis?

a *Luc.* 23. 31

Conſtituam itaque in conſpectu meo ipſum IESVM Chriſtum cruci affixum, atque diligenter contemplabor *caput* eius ſpinis coronatum, *os* Iudæorum conſputationibus execratis defædatum, *oculos* liuore obſcuratos, *brachia* luxata, *linguam* felle, & aceto amarulentam, *manus* & *pedes* clauis tranſuerberatos, *humeros* flagris conſciſſos; *latus* lancea apertum: mecumq; concludens, ipſum omnia hæc pro peccatis meis perpeſſum eſſe, varios ex imo pectore affectus eliciam: modò pertimeſcens ſeueritatem diuinæ *iuſtitiæ*, quæ (vt Zacharias Propheta inquit) b *frameam diſtrinxit, aduerſus virum* in perſona c *ſibi cohærētem*, modò *peccata* mea, quæ horum dolorum cauſa fuére, deflebo; modò memetipſum erigam, ad aliquid *tolerandum* in peccatorum meorum ſatisfactionem, pro quibus expiandis, Chriſtus Seruator tanta pertulit. Ac deniq; ad pedes eius prouolutus, veniam precabor, allegans, à parte mea eſſe vniuerſos labores eius: illumque amantiſsimis his verbis compellabo: O Redemptor dulciſsime, qui de cœlis deſcendiſti, crucemque hanc ſubiuiſti, vt hominem redimeres, eiuſque ſcelera tuis doloribus expiares, tuę maieſtatis conſpectui animo mœrenti me offero, ego, ego, ſceleribus meis grauiſsimis, acerbiſsimorum horum cruciatuum, cauſa extiti. Mihi Domine, qui reus fui, omnia hæc ſupplicia debebantur; non tibi, qui ſummè innocens, nullam vnquam vel leuiſsimam maculam contraxiſti. Veruntamen ille amor, qui tibi auctor fuit, vt crucem pro me tolleres, & conſcenderes, iſte quoque permoueat, vt omnium flagitiorum, quæ contra te admiſi, veniam mihi tribuas: per *ſpinas* tuas te obſecro, exime animam meam è ſpinis peccatorum meorum, per *flagella* tua, ignoſce furijs meis, per *fel*, & acetum, parce gulæ, & ebrietati meæ, per *clauos* manuum, & pedum tuorum, da veniam malis actionibus, & peruerſis greſsibus meis. O pater æterne, d *reſpice in faciem Chriſti* filij *tui*, & ſi quidem in eo ſcelera mea tantis cruciatibus puniuiſti, his placatus, conquieſcat ira tua, ſanguiniſque illius intuitu, quem ille pro me effudit, e *Proïcias in profundum maris omnia peccata mea*, Amen.

b *Zach* 13 7
c *Iſai.* 53. 5

Chriſti crucifixi viua imago.

Varia conſideratio

Oratio peccatoris ad Chriſtum Crucifixū

d *Pſ.* 83. 10.

e *Mich.* 7. 19.

Punctum hoc fuſius in quarta parte proſequemur.

MEDITATIO III.

DE PECCATORVM GRAVITATE, QVAE EX eorum multitudine, & repugnantia cum ratione, exoritur.

PVNCTVM I.

I

PRIMVM reuocabo in memoriam, peccatorum, quæ in anteacta vita mea commisi, *multitudinem*; quod vt commodiùs faciam, percurrendæ mihi erunt singulæ totius anteactæ vitæ meæ, *ætates*, *loca*, in quibus vixi, *officia*, & occupationes, quibus distractus fui: & diligenter aduertam, quid in quolibet peccato, ex illis quæ lethalia vocamus, admiserim; quid contra vnumquodque præceptorum Dei, & Ecclesiæ; contra leges, & regulas statûs atque officij mei deliquerim. Ad quod non parum proderit, nosse, quibus modis in singulis hisce peccetur, id quod in primis meditationis decimæoctauæ, & nouem sequentium punctis ostendemus. Hæc porrò peccatorum memoria, non debet esse arida, sed flebilis, atque ruboris, & pudoris plena; quem admodum illa Ezechiæ Regis, qui dicebat: a *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.*

Modus peccatorũ reminiscendi

cum Contritione

a *Isai.* 38. 15. a 4. *Reg.* 20. 3.

Posteaquam omnia delicta memoriâ repetiero, summa animi demissione, ea coram DEO in oratione confitebor, de omnibus, aut saltem grauioribus, me, sicut b *Daniel* accusabo; pectusq; meum identidem sicut *Publicanus* ille, tundens, dicam; Fateor Domine, superbia me, & animi elatione, coram te peccasse; vanè de me præsumendo, nimiam in verbis iactantiam ostentando, proximos meos contemnendo, atque aduersum te rebellando. Et in hunc modum, accusationem meam, vel circa omnia peccata mortalia, vel contra Decalogi præcepta prosequar.

b *Dan.* 9. 5. &c.

Confessio coram Deo

Hac peccatorum mihi cognitorum confessione peracta, persuasus, alia longè plura mihi incognita (quæ Regius vates c *occulta* nominat) superesse: quæ tamen Deo, qui d *me iudicaturus* & puniturus *est*, occulta minimè sint; hoc mihi magnæ solicitudinis, & afflictionis materiam suppeditabit.

c *Psal.* 18. 13

d 1. *Cor.* 4. 4

Hæc autem peccata, ex triplici ferè causa occulta fiunt, vel quod è *memoria* exciderint; vel quòd ob *subtilitatem* me fugiant, cuiusmodi sunt, superbiæ aliquæ internæ, temeraria iudicia, sinistræ intentiones, negligentiæ & omissiones; vel quod ex *ignorantia*, mœrore, aut circumuentione aliqua maligni Spiritûs, ita illa commiserim, vt gratum potiùs Domino obsequium, in eis me præstare existimarim.

Occulta peccata triplicia 1. Oblionis 2. Subtilitatis 3. Ignorantiæ

Componens igitur peccata mihi cognita, cũ incognitis, facilè credam; innumerabilem illa conficere multitudinem, ac e *super capillos capitis mei*

e *Psal.* 39. 13

multipli-

multiplicata esse; (vt Dauid ait) vel super *arenam maris*, vt Manasses Rex.

Quamobrem Dei patientiam obstupescam, qui me, in tantis sordibus iacentem, hactenus æquanimiter ad pœnitentiam expectauerit. Vnam enim alteramue iniuriam quisque, vt ita dicam, facilè sustinet; sed tantas, toties repetitas, tamque varias, adeoque protervè irrogatas, quis præter Deum sustinuisset? Verè, Domine DEVS meus, opus fuit infinita tua patientia, ad sustinendam, iniuriarum mearum infinitam multitudinem? Cùm itaque in me toleranda tanta longanimitate vsus es, hanc quoque gratiam prioribus beneficijs, adijce: omnium, inquam, scelerum meorum veniam mihi clementer indulge.

In orat. eius 2pa. in fine

Multitu peccato Patienti Dei

PVNCTVM II.

HINC gradum faciam, ad considerãdam horum peccatorum *grauitatem*, quæ ex ipsorum multitudine desumitur, atque hunc in finem, nonnullæ diuinarum literarum similitudines conducerent: si enim peccatum est instar a *lapidis molaris* aut, b *molæ asinariæ collo appensæ*, qua homo in imam inferni abyssum *demergitur*, cùm peccata mea, tot sint, quot *capilli* capitis mei, aut in littore maris *arenulæ*, proh quantum erit pondus ipsorum! quàm vehementi me c *impetu* illa *in mare*, & profundum inferni præcipitem agent! quis me cadentem retinere poterit, si DEVS me non retineat? Et sanè quid aliud sunt peccata tanta mea, quàm d *catena* ferrea innumeris annulis constans, tantæ longitudinis, vt ad infernum vsque pertingat, qua vinctum me cacodæmon totis viribus ad se, & pœnas sempiternas trahit. Si enim peccata Angelorum (vti Sanctus Petrus ait) e *rudentes* fuerunt, siue nautici funes, quibus è cœlo, in profundissimum inferni barathrum detracti sunt, quãto robustiores, ac valentiores erunt illi, quibus ego constringor, cũ ex innumeris ramalibus contexti ac fabrefacti sint?

a Luc. 17
b Matt. 1
Similitu nes
: Apocal 11.
d Isai. 58
Catena que ad i fernum
e 2. Pet. 2.

Circumdatur præterea anima mea hac peccatorum multitudine, non secus atque ingenti quodam, f *canum, leonum, taurorum, serpentium*, aliarumque ferocium, & venenatarum belluarum exercitu, quæ illam rugitibus, vlulatibus suis horrendis terrent, dentibus discerpunt, vnguibus dilaniant, & *apum* instar pungunt, aut instar *vermium* corrodunt, & admordent conscientiam. Denique ego sum seruus ille iniquissimus, g *decem millium talentorum*, domino meo ære obstrictus, est autem tam ingens debitum meum, vt etiamsi omnia quæ possideo, vnà cum vxore, prolibus ac memetipso venderem, ne minimam partem soluendo essem. Quid igitur facies anima mea, tanto peccatorum põdere oppressa? si exercitus immanium harum ferarum, CHRISTO præangustia sanguinem pro sudore expressit, qui fieri potest, vt tu præ animi dolore, & cruciatu, lachrymas sanguineas non profundas? O SALVATOR misef *Psal. 21. 17.*
g *Matt.* 18 24.
Debitum immensu

Oratio

ricordiſsime, propter acerbiſsimi doloris ſenſum, quem in horto Gethſemani, propter ſcelera mea ſponte ſuſcepiſti, te obteſtor, & obſecro, hoc mihi ſingularis gratiæ loco impertire, vt peccata mea tanta cum acerbitate doloris defleam, vt ab illis merear liberari.

Recidiua execrabilis

His omnibus, & illa accedit circumſtantia, quæ peccata mea maiorem in modum aggrauat, relapſum inquam in eadem, quæ mihi non ſemel ſed aliquoties à DEO dimiſſa fuêre: dum videlicet certamen quoddam cum DEO inſtituo, *me* peccante *illo* veniam tribuente; & me iterum ad eadem peccata, quaſi dimiſſa non fuiſſent, reuertente; hacque ratione imitante (vt ſapiens & Petrus Apoſtolus affirmat) h *canem ad vomitum ſuum reuertentem, ac* i *ſuem lotam ad volutabrum luti redeuntem.* Propter quod merear ab eo in perpetuum euomi, atque in putidiſsimam inferni cloacam, & olidiſsima fimeta mergi; manibuſque, & pedibus inſolubili nexu vinctis, carnificum infernalium tradi poteſtati; quemadmodum factum eſt ſeruo nequam & ingrato, k *decem millium talentorum* reo, & poſt debitum dimiſſum, ad Dominum offendendum redeunti. Nihilominus de interminata Dei patientia, & miſericordia certam ſpem habens, iterum ad eum in veritate, & corde contrito accedam, proſtratuſque ad pedes illius dicam ei: l *Patientiam habe in me Domine*, &, tua me gratia adiuuante, *vniuerſum* peccatorum meorum *debitum reddam tibi*: quod ſi hac etiam vice eorum veniam obtinuero, polliceor futurũ, vt deinceps ad illa non redeã.

h *Prou.* 26. 11.

i 2 *Pet.* 2. 22

Ingratitudo peccatoris

k *Matth.* 18. 32.

l *Matth.* 18. 26.

PVNCTVM III.

TERTIO conſideranda eſt horum peccatorum *deformitas*, vel ex eo quòd rationi naturali aduerſantur, etiamſi inferni pœnæ illis conſtitutæ non eſſent. Cùm enim homo ad ſimilitudinem Dei conditus ſit, per peccatum a *iumentis inſipientibus comparatus eſt, & ſimilis factus eſt illis*: aſſiduitate verò peccandi, mores beſtiales induit, & habitus vitioſos acquirit. Appetitiones in eo præualent rationi; & *caro* ſpiritui; quo fit, vt ancilla ei, qui iure Dominus eſt, imperet; & miſer ſpiritus, carnis ſuæ, atque inordinatarum appetitionum, aliarumq; plurimarum creaturarum, magno ſuo dedecore, mancipium fiat: Nam (vti Chriſtus ait) b *omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, & (S. Petrus Apoſtolus) c *à quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt*: & vt ſeruus victori ſubijcitur. Quare, ſi *ambitioſus* ſũ, honoris, & eorum omnium, qui illum mihi dare, vel auferre queunt, ſeruum me conſtituo: Si *auarus*, diuitijs inſeruio: Si *gula* deditus, voluptatũ mancipium exiſto: Si *luxurioſus*, ſenſualitatis, & eorum omnium, qui cor & libertatem mihi ademerunt, ſeruus ſum. Quæ autem hac maior poteſt eſſe vilitas, & turpitudo? Quæ ſeruitus grauior atque acerbior, quàm peccati, vitioſa conſuetudine frequentati? Hæc me promouere debent,

a *Pſal.* 48. 13.

Peccatum rationi contrariatur.

b. *Ioan.* 8. 34

c 2. *Pet.* 2. 18.

Peccati indigna ſeruitus.

ad in-

id ingentem ſcelerum meorum deteſtationem; atque incitare, vt toto animi conatu elaborem, quò à miſera hac ſeruitute abſoluar, & ſpiritus meus libertati ſuæ reſtituatur, egoque totus ad Creatoris, & Liberatoris mei ſeruitium redeam, eique me totum impendam: qui ſupplici prece mihi rogandus eſt, vt quandoquidem d *ſanguine ſuo precioſo* me redemit, quò hac ratione à duriſsima peccati tyrannide vindicaret, nouoque hoc titulo ſuum ſeruum conſtitueret; non patiatur me e *carni*, vitijs, ac diabolo, iuratiſsimo ipſius hoſti *deſeruire*.

d 1. *Pet.* 1. 19

e *Rom.* 8. 12. 13.

MEDITATIO IV.

GRAVITAS PECCATI, COLLIGITVR EX HOminis, qui Deum offendit, vilitate; & nihilo, *quod ex ſe ipſo habet*.

FINIS *meditationis huius eſt, cognoſcere grauitatem iniuriæ, DEO per peccatum illatæ, ex ſumma eius, qui illam infert,* vilitate: *nam quò vilior is eſt, qui offendit, eò maior eſt eius temeritas, & impudentia: dum ſupremum vniuerſitatis Monarcham abiectiſsimus vermis offendere audet.*

PVNCTVM I.

PRIMO conſiderandum mihi eſt, quid ſim quoad *corpus*, ponderando videlicet, originem meam eſſe a *ex limo terræ*: finem verò *puluerem*; b *carnem* meam eſſe *fœnum & florem agri*, ſubito marceſcentẽ, & vitam meam flatum venti, aut c *vaporem ad modicum parentem*; imò *vt vmbram fugere* ait Iob. & cùm adeò breuis ſit, ea tamẽ, (vt idẽ ait) d *repleta eſt multis miſerijs* varijſque neceſsitatibus, fame, ſiti, calore, frigore, doloribus, infirmitatibus, egeſtatibus, mortiſque periculis, vrgetur: nec vel vnum vitæ diem, quietis aut ſanitatis, certum atque ſecurum habet; adeò, vt meis duntaxat viribus, ex hiſce miſerijs emergere nequeam, niſi me Deus protectione, & prouidentiâ ſuâ, ab illis eripiat. quæ igitur maior inſania eſſe poteſt, quàm hominem, tot neceſsitatibus, & miſerijs ſubiectum, tantam ſibi audaciam aſſumere, vt vnicum ſuum liberatorem, & protectorem audeat offendere? Quæ maior amentia, quàm carnem, quæ cinis, & puluis eſt, *ſterquilinium* putidiſsimum; teterrimorum *vermium* examen, ipſa *putredo* tantum præſumere, vt ſummum illum Spiritum immenſæ maieſtatis, ante cuius conſpectum cœlorum poteſtates, & alij Spiritus beatiſsimi cõtremiſcunt, irritare, & nouis quotidie iniurijs, ad iracundiam prouocare audeat? e *Quid ſuperbis terra & cinis? f O teſta de Samijs terra?* O vas, cur *factori tuo contradicis*? O caro miſerabilis, ſi hominẽ, qui temporariam tibi vitã

a *Gen.* 2. 7.

b *Iſai.* 40. 6

c *Iac.* 4. 14.

d *Iob.* 14. 1. Vilitas, corporis humani.

e *Eccleſ.* 10. 9.

f *Iſa.* 45. 9.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

adimere,nec maius aliquod nocumentum adferre poteſt, tantopere pertimeſcis,cur DEVM qui ſempiterna te vita priuare, æterniſque gehennæ incendijs addicere valet,non metuis? Ad te igitur redi; &, vel propri j commodi intuitu,ceſſa eum,qui è tantis malis te vindicare poteſt,offendere.His Conſiderationibus,vehementer erubeſcam;& obſtupeſcam,me ad tantam mentis inopiam deueniſſe,ex qua in tantam audaciam, & impudentiam eruperim: ſimulque Dominum meum IESVM CHRISTVM ſupplex deprecabor, vt propter carnem ſuam ſanctiſsimam, inſolentiæ ignoſcat meæ carnis, eamque deinceps rationi ſubditam eſſe iubeat.

PVNCTVM II.

SECVNDO expendam, quid ſim quoad *animam*: de nihilo enim creatus,a *Subſtantia mea tanquam nihilum eſt ante Deum*, ideoque, nihil ex me valeo aut poſſum; imò iterum in nihilum redirem, niſi DEVS perpetuò me conſeruaret: ideo b *nihil ſine eo facere poſſum*. Deinde in peccatis conceptus ſum: ex quo magnam quoque ad peccandum propenſionem hæreditam. Quin etiam propter paſsionum,& appetitionum mearum immoderantiam, innumeris ignorantiæ, & errorum tenebris obuolutus iaceo: propter inimicorum viſibilium,& inuiſibilium,omni ex parte circumſtantium multitudinem, varijs, intus, extra tentationibus exagitor: quibus ob liberi arbitrij imbecillitatem,ſæpè conſenſi,& etiamnum cõſentio; multa quotidie ſcelera committens,quibus eò deuenio, vt minus etiam ſim,quam *nihilum*, *minus* enim eſt malum,reipſa non eſſe; quàm,cũ exiſtam, peccare:c *bonumque mihi fuiſſet, ſi natus non fuiſſem*, potiùs quàm vt ad æterna ſupplicia detrudar.

a *Pſal.* 38.6

b *Ioan.*15.6. Animæ vilitas

c *Matt.*26. 24.

Cùm porrò eiuſmodi ſim,multò tamen peius,id eſt,quod eſſe poſſum, ob nimiam mutabilitatem, & fragilitatem meam; quippè,quemadmodum ex filo globus deprehenditur, ita ego ex motionibus internis,quibus me ad innumera peccata, infidelitates,blaſphemias,iras,& libidines pellici ſentio,coniecturam facere poſſum,me omnibus hiſce peccatis obnoxium eſſe: atque adeò in illa facilè pro lapſurum, ſi manum ſuam Deus à me ſubtraheret: Imò & ex his,quæ omnes mundi peccatores perpetrant, & perpetrare poſſunt,conijcere valeo, quid egò facerem,meæ ſoli relictus libertati. Quia(vt S. Auguſtinus inquit) *nullum peccatum eſt, quod vnquam fecerit homo,quod non poſſit facere alter homo*. Idcirco ſtatuam, me, omnium, quæ in mundo ſunt peccatorum,fontem eſſe,& ſcaturiginem; nec abſimilem *cani* mortuo ac fætido, ſolo aſpectu intuentibus horrorem adferenti: aut *cadaueri* in ſepulchro vermibus ſcatenti, quod paulatim putreſcens,in puluerem redigitur.Propter quę memetipſum omnino depiciens, dignum etiam iudicabo, qui ab omnibus contemptui habear.

Vilior fatua ſibi relicta

S. *Aug. in Soliloq. cap.* 15.

Quod

Quod cum ita ſit, poteſt ne vlla inſania vlteriùs progredi, quàm vt ſciens volenſque, diuinã maieſtatẽ offenderim? Si enim ex me ipſo *nihil* ſum, vnde mihi hæc frons, & audacia; vt eum, qui eſt ipſummet *Eſſe*, audeam irritare? quo me, non ſolùm eſſe ipſo, quod habeo, indignum reddo; ſed infra ipſum nihilum me etiam abijcio: ſi tot miſerijs, quæ animæ meæ obuenire poſſunt, obnoxius ſum: cur eum, qui me tutari, & vindicare ab illis poteſt, placare, & propitium reddere, non laboro? O Deus animæ meæ reſpice illam, & quãdoquidem de *nihilo* eam eduxiſti; de nihilo, quod *peccatum* eſt, eam nunc extrahe tibique coniunge: vt per te *eſſe*, & vitam *gratiæ*, in præſenti obtinere; & in futuro beatam, ſempiternamque *gloriam* conſequi valeat. Amen.

III. Peccatoris inſania.

PVNCTVM. III

Cõparatio peccatoris cum Deo diſpar

TERTIO conſiderans, huius *eſſe*, & bonorum omnium, quæ habeo, exilitatem ſi ea cum DEO conferantur; procedensque gradatim, primùm perpendam, quid ſim omnium *hominum* comparatione; deinde quid hominum iuxta, & *Angelorum* collatione: tum quid omnes ſimul *creaturæ* ſint, ſi cum Deo conferantur. Audi Iſaiam: a *Omnes gentes, quaſi non ſint*; ſic ſunt coram eo, *& quaſi nihilũ & inane reputatæ ſunt ei*; & ſapientem: b *Tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt orbis terrarum: & tanquam gutta roris ante lucani, quæ deſcendit in terram.* Quid igitur ſolus ero, cum Deo collatus? quemadmodum *ſtella* in *ſolis* præſentia videri nequeunt, & ſunt quaſi non eſſent, ita *ego*, quantumuis grandibus, & eximijs bonis ornatus eſſẽ, in *Dei* præſentia ſum quaſi non eſſem; & multò minus, quàm ſi acarus, aut teredo cum vniuerſo terrarum orbe conferretur.

a Iſa 40.17

b Sap. 11.23

Scientia mea, virtus, potentia, diſcretio, fortitudo, venuſtas, & cætera bona omnia, quæ habeo, & habere poſſum, nihil ſunt eorum, quæ Deus habet, comparatione: Ac proinde non iniuria Chriſtus ait: c *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*, nemo etiam potens, nemo fortis, nemo pulcher, niſi Deus, qui ſolus eſt ipſa bonitas, ſapientia, & omnipotentia: in cuius comparatione bonitas, cæteræque perfectiones, nomen hoc haudquaquam merentur.

c Luc. 18.1

Impudẽti peccatori

Quæ igitur mens capere poteſt, homini tam *nihili* tantam ineſſe audaciam, vt Deum ſuum contemnere, illumque nouis indies ſceleribus offẽdere audeat? O amentiam meam! O me miſerum, qui ſum auſus talia! O Deus immenſe, in cuius comparatione ſum quaſi non eſſem, per infinitam *Eſſe* tui excellentiam, te rogo, & obſecro, vt omnia peccata mihi cõdones; mẽtẽq; meam cæleſti luce illumines, qua vilitatẽ, & infelicitatem, in quam propter ſcelera prolapſus ſum, cognoſcam: cõcede mihi,

vt mei p-

ne horrore *non poterunt*. cor verò adeò delicatum est, vt iniquitas ei nauseam pariat, ac b *tepidum* amantem *euomere incipiat ex ore suo*. Quæ igitur maior *cæcitas* esse potest, quàm, vitam meam intra Dei immensitatem ducentem, atque in diuinæ eius sapientiæ conspectu constitutum, sceleribus meis eidem iniuriam inferre? Quæ maior *impudētia* serui, quàm si domini voluntatem, & honorem in ipsius præsentia contemnerē? Quæ maior *temeritas*, quàm hoc agere contra eum Dominum, qui possit in illum promeritis animaduertere? O Domine, quomodo me hactenus iuxta te, atque in præsentia tua sustinuisti? cur non ingratum, & perfidiosum in nihilum redegisti? cur oculos tuos à me non auertisti? & in perpetuum à te non eiecisti & remouisti? Pœnitet me, Domine, ex toto corde, huius meæ impudentiæ, & temeritatis: ideoque firmiter statuo gratia tua mihi opitulante, nihil deinceps tuâ præsentiâ indignum designare.

b *Apoc.3.16*

Stulta peccatoris temeritas

TERTIO reuoluam mecum summam Dei OMNIPOTENTIAM, qua in omnibus est creaturis, *donans* illis esse, quod habent, & ad omnes illarum actiones vnà cum illis *concurrens*, vsqueadeo, vt, sine diuinæ omnipotentiæ concursu, non possint videre, audire, loqui, manum aut pedem mouere, intelligere, velle, aut aliud aliquid vel minimum agere. Ex quo efficitur, quoties peccatum aliquod perpetro, toties vti me omnipotentiâ diuinâ, ad cogitandum, dicendum, vel faciendum, quod ei est *ingratissimum*: cuius tamē tāta est bonitas, vt ne arbitrij mei libertatē impediat, cōcursum illum suum *mihi* nō deneget; neque ipsis *creaturis*, quibus ad eum offendendum abutor: concurrit enim cum *cibo*, vt palatum meum oblectet: etiamsi ego, sic comedendo, peccem; concurrit quoque cum creaturę *pulchritudine*, vt visum meum recreet: etiamsi ego, eam aspiciendo, peccem, quanta ergo est temeritas, quòd ego Deum ipsum, propriâ ipsius omnipotentiâ oppugnem? & auxilio, quod ipse mihi confert, vtar, ad id faciendum, quod in ipsius cedat iniuriam?

III. Dei omnipotentia

Peccator cogit Deū ad peccatū concurrere

O bonitas omnipotens, cur tam constanter, & liberaliter concursum tuum, tam malè eo vtenti subministras? Cur eadem potiùs omnipotentiâ abutentem non exterminas? Ignosce Domine huic meæ audaciæ, atque proteruiæ, quæ maior fuit quàm cōprehendere possim: cuius modò magis me pœnitet, quàm effari queam; multoque ampliori dolore tangi vellem, & optarem. O Deus immense, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas, multiplica super me misericordiam tuam, & miserere mei; atque sceleribus meis veniam tribuens, opitulare mihi, vt deinceps nunquam malè, infinita potentia tua, sed benè ad tuum duntaxat obsequium vtar.

Oratio.

Ecclesiæ in collecta.

Eodem modo possunt percurri, & expendi, attributa misericordiæ, Iustitiæ, Charitatis *Dei, atq; alia cōplura, de quibus in sequenti puncto, nōnulla mētio fiet.*

PVNCTVM II.

SECVNDO conſideranda ſunt mihi ſummatim innumera Dei *beneficia*, & qualem ſe ille præſtiterit erga me; ac viciſsim, quomodò ego me erga eum habuerim ; vt ex his ſimul collatis, euidenter appareat, iniuriæ grauitas in benefactorem infinitum.

I. Beneficia Creationis Conſeruationis Gubernationis

PRIMO igitur CREATIONIS, CONSERVATIONIS, & GVBERNATIONIS beneficia perpendam; quæ innumera bona, tum ad eſſe naturale corporis, & animæ pertinentia; tum ad ſupernaturale gratiæ non mediocriter conducentia, in ſe complectuntur. Ex qua conſideratione operam dabo, vt vehementem animi doloré concipiam, quòd meum *Creatorem*, ſine quo non exiſterem; *Conſeruatorem*, ſine quo durare minimè poſſem; *Gubernatorem*, ſine cuius prouidentia viuere non valerem, offenderim. Ad quod non parum proderit, ſi, quicquid Moyſes ad Iſraëliticum populum, peccata illorum ipſis exprobrans, dixit, expendero: illa præcipuè verba: *Haccine reddis Domino populo ſtulte, & inſipiens? Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui?*

a *Deut.* 32.

II Redemptionis

SECVNDO, reuoluam mecum beneficium REDEMPTIONIS, quod in ſe comprehendit æterni verbi incarnationem, & labores omnes atque cruciatus vitæ, paſsionis, ac mortis Ieſu Chriſti, Domini mei: quem intuebor, vt *Patrem*, *Paſtorem*, *Medicũ*, *Magiſtrum*, & *Saluatorem* meũ. Eũ igitur, cui omnibus hiſce titulis ac nominibus deuinctus ſum, ego peccando ſũma affeci iniuria! Ego (Apoſtolo teſte) b *crucifixi mihi ipſi filium Dei, & contemptui habui* Dominũ, & Liberatorem meum Ieſum Chriſtum: ego vnigenam Dei filium pedibus conculcaui, ſanguinem illius protriui, exẽpla contempſi, leges & præcepta vilipendi; ac demum ita vixi, atque ſi Redemptio hæc, non in mei gratiam fuiſſet in mundo perfecta. Quomodo igitur, anima mea, non tota in lachrymas reſolueris, quòd talem *Patrẽ*, *Magiſtrum*, *Paſtorrem* & *Redemptorem* offenderis? Quomodo præ doloris vehementia non finditur cor tuum, quòd eum ſceleribus tuis irritaueris, qui, vt ab illis te eximeret, mortem oppetere non recuſauit? O Redẽptor benigniſsime, pœnitet me ſupra modum, offenſæ contra te admiſſæ. Ignoſce, Domine, iniquitatibus meis, & ſangnine tuo ſcelerum meorum maculas elue: cuius virtute ſtatuo firmiter, tuâ me gratiâ adiuuante, ſordes haſce nunquam amplius repetiturum.

b *Heb.* 6. 6.

Peccatoris ingratitudo.

III Sanctificationis

TERTIO ponderabo mecum, eadem ratione beneficium SANCTIFICATIONIS, quod in ſe continet, *Baptiſmum* & reliqua nouæ legis *Sacramenta*, præſertim *Pœnitentiæ*, & SS. *Euchariſtiæ* nec non Spiritûs Sancti inſpirationes, & alia ſexcenta beneficia, manifeſta, & occulta,

quin

quin & futurorum beneficiorum in resurrectione, & glorificatione promissionem: quorum omnium me reum agnoscens, ingenti stupore admirabor, quòd tantis tamque eximiis beneficijs prouocatus, tam malè respondérim, & cũ Deo quasi certamen quoddam instituerim, illo me nouis semper beneficijs afficiente, & maiora indies dona mihi conferente; me verò nouis eum semper iniurijs irritante, & grauiora indies scelera aduersus eum multiplicante. Quamobrem, vnumquodque peccatum arbitrabor fuisse ingratitudinis quodam modò infinitæ: quod contra benefactorem infinitum, & infinita beneficia, ab eodem, infinito quodam amore, sine vllis meis meritis collata, fuerit admissum.

Impium certamen peccatoris cum Deo

Ingratitudo infinita

Ad exaggerandam autem adhuc magis scelerum meorum turpitudinẽ non erit abs re, nonnullas sacrarum literarum historias in memoriam reuocare. Prima est Ioseph i, cui impossibile videbatur, cum Domini sui (à quo tot beneficia acceperat) vxore, illicitum quid committere, dicés: a *quomodo possum hoc malum facere & peccare in Dominum meum*? Altera est Saulis, qui, cùm esset immanis *Dauidis* persecutor, referente Ionatha, obsequia ipsi à Dauide præstita, b *placatus voce Ionathæ iurauit: viuit Dominus quia non occidetur*, & iterũ, cùm idẽ Saul cognouisset, se facilè à Dauide perimi potuisse, sibi tamen ab eo parcitum esse, valde compunctus dixit: c *Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.*

Exempla I. Ioseph

a *Gen.* 39. 9

Saul

b 1. *Reg.* 19. 6.

c 1. *Reg.* 24. 18. 20.

O anima mea, quomodò peccare potes, contra Deum, & Dominum tuum, à quo *bona* omnia, quæ habes, acceperis? O Deus animæ meæ, multo *iustior* tu es, quàm ego: tu enim non cessas nouis me indies beneficijs cumulare; & ego te offendere non desisto. Tu, cùm possis mihi vitam, & id quod sum adimere, id non facis: egò, cùm vitâ te nequeam spoliare; voluntate tamẽ (quantũ in me est) id frequẽter facere tento. Tu Gigantis præcidisti caput, & serpentis contriuisti, vt me à sempiterna morte liberares; ego eidem vltrò, dum te offendo, me subijcio. Quis suo, cum possit hosti, vitam non aufert? tu verò, vt tuum hostem à morte redimeres, mortem subire voluisti. Condona mihi Domine, plus quàm belluinam hanc ingratitudinem, & copiosa gratia tua, auxilio mihi esto, ne iterum in horrendas hasce miserias corruam.

Colloquiũ resipiscentis

Punctum III.

Tertio, expendendũ mihi est, quid me ad peccandum impulerit: crescit enim proculdubio iniuriæ magnitudo, si *leui* de causa irrogetur. Quam igitur ob causam Deum meum offendi? Propter modicam, & fœdam carnis voluptatem, propter *honoris* punctulum, propter vile vnius *summi* lucellum, propter breuem propriæ voluntatis

Leuissimã rem peccator Deo præpi nit

gultulum;ac denique,propter res abiectiſsimas, inſtar *fumi* prætereuntes, quæ in Dei comparatione,ita ſunt,ac ſi non eſſent. Et propter huiuſmodi,a *Deum* viuentem *factis* meis *negaui*, atque ex illis idola, & falſos Deos mihi conſtitui,dum pluris eos,quàm Deum verum æſtimaui: adeoq; intra me b *Chriſtum crucifixi*,quò Barrabæ,id eſt peccati,vitam cõſeruarem. O Domine,quàm iuſtè cælis imperas; vt c *obſtupeſcant*; & *portis eius, vt deſolentur vehementer,propter duo mala,quæ fecit populus tuus*, quæque ego ſceleratus peccator,non ſemel ſed ſæpius admiſi! nimirum, quòd *dereliquerim te venam aquarum viuentium, & foderim mihi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* O laborem malè collocatum! O inſanam commutationem! derelinquere Deum infinitum, & fontem perpetuum immenſorum ac immortalium bonorum,pro deſiderijs bonorum temporalium ac periturorum,quæ ſimilia ſunt *ciſternis* diſsipatis, aquas continere non valentibus,ſed ſenſim in ſiccitatem abeuntibus.

a *Tit.* 1. 16.

b *Heb.* 6. 6.

c *Hier.* 2. 12.

Eſau 1 *Gen* 25. 33 *Heb.* 12. 16.

Anima mea, ſi vile tibi videtur factum d *Eſau*, qui *primogenita ſua, prolentis edulio vendidit*: multò ſanè vilius erit tuum, qui cœleſtem primogenituram, propter minimum huius vitæ commodum vendis: Ille enim primogenita vendidit, vt *vitam* ſeruaret; tu verò hanc primogenituram vendens,ſempiternam *mortem* incurris: Quemedmodum autem ille non inuenit locum *pœnitentiæ* ad venditionem illam reuocandam; ſic par fuiſſet, nec tibi pœnitentiæ locum concedi, cuius crimen multò grauius eſt, quam illius: ſed quoniam maior eſt diuina *miſericordia*, ad illam ſumma cum animi ſubmiſsione accedens; roga, vt malam hanc venditionẽ, quam peccando iniiſti, gratia ſua diſſoluat, atque reſcindat.

Venditio peccatoris iniqua

Denique in hac meditatione, & ſequentibus, animus mihi in eo potiſsimùm defigendus eſt, quòd ſit incredibilis amentiæ, ea credere, quæ Fide credo; vitam verò adeò ſceleratam agere, qualem ego ago: id eſt, credere, peccatum adeò magnum eſſe malum, vt i explicatum eſt: & tamen illud committere; credere Deum eſſe tam bonum & iuſtum, & illum tamen offendere. *& idem de reliquis.*

Fides peccatoris à vita diſſidet

Punctum IV.

Quarto, vehementi quodam & ſtuporis pleno affectu, in exclamationem prorumpam, admirans, quomodo *creaturæ* omnes hactenus me ſuſtinuerint, quarum ego conditorem, & benefactorem tam grauiter offenderim? Quomodo *Angeli*, diuinæ iuſtitiæ miniſtri, *gladios* ſuos *flammeos* contra me non exeruerint; ſed ab innumeris potiùs periculis me tutati fuerint, & hominis ſceleratiſsimi patrocinium ac tutelam ſuſceperint? Quomodo *Sol*, Luna, & ſtellæ, luce ſua me illumina-

Creaturæ Angeli *Gen.* 3. 24.

iidera

uerint

uerint,& influxibus ſuis conſeruauerint? Quomodo *elementa*, volucres cæli, piſces maris,cæteraque animantia, & naſcentia terræ ad mei ſuſtentationem iuuerint? Confiteor Domine,indignum me eſſe *pane*,quem comedo;*aqua*,quam bibo;*aere* quo reſpiro:imò nec dignum eſſe, qui *oculos* meos ad *cælum* leuem,quin potiùs id mereri,vt *fulmina* inde vibrent,quæ inſtar *Sodomæ*, *& Gomorrhæ* in *cinerem* me redigant: vel,vt *terra* dehiſcens me viuum,inſtar *Dathanis*,& *Abyronis* abſorbeat:vel certè,vt nouæ ad enormia ſcelera mea caſtiganda *gehennæ* excogitentur.

Elementa

Panis
Aqua
Aer

Et quoniam ad me refrænandum,bonitas,ſapientia,immenſitas,omnipotentia,liberalitas,beneficentia, & charitas tua tantum non valuerunt, æquum eſſet,vt *iuſtitiæ iniurias*,diuinis hiſce perfectionibus, & ſummis beneficijs illatas,vlciſceretur; vniuerſiſque creaturis eandem conferret facultatem,quam in nouiſsimo iudicij die illis datura eſt,a *quando armabit creaturam ad vltionem inimicorum* vt eędem inquam, vindictam de me ob iniurias earum Creatori,& ipſiſmet irrogatas, ſumerent; quæ veluti inſtrumenta ad DEVM offendendum à me adhibita fuerunt.Qua propter,mi Deus,& Creator,te ſupplex rogo & obteſtor,vt quoniam miſericordiæ tuæ placuit, me ad pœnitentiam adeò longanimiter expectare, prioribus beneficijs,& hoc quoque adijcias,vt omnium ſcelerum veniam tribuere mihi digneris. Amen.

Fulmina
Terra
Gehenna
in peccatorem inſurgere debent.

a *Sap.5.18.*

MEDITATIO VI.

PECCATI GRAVITAS EX SVPPLICIIS TEMporalibus & æternis, *quibus illud caſtigatur, cognoſcitur.*

PVNCTVM I.

PRIMVM conſideretur lethalis peccati grauitas,conijciendo oculos ad omnes vitæ præſentis pœnas, & miſerias,quarũ illud eſt cauſa,quod Deus iuſtiſsimè eiuſmodi flagellis tẽporalib. ſubiecit. Cuius rei probationẽ exhibẽt omnia bona tũ extrinſeca, quæ *fortunæ* appellamus; tùm ea,quæ ad *corpus* pertinent;omnia enim illa, *peccati* cauſá deſtrui,&peſſundari,inueniemus:nã *in primis* opes, diuitias, & reliquam temporalem ſubſtantiam deſtruit peccatum,quas Deus peccatoribus,malè eis vtentibus, ademit;ſic enim AEgyptum pretioſa Monilium ſupellectili, Iebuſæos verò & Chananæos eorum regionibus priuauit.

1
Peccatum priuat bonis fortunæ.
Aegyptii
Iebuſæi

SECVNDO, deſtruit honorem; etenim qui Deo,& proximis, quantũ in ſe eſt, honorem dimit ipſe quoque honorem ſuum meretur amittere.

2
Honore

Digitized by Google

Nã propterea a *sũmus Sacerdos Heli*, & filij eius honoris ſacerdotalis ſimul cũ vita iacturã fecerũt, dicente illis Deo: a *Qui me contemnunt, erũt ignobiles.*

Heli a 1. *Reg.* 2. 30

TERTIÒ, deſtruit ſceptrum & *imperium*: ſic, propter inobedientiæ crimen, Deus b *Sauli regnum* quod illi primò in Iſrael dederat, *abſtulit*. Et c Nabuchodonoſor, propter ſummam animi elationem ſuum etiam perdidit, atque ſeptem annis, beſtiarum more, vitam duxit: *pracidente Deo arborem illam viſu pulcherrimam*; eo quòd peccata illius non paterentur firmam conſiſtere. Iuſta autem Dei animaduerſione id accidit: quoniam æquitatis lex poſtulat, vt non dominetur in terris, nec vllo ſingulari honore præfulgeat, qui ſummo cœli ac terræ Monarchæ ſubditus eſſe renuit; neque cæteris hominibus ſuperemineat, qui per peccatum ſe beſtijs ſimilem facit.

Regno b 1. *Reg.* 13. 14 & *c.* 15. 23 c *Dan.* 4. 30 Saul Nabuchodonoſor

QVARTÒ, deſtruit *ſanitatem*: caſtigante Deo peccatores multis ac varijs infirmitatibus, & plagis adeò, d *vt à planta pedis vſq; ad verticem capitis nulla ſit in eis ſanitas*: Non enim meretur habere ſanitatem, qui totam eam in illius, à quo donata eſt, offenſionem impendit: & qui animam gaudet habere infirmam, cùm in promptu ſit medela, qua illam ſanitati poſsit reſtituere: dignus eſt, qui corpore quoq; ſit adeò infirmo, & ſaucio, vt nullis remedijs curari valeat; inſtar illius e *paralytici, qui triginta & octo annis ad probaticam piſcinam* (in qua cæteri ſanitatem adipiſcebantur) *ſanari* nequiuit.

4. Sanitate d *Iſai.* 1. 6. Paralyticus e *Ioan.* 5. 5. 14. 5.

QVINTÒ, tollit ab homine gaudium, & *voluptatem*, illumq; lethiferâ complet *triſtitiâ*, quæ exiccat oſſa, & vitam morte acerbiorem efficit. Quemadmodum accidit ciuitati, quæ mœrens dicebat: f *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio*; Et ſcelerato illi Antiocho Regi, qui ait: g *In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum; qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea.*

Gaudio Ieruſalem f *Thren.* 3. 1 g 1 *Mach.* 6 11. 2. *Mach.* 5 & *c.* 9. Antiochus 6.

SEXTÒ, adimit *vitam*, & infœliciſsimæ necis eſt cauſa. Etenim propter ſcelera Pharaonis, & AEgyptiorum, h *Angelus Domini vna nocte omnia illorum primogenita interemit*: & alio die, i *reuerſæ aqua maris rubri operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis.* Alius quoque k *Angelus in caſtris Sennacherib, centum octoginta quinque hominum millia percuſſit.* Iſraelitę præterea innumeri in deſerto, propter murmurationes, varijs mortis generibus interierunt.

Vita h *Exod.* 11. 5. *c.* 12. 29 i *c.* 14. 28. AEgyptij k 4. *Reg.* 19. 35. *Iſai* 37. 35. l *Num.* 11. 33 & *c.* 16. 49. Sennach. Iſraelitæ m 2. *Reg.* 24. 15.

SEPTIMÒ denique peccatum eſt cauſa *trium* illorum terribilium malorum, quæ Dauidi propoſita fuerunt, vt m *vnum eorum* in vltionem peccati admiſsi, *deligeret*: nimirũ, *famis, belli, & peſtilentiæ*; quibus flagellis innumera hominum multitudo ſumma cum miſeria, & rabie perire ſolet. Ex peccatis quoque proueniunt *terræ* motus, *maris* tempeſtates, *aquæ* diluuia, *ignes*, fulmina, grandines, tonitrua, aliaque his ſimilia: quia cùm pec-

7. Peſtem. Famem, Bellum Mala omnia adfert

catum

catum ſit vniuerſalis conditoris iniuria, omnes creaturæ velut inſtrumenta in vltionem ſui creatoris conſpirant. Hæc omnia mihimetipſi applicans, & miſerias, quas in me experior, cernens, intelligam, eas mihi iuſtiſsimè ob ſcelera mea irrogari; & certa experientia cognoſcam (vti Hieremias Propheta inquit) a *quia malum & amarum eſt, dereliquiſſe me Dominum Deum meum, & non eſſe timorem eius apud me.* Quamobrem ex horrore quo pœnas haſce temporales refugio, deteſtationem culpæ concipiam; dicamque animæ meæ: Si *miſerias* & ærumnas præſentis vitæ adeò pertimeſcis; cur iniquitatem, quæ cauſa illarum eſt, non magis reformidas? Si paupertatem, & ignominiam horres; cur peccatum, à quo illæ exiſtunt, & proficiſcuntur, non deteſtaris? Si *ægritudinem* corporis fugis; cur animæ infirmitatem non magis refugis? cùm illa in temporaneam mortem, hæc verò in ſempiternam deſinat? O Deus æterne, ſuperna, quæſo, luce cor meum illumina, vt ex formidine pœnæ corporis, diſcam timere culpam, & miſerias animæ. a *Hier. 2. 19.*

PVNCTVM II.

SEcundò cogitabo, peccatum eſſe malum, prædictis omnibus malis temporalibus, incomparabiliter maius, vſque adeò, vt nec illis omnibus ſimul, pars minima pœnæ, quæ vel vnico tantum mortali peccato debetur, perſolui queat, cuius rei nonnullas SS. Patrum rationes claras mecum expendam. EARVM *prima* ſit: quia mala omnia recenſita priuant bonis *creatis*, quæ certis limitibus ac terminis bonitatis circumſcripta ſunt: at peccatum ſpoliat bono *infinito*, Deo videlicet. Et quemadmodum a *ſolus Deus*, per excellentiam *bonus* appellatur, quoniam cæteræ res conditæ, quamuis aliqua bonitate præditæ ſint, ſi cum Deo conferantur, ſunt quaſi non eſſent: ita quoque peccatum, abſolutè *malum* nominari poteſt; quia malitia reliquarum miſeriarum, ſi cum peccato componatur eſt quaſi non eſſet: nec omnes illæ miſeriæ ſimul iunctæ efficere poſſunt, vt *malus* denominer, ſi peccatum deſit: cum è contrario ſolum peccatum, hanc mihi appellationem poſsit imponere; etiamſi cæteræ omnes miſeriæ abſint. Hinc fit vt tametſi omnes calamitates præſentis vitæ, paupertas, dedecus, morbus, dolores, triſtitiæ, perſecutio, cum omnibus tormentis, quæ SS. martyres perpeſsi ſunt, ſimul me premerent; non tamen adæquarent *miſeriam* vel vnius peccati mortalis: ideoque alacri, & gaudenti animo potiùs hæc omnia perferam, quàm vnum crimen lethiferum admittam, exemplo commotus inſignis illius martyris in lib. Machabæorum, qui ſatellitibus accerrima ſupplicia minitantibus; niſi mandatũ vnum diuinæ legis, vt ipſi volebãt, tranſgrederetur, reſpondit: b *Præmitti ſe velle in infernum*: quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, malle ſe ſummis cruciatibus & contumelijs mactari, in fruſta concidi, & mille ſub terram ſtadijs deijci, quam huiuſmodi ſcelus committere.

1 *D. Thom. 1. q. 48. art. 6. a Luc. 18. 19 Peccatum priuat bono infinito D Dionyſ. cap. 4. de diuinis nominib.*

Peccat m ſolum malum. Peccatot ſolus malus & miſer.

Eleazaro Martyre ſigna vox i 2. Mach. 6 23.

O Marty-

O Martyres glorioſiſsimi, qui vos ad immaniſsima quæuis tormenta & mortem ipſam obeundam, quam promptiſsimos obtuliſtis potiùs, quã lethale aliquod crimen, vel ad momentum admitteretis: vos ego ſupplex oro, vt talem mihi à ſummo, & ſempiterno Rege precibus charitatem, ac fortitudinem impetretis, vt peccati deuitandi cauſa, quamcunque pœnã paruiſaciam.

II. Deus author omnis pœnę

Ad prædictorum confirmationem, & illud facit, quod malum *culpæ* vſque adeò excedat *pœnæ* malum, vt Deus, quamuis ſit infinitè bonus, poſsit auctor eſſe, & cauſa cuiuſuis *pœnæ*, imò iuxta illud Amos Prophetæ: e *Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit*: omnium huiuſmodi malorum author eſt Deus; quia illa nec ipſum efficiunt malum, nec eius bonitati aduerſantur; at *culpæ* etiam minimæ, nullo pacto author, aut cauſa eſſe poteſt, eò quòd illa, bonitati eius aduerſentur, quæ vt Abacuc propheta teſtatur, d *reſpicere ad iniquitatem non poterit*, approbando videlicet eam, vel ſibi in ea placendo.

e *Amos 3.6.* Nullius culpæ.

d *Abac. 1.13*

EADEM ex cauſſa, cum Deus humanam carnem indueret, potuit in ſe omnia mala *pœnæ*: quæ in mundo erant, aſſumere; at vt in illum vel minima *culpa* caderet, fieri omnino non poterat. imo citius CHRISTVS Dominus præter omnia tormenta, & contumelias, quas paſſus eſt, ad multo etiam maiores, & acerbiores, ſi fuiſſet neceſſarium, ſeſe obtuliſſet, quam vel minimũ aliquod *peccatũ* admiſiſſet. Cuius vt ego veſtigijs inhæream, idẽ faciendum ſtatuam, vehementer dolens, quod ſecus hactenus fecerim.

D *Tho. 3. p. q. 14. & 15.* Chriſtus maximas pœnas aſsũpſit, nullam culpam.

O Deus puriſsime, qui, cùm ab omni culpa, & pœna liber atque immunis eſſes, noſtram naturam aſſumere, pœniſque noſtris te ſubijcere voluiſti, vt manifeſtum faceres, quanto odio, & horrore *culpam* proſequereris: in præſenti vita *pœnis* & cruciatibus me affligere, dummodo à culpa liberes in æternum.

III. S. *Thom. 2. p. q 48. art. 6. in. Sed. contra.* Mala pœnæ ſunt medicina peccati. Ergo minora mala.

HINC deducitur *tertia* ratio, quæ grauitatem culpæ multo euidentius declarat: nimirum quod Deus infinitâ ſapientiâ ſuâ, præſentis vitæ *mala* ordinet, ad medicinã peccati. Cùm autẽ nullus medicus, qui alicuius prudentiæ ſit, magnum aliquod malum faciat, in minoris mali curationem: manifeſtum hinc ſumitur iudicium, omnes, haſce miſerias minores ac leuiores eſſe quam *peccatum*. Ac propterea pijſsimus Saluator ac medicus noſter IESVS Chriſtus voluit immania *ſupplicia* in paſsione, & morte ſubire, vt nos à *criminibus* noſtris eriperet. Quæ nihilominus tormenta, quanquam multo acerbiora extitiſſent, ſceleribus tamen noſtris paria non eſſent, neque ad eorum curationem & ſatisfactionem *ſufficerent* niſi perſona patiens, infinitæ dignitatis eſſet, ac ſanctimoniæ.

Odium culpæ.

EX quo tum *odium* maximum, & horrorem, tam grauis morbi concipiam, cui

piam,cui curando,adeò acerba ſint Pharmaca & antidota neceſſaria; tum magnam ſolidamque in meis aduerſitatibus tolerantiam habere ſtudebo:apud me ſtatuens,eas,etſi acerbiſsimę eſſent, incomparabiliter tamen iniquitatibus meis eſſe mitiores. & ideò potiori adhuc iure,quàm S. Iob, dicam: e *Peccaui & verè deliqui; & , vt eram dignus , non recepi.* O cœleſtis medice, qui plagarum mearum grauitatem probè cognitam, & perſpectam habes,*hic vre,hic ſeca*,dummodo reddas me ſanitati.

Tolerantia pœnæ e *Iob. 33. 27.*

PVNCTVM III.

1. Peccato debetur infinita pœna

TErtiò, cognoſcitur peccati grauitas,cum ad pœnas æternas comparatur. *Primùm* enim tantum illud eſt malum,vt, poſteaquam omnium malorum præſentis vitæ quæ paulò ante ſunt enumerata, cauſa fuit; ac ſi nihil illa eſſent; ſempiterna quoq; futuræ vitæ mala perinde infert:quia Deus peccatori in ſceleribus ſuis perſeueranti , ita etiam illa infligit,atque ſi nulla in eum animaduerſione in hac vita vſus fuiſſet,adeò vt nec *decem Aegypti plagæ*,nec *ignis*,qui ignominioſam *Pentapolim* exuſsit, nec *flagella* infælicis *Hieroſolymæ*; nec pœnæ,& calamitates , quas peccatores Deo rebelles in hac vita patiuntur , ad rationes , & computum acceptentur; aut quicquam momenti allaturæ ſint ad alleuiationem tormentorum inferni:quæ potius eadem intenſione infligentur , atq; ſi nihil vnquam in hac vita ſuſtinuiſſent.

Hinc omnis pœna finita nil tollit ex debito peccati

Hinc eſt,quod Propheta Nahum negligens,& paruipendens huius vitæ caſtigationes dicit,a *non conſurget duplex tribulatio*.tum quòd caſtigationes iſtæ cenſentur quaſi non eſſent ; tum quod (vti S. Gregorius ait) æternorum tormentorum ſint quaſi *principium*.

a *Nahum.1. 9.*

Lib. 13. moral. cap. 13.

SECVNDÒ, perpendam iuſtiſsimæ huius ſeueritatis rationem. Nam peccatum,cùm ſit iniuria quędam *infinita*, eo, quo ſuperius declaratũ eſt, modo , omnes verò vitæ præſentis pœnæ ſint *finitæ*, non eſſet inter pœnam,& culpam æqua proportio, niſi aliæ ſuccedant pœnæ , quæ aliquam ſibi coniunctam habeant infinitatem, cui iuſmodi ſunt illæ *inferni*, ex duplici capite:tum quòd *æternæ*,nec vllum durationis finem habituræ ſint; tum quòd bono *infinito* priuent,*viſione* videlicet *Dei*. Vnde S.Auguſtinus quamuis peccatoribus,inquit, *iudicium* vniuerſale in mundi termino ſubeundum non foret : quanquam per omnem æternitatem in ſumma delitiarum huius mundi affluentia ſine vlla pœnæ alicuius formidine , victuri eſſent: attamen ob hoc ſolum,quòd à fœliciſsimo *Dei* conſpectu æternùm ſeparentur,amariſsimè illis flendũ eſſet:neq; enim vllã huic parẽ pœnã vel animo cõprehendere poteſt,qui ex viuę fidei lumine nouit qu'd ſit Deus: Sed *quoniam hæc amantibus duntaxat pœna eſt ; non contemnentibus;*

II. Proportio inter pœnã & culpam

In illud Pſ. 49. Ignis in conſpectu eius

Infernus infinitus 1. quia pœnæ eius infinitæ 2. quia priuat infinito bono.

DEO. quæ ſumma eſt pœna Inferni ignis ardentiſsimus

pauciſsimi verò in hac vita illam ſentiunt, alia quoque illis pœna, quam omnes ſentiant, & qua vehementiſsimè crucientur, conſtituta eſt: ardentiſsimi videlicet gehēnæ *ignis*, in cuius comparatione, pœnæ huius vitæ *leuiſsimæ* ſunt, atque ſi pœnæ non eſſent. Quomodo igitur non contremiſcā, in peccatis meis obſtinatus hærere: qui hoc ipſo mereor, vt duplex in me conſurgat tribulatio. & b *duplici contritione me conterat* DEVS, temporalis enim caſtigatio veſtigium quoddam, ſiue principium eſt ſupplicio-rum æternorum. O DEVS immenſe, libera me ab hac rebellione & obſtinatione; ne tantam ſubeam miſeriam.

b *Hier.17. 18.*

PVNCTVM IV.

Peccatum peius Inferno

POSTREMO, conſiderabo *ſummum*, quod veriſimè de peccato dici poteſt: nimirum, cùm tam ſint immania mala ſolius pœnæ, quæ damnati ſuſtinent in inferno: peccatū tamen omnibus illis in comparabiliter maius *malum* eſſe; vſque adeò, vt ſiquis inferni tormenta ſine peccato pateretur, alius verò vnum dūtaxat *lethale* peccatum admitteret, hic multis partibus peior illo & miſerior exiſtimandus eſſet. Et, ſi vno in latere omnia inferni ſupplicia ſine culpa aliqua conſtituerentur: in altero autem vnicum duntaxat mortiferum crimen, mihiſque vnum è duobus his eligendum foret, citius ego (ait Sanctus Anſelmus) in inferni tormenta me proijcerem, quàm vel vnum lethale peccatum admitterem: Et potiùs cum Sancto Eleazaro dicerē: *Præmitti me velle in infernum* ſine peccato, quàm in viuis manere cum illo: eò quòd a *mors* culpæ (vt ſapiens ait) ſit *mors nequiſsima, & vtilis potius inferus quam illa*. O Deus immenſe, veriſsimam hanc ſententiam quam altiſsimè cordi meo imprime, vt multò vehementiùs *peccatum* quàm *infernum* extimeſcam: quia reuera, non eſt peior infernus, quàm viuere in peccato.

Lib. de ſimilitud. cap. 100.

S. Bern. ſer. 55. in Cant.

a *Eccl.28. 25.*

Anima mea, ſumma acerbitate plange ſcelera tua, non modò, quia illis infernum commerueris; ſed multò magis, quod grande malum contra Deum perpetraueris. Deſine à peccatis, b *ne* forſitan Deus *percutiat te plaga inimici, caſtigatione crudeli*, permittens te in ſceleribus tuis indurari, vt poſtea æternis ſupplicijs in te animaduertat.

b *Hier.30. 14.*

Poſito per im oſsibile Infernus eligendus præ peccato

Quoad vltimam hanc exaggerationem, aduertendum eſt, non idcirco eam adiectam eſſe, quod neceſſarium ſit, hanc fieri comparationem: cū nullus vnquam, inferni ſupplicia ſubiturus ſit ſine peccato: nec eiuſmodi caſus euenire poſsit, vt pro peccato vitando infernus ſit eligendus: verùm vt euidentius liqueat, quam ingens malum ſit peccatum, & quàm dignū, quod maiori in horrore, & odio habeatur, quàm ipſe infernus. Propterea S. Ambroſius, nullam, ait, pœnam eſſe grauiorem

Lib. 3 officior. c. cap. 4. &

vulnere

vulnere conſcientiæ: nec vllum ſeuerius iudicium, quam domeſticum illud, quo quiſque ſeipſum iudicat eſſe reum. Etiamſi (inquit idem S.) iuſto annulus Gygis daretur, cuius beneficio latere poſſet, cum delinqueret non tamen peccatum admitteret: quia non formidine pœnæ, ſed horrore peccati, & amore virtutis illud declinat.

ōſcientiæ vermis

Quæ in hac meditatione generatim dicta ſunt, apertiora fient ex ijs quæ in ſequentibus; de quatuor hominis nouiſſimis; & particularibus, quæ ſeptē capitalibus peccatis reſpondent, animaduerſionibus, dicentur.

MEDITATIONES

De hominis Nouiſsimis *ad Excitandum peccati odium.*

MEDITATIONES *de hominis* Nouiſsimis *quæ ſunt* MORS, & SEPVLTVRA; IVDICIVM particulare & vniuerſale: INFERNVS, PVRGATORIVM; & GLORIA cæleſtis: *efficaciſſima ſunt ad promouendas hominum mentes, ad* peccati *deteſtationem, & firmum animi propoſitum concipiendum illud totis viribus fugiendi. Nam propterea inquit Eccleſiaſticus.* a Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. *Moyſes quoque his verbis Iſraeliticum populum affatur.* b Vtinam ſaperēt & intelligerent, ac NOVISSIMA prouiderent: *quibus indicat veram* ſapientiam, intelligentiam, & prouidentiam *noſtram, conſiſtere in meditatione, ac ruminatione diligenti earū rerum, quæ in* fine *vitæ nobis euenturæ ſunt: ſic eas præueniendo, vt ne imparatos opprimant. Nominatim verò,* MORTIS *meditatio eam vim habet, vti quotidiana docet experientia, ac propterea omnes, in quacunque trium viarum,* PVRGATIVA, ILLVMINATIVA, & VNITIVA *verſentur, vtiliſsimè ſeſe in ea exercebunt, diuerſo licet fine.* TYRONES, *ad* peccatorum *ſuorum purgationem, priuſquam mors illos occupet, & imprudentes è medio tollat;* PROFICIENTES, *vt totis viribus* virtutum *acquiſitioni inſtent: ſtatuentes ſecum,* tempus *merendi eſſe* breuiſsimum, *& illud velociſsimè præcidere;* PERFECTI, *vt res omnes cōditas perfectè atque ex animo* contemnant, *ingentiq; deſiderio* Creatori *ſuo per* amorem *coniungi atque vniri ſatagant: Quamobrem, etſi tradimus conſiderationes quæ omnibus vniuerſim conducant; ſed eas maximè, quæ conferunt ad Purgatiuam, de qua nunc agimus.*

a Eccl 7 40
b Deut. 32 29.

Meditatio MORTIS pro Tyronibus Proficientibus Perfectis

MEDITATIO VII.
DE PROPRIETATIBVS mortis.

IN *hac meditatione, nonnullas* MORTIS proprietates *proponemus* fineſque, *quos in illis Deus, noſtræ vtilitatis causâ potiſſimùm ſpectauit: quas ad tria præcipua capita reducemus.*

PVNCTVM I.

PRIMA igitur MORTIS *proprietas* eſt, quòd ſit a *certiſſima*, ita vt nullus omninò, tempore à Deo præſtituto, eam poſsit euadere.

Mors certiſſima

a *Heb.9.27*

CIRCA quod *primò* mihi expendendum erit: Deum iam inde ab æterno b *menſuratos* apud ſe *habere annos vitæ* vniuſcuiuſque hominis; imò menſem, diem, & horam, in qua quiſque moriturus ſit, in notato habere, *qui* (vti S. Iob ait) c *præteriri non poterunt*; nec Regum aut ſummorum huius mundi Monarcharum aliquis ſibi vel alteri, vel vnicum vitę momentum poteſt adijcere, ad id, quod Deus decreuit. Ac proinde, ſicut in hanc lucem ingreſſus ſum, die & hora, qua Deo placuit, nõ ante: ita lucem quoque hanc deſeram die, & hora, qua Deo viſum fuerit, non poſtea: vt hinc intelligam, me omnem diem, quo viuo, ex gratia ab eo accipere, ſicut eos quibus vixi, eadem gratia accepi: cùm Deus ſpatia vitæ meæ potuerit abbreuiare atq; præſcribere, quemadmodum alijs fecit, qui vel in vtero matris, vel in pueritia viuere deſierũt. Igitur cũ vita mea à Deo tota dependeat, iuſtum eſt, me vniuerſum illius tempus, in eius ſeruitiũ, qui illam mihi impertitur, impendere; ac pro ſumma ingratitudine reputare, vel vnicum illius momentum, in eius offenſione conſumere.

b *Pſal. 38 6.*

c *Iob.14.5.*

Hora mortis certa iã tum

Merito ei viuo à quo omnem viam habeo

SECVNDÒ, recolam, Deum hoc ſuo decreto, nonnullis hominibus, dies, quibus ſupra terram, iuxta naturalem ſuam complexionem viuere poterant, abbreuiare, vel producere, propter ſecretos ſuauiſsimæ ſuæ prouidentiæ fines. Nonnullis enim propter ſuas, vel aliorũ Sanctorum orationes dies vitæ prorogat: quemadmodum fecit d *Ezechiæ Regi*, cui, *quindecim annos vitæ adiecit*, eò quòd magna cum inſtantia, & lachrymis id poſtulaſſet: idem quoque accidit in defunctis, miraculosè ad ſanctorum preces reſuſcitatis. ALIIS vitam abbreuiat vel ad ipſorum ſalutem, dum (vt ait Sapiens) b *rapit illos* in infantia, *ne malitia mutaret intellectum illorum, aut fictio deciperet animas eorum*: vel è contrario in pœnam grauium ſcelerum, præcidẽdo eorum greſſus, ne grauiora alia prioribus adijciãt. Nam idcircò Dauid de talibus ait: c *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.*

4. *Reg.* 20.

Sap. 4. 11.

*Pſa.*54.24

Non-

Nonnunquam vitam aliquibus breuiat, in leuioris alicuius crimi-nis punitionem: quemadmodum euenit *d* Prophetæ illi, qui alterius astutia circumuentus, manducauit in loco, in quo Deus illi cibum sumere prohibuerat.

d 3. Reg. 13. 14.

Ex quibus omnibus eliciam firmum propositum, ita deinceps vitam meam instituendi; vt Deus propter peccata mea illam non abbreuiet, rogans illum cùm Dauide: *e Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, accelerata morte: memento, annos tuos æternos esse; ideoque meorum; qui pauci sunt, commiseratione tangere.

e Psal. 101. 25.

PVNCTVM II.

SECVNDA MORTIS proprietas est, eam, quoad diem, locum, & modum, esse omnibus hominibus incertissimam, solique Deo manifestam.

I. Incerta Hora Locus Genus Mortis. & si semper Repentina

CIRCA *quòd primo*, mecum expendam, neminem scire posse diem & horam, qua sibi sit moriendum; neque locum aut occasionem, qua mors ipsum occupabit; nec mortis *genus*, quo sit ex hac vita tollendus, naturaline (præuia nimirum infirmitate, quamuis incerto morbi genere) an verò violenta; vt igne, aquâ, hominum aut ferarum violentiâ; an fulmine de cœlo, tegulâ fortituto è tecto delapsa; an demum alio mortis violentæ genere necandus sit. Hoc tantùm nouit quisque, mortem siue infirmitatē extremam, illiusque occasionem, repentè venturam, hominemque imprudentem, ac de a *illa minimè* omnium *cogitantem*, adorituram, more b *latronis*, qui nocturnis horis furtim in ędes irrumpit, vt nos spoliet; & quicquid precioſi repererit, auferat. c *Dies enim Domini* (dicente Paulo Apostolo) *sicut fur in nocte, ita veniet.* vt domos corporum nostrorum conscendat, indeque omnium quod habemus pretiosissimum, id est, animam, abstrahat, iudiciumque de ea faciat.

a Matt. 24. 42. 44.
b Luc. 12. 40
c 1. Thes. 5. Apoc. 16. 15.

II Incertitudo Vigilantiā requirit

Secundò exquiram apud me, quem in finem voluerit Deus horam mortis hominibus esse occultam: nimirum, vt nos ad vigilantiam ingenti huius horæ formidine excitaret: quo illam pœnitentia peccatorum præueniremus, antequam mortis hora nos occupet: d *& quodcunque facere potest manus nostra* in meritorum & virtutum acquisitione, alijsque pijs laboribus, e *instanter operemur, dum lucem* habemus; *ne* candela ex improuiso deficiente, *tenebræ nos comprehendant.* Hoc monuit Christus ipse, dum parabolas, quas in hanc rem produxerat, his verbis: concludit. f *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.* Et g *estote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.* His ego verbis meipsum identidem exhortabor, mihique dicam: h *Præcinge lumbos tuos* diligenti passionum ac vitiorum mortificatione, *& lucernæ ardentes* virtutum ac bonorum operū *sint in manibus tuis*

d Eccles. 9. 10.
e Ioan. 12. 35.
f Matth. 25. 13.
g Luc. 12. 40
h Luc. 12. 35 &c.

MEDITATIO VII.

DE PROPRIETATIBVS mortis.

IN hac meditatione, nonnullas MORTIS proprietates *proponemus* fineſque, *quos in illis Deus, noſtræ vtilitatis causâ potiſſimùm ſpectauit: quas ad tria præcipua capita reducemus.*

PVNCTVM I.

PRIMA igitur MORTIS *proprietas* eſt, quòd ſit *certiſſima*, ita vt nullus omninò, tempore à Deo præſtituto, eam poſſit euadere.

CIRCA quod *primò* mihi expendendum erit: Deum iam inde ab æterno b *menſuratos* apud ſe *habere annos vitæ* vniuſcuiuſque hominis; imò menſem, diem, & horam, in qua quiſque moriturus ſit, in notato habere, *qui* (vti S. Iob ait) c *præteriri non poterunt*; nec Regum aut ſummorum huius mundi Monarcharum aliquis ſibi vel alteri, vel vnicum vitę momentum poteſt adijcere, ad id, quod Deus decreuit. Ac proinde, ſicut in hanc lucem ingreſſus ſum, die & hora, qua Deo placuit, nõ ante: ita lucem quoque hanc deſeram die, & hora, qua Deo viſum fuerit, non poſtea: vt hinc intelligam, me omnem diem, quo viuo, ex gratia ab eo accipere, ſicut eos quibus vixi, eadem gratia accepi: cùm Deus ſpatia vitæ meæ potuerit abbreuiare atq; prę ſcribere, quemadmodum alijs fecit, qui vel in vtero matris, vel in pueritia viuere deſierũt. Igitur cũ vita mea à Deo tota dependeat, iuſtum eſt, me vniuerſum Illius tempus, in eius ſeruitiũ, qui illam mihi impertitur, impendere; ac pro ſumma ingratitudine reputare, vel vnicum illius momentum, in eius offenſione conſumere.

SECVNDÒ, recolam, Deum hoc ſuo decreto, nonnullis hominibus, dies, quibus ſupra terram, iuxta naturalem ſuam complexionem viuere poterant, abbreuiare, vel producere, propter ſecretos ſuauiſsimæ ſuæ prouidentiæ fines. Nonnullis enim propter ſuas, vel aliorũ Sanctorum orationes dies vitæ prorogat: quemadmodum fecit d *Ezechiæ Regi*, cui, *quindecim annos vitæ adiecit*, eò quòd magna cum inſtantia, & lachrymis id poſtulaſſet: idem quoque accidit in defunctis, miraculosè ad ſanctorum preces reſuſcitatis. ALIIS vitam abbreuiat vel ad ipſorum ſalutem, dum (vt ait Sapiens) b *rapit illos* in infantia, *ne malitia mutaret intellectum illorum, aut fictio deciperet animas eorum*: vel è contrario in pœnam grauium ſcelerum, præcidẽdo eorum greſſus, ne grauiora alia prioribus adijciãt. Nam idcircò Dauid de talibus ait: c *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.*

Non-

Mors certissima
a *Heb.9.27*
I
b *Psal.38.6.*
c *Iob.14.5.*
Hora mortis certa iã um

Merito ei iuo à quo mnem viam habeo

4. *Reg.20*

Sap.4.11.
Psa.54.24

Digitized by Google

Nonnunquam vitam aliquibus breuiat, in leuioris alicuius crimi-
punitionem: quemadmodum euenit d Prophetæ illi, qui alterius astu-
tia circumuentus, manducauit in loco, in quo Deus illi cibum sumere pro-
hibuerat. d 3. Reg. 13. 14.

Ex quibus omnibus eliciam firmum propositum, ita deinceps vitam meam instituendi; vt Deus propter peccata mea illam non abbreuiet, rogans illum cùm Dauide: e *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, accelerata morte: memento, annos tuos æternos esse; ideoque meorum; qui pauci sunt, commiseratione tangere. e *Psal.* 105. 25.

PVNCTVM II.

SECVNDA MORTIS proprietas est, eam, quoad diem, locum, & modum, esse omnibus hominibus incertissimam, soliqúe Deo manifestam.

I. Incerta Hora Locus Genus Mortis. & si semper Repentina

CIRCA *quòd primo*, mecum expendam, neminem scire posse diem & horam, qua sibi sit moriendum; neque locum aut occasionem, qua mors ipsum occupabit; nec mortis *genus*, quo sit ex hac vita tollendus, naturalisne (præuia nimirum infirmitate, quamuis incerto morbi genere) an verò violenta; vt igne, aquâ, hominum aut ferarum violentiâ; an fulmine de cœlo, tegulâ fortituto è tecto delapsa; an demum alio mortis violentæ genere necandus sit. Hoc tantùm nouit quisque, mortem siue infirmitatẽ extremam, illiusque occasionem, repentè venturam, hominemque imprudentem, ac de a *illa minimè* omnium *cogitantem*, adorituram, more b *latronis*, qui nocturnis horis furtim in ędes irrumpit, vt nos spoliet; & quicquid pretiosi repererit, auferat. c *Dies enim Domini* (dicente Paulo Apostolo) *sicut fur in nocte, ita veniet.* vt domos corporum nostrorum conscendat, indeque omnium quod habemus pretiosissimum, id est, animam, abstrahat, iudiciumque de ea faciat.

a *Matt.* 24. 42. 44.
b *Luc.* 12. 40
c 1. *Thes.* 2. *Apoc.* 16. 15.

II Incertitudo Vigilantiã requirit

Secundò exquiram apud me, quem in finem voluerit Deus horam mortis hominibus esse occultam: nimirum, vt nos ad vigilantiam ingenti huius horæ formidine excitaret: quo illam pœnitentia peccatorum præueniremus, antequam mortis hora nos occupet: d *& quodcunque facere potest manus nostra* in meritorum & virtutum acquisitione, alijsque pijs laboribus, e *instanter operemur, dum lucem* habemus; *ne* candela ex improuiso deficiente, *tenebræ nos comprehendant.* Hoc monuit Christus ipse, dum parabolas, quas in hanc rem produxerat, his verbis: concludit. f *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.* Et g *estote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.* His ego verbis meipsum identidem exhortabor, mihique dicam: h *Præcinge lumbos tuos* diligenti passionum ac vitiorum mortificatione, *& lucernæ ardentes* virtutum ac bonorum operũ *sint in manibus tuis*

d *Eccles.* 9. 10.
e *Ioan.* 12. 15.
f *Matth.* 25. 13.
g *Luc.* 12. 40
h *Luc.* 12. 35 *&c.*

& summâ vigilantia *expecta Dominum tuum*: veniet enim *die, qua non speras; & hora, qua nescis*: &, quam tu minimè cogitas, illa fortassis est, quam ille vltimam esse decreuit: in qua nisi te benè paratum inuenerit. Heu quam eris deceptus!

III. Repentina mors alio-um sit t.bi n cautelā

TERTIO, statuam apud me, omnes mortes improuisas ac repentinas quæ vnquam euenerunt, & quotidie eueniunt, esse totidem admonitiones, quibus me Dominus, huius veritatis admonet, quo metu concepto, ingenti cum solicitudine ad instantem mortem me præparem: mors enim quæ hominem quemcunque occupauit, me quoq; adoriri potest. Quamobrem, quando intueor, aut referri audio, nonnullos repentè gladio cecidisse, alios hostium suorum manibus interemptos esse, alios cum sani dormitum concessissent, extremum mortis somnum obdormiuisse; metum inde atque documentum accipiam: cùm sit possibile, me quoque huiuscemodi repentina morte, & ex improuiso tolli. Ideoq; diligenter mecum perpendam, ob quodcunque mortiferum crimen, mereri me, simili morte mulctari, nisi statim confugiam ad asylum pœnitentiæ, quod CHRISTVS indicauit, cùm similes duo casus per illa tempora euenissent, interimente videlicet Pilato Galilæos quosdam, & turri Siloe Hierosolymis repentino casu octodecim homines conterente, cum enim hæc ei relata essent. i *Putatis*, inquit, *quòd hi Galilei* & Ierosolymitæ, *præ omnibus Galilæis & Ierosolymitis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed, nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Quod perinde est, ac si dixisset: Quando videritis, quempiam repentinâ & infelici morte tolli, nolite vobis inanem promittere securitatem reputantes vobiscum hoc illi euenisse, quod multis, & grauibus peccatis implicitus esset: Quia verè affirmo vobis, quod omnis peccator, etiam cuius peccata tam grauia non sint; nisi pœnitentiam agat, hac animaduersione, eodemque modo, vt illi perierunt, perire sit dignus.

Luc. 13 2.4

Cum hæc igitur ita se habeant, quomodo non timeo, vel vna *hora* in *peccato* mortali, cuiuscunque generis illud sit, permanere? Quis mihi securitatem tribuit, non venturum super me simile flagellum, quod iustissimè promerui? Quis me solùm, à generali hac Christi in peccatores impœnitentes interminatione, immunem fecit? O miser & infœlix peccator, k *miserere animæ tuæ*, & da operam, vt Deum per pœnitentiam places, priusquàm derepente in hanc miseriam incidas.

k *Eccles.* 30. 24.

PVNCTVM III.

Mortis malæ

TERTIA mortis proprietas est, quod semel tantummodò subeunda sit, iuxtà illam Apostoli Pauli sententiam: l *Statutum est omnibus hominibus* semel *mori*. Ex quo sequitur, errorem ac detrimentum

l *Hebr.* 9. 27.

malæ

malæ mortis, cùm sit omnium summum, nullum tamen in omnem æternitatem habere remedium, quemadmodum fors bonæ mortis fœlicitatem æternam adfert, fine iactura periculo. Si itaque semel in mortali peccato defunctus fuero, nunquam reperturus sum medium, ad iacturam hanc reparandam, quia (vti Salomon inquit) *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit.* Si ded. Si homo à morte præcisus, ad Aquilonem Inferni, propter obstinationem in peccatis, ceciderit, nullum illi vnquam superesse remedium, quo gratiam Dei recuperare, aut penas euadere valeat: Si verò ad Austrum: Cælo perseuerantiam in gratia Dei, ceciderit, nullo vnquam tempore formidabit; ea aut crimen aliquod denuo admiserum, aut cælestem gloriam amissurum.

Ex harum rerum visu & efficaci consideratione, *primò* quidem in me ipso obstupelcam, & admirabor, quomodo fieri possit, vt maxima Fidei certitudine ifte credens, in tanta nihilominus falutis meæ incuria, & voluntaria rerum, quarum mihi maximè interest, *oblitione*, vitam *Deinde* operam dabo, vt me ipsum excitem ad amplectendam citissimè pœnitentiam, & morum correctionem, Spiritu fuo feruorem; fupplici prece Dominum rogans, vt arborem vitæ meæ, tali tempore, loco, & occafione fuccidat, vt non ad Aquilonem Inferni, fed ad Auftrum Cœli cadat.

Obliuio notæ Peccatoris Pœnitentiæ velox

Serm. 49. parvarum.

Ex amina bo quoque meipfum, (vt S. Bernardus monet) Ex hoc me modo prefideret, ad quod latus calum effemfe enitar, fecurum reddere caulam meam, dignos verè pœnitentiæ fructus proferendo, quibus arbor ad Auftrum cælestis gloriæ inclinatur: vt, fi tum præcifa fuerit, in eam trahplantatur.

Quibus verò præfcia deceptionibus homines circumuentos præbitas veritates circumuentur, meditatione duodecima declarabitur.

Error interpretabilis.

b Ecclesiast. 11

MEDITATIO VIII.

DE IIS QVAE HOMINI MORTI VICINO *afflictionem, & anxietatem adferunt.*

A, quæ me in hora mortis vehementer torquent, & ingentem mœrorem animæ mex adferre poterunt, ad tres ordines reduci poffunt. Aliqua enim funt iam præterita, nunulla adhuc præfentia, alia futura. Qua vt efficax fentire valeam imaginabor, horam illam terribilem, tam mihi eſſe præſentem; meq; in illius medio adeliberatum; ita, omni fe vi ita defcitum vt incerta. Quid quidem perfuaderi non eſt difficile ei fieri poſſe, mihi hæc dicenti, legenti, aut cogitanti. Non me tantam vita diem ſpe reſtituit, certum fit diem quendam mihi vltimum eſſe futurum: poſſem animo ſtatuere, hunc ipſum eſſe, qui iam adeſt.

Mysterium ſuffragium

Digitized by Google

PVNCTVM I.

I.

Memoria præteritorum peccatorum.

PRIMÒ igitur, considerabo, quantum mihi cruciatum, & afflictionem allatura sit, *memoria* rerum præteritarum; quarum præcipuas percurram.

PRIMO horrendum in modum torquebit me præteritorum *peccatorũ* recordatio: omnium puta carnis libertatum, vltionum libidinum, ambitionum, aliarumque cupiditatum inordinatarum, quibus arsi toto vitæ meæ decursu; quin, & *tepiditatum* in diuinis obsequijs, & aliarum negligentiarum, & omissionũ, cum reliquis vitijs; quæ nec dum satis defleui, & emendaui. Imaginabor itaque ex omnibus peccatis constitui quasi exercitum quendam, a *taurorum, leonum*, tygridum, aliarumque ferarum me obsidentium, & cor meum dilaniantium: vel exercitum quendam horribilium *vermium*, conscientiam meam rodentium, & remordentium ita, vt nec opes, nec deliciæ, quibus gauisus sui, sufficturæ sint, ad truculẽtas eorũ fauces obturandas: quia post voluptatẽ *culpæ*, nihil remanet, nisi acerbitas pœnæ, & post dulce *vinum* sensualium voluptatum epotum, cogar b *feces* amarissimas exhaurire. Tunc implebitur quod vates regius ait: c *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.* O Dolores amarissimos! O torrentes rapidissimos! O laqueos arctissimos: è quibus, proprijs viribus me expedire non valebo, & vix ad vtilitatem eam illos conuertere: dolorum namque amaritudo prouocabit me ad diffidentiam; torrentium vehemens furia mentem meam perturbabit; laqueorum angustiæ guttur meum stringent; vt veniam à Domino flagitare nequeam: cacodæmone sic vrgente, ne ab illis expediar.

Peccata instar exercitus nos obsidẽt a *Psal.* 21. 13

b *Psal.* 74. 9
c *Psa.* 17. 5.

ANIMA mea defle, & confitere diligenter peccata tua in vita, ne in morte turbent, crucientque te. d *Ne dixerũ: Peccaui, & quid mihi accidit triste?* subitò enim transiet gaudium, & succedet violenter tristitia, d *De propitiato peccato noli esse sine metu*: ne, quod in vita negligenter lachrymis expiasti, in morte reuirescat.

d *Eccles.* 5. 4

Hæc & huiusmodi alia documenta, quæ Ecclesiastici c. 5 *tradit, eliciam ex hac consideratione; firmo animi proposito, in opus ea quamprimum conferendi.*

II.

Temporis iactura

SECVNDÒ, expendam mecum, tunc non modo afflicturam, & cruciaturam me recordationem peccatorum, verùm etiam temporis pretiosissimi, & plurimarum *occasionum* iacturam; quæ ad negotium maximi ponderis, id est salutis meæ tractandum mihi concessa erant. Tunc desiderabo vel vnicum diem ex multis, quos dormiendo, ludendo, confabulando perdidi: nec mihi dabitur. Tunc maximum ex eo animi dolorem percipiam, quòd Sanctissima Ecclesiæ Sacramenta orationis, & pietatis exercitia

citia non frequentauerim, diuinis inſpirationibus non reſponderim, concionibus verbi diuini non interfuerim; eleemoſynas in pauperes non erogauerim, nec amicos mihi fecerim, qui me in æterna tabernacula ſuſciperent: ſanctos nullo ſpeciali cultu ac veneratione affecerim, qui in tremẽdo hoc articulo, interceſſorum, & aduocatorum munere pro me fungi poſſent. Tunc firma propoſita, ſi vita pauliſper prorogaretur, ea perficiendi, quæ cùm facultas adeſſet, neglexi, erunt fortè mihi inutilia, quemadmodum fuerunt infælici Regi Antiocho, Iſraeliticæ gentis perſecutori immaniſsimo, de quo, in mortis articulo exiſtenti, licet ingentibus Deum promiſsis oneraret, ſacræ literæ dicunt, quòd, e *orabat ſceleſtus Dominũ, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* non quòd Deo miſericordia; ſed quòd, ad eam obtinendam, vera diſpoſitio infelici illi deeſſet: quia omnia hæc propoſita, ex ſeruili omnino timore proficiſcebantur; erantque inſtar præli, ad ſalutem violenter extorquendam: quaſi Deum ſicut homines circumuenire poſſet.

EX hac conſideratione colligam, horam mortis talem eſſe, quæ omnes dolos ac fraudes releget; eo quòd, tunc multo aliter de rebus ipſis iudicetur, quàm modò, reputabo namque f *vanitatem eſſe* (vti Eccleſiaſtes inquit,) quod priùs exiſtimabam eſſe ſapientiam; & è contrario, ſapientiã eſſe, quod antè rebar eſſe ſtultitiam. Vera igitur ſapientia in eo conſiſtit, vt, modo ſtatuam facere, quæ tunc feciſſe vellem: idque ſtatim opere exequi. Lex namque communis, & ordinaria eſt, quod is; qui ſanctam, & innocentem vitam agit, ſanctè quoque moritur: qui autem ſceleratè viuit, ſimilem quoque exitum ſortitur. Speciatim verò firmũ faciam propoſitum, nullum temporis punctum, nec vllam profectûs occaſionem omittendi, memor illius, quod dicit Eccleſiaſticus: g *Non defrauderis à die bono, & particula bona diei non te prætereat*, ſed commodum ex omnibus haurias, ad illius, qui ea concedit, laudem, & gloriam.

PVNCTVM II.

SECVNDÒ, conſiderabo ingentẽ afflictionem animę meæ quæ ex derelictione omniũ rerũ præſentiũ orietur, ſi eas mala conſcientia, aut inordinata affectione poſsideo. ideoque perſuadeo mihi, quòd in ea hora inuitus, & omninò nolens, *tria* potiſsimum rerum genera relinquere cogar.

PRIMVM, diuitias, dignitates, officia, voluptates ac poſſeſsiones, quas habeo; nec earum rerum quicquam mecum ferre potero; & quò hiſce bonis locupletior fuero, eò maiori animi mœrore illa relinquã. b Quia *mors* (vt Eccleſiaſticus ait) *amara eſt homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis*, &

De Antioc
cho.

e 1. Mac. 6.
2. Mac. 9.1

Mortis h
ra optim
actionum
norma

f Eccl. 2.1
16.

Qualis v
ta finis it

g Eccl. 14
14.

a Pſal. 48
12.
Præſenti
derelicti

I
Bona ſo
tunæ.

b Eccl. 41

longiorem adhuc vitam, quò diutius illis frui valeat, desideranti. Hanc verò acerbitatem maiorem in modum augebunt peccata quæ in earum acquisitione, aut vsu commissa fuerunt: sic diuina iustitia ordinante, vt quæ vitiosarum hominis voluptatum instrumenta fuerunt in vita; eadē carnifices sint, & tortores in mōrte. Tunc adimplebitur quod in S. Iob de peccatore scriptum est, c *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Quod perinde est, ac si dixisset: Delitiæ ac voluptates eius conuertentur in *fel*; opes *nauseā*, & molestiam illi parient: nec tamen animum adijciet, vt vel de eis disponat, vel eas relinquat, quoadusque mors illas vi auferat; eum verò serpentibus ac viperis inferni torquendum propterea tradet, quòd cum peccato illas acquisierit, & possederit.

Per quæ quis peccat per hæc & punitur. c Iob 20. 13. 14.

Vnde amor inde dolor

II.

SECVNDO, eadem hora separabor à parentibus, fratribus, amicis, aliisq; omnibus notis, quos vel naturali, vel alio, siue licito, siue illicito amore dilexi. Cùm verò d *non deseratur sine dolore, quod cum amore possidetur*, quò maior est amor in rem possessam, eò necesse est maiorem esse doloris sensum, quando ea relinquitur; incredibilis ergo tunc me dolor exagitabit, ob hanc à personis, & rebus mihi carissimis separationem, quibus anima mea est cōglutinata, cuius doloris atq; anxietatis vi Regis illius in verba prorumpā. e *Siccine separat amara mors?* Fierinè potest, vt ego illos, quos ingenti complector amore, derelinquam? vt ampliùs eorum conspectu, & contubernio non fruar? O mors amara, cur animum meum tāta comples amaritudine; & magno cum mœrore diuellis à me, quod magno cum gaudio possedi?

d D. Greg. 1. Moral. c. 13. Amici quo chariores, hoc acrius affligunt.

e 1. Reg. 15. 32.

TERTIO, & postremò, eâdem horâ, animæ meæ deserendum erit corpus, cum quo veterem, & arctissimam habuit amicitiam; atque porrò mūdus, & omnia quæ mundi sunt, sine spe, vllo vnquam tempore ad illa redeundi, eaque videndi, audiendi, gustandi, aut tangendi. Etsi immodico amore corporis, vitæ, reliquarumque rerum mundi huius visibilis teneor, necesse est, vt in hac separatione maximus me dolor opprimat. Quod facile conijcere possum, ex ingenti molestia, & mœrore, quo afficior, quādo opum, honoris, aut famæ iacturam facio; aut à meis diuulsus, à patria exulare, & in aliena regione peregrinari cogor; aut quādo aliquod membrum à corpore mihi præscinditur. Hæc enim omnia simul, & confertim euenient mihi in morte, adiuncta alia conditione multò acerbiori, nimirum quòd omnis sublata sit spes, ea in hac vita recuperandi.

III. Corpus

Mundus

Experimē tum quam ægre diuellar à bonis Cognatis & Corpore

POSTEAQVAM ea, quæ in vnaquaque harum triū consideratiōnū posita sunt, diligēter expendero, ingrediar meipsum, & examinabo, num

Prudentes qui ante

immodi-

immodico rerum illarum amore detinear: Quod si ita esse deprehendero, enitar, illum vi huius considerationis, & vsu mortificationis radicitus extirpare: hoc enim est *in vita*, & magno emolumento mori? mortem ipsam anteuertendo, vt cùm venerit, non sentiatur: quemadmodum faciunt Religiosi, qui terrena omnia, Christi amore deserunt: quem supplici prece obtestabor, vt gratiam, & opem ad hoc ipsum agendum mihi largiatur, dicens: O Deus æterne, f *in cuius manu sunt animæ iustorum, quas* sub tali protectione atq; tutela, *non tangit tormentum mortis*, extirpa ab anima mea omnium rerum visibilium inordinatum amorem; vt, cum eas reipsa relinquam, nullo afficiar dolore. Anima mea, si triplici hac mortis amaritudine non vis tangi, ac molestari, noli ea diligere, quæ mors tibi auferre potest; facilè enim & sine dolore deseres: quæ sine amore possederis.

mor em moriuntur

vt Religiosi

f *Sap.* 3.1.

Quod non amas non te torquet

PONDERABO quoque in eisdem considerationibus, magnam esse dementiam, propter ea, quæ post breuissimum tempus relicturus sum, Deum offendere; & æternam animæ meæ salutem, in discrimẽ vocare: quocirca proponam firmiter, quicquid in hoc periculum me, conijcere possit (siue homo, siue aliud quoduis temporale bonum sit) illud deuitare, illíque mori, antequam propter illud Deo moriar; prorsusque abijcere, & abdicare, antequam me illud à Deo abstrahat. Propterea namque Christus Redemptor noster inquit: se g. *venisse in terram, non vt pacem ferret, sed gladium*, & h *separationem*, separando hominem ab omnibus, quæ sempiternam illius salutem præpedire possint. O dulcissime Seruator, trade mihi nunc gladium mortificationis, vt amputem à me, quicquid possit me separare à te; & omnibus creatis rebus salubriter moriar, vt tibi Creatori meo in omnia sæcula sæculorum viuam. Amen.

IV.

g *Matt.* 10. 34.
h *Luc.* 12.51

PVNCTVM III.

TERTIO expendam mecum, quantam afflictionem, & angustias in hora mortis allaturus mihi sit timor reddendæ rationis, & seueri Dei iudicij, post mortem mox subeundi; nec non ignorantia sententiæ, quæ in meæ saluationis negotio, ferenda est.

Iudicij particularis timor

HVIVS timoris magnitudo tres maximè ob causas vehemens erit, Quarum PRIMA EST: quia malum, quod timetur, est omnium malorũ supremum, malum æternum, & irremediabile, ad cuius ianuas iam iam appropinquo. SECVNDA: quia sententia, quæ ferenda est, erit *definitiua* & irreuocabilis, & nemine resistente, statim executioni mandabitur.

I. Malum summum

II Irreparabile

TERTIA: Quia causa ex parte mea est vehemẽter *dubia*: quãdoquidem cõstat mihi de admissa *culpa*: de vera autẽ eius pœnitẽtia nõ ita. & cõscientia certò accusat, quod summũ hũc Iudicẽ offẽderim: nõ tamẽ dicta, quod

III. Dubia mei causa

bonis eundem actionibus placauerim, vt propitium eum propterea ſim habiturus: a *neſcit enim homo, an amore vel odio dignus ſit*: & quamuis b *nihil mihi conſcius eſſem, non tamen in hoc iuſtificatus eſſem: quia qui iudicat me Dominus eſt*: & fieri poteſt, vt ipſe reperiat, quod ego non inuenio.

a *Eccl.9.1.*
b *1.Cor.4.4*
Simile.
Incertitudo litis grauiſſimæ angit

PROPTER has omnes cauſas erit timor hic ſæuiſsimus: ſi enim qui litē ſeu controuerſiam habent de aliquo negocio, in quo tota illorum ſubſtātia, honor, & vita vertitur: die illo, quo ſententia pronuncianda eſt, magno metu premuntur: quantò maioris timoris cruciatus animum meum premet ac vexabit, cum diei proximus ero, quo definitiua ſaluationis vel condemnationis meæ ſententia eſt proferenda? ſi tunc viri magna etiam ſanctitatis laude celebres, inſolito timore concutiuntur, quantus me miſerum ac infelicem peccatorem timor, & horror inuadet?

Iuſtus timet, quidni peccator

AVGEBITVR verò maiorem in modum timor hic, & perplexitas animi, ſagacitate, & vafricie Cacodæmonis, qui tunc c *ſciens, quòd modicum tempus habet*, maiori furia ad hominem tentandum accedet, omneſque ſuas vires explicabit, eoque conferet, vt illum in deſperationem inducat: ſcelera eius ſupra modum amplificans, & diuinæ iuſtitiæ in ſceleratos homines rigorem exaggerans: dicet: iuſtum eſſe, vt qui malè vixit, malè moriatur; & qui Dei miſericordiâ in vita ad ſalutem vti noluit, in manus iuſtitiæ eiuſdem incidat. Suggeretque illud: d *Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Et quoniam mendax eſt, paterque mendacij, & falſus hominum accuſator: niſi Deus manus eius vinciat, ac poteſtatem limitet, mille falſas imaginationes, & accuſationes, cum ſpectris, & viſionibus horrendis, mihi obiiciet, quæ me perterrefaciant, conſternent, maioreſque quàm mors ipſa, anguſtias mihi adferant.

c *Apoc.12.12*
Dæmonis extremus in extremis furor.

d *1.Pet.4.18*
Antea ad præſumptionem nunc ad Deſperationem impellit.

Hi ſunt *timores*, qui in extremo mortis articulo animum meum affligent, niſi tempeſtiuè præueniens, eorum vehementiam retundam. Quod faciam, ſi memetipſum ingreſſus, animo diligenter expendam: ſi mortis me hora *nunc* vrgeret, quid horum potiſsimùm tanti mihi timoris cauſa eſſet: eoque inuento, de remedio efficaci, adhibendo; ſtatuam opportunè. Etſi nollem à morte in præſenti ſtatu tolli, opera mihi danda erit, vt ex eo quamprimum me expediam: neque.n. licitum eſt, neque ſecurum, vel vno momento in eo ſtatu *viuere*, in quo nolis *mori*.

Timoris cauſas NVNC præſcinde

FINIAM hanc meditationem, ſtatuendo mihi ante oculos Chriſtum nudum, & crucifixum, iam iam expiraturum, eumque magno animi feruore deprecabor, vt propter *mortem* ſuam, bonam mihi mortem largiatur; & ſi tartareus hoſtis ad mortem meam, ſicut ad ſuam venerit, ab illius me aſtu violentiaque defendat; tamque fortem, & imperterritum mihi tunc animum donet, vt magna cum fiducia cum ipſo dicere poſsim: e *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*. O Pater miſericordiſsime:

Oratio ad Chriſtum morientem

e *Luc.23.46*

f *anima*

f *anima mea* iam est *in manibus meis*, & in proximo, vt egrediatur; sed cum periculo in manus hostium suorum irreuocabiliter incidendi: susci-pe eam in tuas, ne opus earum depereat, quæ pro eo cruci fuerunt affixæ. En offero me ad imitandam paupertatem, & nuditatem tuam in vita, vt manus tuæ in hora mortis me susci-piant, & secum ad æternam in cælis requiem ac felicitatem deducant, Amen.

f *Psal.* 114.

SVNT hic quoque instituenda colloquia ad Beatissimam Virginem, Angelum custodem, & alios sanctos: qui rogandi sunt, vt in illa hora mihi velint adesse, meque à tartarei hostis molitionibus tueri, & ad optatam æternæ beatitudinis requiem perducere: nam in vita tractandum est, quod tunc sit profuturum. *Proderit porrò non parum ad securam mortem, modus ille præparationis ad eam, qui ponetur in* quarta *harum meditationum parte, ex* CHRISTI *seruatoris nostri in* morte *sua gestis, depromptus: nec non ea, quæ in* quinta *parte, de glorioso* Beatiss. Virginis Mariæ, *ex hac vita* transitu, *docentur.*

B. Virgi
S. Angeli
& Sanct

Medita.
Medita.

MEDITATIO IX.

DE PARTICVLARI IVDICIO ANIMAE quod fit proximè post mortem.

IN *hac meditatione supponenda est illa Fidei nostræ veritas: nimirum quod* a omnes nos (*vti S. Paulus ait*) manifestari oportet, ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonũ siue malum; *Iudiciumq; singulorum exerceri inuisibiliter statim, post cuiusq; mortem, iuxta illud:* b statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc iudicium. *Quare vt nemo* primum, *mortis videlicet, decretum effugere potest; ita nec* secundum, *quod est de iudicio subeundo, quisquam poterit euadere.*

a D Tho. 3 q. 59. art. a 2. Co. 5.

b Heb. 9

CORAM illo ergo tribunali constituam in hac meditatione meipsum atq; animo fingam, me cernere Iudicem hunc sedentem in c *throno* flammæ, *ignis* qua forma Daniel eum vidit: vt iræ illius in sceleratos homines seueritatem mihi repræsentem; vel in throno d *magno & candido* resplendenti radijs lucidissimis, qua specie S. Ioannes eum vidit: vt infinitam eius sapientiam, puritatem & clementiam in bonos, mihi proponam. Vtrâque figurâ vti potero eo, qui in proximo puncto tradetur modo.

c Dan. 7. Iudex seu rus Danieli v sus

d Apoc. 2 11 Clemens Ioanni Iudicio Assistente

PVNCTVM I.

PRIMO attendendum, qui iudicio huic assistent, erunt enim minimum *quatuor*, quorum proprietates, & species, seu formæ, sunt etiam obseruandæ.

I

PRIMA est ANIMA iudicanda, quæ ita sola erit, vt corpore & rebus

Anima

omnibus visibilibus spoliata, actionibus suis duntaxat vestita compareat. Quanquam enim morienti, multi consanguinei,& amici,multiq; Religiosi viri eum circumstent: in instanti tamen, quo anima è corpore egreditur,nemo eam amplius comitari,aut quicquam opis adferre potest. AEquè sola tunc diuino tribunali sistetur anima Regis,vt anima Rustici, diuitis,vt pauperis, docti,vt idiotæ: nam honores, & opes hic manent:& quamuis acquisitæ scientiæ illam non deserant, earum tamen nulla tunc habebitur ratio,sed a *operum* duntaxat. Ex quo intelligam,quantæ sit insaniæ, adeò sollicitè id quærere, quod,cùm in illo articulo nullam possit homini opem, eidem tamen nonnunquam detrimentum adferre queat.

Latera ANIMAE, (quemadmodum è sacris literis elici potest) cingent vt minimum b *Angelus custos* & *Cacodæmon*, diuersa licet forma, pro diuersitate indiciorũ euentus,quem quilibet eorũ expectabit. Cogitare ergo licet: sceleratis hominibus dæmonem ad dexteram consistere, nimio gaudio exilientem, propter prædam, quam sperat; Angelum verò tutelarem ad sinistram,mœrenti similem,propter animæ illius iacturam quam timet.Contra verò accidet *iustis*,licèt dæmon truci semper,& formidabili specie compareat.

QVARTVS aderit *Iudex*, ipse videlicet DEVS, qui iudicium hoc inuisibiliter expediet; quamuis certa, & manifesta præsentiæ suæ signa daturus sit, metum,& horrorem malis, & sceleratis incutiendo,pace verò, & consolatione probos, & iustos recreando. Hic autem Iudex, quia est infinitæ sapientiæ, non poterit in iudicando decipi, quia summæ æquitatis non poterit à iustitia deflectere, quia immensæ potentiæ, non poterit sententiæ illius à quoquam resisti, quia demum supremus Iudex, non poterit ab eius tribunali appellari,aut supplicari: quia sententia illius semper est definitiua,& irreuocabilis: etenim cùm omnia, quæ in hac lite seu controuersia proponi,& adferri possunt, oculis meis primo statim aspectu pateant,superflua esset ad reuisionem appellatio.

DVM hęc mecum perpendo,animam meam intuebor,coram æquissimi huius Iudicis tribunali,vt iudicetur,astare: Et nunc quidem, vt me ipsum ad timorem excitem, scelera mea mecum reuoluens, Iudicem hunc aspiciam, contra me iratum, vultu seuero, & minaci,atque animo inexorabili; Cacodæmonem verò lateri meo dextro assistentem,specie hilari, ac triumphantis simili: Nunc illud Regij Prophetæ mihi applicabo. c *Constitue super eum peccatorem, & Diabolus stet à dextris eius: Cùm iudicatur,exeat condemnatus,& oratio eius fiat in peccatum*: Nunc contrà,vt me ipsum ad confidentiam excitem,eundem Iudicem contemplabor, benignum erga me, vultu amabili ac placido; & Angelum meum tutelarem ad dexteram meam consistentem,specie gaudentis,& exultantis,de mea

victoria

victoria: quem imaginabor tartareum hoſtem in mei defenſionem repellentem, eumque huiuſmodi verbis (quæ Zacharias Propheta refert) obiurgantem, d *Increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te, qui elegit hunc. Nunquid non iſte torrus eſt erutus de igne?* Quid igitur tibi vis? O iudex iuſtiſsime & pater miſericordiſsime, confiteor, me nigrũ eſſe torrem inſtar carbonis propter iniquitates meas, & paſsionũ mearum igne ſemiuſtulatum: quamobrem ablue, & munda me, Domine, aquâ viuâ gratiæ tuæ; eaque ignem, me comburentem, reſtingue: vt in die rationis reddendæ, tartareus hoſtis me deſerat, tutelaris Angelus defendat, miſericordia tua ſuſcipiat, & iuſtitia tua coronet. Amen.

d *Zach.3.2.*

Oratio

PVNCTVM II.

SECVNDO, expendam mecum TEMPVS & LOCVM, in quo iudicium hoc fiet. TEMPVS, eſt INSTANS mortis; tametſi nonnũquam ex ſpeciali diſpenſatione diuina, in paucis aliquibus, paulò antè mortem incepiſſe, ad noſtram ædificationem, & exemplum obſeruatum ſit: vt plurimùm tamen in ipſo inſtanti, quo anima corpus deſerit, ſine vlla dilatione inuiſibiliter exercetur. Et vno eodemque momento vniuerſum iudicium perficitur, accuſatio inſtituitur, ſententia profertur, & executioni mandatur. Hoc *inſtans*, ſiue *momentum*, omni tempore ante oculos mihi circumferendum eſſet, velut omnium bonorum meorum; aut malorum æternorum futurum principium. *O momentum, à quo æternitas ſumit initium!* quis tui, ſine magno ſalutis periculo, memoriam deponere; aut, ſine ingenti horrore, meminiſſe poteſt? Recordare crebro, anima mea, huius *momenti*; & contende, vt nec vnicum tibi fruſtra elabatur: quando quidem in vnoquoque vitam, ſempiterno tempore duraturam, promereri potes.

S. Ioan. Climachus c. 7. S. Greg. 4. lib. Dialog. cap. 37.

Tempus inſtans mortis

Momentũ vnde pẽdet æternitas

Momenti pretium

LOCVS iudicij huius eſt ille, in quo vnumquemque *mors* occupat, ita vt neceſſe non ſit morienti, ad vallem Ioſaphat, aut ad determinatum alium locum ſe conferre: Cùm enim Iudex in omni loco ſit præſens; in omni etiam loco ſuum habet tribunal, & iudicium hoc exercet: in terra, in mari, in cubiculo, in platea: vt, quòd ignorem, quiſnam potiſsimum iudicio meo ſit deſtinatus, omnia & ſingula ſuſpecta habeam, & extimeſcam. Et quoniam in *lecto*, & cubiculo mors, vt plurimum accidit, in hiſce locis exiſtens, animo fingam, illic conſtitutum eſſe thronum atq; tribunal Dei, vt me dijudicet: & Angelum vtrumque bonum, ac malum huic iudicio aſsiſtere; hæc enim ſancta cogitatio; carnis immoderationem refrænabit, quæ loci ſolitudine, maximè erumpit, & augetur.

Locus idẽ qui Mortis

Lectus plerumq; tribunal Dei,

Et vtra-

Et vtraque hac consideratione ingentem, Deum offendendi, formidinem animo concipiam, eò quòd *tempus* forsitan, & *locus*, quo peccatum illud perpetro, tempus quoque, & locus sit, in quo suum Deus in me iudicium exercebit, quemadmodum euenit a *vxori* LOTH, quæ eodem loco, & temporis momento, quo contra Angeli iussionem Sodomam retrospexit, *in statuam salis conuersa est*. Et quemadmodum S. Paulus affirmat, b *qui corpus, & sanguinem Domini indignè manducat & bibit, iudicium sibi mãducat, & bibit*. Simili quoque modo, cùm ego c *iniquitatem velut aquam bibo*, iudicium animæ meæ bibo: imo fieri potest, vt *potus*, vsque adeò sit mihi lethalis, vt eodem momento iudicium hoc executioni mandetur.

Mors Subitanea
a Gen. 19. 26 De vxore Loth
b 1. Cor. 11. 29.
c Iob. 15. 16.

PVNCTVM III.

TERTIÒ, reuoluam mecum iudicij huius *processum*, & ordinem, id est accusatores, testes, probationes, & examen seuerum, quod de omnibus meis actionibus instituetur, vt iuxta eas sententia feratur.

Processus.

PRIMÒ, accusatores erunt tres; PRIMVS, DIABOLVS, quem S. Ioannes appellat, a *accusatorem fratrum nostrorum*, cuius officium est, *accusare illos ante conspectum Dei die ac nocte*, is autem in nouissimo hoc iudicio maiori odio rabieque accusabit me, de omnibus, & singulis sceleribus, quæ ipsius persuasione admisi, dum eius tentationibus consensum præbui. His verò *falsas* aliquas accusationes adijciet, ex meris suspicionibus profectas: tum quia cognoscit hominis intentiones; tum quia ira, & malitia ipsum excæcant, faciuntque vi falsa pro veris reputet. Quapropter, anima mea resiste viriliter omni tẽpore hosti huic tartareo; & noli quicquã, b *quod illius sit*, admittere: vt, quando ad iudicium contra te venerit, nihil in te *suum* inueniat, quo te perterreat; nec vllũ scelus verũ, de quo te accuset.

Accusatores
I.
a Apoc. 12 10 Diabolus Vera Falsa profert Quis accusatori obediat
b Ioan. 14

SECVNDVS accusator, erit cuiusq; CONSCIENTIA, quæ etiam millenorum testium instar erit, cuius nos stimuli vehementer exagitabunt, quò nostra omnia prodantur: nam (vti S. Paulus ait) a *Testimonium reddet conscientia cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die quo iudicabit Deus occulta hominum*. Et quemadmodum in confessione ego me sponte reum accusatorem, & testem contra meipsum constituo, vt à Sacerdote absolutionem consequar; ita tunc idem facere cogar, vt à DEO iudicer, & condemner, propter ea quæ in præsẽti vita nõ fuerint dimissa.

II. Conscientia
a Rom. 2. 15 Tunc te accusat vt damneris, nunc vt absolua tis

Denique, ANGELVS TVTELARIS *tertius* erit meus *testis*, & quodammodò etiam *accusator*, ob meam in eius inspirationibus, & consilijs repellendis proteruiam, ex quo colligam, quanti mea interfit, horum duorum fidelissimorũ contubernalium meorum, *Angeli* tutelaris, & *conscientiæ* inspirationibus, & cõsilijs omni tempore acquiescere; &, cùm in hac via me, aut accusant, aut reprehẽdunt, eis obtemperare: ne me in altera vehementiùs accusent: iuxta illud consilium Christi dicentis: b *Cum vadis cum*

III. Angelus tutelaris Audi nunc ne inuitus audias postea
b Mat. 5. 26

aduers.

aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Luc. 12. 58.

O Princeps cælorum, ad cuius tribunal iudicandus proficiscor: concede mihi, vt laudabili consilio tuo acquiescens, duobus etiam hisce bonis aduersariis meis consentiã; vt ab omni *culpa* liber, à *tortore* quoq; & sempiterno carcere sim immunis. Amen.

IV. Examen Vniuersale

SVPER omnia verò, animo meo ponderabo, seueriſsimum illud Iudicis EXAMEN, quod duo habebit in se terribilia, PRIMVM, quod sit *vniuersale* futurum de omnibus, & singulis gestis, & peccatis meis, operum, verborum, & cogitationum, etiam *otiosarum*; negligentiarum præterea, & omissionum totius vitæ meæ, necnon ingratitudinis, qua diuinis beneficiis, cum generalibus, tum specialibus (vt sunt sacramenta, inspirationes diuinæ & alia huiusmodi) respondere neglexi; Et malarum deniq; circũstantiarum, quæ bonis actionibus permixtæ fuerunt. Nam propterea dicit: d *cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, atque si distinctiùs diceret, de ijs etiam actionibus, quæ iustæ esse videntur, examen instituam.

c Matt. 25. 36.

d Psal. 74. 3.

2 Euidens ipsi Reo.

SECVNDA examinis huius proprietas est, quòd ipsi etiam *reo* examinato, clarissimum euidensque sit futurum: quia omnium, & singulorum probatio, erit lux quædam clarissima, qua Deus animæ eius, vniuersa, & singula eius scelera, nullo prætermisso, deteget; etiam ea, quæ ex memoria effluxerunt, aut peccata non esse, ipsa reputabat. Nam propterea per Prophetam quendam ait: a *Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem, in lucernis*, non modo se dicit iudicaturum *impios* in *Babylonia* degentes; sed *iustos* etiam, *Ierosolyma* incolas, tantamque lucem ad animas eorum scrutandas accensurum, vt ipsimet omnes conscientiarum suarum angulos intueantur. O quantis miseriis premetur pauper, & misera anima mea in adeo stricto, & seuero examine! Quantus eam tenebit stupor, ex euidentia tam certæ, & claræ probationis! O Deus æterne, a *non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Time, anima mea, etiamsi enormia in te flagitia non inuenias: quia ille, qui te examinaturus est, & b *iudicaturus, Dominus est*, qui multò clariùs acutiusque videt, quàm tu; ideoque facilè ea reperiet. Examina teipsam, quàm potes exactissimè, & in scelera, quæ repereris, seueriſsimum exerce iudicium; quia, si te ipsam c *dijudicaueris* cum dolore, *non* ampliùs, ad tuam dãnationem, *iudicaberis. Hæc sunt principalia proposita, quæ mihi ex hac consideratione sunt eliciendæ, quæ sub vesperam vniuscuiusq; diei, dum* examen *conscientiæ instituo, vel, dum per* exomologesim *peccata mea expiare conendo, in opus conferre enitar, quemadmodum latiùs explicabitur, medit. 28. & 31. huius primæ partis.*

Ibid.

a Sophon. 1. 12.

S. Bern. ser. 55. in Cant. Iustis

a Psal. 142. 2

b 1. Cor. 4. 4

c 1. Cor. 11. 31

V. Opera iustorum eis manifestabuntur.

Ad extremum, illud expendam, quòd in hoc examine Deus animæ iustæ, omnia quoque bona opera, verba, & cogitata patefacturus sit; etiam ea, quorum ipsa memoriam deposuerat; & quibus bona an mala essent ambigebat. Tunc obedientias, & pœnitentias, orationes, & mortificationes suas summa cum voluptate videbit. nam propterea vox cælestis pronuntiauit, d *beatos eos, qui in domino moriuntur: opera enim illorum inquit sequuntur illos.* Hac consideratione, comparando inter se proborum, ac improborum examen, excitabo memetipsum ad talem vitam hîc traducendam, quæ in nouissimo examine à Deo approbetur.

d *Apoc.* 14 13.

PVNCTVM IV.

Priuabitur bonis supernaturalibus omnibus

Simile à degradatione sacerdotis.

QVARTÒ, expendam mecum, quomodo Christus in mortis instãti iustâ sententiâ suâ, priuaturus, & despoliaturus sit miseram peccatoris animam, gratiis, & donis supernaturalibus, quæ adhuc in illo post peccatum remanebant: vt sine illis æternos gehennæ ignes ingrediatur. HVIVS sententiæ, & pœnæ, quam damnatus illo tempore perpessurus est, immanitatem coniectura assequemur ex his, quæ accidunt *sacerdoti*, adeò enormis delicti reo, vt viuus flammis absumi mereatur. Hinc enim, ne dignitati Sacerdotali, infami hoc supplicio, aliqua irrogetur ignominia, primum degradat Episcopus, eumque indumentis sacerdotalibus indutum, singulatim spoliat dicens: *quandoquidem honore sacerdotali indignum te reddidisti, nos quoque indumentis sacerdotalibus expoliatum, honore, quem habuisti, te priuamus*: sicque degradatum sæculari potestati tradit, quæ meritam ignis pœnam illi inferet. Eodem modo Christus a *Episcopus & pastor animarum nostrarum*, degradabit animam peccatoris, cui in sacro Baptismate contulit dignitatem sacerdotij spiritualis, & sacerdotalibus vestibus eam decorauit: quã, quòd ipsa peccando, hoc honore indignam se reddidit, seque ipsam præcipuo gratiæ & charitatis indumento nudauit, his ipse vestibus spoliabit.

a 1. *Pet.* 2 25

Fide Cingulo

Primò namque aufert illi DEVS in hoc instanti *lumen Fidei*, quod erat Spirituale *Cingulum lumborum eius, & Cinctorium renum eius*, b Dicetque ei: Quandoquidem hoc cingulo indignam te reddidisti, nec te ita cinxisti, vt vitæ tuæ actiones, iis, quæ credebas, conformares: illud à te tollo, vt in perpetuis tenebris ligatis manibus, ac pedibus permaneas. Deinde auferet illi virtutem *Spei*, dicens: quoniam hac virtute indignam te feciſti, & ea malè vsus fuisti, idcircò tollo à te spem omnis auxilij, quod tibi ad ferendum suaue iugum legis meæ promptè obtuleram; adimo tibi *stolam*, quæ pignus est immortalitatis ac æternæ vitæ, quod tibi impertitus fueram; auello abs te *manipulum* planctus, & pœnitentiæ,

b *Isa.* 11. 5.

II Spe

Stola Manipulo

vt nun-

Vt nunquam speres à me peccatorum veniam; denudo te *Amictu protectionis* meæ, ne vllo vnquam tempore ampliùs ea gaudeas.

Amictu III

Despoliabit eam præterea omnibus gratiis gratis datis, vti sunt gratiæ c *Prophetiæ, & miraculorum*, dicetque: Quandoquidem his gratiis omnino indignam te reddidisti, aucupando ex eis vanum honorem, & gloriam hominum; Sanctissimasque leges meas spernendo atque conculcando, omnibus his donis, quæ à *gratia* prouenerunt te priuo; vt nihil deinceps, nisi rigor *iustitiæ*, tibi supersit. Hoc pacto infelix anima ingenti cum contumelia, & infamia denudabitur, atque in ea illud Ezechielis complebitur: d *Denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ, & dimittent te nudam, & ignominiâ plenam.* O quantam confusionem sustinebit infelix anima mea, quando se illis omnibus, quibus anteamictum in modum decorabatur, denudari videbit! O Redemptor mundi, f *Princeps pastorum, & Episcope animarum nostrarum*, noli *degradare* aut despoliare animam meam vestimentis, quibus in sacro Baptismatis lauacro eam adornasti; sed indumento gratiæ tuæ, quam culpâ meâ perdidi, denuò me vesti: vt ab hac nuditate, & confusione sempiterna liber existam. Amen.

c *Matt.* 7. 22. 23.

Gratiis gratis datis

d *Ezech.* 23. 26. 29.

f 1. *Pet.* 2. 25

Perpendam insuper mecum, vnum ex his vestimentis, animæ remansurum, *characterem* videlicet, siue signum Christianismi, quod accepit partim in Sacramento Baptismatis, partim in Sacramento Confirmationis, & Ordinis; si his Sacramentis initiata est: verùm id in maiorem ipsius confusionem cruciatumque cedet. Mauri etenim ac Pagani in gehennæ incendiis cum Christiano existentes, signumque hoc, g *cœpti & non absoluti ædificij*, intuentes, mirandum in modum *illudent ei*, dicentes: O stulte & mentis inops, qui tantum bonum in manibus habēs, eius tuâ culpâ iacturam feceris, *Cur cœpisti ædificare, & non consummasti*, cū plurima tibi pro eo absoluendo auxilia suppeterent? si nos Christiana fide imbuti fuissemus, omnem certè operam dedissemus, ne in hanc miseriam deuolueremur: at te quis circumuenit, nobisque in ijsdem cruciatibus sociauit?

D. Tho. 3. p. q. 63 ar. 5. ad 3. Character manet ad Confusionem

g *Luc.* 14. 30 Gentes insultabunt Christianis

Ad extremum, despoliabitur anima *virtutibus moralibus, & politicis*, quas in præsenti vita acquisiuit: nulla enim tunc remanebit ei prudentia, nulla iustitia, nulla fortitudo, nec vlla cæterarum virtutum. Et, si fortè nonnullæ ei *scientiæ* remanserint, quas industriâ & labore suo conquisiuit; illæ ad maiorem ipsius cruciatum cedent: eò quòd illis scientiam, qua ab hisce miseriis liberari potuisset, sibi comparare non studuerit. Hoc autem pacto complebitur in ea tremenda illa Sancti Iob sententia. d *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum, intrinsecus: diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius*

IV.

D. Thom in addit. q. 98. ar. 1. ad 3. & art. 7. Virtutibus omnibus

d *Iob.* 20. 14

Scientia manet ad cruciatum

extrahet eas Deus. caue, anima mea, ſponte nunc diuitias gratiæ & charitatis, quas accepiſti, euomere: ne violenter poſtea idem, cæterasque virtutes euomere cogaris; & ſcientiæ, quas modò cum voluptate acquiris, conuertantur tibi in fel aſpidum, teque vehementer crucient.

i *Matth.* 25 21 &c.

Hi præcipui ſunt fructus, ex hiſce conſiderationibus mihi colligendi: vt hac ratione diſcam i *negotiari talentis*, quæ Deus mihi tradidit; ne in die reddendæ rationis, ea mihi, velut ſeruo negligenti, & deſidioſo, auferat; illis duntaxat relictis, quæ aſpidum inſtar ac draconum, cor meum crudeliſsimè dilaniabunt, propterea quòd malè iis vſus fuerim.

PVNCTVM V.

Sententia Impij

QVINTÒ, eam perpendam *ſententiam* quam eodem mortis inſtanti Chriſtus contra peccatorem pronunciabit: quamque interna, horrendaque voce ijſdem verbis intimabit, quibus in vniuerſali iudicio in ſceleratos omnes damnationis ſententiam feret, dicens: k *Diſcede à me maledicte in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.*

k *Matt.* 25. 41.

Quod perinde eſt atque ſi diceret: Auferte hinc, peccator deteſtabilis, qui nec in conſpectum meum venire, nec in gloriam meam introire dignus es: Abi in *ignem* illũ æternũ, quem ſcelera tua iuſtè merentur; & ſociare *Diabolo*, cuius poteſtati te totum trado, vt te ſecum abripiat.

Lata hâc ſententiâ, eodem inſtanti Deus animam protectione ſua deſtituet; & tutelaris Angelus deſeret, dicens: l *Curauimus Babylonem, & nõ eſt ſanata, derelinquamus eam.* Quod idem eſt, ac ſi diceret: Multa adhibui remedia, vt curareris, & ſalutem æternam conſequereris, ſed ea admittere noluiſti: Quapropter poteſtati eius te relinquo, qui vltionem, quam rebellio, & proteruia tua meretur, de te ſumet. Eodem momento, ingenti cum exultatione *Diabolus* infelicem animam abripiet: nec vllas admittet preces & ſupplicationes, ſed eam ſecum gaudens in infernum aſportabit. Quare peccator è lecto, in quo, multis vtens commodis, & numeroſa conſanguineorum, & amicorum caterua circumdatus, iacebat, morte in ſpecie quidem felici, & placida, ſed reipſa infeliciſsima, nam (vt S. Iob ait) m *in puncto ad inferna deſcendet:* & de vno extremo bonorum temporalium, ad aliud ſuppliciorum æternorum in ictu oculi tranſibit. O quid infortunata illa anima ſentiet in primo ad inferos ingreſſu, aduertens, quid reliquerit, & quid inuenerit; aſpiciens inquam, & ſentiens lectum illum, in quo collocabitur, igneum, n *operimentum vermium*, ſocietatem dæmonum, & quicquid reliquum eſt tormentorum ſine vlla ſpe ex illis emergendi. O iudex iuſtiſsime, miſerere mei *& cum veneris iudicare, noli me condemnare.* pertimeſce, anima mea,

l *Hier.* 51. 9. Deſeretur a Deo & Angelo.

Rapietur à Dæmone

Heu quam iubita mutatio.

m *Iob.* 21. 13

n *Iſa.* 14. 11.

hanc,

hanc damnationis æternæ *sententiam*, & eo modo vitam tuam hîc instítue, vt eandem euadere merearis.

PVNCTVM VI.

SEXTÒ, considerabo *sententiam* quæ pro *iusto* feretur, cui Christus Redemptor noster voce dulci, & dilectionis plena inuisibiliter dicet: a *Veni, benedicte patris mei, & percipe regnũ, quod tibi paratum est ab origine mundi.* b *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Eodem momento *Diabolus* fugam capesset: *Angelus* verò tutelaris animam suscipiet, alijs quam plurimis angelis accedentibus, vt eam sicut Pauperis *Lazari* animam, ingenti cum tripudio in cœlum deducant; vbi sempiternis bonis, sine vllo amissionis metu fruatur, si nihil in ea *purgatorijs* pœnis expiandum restet. O quàm ineffabile gaudium occupabit animam in primo hoc & desideratissimo cælestis Paradisi introitu! Cùm, quæ prius doloribus plena, despectibus humiliata, timoribus perturbata erat, in ictu oculi viderit se longè aliam effectam esse; pœnâ omni in gloriam commutatâ, & planctu in gaudium; Angelis sociatam, in loco quietis constitutam, & diuinæ visioni penitus immersam.

His omnibus bene perpensis, *comparationem* inter bonos & malos instituens, videbo b *mortem peccatorum* (vti Regius Propheta inquit) esse *pessimam*, & detestabilem: omnis quietis finem, & intolerabilium tormentorum principium; Contrà verò c *mortem sanctorum esse pretiosam in conspectu Dei*, finem laborum ac molestiarum, ac sempiternæ tranquillitatis initium: Hac consideratione meipsum animabo, ad *bonam* mortem procurandam, quò bonam accipiam sententiam: ideoque pœnitentiæ opera, & virtutum exercitia strenuè amplectar, hac de Iudicis benignitate concepta fiducia, quod clementem in me sententiam sit pronunciaturus; si eius misericordiæ in vita mea locum dedero.

FINIAM hanc meditationem colloquio ad beatissimam Virginem *Mariam*, quæ huic iudicio non se ingeret; quod statim, atque anima è corpore egreditur, ianua omnino intercessioni ac veniæ claudatur, aperiatur verò seueræ iustitiæ: Quapropter obtestabor eam, vt modò pro me intercedat, & actiones bona sententia dignas mihi impetret. Ad quod plurimum proderit magna pietate, & Spiritu proferre vltima Salutationis Angelicæ verba: *Sancta Maria mater Dei: ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen*: vel ea, quæ hymnus alius habet. *Maria mater gratiæ mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* O Virgo excellentissima, peccatorum fidelis aduocata,

Iusti
a *Matt.* 25. 34.
b 21.
Fugæ Diaboli
Angeli gaudium
Lazarus

E cruce ad gloriam

II.
b *Psal.* 33.
Mortis bonæ & malæ comparatio
c *Psal.* 115. 14.

III
B. Virgo nunc Aduocata, nunc.

Oratio ad D. Virginem

promouc causam meam apud vnigenitum filium tuum; mitiga iram illius tua potenti intercessione, & impetra mihi locum veræ pœnitentiæ, priusquam tempus eam faciendi elabatur. Et quoniam sententia, quæ in morte feretur, est irreuocabilis, effice, Mater clementissima, vt pro me illa pronunticetur, quo benedictum fructum ventris tui IESVM Christum videre, eoque tecum in omnẽ seculorũ æternitatem perfrui valeã Amen.

Ad huius meditationis scopum respiciunt ea quæ in tertia parte dicuntur, in Meditatione de morte diuitis Epulonis, & mendici Lazari; *quæ historia viuum quoddam Exemplar est eorum, quæ in hac Meditatione sunt posita.*

MEDITATIO X.

DE IIS QVAE CORPORI POST mortem euenient, ac de sepultura.

EX PRAECIPVIS *fructibus, quos ex mortis meditationibus nos referre oportet, non minimus ille est, quòd ex eis discamus nobile illud virtutis exercitium, quod ab affinitate, quam cum ipsa morte habet,* mortificationem *appellamus: quæ nihil est aliud, quàm* passionum, & inordinatarum affectionum nostrarum mors, *quæ vitam illis adimimus; easque reprimere ac sepelire cõnamur, quoadusque in puluerẽ, & nihilũ redigantur eo modo, quo Dauid ait.* a Persequar inimicos meos, & comprehendã illos; & non conuertar, donec deficiant; confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. *Propterea inquit* S. Ambrosius *vitam Iusti esse quandam* mortis imitationem: *eò quòd assiduum illius studium sit,* carnalem vitam, *quam intra se experitur, omnium rerum, quas caro, & voluntas propria inordinatè appetunt,* priuatione, *& pullulantium concupiscentiarum* repressione, *perimere, quoadusque instar* mortui *se habeat ad omne peccatum: Iuxta illud Apostoli:* b Existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem DEO in Christo Iesu. *Et iterum:* c Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neq; contrectaueritis; quæ sunt omnia in interitum ipso vsu. d *Sed* mortificate membra vestra quæ sunt supra terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, &c.

HVIVS *mortificationis praxim ad mortis similitudinem ostendimus in hac meditatione, cuius finis erit ipsius* mortis imitatio. *Proceditur autem in ea per a-*

sect

fectus timoris, *qui magis proprij sunt vie Purgatiuæ; quamuis illi, qui sunt* amoris, *efficaciores sint, iuxta illud*: e Fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio, *quia nimirum interimit, sepelit, & euertit omnia, quæ amato sunt contraria, vti suo loco declarabimus. Obiter nihilominus in hac meditatione trademus praxim modi cuiusdam meditandi valde vtilis: quo* externa, *& quæ sensibus percipiuntur, spiritualiter explicamus, & applicamus* internis: *ex quo regulas, & documenta perfectionis colligimus.*

e Cant. 8. 6.

6. Parte Medita. 10. & 11.

Praxis externa applicandi internis

PVNCTVM I.

Corpus post mortem

I. Sensibus destitutum

PRIMO itaque considerandum, quale remansurum sit *corpus* meum *post mortem*, animâ destitutum: vbi speciatim tres illius miserias mecum perpendam. PRIMA est, quòd membrorum ac *sensuum* vsu destitutum, non possit ampliùs videre, audire, loqui, ex vno in aliud latus se vertere, bonis vitæ præsentis gaudere, neque affici ex rebus pulchris, suaui Cantuum Musicorum Symphonia, odorib. fragrantissimis, cibis sapidissimis, rebus ad tactum delicatissimis: hæc enim omnia, non plus illud afficiunt, quam si non essent: eò quòd instrumenta perdiderit, per quæ istis gaudere, ac frui consueuerat: parumque illi profuturum sit, quod eis aliquando vsum fuerit.

II. Horridum & Informe.

SECVNDA *miseria est*, quod sit deforme, pallidum, indecorum, ac fœtidum, magnoque impetu ad corruptionem festinet, adeò vt quod paulò ante pulchritudine sua oculos spectantium recreabat; idem nunc sua deformitate sit horrori.

III Sepulchro clauditur.

Ex quo *tertia* resultat *miseria*: nimirum quòd ab omnib. solum in cubiculo, & in eorũ, qui illud sepulturæ tradituri sunt, potestate, relinquatur: imò amici, & domestici ipsi vehementer vrgeant, vt quamprimum domo eiiciatur; & pro magno pietatis genere habeãt si quã citissimè id fieri curẽt.

Moriendũ in vita.

Ex hac consideratione colligam, quàm prudẽter, & securè facturus sim, si ea, quę mihi post mortem violenter, & sine fructu euentura sunt, modò, dum viuo, præueniam; meque velut mundo, & omnibus, quæ carnis, & sanguinis sunt, mortuũ tractem; enitarq;, mortẽ in tribus illis iam dictis proprietatib. aliquo modo imitari: mortificando *sensus* meos; & me cunctis eorum voluptatibus priuando, nõ illicitis tantũ, sed etiam licitis, verùm non necessariis: Adeò vt, veluti mortuus, non habeam vltrà pedes, manus, oculos, aures, gustatum, & linguam, ad omnia, quę peccati speciem præferunt; & perfectioni, quam profiteor, aduersantur.

Custodia sensuum. Mortuus peccato & mundo

Neque pulchræ blandientesq; præsentis vitæ res magis me afficiant, quã si non essent: in quibus non considerabo, quid modò illæ; sed quid paulò post, futuræ sint. Nam vt S. Gregorius Papa inquit, quantis licet auri,

& ar-

Caro eſt Caro. *Hom.13.in Euang.*

& argenti molibus circumdetur, quibuslibet pretioſis veſtibus induatur *caro*, quid eſt aliud quam *caro*? Quid autem eſt a *caro* niſi *fœnum*; & quid *gloria eius*, niſi *flos agri*, qui vnico flatu marceſcit? Denique *virtutem* generoſo adeò animo ſequar; vt, ſicut moriturus non queritur de illis, à quibus deſeritur, & relinquitur; ita ego quoque nihili æſtimem, quòd mundus me deſerat, conuerſationem meam fugiat; meque non aliter ac mortuum, & crucifixum abhorreat: ſed fortiorem me reputem, ſi idem mihi accidat, quod Dauidi, de ſe dicenti: b *qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde. Factus ſum tanquam vas perditum; quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Vtinam morerer mihi ipſi in corde meo: vt nec ſentirem me ab hominibus velut mortuum tractari; Vtinam ita mortuus, & c *Crucifixus* eſſem omnibus rebus, quæ mundi ſunt: vt *mundus* me quoque mortuum, & *Crucifixum* exiſtimaret. Concede mihi, dulciſsime IESV, vt per legem gratiæ tuæ, *moriar* legi culpæ, Deoque ſoli *viuam*; ac delectabile mihi ſit, in eadem Cruce tecum eſſe crucifixum, vt deinceps d non *ego viuam*, *ſed tu in me*, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Fœnum a Iſa.40. 7.

b Pſal.30.12.

c Gal.6.14. Mundo crucifixus, ſibi mortuus, viuit Deo

d Gal.2.20.

PVNCTVM II.

Indumentum viliſsimum

Super impoſita auferuntur.

Lectus

Terra a Iſa.14. 11.

Puluinaria

Oſſa arida.

Cubile

Foſſa.

Mauſolea cui bono!

SECVNDÒ, perpendam *veſtimenta*, *lectum*, & *habitaculum*, quæ corpori meo mortuo præparabuntur. *Indumentum* eſt ferè totius domûs viliſsimum, & ſimpliciſsimum; quia non eſt aliud, quàm abiectum aliquod linteum, quo cadauer inuoluatur, ſine vllis aureis vel ſericeis ornamentis: quorum ſi nonnulla funeri meo, (cùm ad ſepulchrum corpus deferendum eſt) condecorando ſuperimpoſita fuerint, attamen, priuſquam illud ſub terram condatur, auferentur. *Lectus* eſt dura terra; &, (vti Iſaias Propheta inquit) a *ſubter illud ſternetur tinea, & operimentum eius erunt vermes*: Cortinæ & *puluinaria*, arida reliquorum mortuorum oſſa. Eiuſdem quoque generis erit *habitaculum* ſiue cubile, quod aliud non erit, quàm foſſa ſeptem pedum longitudinis, quæ mediâ horâ conſtruitur: nam cæteræ ſepulchrorum ſplendidæ fabricæ, ad quid deſeruiunt mortuo corpori, quòd iis frui, & gaudere nequit? Ex his omnibus vehementi pudore ſuffundat, de vanitate, & curioſitate mea, qua deſidero veſtium ſplendorem, lecti mollitiem, habitationis amplitudinem; enitarque mortificare omnem in his rebus immoderantiam, & æquanimiter tolerare eárum defectum: eò quòd ea, quæ habeo, quantumuis modica ſint, multa nimis ſint, ſi comparentur cum his, quæ mihi poſt mortem remanſura ſunt.

Curioſitas lecti, domus veſtitus.

Vota Reli

SPECIATIM verò, ſi *religioſis* votis obſtrictus ſum, aut *perfectionis* de-

siderio flagro, acres hinc stimulos, & incitamenta colligere possum, vt talis sim per excellentiam, omne videlicet studium eò conferendo, vt vita mea sit assidua quædam mortis meditatio, ac imitatio in tribus huic statui proprijs: PRIMVM in omnium rerum expoliatione, ad quod PAVPERTAS me obligat; sicut mortuus, omnium opum suarum Dominium amittit, quæ ad hæredes ipsius, vel ad pauperes transeunt; nec sentit, quòd vilissimo vestimento contegatur aut loco abiectissimo sepeliatur: ita ego non contentus ero, quòd omnia, quæ possidebam abiecerim, & in pauperes erogauerim, vt nudum IESVM sequerer, verùm etiam rerum necessariarum defectum placido animo feram; nec modò non conquerar, (sicut nec mortuus conqueritur) si vilissima quæque in vestimentis, lecto, & habitatione mihi attribuantur; sed lubenti etiam id animo amplectar. Etenim si b *nudus de vtero matris meæ egressus sum, & nudus reuertar illuc*, parũ est, si *nudus* quoque, modo supradicto, *viuam*: vt sic mediũ vitæ meæ, cum ingressu, & exitu correspondeat, & conforme sit.

SECVNDO etiam mortuum imitabor in omniũ voluptatum sensuum abdicatione, & renuntiatione: ad quod me obligat perfecta CASTITAS: Vt quemadmodum in morte matrimonia dissoluuntur, cessant *curæ*, quoad vxorem, filios, vniuersamque familiam, vt fit diuortium quoddam vniuersale ab omnibus reb. terrenis, & carnis voluptatibus; ita ego quoque per votum castitatis mortuus sim omnibus hisce rebus, & curis earũ; meque non aliter ad illa habeam, quàm si vel ea in mundo non essent; vel ego illis non viuerem.

TERTIO, mortuum imitabor in perfecta OBEDIENTIA: Vt quemadmodum corpus mortuum patitur se pro alterius libitu portari, & tractari, sine vlla resistentia, querela, aut repugnantia; nec habet voluntatem ad eligendũ amictum, aut sepulchrũ, vel aliud quidquam; sed ea tantùm, quæ ab alijs ei donantur, acceptat: ita & ego in omnibus, vbi peccatũ non sit, à Prælatis, & Superioribus meis permittam me gubernari; illisq; in cunctis, siue alta, siue humilia; siue dulcia, siue amara; siue facilia, siue difficilia fuerint, obtemperabo, sine vlla excusatione, cõtradictione, aut repugnantia: nec propriam voluntatem habebo, qua hoc vel illud eligã; sed voluntati propriæ mortuus, alienæ me submittam; & ea tantùm, quæ mihi data fuerint, humiliter acceptabo.

Hæc sunt proposita, quæ mihi ex hac mortis consideratione sunt elicienda: quæ in opus quoque conferre adnitar. neque magnum quid est *quinquaginta annis* (quamuis fortè non sint futuri quinquaginta *dies*) hoc pacto mortẽ anticipare, vt securus sim de vita *æterna*: in qua quinquagies millenis millionibus annorum possidebo cœlestis regni diuitias; illiusq; gaudijs, & opulentiâ perfruar; perfectamque libertatem, ab omni

gionis sunt imitatio mortis.

I Paupertas

Etiam Necessarijs carendo.

b *Iob. 1. 21.* Nudus

II. Castitas instar Mortui.

III Obedientia sine voluntate

Memento mori vt Aeternum viuam.

miseria liberam, adipiscar. O felicē *mortem*, quam excipit tam fœlix vita!

Oratio pro vera mortificatione

O dulcissime IESV, cuius *vita* fuit continua quædam *mors*; vt nobis sanctissimæ, & perfectissimæ vitæ exemplum quoddam præferres; largire mihi hanc gratiā, vt ad tui imitationem *viuam*, & *moriar*; nudus à terrenis reb. omnibus, mortificatus cunctis sensuum deliciis, ac voluptatibus; & *subiectus omni humanæ creaturæ*, ob tuum amorē. Fac, vt omni tempore cunctis reb. visibilibus mortuum me reputem, vt *vita mea abscondita sit tecum in Deo*, per omnia secula seculorum, Amen.

1. Pet. 2. 13. ad Col. 3. 3.

PVNCTVM III.

Iter ad Sepulchrum.

TERTIO retofuam mecum, *iter corporis vsque ad sepulchrum*, ponderando PRIMVM: quomodo in feretro collocandum, & alienis humeris vsque in Ecclesiam deferendum sit: & quod paulò ante per vicos, & plateas obambulabat, omnem in partem oculos circumferens; & sacram ædem ingrediens, omnia & singula accuratè perlustrabat, nūc alienis pedib. ingredietur, prorsus cæcum, surdum, & mutum; fletus aliorū tantummodo, propter miseriam suam incitamentum. Quamobrē ad carnis meæ lasciuiā comprimendam, quoties è *lecto* surgo, recordabor illius horæ, qua alij ab eodem me *tollent*, nunquam ad illum rediturū: Quoties domūs meę *gradus* descēdo, memor ero diei illius, quo alij per eosdē me deferent, sine vlla spe illos iterū conscendendi: Quoties per vrbis *plateas* ob ambulo, paulò post per easdē plateas, ab alijs me esse deferendū, eandemq; *Ecclesiam* ita alienis pedib. ingressururum, vt nunquam deincepseam sim egressurus.

I. Deportatur cadauer.

Excitatio matutina è lecto. in Gradib. Plateis, Ecclesia.

SECVNDO considerabo, quali cum *comitatu* ad sepulchrum deferendus sim: alijs cantantibus, aliis plorantibus, quam plurimis verò sequentibus, vt me piè honorent; vbi expendam mecum, nihil corpori meo tunc profuturum, quòd modico aut amplo honore afficiatur; & multò minus animæ, si in inferno ardentissimis gehennæ ignibus torqueatur: imò honor hic, si eum illa nosset, acerbiorem illi cruciatum adferret.

II. Comitatu varius

TERTIO, intuebor, quomodo corpus meum in sepulchrum inferant, *terrâ* cooperiant, atque in summitate illius lapidem imponant: quod tamen ibi vermes depascentur, in puluerem, & cinerem redigetur, ac paulò post ita prorsus obliuioni tradetur, atque si nunquam in mundo extitisset. Et quanquam multa, & admodum honorifica illius post mortem haberetur memoria: attamē id animæ parū vtilitatis adferet, nisi DEO fruatur: quemadmodum parū prodest Aristoteli, & Alexandro Magno, multis in hoc mundo præconiis celebrari, cum animæ ipsorum in inferno, atrocissimis tormētis excruciētur; iuxta illud, quod quidā S. Vir de illo dicere solebat: *Condoleo tibi Aristoteles: qui, vbi nō es, laudaris; & vbi reuera es, cruciaris.*

III. Finis, cinis vermis, lapis, obliuio

Memoria animæ quid prodest! Epitaphiū Aristotelis

Ex his considerationibus quædam eliciam documenta: *Primo* namque discam, *vanos* huius mundi *honores* nihili æstimare: *Deinde* memetipsum

pro-

refundé *humiliare*, & omnium pedib. velut a *Vermem* ac puluerem, qui ab omnibus conculcatur, & *abijcitur*, ſubſternere: *Tum* etiam *pauperes*, & humiles non aſpernari quibus paulò poſt in morte ſim futurus æqualis. *Demum*, animam meam alloquens, dicam: Intuere diligenter, quē finem habitura ſit caro, qua circundata es: Vide quam foueas, quam molliter tractes, quam exornes, ſupra quam extruas turres inanes; cum omnia hæc nihil aliud ſint, quàm b *puluis, quem proijcit ventus à facie terræ*, & mox in eandem reuertitur. Pudeat te, tam vili & abiectæ carni eſſe ſubiectam; quin potiùs da operam, vt eam tibi velut ancillā ſubijcias; quo tibi adiumento ſit, ad æternam vitam acquirendam. *Domine* Deus æterne, illumina oculos inopis animæ meæ, ſupernâ luce tuâ, vt videat triſtem ac lamentabilē miſeri corporis ſui terminum; & præſentia omnia, ſpe futurorum bonorum, pro nihilo ducat, Amen.

Documenta

I

Honores deſpice

2

Te deſpice

a *Pſal.* 11.7.

3

Pauperes ſuſpice

b *Pſal.* 1.4.

Oratio

QVARTO & vltimò conſiderabo, incertum eſſe, an tam honorificum mihi obuenturum ſit funus, an verò Deus, ad ſcelerum meorum punitionem permiſſurus, vt in ventribus piſcium, aut ferarum ſepeliar; aut (quēadmodum S. Ieremias Propheta inquit) c *Sepultura aſini ſepeliar, vt putrefactus & proiectus extra portas*, canibus & porcis in eſcam cedam, quemadmodum infelici d *Iezabeli* accidit. Quod ego iuſtè, ob innumera flagitia mea, ſum promeritus; liquidem beſtiali vitæ ſepultura quoque beſtialis cōuenit. Ac proinde, ad me quod attinet, inanem mundanorum funerum, & ſepulchrorum pompam deteſtabor, deſiderans, mihi in vita, & morte, humillimum totius terræ locum obuenire.

IV.

Honorem ſepulchri quis mihi promittit!

c *Hier.* 22. 19.

d 4. *Reg.* 9. 35.

Qualis vita talis ſepultura.

Deteſtatio inanis pompæ.

Infelix ſepultura animæ

POSSVNT quoque illa, quæ in *tribus* hiſce punctis dicta ſunt, ſpiritualiter explicari, animæque per peccatum mortuæ applicari. Illa namq; remanet fœda & abominabilis; ad actiones, æternæ vitæ meritorias, efficiēdas inepta; ſepelientib. eam paſſionibus ſuis inordinatis in profundo malorum; & contegentibus lapide obſtinationis, quouſque ad obſcurum, & horrendum inferni ſepulchrum deferatur. Quæ omnia ad inſignem me promouere debent compaſſionem: ſi enim corpus, quod ab anima derelictum eſt, defleo; cur non magis animam, quam Deus deſeruit, deplorē? Et quandoquidem mortuo corpori vitam, ſi poſſem, reſtituerem: rationi quoque conſentaneum eſt, vt animam meam ſummâ diligentiâ & ſolicitudine viuificare ſatagam, mediis, quæ Deus mihi adhoc contulit, adhibitis; priuſquam cum corpore anima quoque omni iam remedii ſpe ſublatâ, emoriatur. O Deus æterne, noli permittere, vt in viuo corpore animām mortuam circumferam: viuifica tu illam gratiâ tuâ; vt quando corpus eam reddiderit, vitam æternam conſequatur. Amen.

Exd. Aug.

Corpus deflectur & viuificatur quid ni anima?

In viuo corpore anima mortua.

Hæc conſideratio fuſius tractabitur in tertia parte *in Meditatione de tribus defunctis à Chriſto reſuſcitatis.*

MEDITATIO XI.

DE MORTIS MEMORIA: ET DE PVLuere, in quem corpus, terræ mandatum, conuertitur.

Pro die Cinerum. Geneſ. 3. 19.

EDITATIO hæc verbis illis, tanquam fundamento, inhæret, quibus Eccleſia in die CINERVM vtitur: Memento homo quòd puluis es, & in puluerem reuerteris. *Quibus nimirum DEVS* Adamum, *poſt eius inobedientiam affatus, mortis ſententiam, quam priùs fuerat comminatus, in illum protulit. Obiter autem eiſdem verbis nobis inſinuatur, quid ſimus, quid fuerimus; & quidque futuri ſimus, nihil videlicet, niſi* puluis.

Puluis & vmbra ſumus.

PVNCTVM I.

Corporis non è nihilo ſed è vili limo.

PRIMO, conſiderandum eſt, Deum omnipotentem, Adami, protoparentis noſtri corpus de *nihilo* creare potuiſſe; quemadmodum animam condidit: noluiſſe tamen; ſed ex materia quadam, tum viliſsima atque craſsiſsima, tum ſpectabili atque palpabili, ex puluere videlicet, & a *limo terræ* illud formaſſe: vt nimirum homo oculis corporeis limum hunc quotidie intuens, originis, & principij ſui continuè admoneretur; idque duplicem in finem. PRIMVM, vt in ſumma ſemper animi demiſsione ſe contineret; agnoſcens ex ſe, & eſſe ſuo dignum eſſe, qui ab omnibus contemnatur, & pedibus, veluti *lutum* conculcetur; Nec quicquam habere, vnde ſe inaniter erigat; etiamſi multis aliàs eximijs bonis locuples ſit: ſiquidem illa omnia fundantur in puluere.

a Gen. 2. 7.

Humilitas

Lutum pedibus calcandum

Fundamentum hominis puluis.

II

Charitas ſancta benefactoris

DEINDE, vt eſſet illi recordatio hæc incitamenti loco, ad *diligendum* conditorem ſuum, adeò benignum, & potentem, qui ex tam vili puluere ipſum ad tantam altitudinem ſublimauerit, vt eſſet homo imagine, & ſimilitudine ipſiusmet DEI conditoris ſui, inſignitus.

Oratio

Pulueris

ad hominem

Eccl. 10. 9.

QVAMOBREM puluis, & lutum, *excitatoris* vice eſſe debent, quæ Originem; & materiã, è qua fui conditus, mihi redigant in memoriam: ideoque imaginabor, quotieſcunque illa intueor, huiuſcemodi me vocib. compellari: Recordare homo, quia *puluis* es; ac proinde inſtar puluеris humilia te, & omniũ pedibus ſubſternere: Creatorẽ quoq; tuum, qui te ex puluere eduxit, dilige, ei ſerui, & obtempera. Quotieſcunq; autẽ, ex donis à diuina bonitate mihi collatis, in ſuperbiã erigar; fingã animo, idem luſum huiuſcemodi vocib. elationem meam reprimere: b *Quid ſuperbis terra, & cinis?*

Quid

Quid extolleris c *testa de famis terra*? Reddat te cautum oblitus *Adamus*, qui pulueris, è quo factus fuerat, oblitus Dei similitudinem affectauit, & aduersum Conditorem suum se erexit. O Creator omnipotens, ne patiaris me in pernicioſam, ac deteſtabilem hanc obliuionem deuenire: ne in adeò grauia damna corruam. Illumina oculos meos, vt attenta mente *limum*, de quo formatus sum, intuear; & aures meas aperi, vt eius voces percipiam, animoq; meo tam profundè infigam, vt nullo vnquam tempore, earum obliuiscar: Amen. *Punctum hoc fusiùs tractabitur in sexta harum Meditationum parte.*

Eiusdem reprehensio e *Esa.* 45 Oratio ad DEVM.

PVNCTVM II.

SECVNDO, perpendendum mihi est: Deum, posteaquam Adami obliuionem, atque superbiam conspexit, ad mortem eum, & puluerem de quo plasmatus fuerat, condemnasse: tres autem in ea sententia potissimùm fines, ad illius, & nostram vtilitatem, Deus sibi propositos habuit.

Pulvis pœna peccati

QVORVM PRIMVS est, vt eâ pœnâ peccatum illius castigaret; nos verò instrueret, quam grande malum sit mortalis culpa; quæ sola sufficiès est, destruere, & in puluerem conuertere opus adeò elegans, & nobile, qualis est humani corporis fabrica: nisi enim Adamus peccasset; haudquaquam mortuus fuisset; sed corpore, & animâ cum omni integritate, & perfectione suâ, in cœlum translatus fuisset; propter peccatũ autem, anima cogitur corpus deserere, quod mox dissoluitur, & in tenuissimum puluerem conuertitur. Nam vt ait Apostolus: a *Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.*

I Peccatum tam nobile plasma in puluerem redigit.

a *Rom.* 5.

SECVNDVS finis est, vt quibus ad humiliationem satis non fuit, ex puluere factos esse: memoria saltem *mortis*, nostręq; in puluerem conuersionis, superbiæ esset medicamentum efficaciſsimum. Quare pulvis, & limus terræ, quem intueor, manibusq; contrecto efficax mihi stimulus est, non tantùm quòd Originem, & materiam, è qua processi; sed *finem* etiam, in quem rediturus sum, reuocet in memoriam: atque adeò, quoties illum aspicio, huiusce modi mi voces audire existimabo: Memento homo, te mox in terram, & puluerem conuertendum; nec secus atque ego, nunc omnium pedibus proculcandum. b *Quid superbis?* hodie es caro, paulò pòst puluis futurus: vnde igitur teipsum extollis, & ostentas? O pater misericordiarum, immensas tibi debeo, agoque gratias, quod ipsam sceleris mei pœnam, in superbiæ meæ remedium, & medicinam conuerteris. Concede mihi, vt voces, quibus puluis verè me compellat, surda aure non excipiam: ne clementissimi Patris punitio, in seueri Iudicis flagellum mihi conuertatur.

II Puluis fuisti non mo ueris! Puluis eris

b *Eccl.* 10. 9

Pœna est medicina.

III.

TERTIVS finis fuit, vt timore huius pœnæ atq; pulueris, in quem caro conuertenda est, *corporem* nostrum ad pœnitentiam pro peccatis admissis agendam, appetitionesque sensuales, & passiones effrænes coercendas, extimularet. Vt, si ad nos excitandos atque mortificandos memoria summi illius beneficij, quo DEVS nos ex terræ limo, & puluere extraxit, non sufficit; recordatio certè illa, quòd vbi minimè cogitauerimus, in eundem puluerem rediturí simus, id efficiat: extorqueatque *timor*, quod non potuit *amor* obtinere. Quapropter anima mea, Prophetæ consilium illud amplectere: c *In domo pulueris puluere vos conspergite*: Vt quandoquidem in carne degis, quæ ex puluere formata est; pauloque pòst in pulueris domo, in sepulchro videlicet habitabis, cinere, & puluere te operias, pœnitentiam pro tuis sceleribus agendo, & pulueris huius recordatione dulcia quæq; præsentis vitæ condiendo, ne te sempiternæ morti reddant obnoxium.

timor coercet quem amor non coegit.

Mich. 1. 10

PVNCTVM III.

I

puluis non modo fuisti, sed & fœce, quia terrenus & vanus es

Psal. 1. 4.

INDE progrediar, ad considerandum *Spiritum*, qui in verbis hisce latet, & ponderabo mecum, non sine causa esse dictum: *Recordare ô homo, quòd puluis fueris*, sed, *quòd puluis es*. Vt nimirum intelligam, me ex natura mea corrupta, etiam nunc terram, & puluerem esse: quia ad res terrenas, diuitias, honores & carnis voluptates procliuis sum: & d *tanquam puluis* instabilis, & mutabilis, *quem proiecit ventus à facie terræ*; ita à vento cuiuscunque tentationis, & nominatim, vanitatis, concuti me & commoueri patior: Ac proinde, nisi me ab inclinationibus hisce meis continuero, in terram, & puluerem, hoc est, in hominem terrenum, ambitiosum, sensualem, & vanum commutandum. Propter quod teneor, me profundissimè humiliare; subimisse de me sentire, meamque fragilitatem, mutabilitatem, & periculum, in quo versor, extimescere.

II

Puluis sal Auaritiæ, Luxuriæ

DEINDE mecum expendam, qua ratione hæc mala ac pericula, diuinâ gratiâ opitulãte, possim euadere: rememorando videlicet, tũ me, tũ omnia terrena, quæ diligo, in puluerem aliquando esse redigenda. Et hoc Spiritu, quotiescunque opulentum quempiam, ac potentem intueor, cuius diuitiæ, ac magnificentia oculos meos post se abripit; ne *auaritia*, ambitioue me occupet, & prosternat, cogitabo, neque illum, neque aurum, & argentum eius aliud esse, quàm *terram*, in quam etiam omnia illa sint conuertenda. Quod si personam aliquam eximiæ venustatis conspicer, ne fortè *luxuria* me tentet, deijciatque; in memoriam mihi redigam, ipsã, & ornamenta eius *puluerem* esse, in quem etiam aliquando conuertentur.

Et omnis Amoris Terreni

Eodem Spiritu verba hæc ad omnes res terrenas applicans, mihi ipsi

dicam:

dicam: Memento omni tempore, vniuersa, quæ intueris, & vehementer desideras, non aliud esse, quàm puluerem, & in eundem conuertenda; &, si ea inordinatè dilexeris, te quoque in similem puluerem, & terram conuertendum: Quapropter DEVM solùm, & cœlestia duntaxat dilige, vt virtute diuinæ gratiæ, de te dici possit: cœlum es, & in cœlũ conuerteris, transformatus nimirum, per amorem in cœlum, quod diligis.

Amor trãsfert in rem amatam

PVNCTVM IV.

QVARTÒ, expendam mecum, Deum per mortuos, perque caluarias, & ossa eorum, iisdem me verbis in dies alloqui: *Memento homo, quod puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sed vt fortiùs, & efficaciùs animo meo illa imprimantur, & maiorem ex illis profectum hauriã memorabilẽ etiam illam *Ecclesiastici* sententiam, horum verborum sensum, ac spiritum in se continentem accuratiùs expendam: a *Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum: mihi* HERI, *& tibi* HODIE. Et quoniam defunctus quilibet, duplex subit iudicium; Vnum *corporis* sui, propter quod condemnatus fuit, vt in puluerem conuerteretur, & vermium esca fieret: Alterum *animæ*, propter quam accipit sententiam meritis suis parẽ: Vtriusq; nos vult hæc sententia memores esse. Quamobrem quotiescunque defunctum aliquem, vel ossa, & caluarias mortuorum in Cœmeteriis intueor, fingam animo, quòd hisce me verbis compellent: *Memento homo*, me idem aliquando fuisse, quod tu modo es; & quod ego modo sum, te mox futurum: ego heri vitæ meæ curriculum absolui; fieri potest, vt tu hodie tuæ finem imponas: ego heri in puluerem conuersus sum; Et tibi hodie idem potest contingere: Heri Campani æris sonitus sepulturam meam ornauit; fieri potest, vt idem tuam hodie cohonestet.

Deus per Ossa nos admonet

a *Eccl.* 38. 22.

Ego heri de cunctis actionibus meis rationem DEO omnipotenti reddidi; accidere potest, vt eadem hodie à te exigatur: Ego heri sententiam meritis meis congruam excepi; fieri potest, vt similis hodie in te dicatur, aduerte diligenter, quòd hæc omnia hodie tibi euenient: quia vniuersum tempus vitæ tuæ b *Hodie cognominatur*, & instar est vnius diei: fieriq́ue potest, vt hæc hora tibi sit nouissima, & diem crastinum non videas. Audi, anima mea, voces, quibus te mortui alloquuntur; attende ad lectionem, quam tibi arida illorum ossa prælegunt; memor esto iudicij, quod illi subierunt; sic enim erit & tuum. Vitam tuam ita institue, quemadmodum illi suam institutam fuisse cupiuissent: eas quoque præparationes adhibe, quas illi se adhibuisse vehementer desideraſſent. Iter, quod illi iam immensi

Hodie omnes morie-emur.

b *Hab.* 3. 1. 13.

sunt,

extrahet eas Deus. caue, anima mea, ſponte nunc diuitias gratiæ & charitatis, quas accepiſti, euomere: ne violenter poſtea fidem, cæterasque virtutes euomere cogaris; & ſcientiæ, quas modò cum voluptate acquiris, conuertantur tibi in fel aſpidum, teque vehementer crucient.

Scientia manet ad cruciatum

HI præcipui ſunt fructus, ex hiſce conſiderationibus mihi colligendi: vt hac ratione diſcam i *negotiari talentis*, quæ Deus mihi tradidit; ne in die reddendæ rationis, ea mihi, velut ſeruo negligenti, & deſidioſo, auferat; illis duntaxat relictis, quæ aſpidum inſtar ac draconum, cor meum crudeliſsimè dilaniabunt, propterea quòd malè iis vſus fuerim.

i *Matth.* 25 21 &c.

PVNCTVM V.

QVINTÒ, eam perpendam *ſententiam* quam eodem mortis inſtanti Chriſtus contra peccatorem pronunciabit: quamque interna, horrendaque voce iiſdem verbis intimabit, quibus in vniuerſali iudicio in ſceleratos omnes damnationis ſententiam feret, dicens: k *Diſcede à me maledicte in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.*

Sententia Impij

k *Matt.* 25. 41.

Quod perinde eſt atque ſi diceret: Auferte hinc, peccator deteſtabilis, qui nec in conſpectum meum venire, nec in gloriam meam introire dignus es: Abi in *ignem* illũ æternũ, quem ſcelera tua iuſtè merentur; & ſociare *Diabolo*, cuius poteſtati te totum trado, vt te ſecum abripiat.

LATA hâc ſententiâ, eodem inſtanti Deus animam protectione ſua deſtituet; & tutelaris Angelus deſeret, dicens: l *Curauimus Babylonem, & nõ eſt ſanata, derelinquamus eam.* Quod idem eſt, ac ſi diceret: Multa adhibui remedia, vt curareris, & ſalutem æternam conſequereris, ſed ea admittere noluiſti: Quapropter poteſtati eius te relinquo, qui vltionem, quam rebellio, & proteruia tua meretur, de te ſumet. Eodem momento, ingenti cum exultatione *Diabolus* infelicem animam abripiet: nec vllas admittet preces & ſupplicationes, ſed eam ſecum gaudens in infernum aſportabit. Quare peccator è lecto, in quo, multis vtens commodis, & numeroſa conſanguineorum, & amicorum caterua circumdatus, iacebat, morte in ſpecie quidem felici, & placida, ſed reipſa infeliciſsima, nam (vt S. Iob ait) m *in puncto ad inferna deſcendet*: & de vno extremo bonorum temporalium, ad aliud ſuppliciorum æternorum in ictu oculi tranſibit. O quid infortunata illa anima ſentiet in primo ad inferos ingreſſu, aduertens, quid reliquerit, & quid inuenerit; aſpiciens inquam, & ſentiens lectum illum, in quo collocabitur, igneum, n *operimentum vermium*, ſocietatem dæmonum, & quicquid reliquum eſt tormentorum ſine vlla ſpe ex illis emergendi. O iudex iuſtiſsime, miſerere mei *& cum veneris iudicare, noli me condemnare.* pertimeſce, anima mea,

l *Hier.* 51. 9. Deſeretur a Deo & Angelo.

Rapietur à Dæmone

Heu quam iubita mutatio.

m *Iob.* 21. 13

n *Iſa.* 14. 11.

hanc

ianc damnationis æternæ *sententiam*, & eo modo vitam tuam hic instituе, vt eandem euadere merearis.

PVNCTVM VI.

SEXTÒ, considerabo *sententiam* quæ pro *iusto* feretur, cui Christus Redemptor noster voce dulci, & dilectionis plena inuisibiliter dicet: a *Veni, benedicte patris mei, & percipe regnũ, quod tibi paratum est ab origine mundi.* b *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Eodem momento *Diabolus* fugam capesset: *Angelus* verò tutelaris animam suscipiet, alijs quam plurimis angelis accedentibus, vt eam sicut Pauperis *Lazari* animam, ingenti cum tripudio in cœlum deducant; vbi sempiternis bonis, sine vllo amissionis metu fruatur, si nihil in ea *purgatorijs* pœnis expiandum restet. O quàm ineffabile gaudium occupabit animam in primo hoc & desideratissimo cælestis Paradisi introitu! Cùm, quæ prius doloribus plena, despectibus humiliata, timoribus perturbata erat, in ictu oculi viderit se longè aliam effectam esse; pœnâ omni in gloriam commutatâ, & planctu in gaudium; Angelis sociatam, in loco quietis constitutam, & diuinæ visioni penitus immersam.

Iusti a *Matt.* 25. 14. b 21. Fuga Diaboli Angeli gaudium Lazarus

E cruce a gloriam

His omnibus bene perpensis, *comparationem* inter bonos & malos instituens, videbo b *mortem peccatorum* (vti Regius Propheta inquit) esse *pessimam*, & detestabilem: omnis quietis finem, & intolerabilium tormentorum principium; Contrà verò c *mortem sanctorum esse pretiosam in conspectu Dei*, finem laborum ac molestiarum, ac sempiternæ tranquillitatis initium: Hac consideratione meipsum animabo, ad *bonam* mortem procurandam, quò bonam accipiam sententiam: ideoque pœnitentiæ opera, & virtutum exercitia strenuè amplectar, hac de Iudicis benignitate concepta fiducia, quod clementem in me sententiam sit pronunciaturus; si eius misericordiæ in vita mea locum dedero.

II. b *Psal.* 33. 22 Mortis bonæ & malæ comparatio c *Psal.* 115. 14.

FINIAM hanc meditationem colloquio ad beatissimam Virginem *Mariam*, quæ huic iudicio non se ingeret; quod statim, atque anima è corpore egreditur, ianua omnino intercessioni ac veniæ claudatur, aperiatur verò seueræ iustitiæ: Quapropter obtestabor eam, vt modò pro me intercedat, & actiones bona sententia dignas mihi impetret. Ad quod plurimum proderit magna pietate, & Spiritu proferre vltima Salutationis Angelicæ verba: *Sancta Maria mater Dei: ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen:* vel ea, quæ hymnus alius habet. *Maria mater gratiæ mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, &* hora mortis *suscipe.* O Virgo excellentissima, peccatorum fidelis aduocata,

III B. Virgo nunc Aduocata, ni TVNC.

Oratio ad D. Virginem

Scientia manet ad cruciatum

extrahet eas Deus. caue, anima mea, ſponte nunc diuitias gratiæ & charitatis, quas accepiſti, euomere: ne violenter poſtea fidem, cæterasque virtutes euomere cogaris; & ſcientiæ, quas modò cum voluptate acquiris, conuertantur tibi in ſel aſpidum, teque vehementer crucient.

i *Matth.* 25 at *&c.*

Hi præcipui ſunt fructus, ex hiſce conſiderationibus mihi colligendi: vt hac ratione diſcam i ***negotiari talentis***, quæ Deus mihi tradidit; ne in die reddendæ rationis, ea mihi, velut ſeruo negligenti, & neſidioſo, auferat; illis duntaxat relictis, quæ aſpidum inſtar ac draconum, cor meum crudeliſsimè dilaniabunt, propterea quòd malè iis vſus fuerim.

PVNCTVM V.

Sententia Impij

QVINTÒ, eam perpendam *ſententiam* quam eodem mortis inſtanti Chriſtus contra peccatorem pronunciabit: quamque interna, horrendaque voce ijſdem verbis intimabit, quibus in vniuerſali iudicio in ſceleratos omnes damnationis ſententiam feret, dicens: k ***Diſcede à me maledicte in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.***

k *Matt.* 25. 41.

Quod perinde eſt atque ſi diceret: Auſer te hinc, peccator deteſtabilis, qui nec in conſpectum meum venire, nec in gloriam meam introire dignus es: Abi in *ignem* illũ æternũ, quem ſcelera tua iuſtè merentur; & ſociare *Diabolo*, cuius poteſtati te totum trado, vt te ſecum abripiat.

Lata hâc ſententiâ, eodem inſtanti Deus animam protectione ſua deſtituet; & tutelaris Angelus deſeret, dicens: l ***Curauimus Babylonem, & nõ eſt ſanata, derelinquamus eam.*** Quod idem eſt, ac ſi diceret: Multa adhibui remedia, vt curareris, & ſalutem æternam conſequereris, ſed ea admittere noluiſti: Quapropter poteſtati eius te relinquo, qui vltionem, quam rebellio, & proteruia tua meretur, de te ſumet. Eodem momento, ingenti cum exultatione *Diabolus* infelicem animam abripiet: nec vllas admittet preces & ſupplicationes, ſed eam ſecum gaudens in infernum aſportabit. Quare peccator è lecto, in quo, multis vtens commodis, & numeroſa conſanguineorum, & amicorum caterua circumdatus, iacebat, morte in ſpecie quidem felici, & placida, ſed reipſa infeliciſsima, nam (vt S. Iob ait) m ***in puncto ad inferna deſcendet:*** & de vno extremo bonorum temporalium, ad aliud ſuppliciorum æternorum in ictu oculi tranſibit. O quid infortunata illa anima ſentiet in primo ad inferos ingreſſu, aduertens, quid reliquerit, & quid inuenerit; aſpiciens inquam, & ſentiens lectum illum, in quo collocabitur, igneum, n ***operimentum vermium,*** ſocietatem dæmonum, & quicquid reliquum eſt tormentorum ſine vlla ſpe ex illis emergendi. O iudex iuſtiſsime, miſerere mei ***& cum veneris iudicare, noli me condemnare.*** pertimeſce, anima mea,

l *Hier.* 51. 9. Deſeretur à Deo & angelo.

Rapietur à Dæmone

Heu quam ſubita mutatio.

m *Iob.* 21. 13

n *Iſa.* 14. 11.

hanc

hanc damnationis æternæ *sententiam*, & eo modo vitam tuam hic instituę, vt eandem euadere merearis.

PVNCTVM VI.

SEXTÒ, considerabo *sententiam* quæ pro *iusto* feretur, cui Christus Redemptor noster voce dulci, & dilectionis plena inuisibiliter dicet: a *Veni, benedicte patris mei, & percipe regnũ, quod tibi paratum est ab origine mundi.* b *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Eodem momento *Diabolus* fugam capesset: *Angelus* verò tutelaris animam suscipiet, alijs quam plurimis angelis accedentibus, vt eam sicut Pauperis *Lazari* animam, ingenti cum tripudio in cœlum deducant; vbi sempiternis bonis, sine vllo amissionis metu fruatur, si nihil in ea *purgatorijs* pœnis expiandum restet. O quàm ineffabile gaudium occupabit animam in primo hoc & desideratissimo cœlestis Paradisi introitu! Cùm, quæ prius doloribus plena, despectibus humiliata, timoribus perturbata erat, in ictu oculi viderit se longè aliam effectam esse; pœnâ omni in gloriam commutatâ, & planctu in gaudium; Angelis sociatam, in loco quietis constitutam, & diuinæ visioni penitus immersam.

Iusti
a *Matt.* 25. 34.
b 21. Fuga Diaboli Angeli gaudium Lazarus

E eruce a gloriam

His omnibus bene perpensis, *comparationem* inter bonos & malos instituens, videbo b *mortem peccatorum* (vti Regius Propheta inquit) esse *pessimam*, & detestabilem: omnis quietis finem, & intolerabilium tormentorum principium; Contrà verò c *mortem sanctorum esse pretiosam in conspectu Dei*, finem laborum ac molestiarum, ac sempiternæ tranquillitatis initium: Hac consideratione meipsum animabo, ad *bonam* mortem procurandam, quò bonam accipiam sententiam: ideoque pœnitentiæ opera, & virtutum exercitia strenuè amplectar, hac de Iudicis benignitate concepta fiducia, quod clementem in me sententiam sit pronunciaturus; si eius misericordiæ in vita mea locum dedero.

II.
b *Psal.* 33. 22. Mortis bonæ & malæ comparatio
c *Psal.* 115. 14.

FINIAM hanc meditationem colloquio ad beatissimam Virginem *Mariam*, quæ huic iudicio non se ingeret; quod statim, atque anima è corpore egreditur, ianua omnino intercessioni ac veniæ claudatur, aperiatur verò seueræ iustitiæ: Quapropter obtestabor eam, vt modò pro me intercedat, & actiones bona sententia dignas mihi impetret. Ad quod plurimum proderit magna pietate, & Spiritu proferre vltima Salutationis Angelicæ verba: *Sancta Maria mater Dei: ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen:* vel ea, quæ hymnus alius habet. *Maria mater gratiæ mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* O Virgo excellentissima, peccatorum fidelis aduocata,

III
B. Virgo nunc Aduocata, ni TVNC.

Oratio ad D. Virginem

promoue causam meam apud vnigenitum filium tuum; mitiga iram illius tua potenti intercessione, & impetra mihi locum veræ pœnitentiæ, priusquam tempus eam faciendi elabatur. Et quoniam sententia, quæ in morte feretur, est irreuocabilis, effice, Mater clementissima, vt pro me illa pronuntietur, quo benedictum fructum ventris tui IESVM Christum videre, eoque tecum in omnẽ seculorũ æternitatem perfrui valeã Amen.

Ad huius meditationis scopum respiciunt ea quæ in tertia parte dicuntur, in Meditatione de morte diuitis Epulonis, & mendici Lazari; *quæ historia viuum quoddam Exemplar est eorum, quæ in hac Meditatione sunt posita.*

MEDITATIO X.

DE IIS QVAE CORPORI POST mortem euenient, ac de sepultura.

EX PRAECIPVIS *fructibus, quos ex mortis meditationibus nos referre oportet, non minimus ille est, quòd ex eis discamus nobile illud virtutis exercitium, quod ab affinitate, quam cum ipsa morte habet,* mortificationem *appellamus: quæ nihil est aliud, quàm* passionum, & inordinatarum affectionum nostrarum mors, *qua vitam illis adimimus; easque reprimere ac sepelire conamur, quoadusque in puluerẽ, & nihilũ redigantur eo modo, quo Dauid ait.* a Persequar inimicos meos, & comprehendã illos; & non conuertar, donec deficiant; confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. *Propterea inquit* S. Ambrosius *vitam Iusti esse quandam* mortis imitationem: *eò quòd assiduum illius studium sit,* carnalem vitam, *quam intra se experitur, omnium rerum, quas caro, & voluntas propria inordinatè appetunt,* priuatione, *& pullulantium concupiscentiarum* repressione, *perimere, quoadusque instar* mortui *se habeat ad omne peccatum: Iuxta illud Apostoli:* b Existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem DEO in Christo Iesu. *Et iterum:* c Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neq; contrectaueritis; quæ sunt omnia in interitum ipso vsu. d *Sed* mortificate membra vestra quæ sunt supra terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, &c.

HVIVS *mortificationis praxim ad mortis similitudinem ostendimus in hac meditatione, cuius finis erit ipsius* mortis imitatio. *Procedimus autem in experi-*

sect

Psal 17.38.

Rom. 6.11 Col 2.20.

Col. 3.5.

fectus timoris, *qui magis proprij sunt viæ Purgatiuæ; quamuis illi, qui sunt* amoris, *efficaciores sint, iuxta illud*: c Fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio, *quia nimirum interimit, sepelit, & euertit omnia, quæ amato sunt contraria, vti suo loco declarabimus. Obiter nihilominus in hac meditatione trademus praxim modi cuiusdam meditandi valde vtilis: quo* externa, *& quæ sensibus percipiuntur, spiritualiter explicamus, & applicamus* internis: *ex quo regulas, & documenta perfectionis colligimus.*

c *Cant.* 8. 6.

6. Parte Medita. 10. & 11. *Praxis externa applicandi internis*

PVNCTVM I.

Corpus post mortem

I. Sensibus destitutum

PRIMO itaque considerandum, quale remansurum sit *corpus* meum *post mortem*, animâ destitutum: vbi speciatim tres illius miserias mecum perpendam. PRIMA est, quòd membrorum ac *sensuum* vsu destitutum, non possit amplius videre, audire, loqui, ex vno in aliud latus se vertere, bonis vitæ præsentis gaudere, neque affici ex rebus pulchris, suaui Cantuum Musicorum Symphonia, odorib. fragrantissimis, cibis sapidissimis, rebus ad tactum delicatissimis: hæc enim omnia, non plus illud afficiunt, quam si non essent: eò quòd instrumenta perdiderit, per quæ istis gaudere, ac frui consueuerat: parumque illi profuturum sit, quod eis aliquando vsum fuerit.

II. Horridum & Informe.

SECVNDA *miseria est*, quod sit deforme, pallidum, indecorum, ac fœtidum, magnoque impetu ad corruptionem festinet, adeò vt quod paulò ante pulchritudine sua oculos spectantium recreabat; idem nunc sua deformitate sit horrori.

III Sepulchro clauditur.

Ex quo *tertia* resultat *miseria*: nimirum quòd ab omnib. solum in cubiculo, & in eorũ, qui illud sepulturæ tradituri sunt, potestate, relinquatur: imò amici, & domestici ipsi vehementer vrgeant, vt quamprimum domo eiiciatur; & pro magno pietatis genere habeãt si quã citissimè id fieri curẽt.

Moriendũ in vita.

Ex hac consideratione colligam, quàm prudẽter, & securè facturus sim, si ea, quę mihi post mortem violenter, & sine fructu euentura sunt, modò, dum viuo, præueniam; meque velut mundo, & omnibus, quæ carnis, & sanguinis sunt, mortuũ tractem; enitarq;, mortẽ in tribus illis iam dictis proprietatib. aliquo modo imitari: mortificando *sensus* meos; & me cunctis eorum voluptatibus priuando, nõ illicitis tantũ, sed etiam licitis, verùm non necessariis: Adeò vt, veluti mortuus, non habeam vltrà pedes, manus, oculos, aures, gustatum, & linguam, ad omnia, quę peccati speciem præferunt; & perfectioni, quam profiteor, aduersantur.

Custodia sensuum. Mortuus peccato & mundo

Neque pulchræ blandientesq; præsentis vitæ res magis me afficiant, quã si non essent: in quibus non considerabo, quid modò illæ; sed quid paulò post, futuræ sint. Nam vt S. Gregorius Papa inquit, quantis licet auri,

& ar-

Caro est Caro. *Hom.13.in Euang.*

& argenti molibus circumdetur, quibuslibet pretiosis vestibus induatur *caro*, quid est aliud quam *caro*? Quid autem est a *caro* nisi *fœnum*; & quid *gloria eius*, nisi *flos agri*, qui vnico flatu marcescit? Denique *virtutem* generoso adeò animo sequar; vt, sicut moriturus non queritur de illis, à quibus deseritur, & relinquitur; ita ego quoque nihili æstimem, quòd mundus me deserat, conuersationem meam fugiat; meque non aliter ac mortuum, & crucifixum abhorreat: sed fortiorem me reputem, si idem mihi accidat, quod Dauidi, de se dicenti: b *qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas perditum; quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Vtinam morerer mihi ipsi in corde meo: vt nec sentirem me ab hominibus velut mortuum tractari; Vtinam ita mortuus, & c *Crucifixus* essem omnibus rebus, quæ mundi sunt: vt *mundus* me quoque mortuum, & *Crucifixum* existimaret. Concede mihi, dulcissime IESV, vt per legem gratiæ tuæ, *moriar* legi culpæ, Deoque soli *viuam*; ac delectabile mihi sit, in eadem Cruce tecum esse crucifixum, vt deinceps d non *ego viuam*, *sed tu in me*, per omnia secula seculorum, Amen.

b *Psal.30.12.*

c *Gal.6.14.* Mundo crucifixus, sibi mortuus, vinit Deo

d *Gal.2.20.*

PVNCTVM II.

Indumentum vilissimum Super impolita auferuntur. Lectus Terra a *Isa.14.11.* Puluinaria Ossa arida. Cubile Fossa. Mausolea cui bono!

SECVNDÒ, perpendam *vestimenta*, *lectum*, & *habitaculum*, quæ corpori meo mortuo præparabuntur. *Indumentum* est ferè totius domûs vilissimum, & simplicissimum; quia non est aliud, quàm abiectum aliquod linteum, quo cadauer inuoluatur, sine vllis aureis vel sericeis ornamentis: quorum si nonnulla funeri meo, (cùm ad sepulchrum corpus deferendum est) condecorando superimposita fuerint, attamen, priusquam illud sub terram condatur, auferentur. *Lectus* est dura terra; &, (vti Isaias Propheta inquit) a *subter illud sternetur tinea, & operimentum eius erunt vermes*: Cortinæ & *puluinaria*, arida reliquorum mortuorum ossa. Eiusdem quoque generis erit *habitaculum* siue cubile, quod aliud non erit, quàm fossa septem pedum longitudinis, quæ mediâ horâ construitur: nam cæteræ sepulchrorum splendidæ fabricæ, ad quid deseruiunt mortuo corpori, quòd iis frui, & gaudere nequit? Ex his omnibus vehementi pudore suffundat, de vanitate, & curiositate mea, qua desidero vestium splendorem, lecti mollitiem, habitationis amplitudinem; enitarque mortificare omnem in his rebus immoderantiam, & æquanimiter tolerare earum defectum: eò quòd ea, quæ habeo, quantumuis modica sint, multa nimis sint, si comparentur cum his, quæ mihi post mortem remansura sunt.

Curiositas lecti, domus vestitus.

Vota Reli

SPECIATIM verò, si *religiosis* votis obstrictus sum, aut *perfectionis* de-

ſiderio flagro, acres hinc ſtimulos, & incitamenta colligere poſſum, vt talis ſim per excellentiam, omne videlicet ſtudium eò conferendo, vt vita mea ſit aſsidua quædam mortis meditatio, ac imitatio in tribus huic ſtatui proprijs: PRIMVM in omnium rerum expoliatione, ad quod PAVPERTAS me obligat; ſicut mortuus, omnium opum ſuarum Dominium amittit, quæ ad hæredes ipſius, vel ad pauperes tranſeunt; nec ſentit, quòd viliſsimo veſtimento contegatur aut loco abiectiſsimo ſepeliatur: ita ego non contentus ero, quòd omnia, quæ poſsidebam abiecerim, & in pauperes erogauerim, vt nudum IESVM ſequerer, verùm etiam rerum neceſſariarum defectum placido animo feram; nec modò non conquerar, (ſicut nec mortuus conqueritur) ſi viliſsima quæque in veſtimentis, lecto, & habitatione mihi attribuantur; ſed lubenti etiam id animo amplectar. Etenim ſi b *nudus de vtero matris meæ egreſſus ſum, & nudus reuertar illuc*, parũ eſt, ſi *nudus* quoque, modo ſupradicto, *viuam*: vt ſic mediũ vitæ meæ, cum ingreſſu, & exitu correſpondeat, & conforme ſit.

gionis ſunt imitatio mortis.

I Paupertas

Etiam Neceſſarijs carendo.

b Iob. 1. 21. Nudus

SECVNDO etiam mortuum imitabor in omniũ voluptatum ſenſuum abdicatione, & renuntiatione: ad quod me obligat perfecta CASTITAS: Vt quemadmodum in morte matrimonia diſſoluuntur, ceſſant *curæ*, quoad vxorem, filios, vniuerſamque familiam, vt ſit diuortium quoddam vniuerſale ab omnibus reb. terrenis, & carnis voluptatibus; ita ego quoque per votum caſtitatis mortuus ſim omnibus hiſce rebus, & curis earũ; meque non aliter ad illa habeam, quàm ſi vel ea in mundo non eſſent; vel ego illis non viuerem.

II. Caſtitas inſtar Mortui.

TERTIO, mortuum imitabor in perfecta OBEDIENTIA: Vt quemadmodum corpus mortuum patitur ſe pro alterius libitu portari, & tractari, ſine vlla reſiſtentia, querela, aut repugnantia; nec habet voluntatem ad eligendũ amictum, aut ſepulchrũ, vel aliud quidquam; ſed ea tantùm, quæ ab alijs ei donantur, acceptat: ita & ego in omnibus, vbi peccatũ non ſit, à Prælatis, & Superioribus meis permittam me gubernari; illisque; in cunctis, ſiue alta, ſiue humilia; ſiue dulcia, ſiue amara; ſiue facilia, ſiue difficilia fuerint, obtemperabo, ſine vlla excuſatione, cõtradictione, aut repugnantia: nec propriam voluntatem habebo, qua hoc vel illud eligã; ſed voluntati propriæ mortuus, alienæ me ſubmittam; & ea tantùm, quæ mihi data fuerint, humiliter acceptabo.

III Obedientia ſine voluntate

HÆC ſunt propoſita, quæ mihi ex hac mortis conſideratione ſunt elicienda: quæ in opus quoque conferre adnitar. neque magnum quid eſt *quinquaginta annis* (quamuis fortè non ſint futuri quinquaginta *dies*) hoc pacto mortẽ anticipare, vt ſecurus ſim de vita *æterna*: in qua quinquagies millenis millionibus annorum poſsidebo cœleſtis regni diuitias; illiuſque; gaudijs, & opulentiâ perfruar; perfectamque libertatem, ab omni miſe-

Memento mori vt Aeternum viuam.

miseria liberam, adipiscar. O felicē *mortem*, quam excipit tam fœlix vita!

Oratio pro vera mortificatione

O dulcissime IESV, cuius *vita* fuit continua quædam *mors*; vt nobis sanctissimæ, & perfectissimæ vitæ exemplum quoddam præferres; largire mihi hanc gratiā, vt ad tui imitationem *viuam*, & *moriar*; nudus à terrenis reb. omnibus, mortificatus cunctis sensuum deliciis, ac voluptatibus; & c. 2. Pet. 2. 19. & Col. 3. 3. *subiectus omni humanæ creaturæ*, ob tuum amorē. Fac, vt omni tempore cunctis reb. visibilibus mortuum me reputem, vt & *vita mea abscondita sit tecum in Deo*, per omnia secula seculorum, Amen.

PVNCTVM III.

Iter ad Sepulchrum.

TERTIO reuoluam mecum, *iter corporis vsque ad sepulchrum*, ponderando PRIMVM: quomodo in feretro collocandum, & alienis humeris vsque in Ecclesiam deferendum sit: & quod paulò ante per vicos, & plateas obambulabat, omnem in partem oculos circumferens; & sacram ædem ingrediens, omnia & singula accuratè perlustrabat, nūc alienis pedib. ingredietur, prorsus cæcum, surdum, & mutum; fletus aliorū tantummodo, propter miseriam suam incitamentum. Quamobrē ad carnis meæ lasciuiā comprimendam, quoties è *lecto* surgo, recordabor illius horæ, qua alij ab eodem me *tollent*, nunquam ad illum rediturū: Quoties domūs meę *gradus* descēdo, memor ero diei illius, quo alij per eosdē me deferent, sine vlla spe illos iterū conscendendi: Quoties per vrbis *plateas* ob ambulo, paulò post per easdē plateas, ab alijs me esse deferendū, eandemq; *Ecclesiam* ita alienis pedib. ingressurum, vt nunquam deincepsam sim egressurus.

I. Deportatur cadauer.

Excitatio matutina è lecto. in Gradib. Plateis. Ecclesia.

SECVNDO considerabo, quali cum *comitatu* ad sepulchrum deferendus sim: alijs cantantibus, aliis plorantibus, quamplurimis verò sequentibus, vt me piè honorent; vbi expendam mecum, nihil corpori meo tunc profuturum, quòd modico aut amplo honore afficiatur; & multò minus animæ, si in inferno ardentissimis gehennæ ignibus torqueatur: imò honor hic, si eum illa nosset, acerbiorem illi cruciatum adferret.

II. Comitatus varius

TERTIO, intuebor, quomodo corpus meum in sepulchrum inferant, *terrâ* cooperiant, atque in summitate illius lapidem imponant: quod tamen ibi vermes depascentur, in puluerem, & cinerem redigetur, ac paulò post ita prorsus obliuioni tradetur, atque si nunquam in mundo extitisset. Et quanquam multa, & admodum honorifica illius post mortem haberetur memoria: attamē id animæ parū vtilitatis adferet, nisi DEO fruatur: quemadmodum parū prodest Aristoteli, & Alexandro Magno, multis in hoc mundo præconiis celebrari, cum animæ ipsorum in inferno, atrocissimis tormētis excruciētur; iuxta illud, quod quidā S. Vir de illo dicere solebat: *Condoleo tibi Aristoteles: qui, vbi nō es, laudaris; & vbi reuera es, cruciaris.*

III. Finis, cinis vermis, lapis, obliuio

Memoria animæ quid prodest! Epitaphiū Aristotelis

Ex his considerationibus quædam eliciam documenta: *Primo* namque discam, *vanos* huius mundi *honores* nihili æstimare: *Deinde* memetipsum

pro-

refundè *humiliare*, & omnium pedib. velut a *Vermem* ac puluerem, qui ab omnibus conculcatur, & *abijcitur*, ſubſternere: *Tum* etiam *pauperes*, & humiles non aſpernari quibus paulò poſt in morte ſim futurus æqua-s. *Demum*, animam meam alloquens, dicam: Intuere diligenter, quẽ finem habitura ſit caro, qua circundata es: Vide quam foueas, quam molter tractes, quam exornes, ſupra quam extruas turres inanes; cum omnia hæc nihil aliud ſint, quàm b *puluis, quem proïcit ventus à facie terræ*, & mox in eandem reuertitur. Pudeat te, tam vili & abiectæ carni eſſe ſubiectam; quin potiùs da operam, vt eam tibi velut ancillã ſubijcias; quo tibi adiumento ſit, ad æternam vitam acquirendam. *Domine* Deus æterne, illumina oculos inopis animæ meæ, ſupernâ luce tuâ, vt videat triſtem ac lamentabilẽ miſeri corporis ſui terminum; & præſentia omnia, ſpe futurorum bonorum, pro nihilo ducat, Amen.

Documenta

1
Honores deſpice

2
Te deſpice

a *Pſal.* 21.7.

3
Pauperes ſuſpice

b *Pſal.* 1.4.

Oratio

QVARTO & vltimò conſiderabo, incertum eſſe, an tam honorificum mihi obuenturum ſit funus, an verò Deus, ad ſcelerum meorum punitionem permiſſurus, vt in ventribus piſcium, aut ferarum ſepeliar; aut (quẽadmodum S. Ieremias Propheta inquit) c *Sepultura aſini ſepeliar, vt putrefactus & proiectus extra portas*, canibus & porcis in eſcam cedam, quemadmodum infelici d *Iezabeli* accidit. Quod ego iuſtè, ob innumera flagitia mea, ſum promeritus; ſiquidem beſtiali vitæ ſepultura quoque beſtialis cõuenit. Ac proinde, ad me quod attinet, inanem mundanorum funerum, & ſepulchrorum pompam deteſtabor, deſiderans, mihi in vita, & morte, humillimum totius terræ locum obuenire.

IV.
Honorem ſepulchri quis mihi promittit?

c *Hier.* 22. 19.

d 4. *Reg.* 9. 35.

Qualis vita talis ſepultura.

Deteſtatio inanis pompæ.

Infelix ſepultura animæ

Ex D. *Aug.*

Corpus defletur & viuificatur quid ni animæ?

In viuo corpore anima mortua.

POSSVNT quoque illa, quæ in *tribus* hiſce punctis dicta ſunt, ſpiritualiter explicari, animæque per peccatum mortuæ applicari. Illa namq; remanet fœda & abominabilis; ad actiones, æternæ vitæ meritorias, efficiẽdas inepta; ſepelientib. eam paſsionibus ſuis inordinatis in profundo malorum; & contegentibus lapide obſtinationis, quouſque ad obſcurum, & horrendum inferni ſepulchrum deferatur. Quæ omnia ad inſignem me promouere debent compaſsionem: ſi enim corpus, quod ab anima derelictum eſt, defleo; cur non magis animam, quam Deus deſeruit, deplorẽ? Et quandoquidem mortuo corpori vitam, ſi poſſem, reſtituerem: rationi quoque conſentaneum eſt, vt animam meam ſummâ diligentiâ & ſolicitudine viuificare ſatagam, mediis, quæ Deus mihi adhoc contulit, adhibitis; priuſquam cum corpore anima quoque omni iam remedii ſpe ſublatâ, emoriatur. O Deus æterne, noli permittere, vt in viuo corpore animã mortuam circumferam: viuifica tu illam gratiâ tuâ; vt quando corpus eam reddiderit, vitam æternam conſequatur. Amen.

Hæc conſideratio fuſius tractabitur in tertia parte *in Meditatione de tribus defunctis à Chriſto reſuſcitatis.*

MEDITATIO XI.

DE MORTIS MEMORIA: ET DE PVLuere, in quem corpus, terræ mandatum, conuertitur.

Pro die Cinerum. Geneſ. 3. 19.



EDITATIO hac verbis illis, tanquam fundamento, inhæret, quibus Eccleſia in die CINERVM vtitur: Memento homo quòd puluis es, & in puluerem reuerteris. *Quibus nimirum DEVS* Adamum, *poſt eius inobedientiam affatus, mortis ſententiam, quam priùs fuerat comminatus, in illum protulit. Obiter autem eiſdem verbis nobis inſinuatur, quid ſimus, quid fuerimus; & quidque futuri ſimus, nihil videlicet, niſi* puluis.

Puluis & vmbra ſumus.

PVNCTVM I.

PRIMO, conſiderandum eſt, Deum omnipotentem, Adami, protoparentis noſtri corpus de *nihilo* creare potuiſſe; quemadmodum animam condidit: noluiſſe tamen; ſed ex materia quadam, tum viliſsima atque craſsiſsima, tum ſpectabili atque palpabili, ex puluere videlicet, & a *limo terræ* illud formaſſe: vt nimirum homo oculis corporeis limum hunc quotidie intuens, originis, & principij ſui continuè admoneretur; idque duplicem in finem. PRIMVM, vt in ſumma ſemper animi demiſsione ſe contineret; agnoſcens ex ſe, & eſſe ſuo dignum eſſe, qui ab omnibus contemnatur, & pedibus, veluti *lutum* conculcetur: Nec quicquam habere, vnde ſe inaniter erigat; etiamſi multis aliàs eximijs bonis locuples ſit: ſiquidem illa omnia fundantur in puluere.

Corporis non è nihilo ſed è vili limo. a Gen. 2. 7. Humilitas Lutum pedibus calcandum Fundamentum hominis puluis.

DEINDE, vt eſſet illi recordatio hæc incitamenti loco, ad *diligendum* conditorem ſuum, adeò benignum, & potentem, qui ex tam vili puluere ipſum ad tantam altitudinem ſublimauerit, vt eſſet homo imagine, & ſimilitudine ipſiusmet DEI conditoris ſui, inſignitus.

II Charitas tanta benefactoris

QVAMOBREM puluis, & lutum, *excitatoris* vice eſſe debent, quæ Originem; & materiã, è qua fui conditus, mihi redigant in memoriam: ideoque imaginabor, quotieſcunque illa intueor, huiuſcemodi me vocib. compellari: Recordare homo, quia *puluis* es; ac proinde inſtar puluerís humilia te, & omniũ pedibus ſubſternere: Creatorẽ quoq; tuum, qui te ex puluere eduxit, dilige, ei ſerui, & obtempera. Quotieſcunq; autẽ, ex donis à diuina bonitate mihi collatis, in ſuperbiã erigar; ſingã animo, idem luſum huiuſcemodi vocib. elationem meam reprimere: b *Quid ſuperbis terra, & cinis?*

Oratio puluerís ad hominem

b Eccl. 10. 9.

Quid

Quid extolleris c *testa de famis terra*? Reddat te cautum obliuiosus *Adamus*, qui pulueris, è quo factus fuerat, oblitus Dei similitudinem affectauit, & aduersum Conditorem suum se erexit. O Creator omnipotens, ne patiaris me in perniciosam, ac detestabilem hanc obliuionem deuenire: ne in adeò grauia damna corruam. Illumina oculos meos, vt attenta mente *limum*, de quo formatus sum, intuear; & aures meas aperi, vt eius voces percipiam, animoq; meo tam profundè infigam, vt nullo vnquam tempore, earum obliuiscar: Amen. *Punctum hoc fusiùs tractabitur in sexta harum Meditationum parte.*

Eiusdem reprehensio

c *Esa.* 45. Oratio ad DEVM.

PVNCTVM II.

SECVNDO, perpendendum mihi est: Deum, postea quam Adamĩ obliuionem, atque superbiam conspexit, ad mortem eum, & puluerem de quo plasmatus fuerat, condemnasse: tres autem in ea sententia potissimùm fines, ad illius, & nostram vtilitatem, Deus sibi propositos habuit.

Puluis pœna peccati

QVORVM PRIMVS est, vt eâ pœnâ peccatum illius castigaret; nos verò instrueret, quam grande malum sit mortalis culpa; quæ sola sufficiẽs est, destruere, & in puluerem conuertere opus adeò elegans, & nobile, qualis est humani corporis fabrica: nisi enim Adamus peccasset; haudquaquam mortuus fuisset; sed corpore, & animâ cum omni integritate, & perfectione suâ, in cœlum translatus fuisset; propter peccatũ autem, anima cogitur corpus deserere, quod mox dissoluitur, & in tenuissimum puluerem conuertitur. Nam vt ait Apostolus: a *Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.*

I Peccatum tam nobile plasma in puluerem redigit.

a *Rom.* 5.

SECVNDVS finis est, vt quibus ad humiliationem satis non fuit, ex puluere factos esse: memoria saltem *mortis*, nostrçque in puluerem conuersionis, superbiæ esset medicamentum efficacissimum. Quare puluis, & limus terræ, quem intueor, manibusque contrecto efficax mihi stimulus est, non tantùm quòd Originem, & materiam, è qua processi; sed *finem* etiam, in quem rediturus sum, reuocet in memoriam: atque adeò, quoties illum aspicio, huiuscemodi mi voces audire existimabo: Memento homo, te mox in terram, & puluerem conuertendum; nec secus atque ego, nunc omnium pedibus proculcandum. b *Quid superbis?* hodie es caro, paulò pòst puluis futurus: vnde igitur teipsum extollis, & ostentas? O pater misericordiarum, immensas tibi debeo, agoque gratias, quod ipsam sceleris mei pœnam, in superbiæ meæ remedium, & medicinam conuerteris. Concede mihi, vt voces, quibus puluis verè me compellat, surda aure non excipiam: ne clementissimi Patris punitio, in seueri Iudicis flagellum mihi conuertatur.

II Puluis fuisti non moueris! Puluis eris

b *Eccl.* 10. 9

Pœna est medicina.

dicam: Memento omni tempore, vniuerſa, quæ intueris, & vehementer deſideras, non aliud eſſe, quàm puluerem, & in eundem conuertenda; &, ſi ea inordinatè dilexeris, te quoque in ſimilem puluerem, & terram conuertendum: Quapropter DEVM ſolùm, & cœleſtia duntaxat dilige, vt virtute diuinæ gratiæ, de te dici poſsit: cœlum es, & in cœlũ conuerteris, tranſformatus nimirum, per amorem in cœlum, quod diligis.

Amor trãſfert in rem amatam

PVNCTVM IV.

QVARTÒ, expendam mecum, Deum per mortuos, perque caluarias, & oſſa eorum, iiſdem me verbis in dies alloqui: *Memento homo, quod puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sed vt ſortiùs, & efficaciùs animo meo illa imprimantur, & maiorem ex illis profectum hauriã memorabilẽ etiam illam *Eccleſiaſtici* ſententiam, horum verborum ſenſum, ac ſpiritum in ſe continentem accuratiùs expendam: a *Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit, & tuum: mihi* HERI, *& tibi* HODIE. Et quoniam defunctus quilibet, duplex ſubit iudicium; Vnum *corporis* ſui, propter quod condemnatus fuit, vt in puluerem conuerteretur, & vermium eſca fieret: Alterum *animæ*, propter quam accipit ſententiam meritis ſuis parẽ: Vtriuſq; nos vult hæc ſententia memores eſſe. Quamobrem quotieſcunque defunctum aliquem, vel oſſa, & caluarias mortuorum in Cœmeteriis intueor, fingam animo, quòd hiſce me verbis compellent: *Memento homo*, me idem aliquando fuiſſe, quod tu modo es; & quod ego modo ſum, te mox futurum: ego heri vitæ meæ curriculum abſolui; fieri poteſt, vt tu hodie tuæ finem imponas: ego heri in puluerem conuerſus ſum; Et tibi hodie idem poteſt contingere: Heri Campani æris ſonitus ſepulturam meam ornauit; fieri poteſt, vt idem tuam hodie cohoneſtet.

Deus per Oſſa nos admonet

a *Eccl.* 38. 23.

Ego heri de cunctis actionibus meis rationem DEO omnipotenti reddidi; accidere poteſt, vt eadem hodie à te exigatur: Ego heri ſententiam meritis meis congruam excepi; fieri poteſt, vt ſimilis hodie in te dicatur, aduerte diligenter, quòd hæc omnia hodie tibi euenient: quia vniuerſum tempus vitæ tuæ b *Hodie cognominatur*, & inſtar eſt vnius diei: fieriq́ue poteſt, vt hæc hora tibi ſit nouiſsima, & diem craſtinum non videas. Audi, anima mea, voces, quibus te mortui alloquuntur: attende ad lectionem, quam tibi arida illorum oſſa prælegunt; memor eſto iudicij, quod illi ſubierunt; ſic enim erit & tuum. Vitam tuam ita inſtitue, quemadmodum illi ſuam inſtitutam fuiſſe cupiuiſſent: eas quoque præparationes adhibe, quas illi ſe adhibuiſſe vehementer deſideraſſent. Iter, quod illi iam immenſi

Hodie omnes moriemur.

b *Hab.* 3. 1. 13.

ſunt,

II. Iucundar

Deus vel vitam vel bona auferre vel ærumnis condire potest

c *Eccl.* 5. 16.

III. Momentū curare Aeternitatem negligere

Exhortatio contraria

1 Breuem

d *Prou.* 27. 1

2 Laboriosam

3.

e *Eccl.* 9. 10

Aeternam vitam meditare.

Oratio

Damna

4. Stultorū

disposuit, facilè te deceptum deprehendes. ALTERA deceptio est, quod pollicear mihi non modò vitam diuturnam, verùm etiam *sanitatem*, vires, & perfectam in bonis possessis voluptatem; quodque nunquã illa mihi defectura, sed vsque ad extremum spiritum mecũ perduratura sint. Quare si non verbis, reipsa tamen animæ meæ dicere videor. *Requiesce, comede, bibe, epulare*: nihil enim tibi earum rerum, quæ ad voluptatem pertinent, vnquam deerit: quæ deceptio grauissima, & periculosissima est, cum omnia hæc à Deo dependeant, qui bonis hisce terrẽnis, ante vltimum vitæ terminum me dispoliare valet: aut certè, si ea relinquat, statuet (quod Ecclesiastes ait) vt c *cunctis diebus vitæ meæ, comedam in tenebris, & curis multis, & in ærumna atque tristitia.*

TERTIA fallacia est, quòd hac ratione adeò negligenter de his, quæ ad futuram vitam necessaria sunt, mihi prouideam, quasi alia præter hanc, *vita nulla* supereslet. Atque hæc fuit maxima diuitis huius stultitia, quòd, cum animæ suæ de omnibus bonis ad temporaneam hanc vitam, commodè transigendam necessariis abundè prospexisset; eidem tamen de bonis ad sempiternam, & immortalem vitam pertinentibus haudquaquam prouiderit: propter quod cogetur infelix anima, quæ in miserabili hac vita comessationibus, potationibus, aliisque corporis voluptatibus se expleuit; perpetuam in altera famem & sitim, & nunquam finiendas miserias tolerare.

Examinabo itaque, num anima mea ab his *tribus* fallaciis circumuenta sit: ideoque illam, contrà quam diues ille fecerit exhortabor. Ne tibi, anima mea, *plurimos* annos pollicearis, cùm nescias, an vel diem præsentem euades; audi sapientem: b *Ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superuentura pariat dies.* Ne te otio quietiq; tradideris, sed labori; neq; conuiuiis, & comessationibus, sed ieiuniis, & lachrymis. Sit tibi curæ vita illa, quæ te expectat, æterna: quia *nec opus ratio erunt apud inferos*: nec ẽst mortem vllus ampliùs supereſt locus, quietem, & satietatem illam omni æuo duraturam promerendi.

O Deus æterne, per infinitam bonitatem tuam supplico, me ab hisce fallaciis, & deceptionibus defende, priusquam mors me illis inuoluat. Excstimula tu animam meam, & ad opera tibi grata exhortare; vt deinceps magis ac magis euitet omnia, quæcunque tibi possunt displicere.

PVNCTVM II.

SECVNDÒ, perpendam mecum ingentia *detrimenta*, quæ illos in morte consequentur, qui fallaciis huiusce modi fuerint circumuenti; quæ c verbis, quibus Deus Diuitem illum allocutus est, eruam, *Stulte*, inquit, *hac nocte animam tuam repetent à te, & quæ præparasti, cuius erũt?* Quibus *quatuor* grauissima damna continentur, propter quæ meritò Re-

gius Propheta affirmat, a *peßimam eſſe mortem peccatorum.*

a *Pſal.* 33.22

I. STVLTE.

Primum detrimentum eſt: quod in inſcitia, & *ſtultitia* ſua moriantur: nec priùs illam agnoſcant, quàm deſperatum ſit remedium: nam vel tẽpeſtiuè vel *tardè*, mali æquè ac boni fallacias haſce aduertunt: modo tamẽ valdè diuerſo. *mali* enim in deceptione, & ignorantia ſua ad mortem vſque permanentes, tunc primùm tormentorum, & miſeriarum, quas patiuntur, experientiâ, eos errores atque deceptiones aduertunt, in quibus vixerunt; ideoque, tanquã è profundo ſomno excitati, ſeipſos (vt ait Sapiens) b *inſenſatos*, id eſt mentis, & iudicij expertes pronunciant: *Boni* verò in præſenti vita ab hiſce fallaciis, lumine fidei edocti, ſe expediunt; atque ad mortem, priuſquam illa veniat, conuenientibus exercitiis diſponunt. Quapropter, anima mea, vt ab hiſce te deceptionibus expedias, lumen hoc diuinum, veluti magiſtrum ſequere, quod fraudes iſtas tempeſtiuè tibi detegat: niſi malis, experientiam æternarũ miſeriarum hanc tibi lucem præferre: Atque ex alienis periculis damniſque experientiã ſume, priuſquàm in caput tuum illa recidant.

Mali experientia diſcunt errorem tardius.

b *Sap.* 5.4.

Boni credunt tempeſtiuè Aliorũ exemplo.

II. HAC NOCTE.

SECVNDVM damnum eſt, *mori* de *nocte*; morte videlicet *ſubitanea*, & feſtinanti, ac dũ in flagranti, vt dicitur, delicto ſunt: Quia ſæpenumero Deus, dum illi integra vtuntur ſanitate, nihilque ſibi deeſſe (ſicut infelix ille Diues) exiſtimant, mortis ſententiam eis promulgat; quam è veſtigio exequitur: vt miſeri à nocte temporanea ad æternam, & ab interioribus animi tenebris ad c *exteriores*, quæ ſunt inferni miſeri tranſeant.

Mors non præmiſa eſt ſubitanea

c *Matt.* 8.12

Hoc timore plenus, ex intimis animi medullis Deum precabor, vt me ita præmoneat, vt ſufficiens ad præparationem mihi tempus ſuperſit: quemadmodum fecit Ezechiæ Regi, quẽ per Iſaiam Prophetam præmonens. d *Diſpone*, inquit, *domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Nec tamen ad id expectandæ ſunt mihi cæleſtes reuelationes; ſed Iſaiæ mihi loco ſufficiet *fidei, & rationis lumen*; diuina *inſpiratio*; *experientia* aliorum morientium; grauis *infirmitas* me opprimens; & *medici*, periculum denunciantis, admonitio. *Denique*, cùm nullum vitæ diem certum habeam, ſed in vnoquoque metuenda, & expectanda mihi ſit mors, prudentiæ erit, animo fingere, Deum *hodie* mihi dicentem: Diſpone hodie negotia animæ tuæ, quia fieri poteſt, vt craſtina luce mortem obeas: Atque admonitioni huic ſtatim parebo.

De Ezechia

d *Iſai.* 38 1. 4. *Reg.* 20.1.

Mortis nuntij.

Hodie mone is. Ergo meritò hodie ſuſpectũ habes

III. REPETENT

TERTIVM damnum eſt, *mori coactos*, quia ab inuitis, & repugnantibus per vim anima repetitur. In quo differentiam licebit cernere inter *iuſtos* ab omni huiuſcemodi deceptione liberos, & *peccatores* multis fraudibus, & fallaciis circumuentos; quia iuſti lubentes, ac volentes ad mortem ſe offerunt, quamprimum Deus ad alteram vitam eos euocat; imò eĩ cum e Dauide dicunt: *Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo*

Iuſti naturã timent, gratia amplectuntur mortem

e *Pſal.* 141.8

DOMINE,

DOMINE, &c. f *In manus tuas cõmendo Spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis.* Et quamuis illorum natura mortem nonnihil refugiat; contra illam tamen adeò præualet gratia, vt Deo animas ab eis repetenti, è vestigio & magna cum resignatione illas tradant. Contrà verò mali mortem horrent, & magna animi impatientia illam tolerant: ideoque de illis dicitur, quod diuinæ iustitiæ ministri Dæmones, illorum animas repetent, & contra voluntatem ab illis extrahent.

Mali horrent hinc à Dæmonib. coguntur inuiti.

O DEVS æterne, concede mihi ab omnibus præsentis vitæ rebus ita expeditum viuere, vt opus non sit animam meam violenter ab eis auelli. Repete illam quandocunque tibi placebit, quia paratus sum lubẽti, & gaudenti animo, quocunque die postulaueris, tibi restituere.

Oratio resignati

f *Psal.* 30.6

PVNCTVM III.

IV. QVAE PARAS TI cuius erũt.

TERTIÒ, diligenter expendam, quàm sit terribilis, & metuenda illa Dei interrogatio, *ea quæ parasti, cuius erunt?* In qua detrimentum *vltimum* proponitur eorum, qui mortis suæ obliti, nullam de ea curam, & cogitationem suscipiunt: quòd inopinatò, nimirum, & repentè, magnaque cum animi illorum molestia à *bonis* quæ possidebant auellendi sint, adeò vt nec illis perfrui, neque de illis disponere, neque ad quorum manus peruentura sint, scire valeant: hoc est enim dicere: *Quæ autem parasti cuius erunt?* cuius erit domicilium, in quo degis? Lectulus in quo somnũ capis? Vestimenta pretiosissima, quibus circumdaris? Cuius auri argentique thesauri, quos in arcis tuis inclusos adseruas? Cuius ministri, qui modo tibi famulantur? amici, qui te oblectant? officia, & dignitates, ob quas in omnium ore atque æstimatione versaris? O te miserum, & infelicem, qui a *thesaurizas, ignorans cui ea congreges.* Quandoquidem infelix anima tua, pro qua ista congregasti, illis deinceps vti non valebit.

Bonorum omnium subita derelictio

a *Psal.* 38.7

EAÂdem interrogatione me ipsum percontabor, & qualia bonorum genera in præsenti vita mihi thesaurizauerim, examinans, dicam: Bona, quæ in vita hac congregasti, cuius erunt post mortem? Nunquid erunt illa animæ tuæ? an verò b *hæredis quem ignoras?* si temporalia sunt, certum est, ea tua non futura: nam diues moriens nihil secum auferet, c *neque descendet cum eo gloria eius:* si spiritualia, virtutum, & sanctorum operũ bona sunt, illa verò tua erunt, d *opera enim illorum* iustorum, cùm moriuntur, *sequuntur illos;* nec deserent, quoad eos in gloriæ throno collocent. Quamobrem, anima mea, stude, vt talia tibi bona congreges, quæ omni tempore in vita, & morte, sint tua, & quibus te nemo spoliare valeat.

b *Eccl.* 2.19
c *Psal.* 48.1
d *Apoc.* 14.1
Spiritualia quæ sunt, non temporalia.
Anima cuius erit Christi

ADINSTAR interrogationis huius similem quoque aliam mihimetipsi proponam, & dicam: *Anima* ipsa, quæ modo in corpore isto degit, cuius erit post mortẽ? nũ Dei, an dæmonis? nũ Christi, qui sanguine suo illã

redemit, an Sathanæ, cui illa se sponte subiecit? Si mortifero scelere me obstrinxi, & impœnitens morior, nullum est dubium, quin diaboli ea futura sit; qui eam in hora mortis à me repetet, atque auellet: quia ipsius est propter culpam; si autem in gratia Dei viuo, atque in illa ad finẽ vsq; perseuero, erit DEI, qui tum aderit, vt illam secum in Regnum, & gloriam suam abducat. Quapropter age modò pœnitentiam, pro sceleribus tuis, vt e *Princeps* tenebrarum, & *huius mundi* hodie ad te veniens, nihil in anima tua, quod suum sit inueniens, illam deserat. O Rex cæli & terræ f *Tuus sum, ergo saluum me fac*: tua est anima mea, quia illam condidisti; tua, quoniam redemisti; sit, quæso, etiam tua per gratiam sanctificata, & in sempiternum tua permaneat, æternæ gloriæ præmio coronata. Amen.

Dæmonis Peccatoris, Dæmon rapiet iusti, Deo iungetur

c *Ioan.* 14. 30.

f *Psal.* 118. 94.

PVNCTVM IV.

PRo conclusione, & confirmatione eorum, quæ in tribus hisce punctis dicta sunt, considerabo terribile quoddam exemplum prædictorum in Rege Balthasaro, qui conuiuiis, & comessationibus cum Satrapis suis indulgens, vidit de repentè *manum* quandam, verba hæc in pariete describentem: a *Mane thecel, Phares.* Quæ verba Daniel hoc pacto est interpretatus. *Mane: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares: Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Quæ omnia eadem nocte, ipso miserabiliter interempto, completa fuerunt. Hæc omnia mihi ipsi accommodare licet, si similis me occupat æternæ salutis obliuio: fingamque animo, venturam aliquando ex tempore diem, siue noctem quandam, in qua Deus omnipotentiæ suæ digitis in conscientiæ meæ pariete sententiam horum trium verborum, describat. Quorum PRIMVM erit: b *Numerauit Deus dies* vitæ tuæ, illos nimirum, quibus regno, substantiâ, diuitiis, honoribus, & officijs tuis fruiturus sis, qui completi iam sunt, nam hodierna dies erit vitæ tuæ nouissima.

De Balthasaro Rege a *Dan.* 5. 26

I. MANE Finis adest

b *Iob.* 14. 5.

SECVNDVM erit: *appensus es in statera*, examinatis diligenter vniuersis, & singulis c *Operibus tuis*; *& non sunt inuenta plena*, sed mutila valdè, & manca; eò quòd tuis obligationibus non satisfeceris.

II. THECEL Opera sunt imperfecta

c *Apoc.* 3. 2

TERTIVM erit: *diuisum est regnum tuum*: quia abstulit à te DEVS regnum, substantiam, dignitates, & bona, quæ possidebas; atque transtulit ea in hostes tuos, vel extraneos, & alios, qui illis perfruentur. *Diuisit* quoque corpus, & animam tuam, & illud quidem vermibus in escam, hanc verò dæmonibus (qui eam excarnificabunt) in prædam tradidit.

III. PHARES Bona aliis corpus vermibus Anima cedet dæmonibus.

Atque eâdem ipsâ horâ, qua sententia hæc pronuntiatur, nullo resistẽte, mandabitur executioni. O quales tunc angustiæ, & tremores me occupabunt: multò sanè acerbiores illis, quos Rex Balthasar sensit. O quales clamores, lamentationes, turbationes, & mortis angores affligẽt pau-

Executio subita

perem,

peré & infelicé animam meam, tanto maiori tormento; quanto maior fuit illius ignauia, & obliuio. Recordare mei, Domine, propter immẽſam bonitatem, & miſericordiam tuam; atque in anima mea, horum *trium* verborum ſententiam adeò fortiter imprime; vt memor ſim ſupputationis dierum meorum; & finis, quo illi terminandi ſunt: quò tanta ſolicitudine vitam tranſigam, vt in die iudicij, quando me in ſtatera tua appenderis, non inueniar mutilus, & mancus; ſed plenus, & integer in cunctis actionibus meis; & quamuis me diuidas, & transferas regnum terræ, non tamen à cœleſti regno tuo me excludas. Amen.

1
2
3

MEDITATIO XIII.

DE VNIVERSALI IVDICIO, QVOad ſigna & alia, quæ diem illam præcedent.

PVNCTVM I.

Pro Dominica 1. Aduentus.

Vniuerſalis iudicij cauſæ. 1. D. Thom. 3. p. q. 59. ar. 3.

Cõfirmatio

Notitia

Supplementum Iudicii Particularis.

Anima & corpꝰ ſimul iudicanda & æqualiter.

II.

Vt iuſtorũ & ſuo honori Deus conſulat. 1 Hier. 12. 1. 14. Abac. 1. 13. Iob. 21. 7. 2 Pſal. 82. 16. 1 Cor. 4. 5.

AD argumenti huius fundamentum, præmittenda eſt articuli illius FIDEI indubitata veritas, qua docemur; præter particulare illud iudicium, quod in cuiuſque mortis hora tranſigitur, ſupereſſe vniuerſale omnium ſimul hominum, in nouiſsimo die futurum, & quidem viſibile ac publicum: ſicà diuina prouidentia varias ob cauſas decretum.

PRIMA EST, quò ſententia, in particulari iudicio lata, confirmetur; eius iuſtitia mundo innoteſcat; ſuppleaturque, quod illic defuit. Nam in hora mortis de *anima* ſolùm iudicium fertur, non de *corpore*: contingit autem interdum, animam Dei iudicio damnari, corpus verò magno honore ad ſepulchrum deferri; aut etiam contra, animam in cœlum magna gloria deduci, corpus ignominiosè ad ſepulturam. Cùm autem anima, & corpus, vel Dei obſequio, vel offenſioni cooperati ſint; par erat diem aliquem conſtitui, quo iudiciũ de vtroq, ferretur. Qua conſideratione carnẽ meam, vt ſpiritui ſe ſubiiciat, inſtigabo, cum quo ſimul erit iudicanda.

SECVNDA cauſa eſt, quò tum iuſtorum honori, qui in hac vita fuerant oppreſsi; tum multò magis, gubernationis ſuæ exiſtimationi Deus conſuleret; omnibus ſimul, ſapientem ſe fuiſſe, ac ſanctum in omnibus, quæ ordinauit, aut permiſit, manifeſtando: ideoq; nec a *bonos* de oppreſſa virtute conqueri: nec b *iniquos* de vitiorũ exaltatione, & victoria gloriari, meritò poſſe; ſed *confundi, & erubeſcere* omnes debere, qui de iis, quæ ignorabant, auſi ſunt temerè iudicare. Quare meritò Apoſtolus monet: c *Nolite ante*

tempus iudicare: quo adusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

III Christi gloria in terris

TERTIA fuit causa, quò IESV Christi *gloria* non solum bonis in cœlo, sed in terra etiã, vbi eius ignominia fuit publica, impiis innotesceret: & qui viderunt humiliationem, eius viderent & præmium.

b Ioel. 3. 2. Locus idé cruenis & honoris c Actor. 10. 14. d Actor. 1. 11

Atque propterea iudicii huius locus erit d *Vallis Iosaphat* prope *Ierusalem*, & montem *Oliuarum*: vt quo loco ipse iudicatus, damnatus, *crucique* affixus fuit pro peccatis nostris; in eodem videant omnes, cum summo cum honore e *Iudicem esse viuorum & mortuorum*: & quem *pauci* tantùm discipuli f *in cœlum ascendentem* viderunt; *descendentem* eundem, (vt dixerunt Angeli) ad vniuersos iudicandos, videant *vniuersi*. Propter has causas talis iudicii cogitatio potest in me gaudii, gratitudinis, laudisque Dei affectus excitare, quibus gloriam pro inenarrabili illa prouidentia, qua ad tales illud fines direxit, illi reddam; creaturas omnes, cum Dauide, ad idem inuitando: g *Lætentur*, ait, *cæli, & exultet terra: gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini: quoniam venit iudicare terram; iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.* h *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate*: quia iniustitias omnes, & grauamina absque personarum discrimine discernet.

f Psal. 95. 11. 12.

g Psal. 97. 7.

PVNCTVM II.

Matt. 24. 7. 29. &c. Mar. 13. 24. &c. Luc. 21. 25 &c. Erunt signa in sole, &c.

SECVNDO loco perpendenda sunt *signa* IVDICIVM ipsum præcedentia: quæ Christus in Euangelio enumerat; eorundem tam *multitudo*, quam *atrocitas*; *præsagia*, *effectus*, quos in hominum animis generabunt; *modus*, quo illa succedent; *causæ* denique, cur ita euenient.

I. Multitudo Omnes creaturæ.

PRIMVM igitur multitudo perpendatur: a *Omnem enim creaturam* (vt sapiens ait) *armabit Deus ad vltionem inimicorum suorum; & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos*, & impios, & quoniã omnes creaturæ *instrumenta* fuerunt *beneficiorum*, in eos antè collatorum; omnes tunc instrumenta erunt *iustitiæ* eiusdem in eorundem pœnam, & ingentia damna: idque iure merito; si quidem ipsi cũ iniuria creatoris sunt eis abusi: & quamuis nunc eam iniuriam dissimulant; tunc tamen signis eam horrendis manifestabunt.

a Sap. 5. 18. 21.

II. Atrocitas

SECVNDO, eorundem signorum *terribilitas* consideranda, aliquibus illorum commemoratis, b *Sol enim obscurabitur, & luna non dabit lumen suum; sed* c *conuertetur in sanguinẽ: Stellæ* hue cometæ instar fulminis *cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur*: stupendum edentes strepitum, sicut *horologium*, cùm ad horam pulsandam soluitur: erunt *terræ motus* horrendi: aperietur enim multis in locis, sicut *Vulcani* seu crateres alicubi nunc

b Matt. 24. 7. 29. c Ioel. 2. 31. Sol, Luna, Stellæ, Cæli, Terra,

conſpiciuntur: *mare* turbabitur fluctuum ingenti ſonitu; venti alij in alios exurgentes, horrendas excitabunt tempeſtates; in *aëre* tremenda erunt tonitrua, fulgura, fulmina; conſpicientur viſiones terrificæ: & d magis pauenda *monſtra*, quàm quæ olim in *Aegypto* & *Ieruſalem* apparuerunt: *animalia*, feræ, ſerpentes per varias partes vagantia diſcurrent; frementia, vlulantia, calamitosè ſibilantia.

Mare, Veti, Aer, Monſtra.

d 2. *Mach.* 5. 2.

Animalia

Quæ, cùm per ſe ipſa horribilia ſint, affligent tamē adhuc multò magis; tū propter ea quę prænuntiant, quæ multò ſunt horribiliora; tum propter hominum apprehenſionem. Omnia enim veluti ob oculos ponent tremenda, quæ imminebunt mala: munduſque ipſe veluti faciem præferet Inferni. SOLIS tenebræ, æternas ominabuntur tenebras: quibus animæ tenebræ, & peccata punientur. LVNAE ſanguis, Dei iram indicabit, qui de impiis vindictam ſumet: eò quòd ſe illi peccatorum ſanguine fædarunt; STELLARVM è cœlo caſus, infelicem portendet, eorundem è cælo Eccleſiæ in abyſſum inferni caſum; quia ipſi ſe ex alto diuinæ gratiæ ad culpæ profundū præcipitarunt; ELEMENTORVM, & BELLVARVM furor, horribilitatem indicabit furiarum infernalium contra illos: quia beſtiarum vitam vixerunt, nullo ordine, & moderatione paſsionum. Ex quo efficietur, vt homines præ timore, & terrore areſcant; tam propter ea quæ tunc cernent; quàm, quæ ſibi imminere timebunt, inuadente eos e *ſpiritu triſti, qui exiccat oſſa.*

III. Hęc autem omnia initia ſunt dolorum. Apprehenſio auget. & Metus maiorum futurorum

Areſcentibus hominibus præ timore.

e *Prou.* 17. 22.

O quàm ſecus in ea occaſione habebunt ſe illi, qui bona & ſecura ſunt conſcientia, quàm qui mala & turbata. Etſi n. omnes timebunt, *boni* tamen, ſimul cū timore, *fiduciam* habebunt in miſericordia diuina: ita enim eos Chriſtus eſt conſolatus. f *His fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*, finiſq; laborum veſtrorum, quietis verò principium: *iniquorum* verò timor non fiduciam, ſed deſperationē, & magnā impatientiam habebit adiunctam, g *ſemper enim* (ait ſapiens) *præſumit ſæua perturbata conſcientia*, timorē ſibi augens, & pœnam, & h *ſi nunc* (teſte Dauide) *timore trepidarunt, vbi non erat timor*; quid ibi facturi ſunt, vbi tanta erit timoris occaſio incipiente ſtatim tremore, & ſtridore dentium, qui æternùm durabit in Inferno?

Timebunt omnes

f *Luc.* 21. 28.

Boni cum fiducia

Malitum Deſperatione.

g *Sap.* 17. 11.

h *Pſal.* 13. 5.

His omnibus & ſingulis perpenſis, meipſum ad ſalutarē Dei timorem, & peccatorum deteſtationem extimulabo, ſic animam meam alloquens: cur Dei omnipotentis irā non metuis? qui quò nunc *benignior* eſt, te ferendo, eò tunc erit in puniendo *ſeuerior*, cur non cupidè & amanter ſacramē-ta, & alia eius gratiæ ſigna nunc amplecteris? ante quàm horrenda iræ eius te ſigna opprimant? ſi etiam ipſius cœli tunc tremēt columnæ: cur te priùs cœleſti vitâ nō firmas; ne, etiā ſi timeas, deiiciaris? O Deus infinite: i cōfige *timore tuo carnes meas*, faciēs me *à Iudiciis tuis* terribilib. *timere* k *Priùs*

Apoſtrophe peccatoris ad animam

Oratio

i *Pſal.* 118. 120.

k *Pſal.* 101. 4.

areſcant

arescant sicut cremium ossa mea, quòd te offenderim: quàm inutili arescam timore. Operiatur rubore vultus meus, ob mea peccata: vt caput meum eleuare tunc liceat cum lætitia; propter eam, quam de eis sperem, redemptionem, Amen.

PVNCTVM III.

De igne mundum consumaturo. *Psal. 49. 3. & 96. 3.*

TERTIO, considerandus est horrendus ille IGNIS, qui ex quatuor mundi partib. exurgens, ipsum vniuersum, & quæcunque in eo sunt, consumet; renouabit verò, purificabitque, quod in eo est remansurum. Circa hunc ignem tria præcipuè, quæ ad nostrum institutum faciunt sunt perpendenda.

I. a 2. *Pet. 3. 10.* Subitus

PRIMVM, quod summa *festinatione*, absque rei vllius resistentia, a *terra, & quæ in ipsa sunt opera*, palatia, viridaria; auri, & pretiosorũ lapidum thesauri; animantia, volucres, pisces, omnesque homines, qui superstites tunc erunt, nemine prorsus euadente, *exurentur*, & hic totius huius spectabilis vniuersi pulchritudinis, & gloriæ (quam mundani homines tantopere diligunt, & æstimant) finis erit, iuxta illud Ioelis b *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum flamma exurens; quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, nec est qui effugiat eum.* Cur, ô anima mea, c *huius mundi figuram* non horrescis, quæ ita præterit festinanter? cuius adeò erit finis calamitosus? Treme ab hoc igne, qui omnes diuitias eius exuret, nec tuæ concupiscentiæ ignem illis foueas.

Finis mundi cinis. b *Ioel. 2. 3.*

c 1. *Cor. 7. 31.*

II d *Sapi. 16. 24.* Crudelis in impios Leuior in iustos

DEINDE, considera d *ignem hunc* (vt ait sapiens) *factori suo deseruientem, crudelissimè exarsurum in tormentum aduersus iniustos*: leuiorem verò futurum in eos, qui in Deo cõfidunt, & superstites erunt; quibus purgatorii vice erit, vt à culpis & earum reliquiis purgentur; merita verò & corona augeantur, quæ illi breui consequentur. *Impios* verò horrendè torquebit, tanquam inferni initium; qui in perfidiæ pœnam illos manet. Ex quo efficitur, ignem hunc in mundo perduraturum vsque ad vniuersalis iudicii finem, e *Deo* (vt ait Dauid) *eius flammas intercidente*. hoc est, vt S. Basilius interpretatur: ita ignis ille *Electorum* corpora illustrabit, vt nullum inferat detrimentum; *Reproborum* verò ita torquebit; vt statim, ac resurrexerint, horrendum illum experiantur, qui illis paratus est: ad quẽ mox atque sententia lata erit, tanquam furiosus fluuius eos rapiet, atque in infernum cum illis descendet, & tunc implebitur quod scriptum est; f *Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatẽ, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituũ quæ nõ derelinquet eis radicẽ & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub plantis pedum vestrorum.*

e *Psal. 28. 7. & S. Basil. ibi.* Idem ignis illustrabit Electos, f *Malach. 4. 1.* Cruciabit impios

CON-

CONFER, ô anima mea, clibanum illum ardentem cum hoc iustitiæ Sole; flammas illas excœcantes cum his splendoribus illustrantibus, cineres illos tormentorum, cum his leuaminum pennis, illam instar stipulæ conflagrationem, cum lætissimis hisce vitu'orum tripudijs: talemque nũc vitæ rationem elige, quæ à tot malis ereptam, tot bonis accumulet. O Dei us æterne, g *à cuius facie fluuius igneus rapiduſque egreditur* in vindictam impiorum, h *alter verò fluuius aquæ viuæ, tanquam cryſtallum ſplendidus in refrigerium electorum.* Laua me, ac secundi huius fluuij aquâ purifica: vt ab alterius igne sim liber. Amen.

Antithesis Paradisi & Inferni

g Dan 7.10
h Apoc. 21 Fluuij duo Igneus & Aqueus

PVNCTVM IV.

QVARTO consideranda, quæ Christus de statuta illa iudicij die dixrit. Quòd videlicet, a *de die illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorũ, neque filius hominis, niſi ſolus Pater*: & quòd b *repente*, c *& in ictu oculi* sit venturus: ad quod duas adfert similitudines, vel exempla. *Sicut*, inquit, *factum eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis: edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vſq; in diem, qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth*: cum minimè Sodomitæ cogitarent: d *qua die exijt Loth à Sodomis pluit ignem, & Sulphur de cœlo: & omnes perdidit: Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur*, ad iudicium veniens. Nam attendentibus ad *nuptias*, animique relaxationibus suis immersis hominibus, incipiet tribulationũ diluuium, & exurget ignis, qui omnes deuorabit: eritque damnatorum innumerabilis numerus; saluandorum exiguus, qui, vt Noe & Loth, salui euadent.

IV.
a Matt. 24 36. Marc. 13.32
b Luc. 21. 34. & 17. 16.
c 1. Cor. 15. 52. Incerta & subita dies Iudicii.
d Gen. 19. 24. Noe. Loth. Damnandi multi, saluandi pauci.

Et cum idem euenire experiamur in multis huius temporis tribulationibus, *Peſtis*, & aliorum flagellorum, quæ incogitantes nos, & repente inuadunt, curandum mihi est, ita paratum viuere, vt euadere merear: Christi ipsius consiliũ sequens, quod post narrationẽ illius diei intulit, dicẽs: e *qui quæſierit animam ſuam ſaluã facere perdet illam*; hoc est, vitã carnalem *mortificet*: nã *qui* hac ratione *illam perdiderit*, spirituali vita *viuificabit eam*, eritque securus in huius iudicij die. Et iterum idem Christus dixit, f *Vigilate itaque omni tempore, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis*. O supreme Iudex, viuifica me gratiâ tuâ, vt sicut *Noe* ille in arca, ita ego in tua saluer Ecclesia. Extrahe me ad huius sæculi Sodomis licet inuitum, & g *diſſimulantem* ac tergiuersantem, sicut *Loth*, vt ab ignibus deuastantibus ereptus, in alto

sanctæ gloriæ tuæ monte
saluari merear.
Amen.

e Luc. 17. 33 Mortificatio
f Luc. 21. 36 Vigilia Oratio
g Gen. 19. 16

MEDITATIO XIV.

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM, IVDICIS aduentu, & ijs, quæ ille ante sententiam facturus est.

PVNCTVM I.

Ioan. 5. 28.

I.

a 1. *Thes.* 4. 16. 1. *Cor* 15. 52 S. *Hier. in Reg Monachorum c.* 3(b 1. *Cor.* 15. 52. c *Apo.* 20 1; Tuba Dete ndet Impii Ascendẽ: electi

è Puluere corpus

d *Ephes.* 5. 14.

II.

Apoc. 9. 6.

Damnati Animæ & Corporis colloquiũ Funestum cõ ugium *Nahum.* 1. 10.

PRIMVM, consideranda est generalis mortuorum *resurrectio*, quò animo simul, & corpore in hoc iudicio compareant.

CIRCA hunc fidei articulũ perpendendũ est *Primũ*. a *Archangelum*, quendam vocem illam tremendam instar *tubæ* editurum: *surgite mortui, & venite ad iudicium*. Quę vox vsque adeò potens erit, Dei omnipotentis virtute, vt b *in ictu oculi* mortui ɔmnes resurgãt, & c *mare det mortuos, qui in ipso erant & mors, & Infernus reddant mortuos suos*, etiamsi enim in *puluerem* sint conuersi, potentia tamen diuina in momento eos reformabit ita, vt omnem membrorum integritatem, recipiant. Eodemque momento animæ, quæ in *inferno* fuerint ascendent; & quæ in *cælo*, descendent; & suo quæque corpori, quod ante mortem habuerat, coniungetur. Huic itaq; Archangeli voci, & citationi ad Iudicium, omnes omninò absque resistentia, aut tergiuersatione parebunt, etiamsi Reges, Pontifices, Monarchæ fuerint. Recordare frequenter, anima mea, vocis huius tremendæ, & potentissimę sonet hæc tuba continuè in auribus tuis; time terribilem hãc citationem: & præpara te ad comparendum; obaudias nunc voci Dei, & aspectabilis Archangeli dicentis: d *surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*, qui non mortem quærit peccatoris, sed vt conuertatur, resuscitetur, & viuat.

DEINDE, contemplabor *corpus*, quod anima, damnati, ex inferno ascendens accipiet; quidque sentiet in illud se videns ingressam. Dabitur .n. illi corpus patibile quidem, sed immortale; vt semper patiens, nunquam tamen amplius moriatur, fœdissimum, fœtidum, horridum, quod miserrimæ animæ æternus sit carcer, nouusque infernus in eo commorari. O quanta in se mutuò primo illo congressu conijcient maledicta! *Sis maledictum*, (dicet anima corpori) quòd vt tibi indulgerem, & quod mihi rebelle fuisti, tot sustinui, ac æternùm tecum sustinebo tormenta: corpus verò eadem in animam refundens: *maledicta*, inquiet, *tu*, quæ arbitrij tui libertate me tibi subijcere, & mortificare potuisti; quod quia neglexisti, patienda en mihi tecum horrenda, & æterna tormenta. Hac ratione miserrimi illi duo coniuges, qui in mortali hac vita facilè conuenerũt, vt voluptates amplecterẽtur, innumeras cũ eis culpas ebibẽtes, tũc e *ficut*

ſpinoſe inuicem complectentes, pungeteſque alter alterius carnifex effectus, horrendas mutuò pœnas ſibi ipſis augebunt.

TERTIO, conſiderabo ſimiliter, quale *corpus* accipiet anima beati de cœlo deſcendentis quamque iucundus illi erit talis in eam ingreſſus. Erit enim corpus illud *immortale, impatibile*, ſplendens, & omninò perfectum, & glorioſum. O quantas ſibi mutuò benedictiones precabuntur: Anima corpori congratulans dicet: *Euge corpus*, ſis benedictum, quòd patienter mortificationes ferens, teque hilariter mihi in omnibus, quæ Deus iuſsit, ſubijciens, me ad gloriam, quam hactenus habui, & æternùm habitura ſum tecum, feliciter iuueris. Gaude, quia iam laboris, & tempeſtatis tempus tranſiit, acceſsit verò quietis, & tranquillitatis: f *ſeminatum fuiſti in ignominia*, dum fuiſti ſepultum in terra; ſed *ſurrexiſti in gloria*: glorifica Deum mecum, ſiquidem mecum es regnaturum. Deniq; comparatione inter bonos, & malos inſtituta, corpus meum ad patiendum in mortali hac vita animabo, vt felix illa ſors ei contingat, ad beatam vitam ſurgendi.

III.

Electi oratio ad corpus

f 1. Cor. 15 43

Corporis ſtimulus

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVS deinde *iudicis* ipſius aduentus ad iudicium; eius è cœlo exitus, Maieſtas, vultus habitus, comitatus, quem ſecum habebit, Regium ipſius vexillum; glorioſus in Iudicio thronus, & Iudicij denique ad latus eius aſſeſſores.

Matt. 24. 30

I. Chriſtus Iudex glorioſus

PRIMVM ergo perpendendum, *Chriſtum* Dominum noſtrum reipſa, vereq; è cœlo exiturum: & ſecundò in mundũ, ad eum Iudicãdum, venturum, ſed longè alio habitu, quàm venerit primùm. Veniet enim in corpore glorificato, ſplendidiſsimo, corona gloriæ, & immortalitate coronatus, tantoque amictus ſplendore, vt Sol, Luna, & Stellæ in eius præſentia haud datura ſint lumen: tanta verò eius erit Maieſtas, vt Angeli hominesque omnes iuſti ac peccatores, & ipſimet Dæmones quamuis inuitiſsimi, illi ſe ſubijciant, eumq; adorent, ac pro Deo & Domino ſuo agnoſcant: tunc enim Pater implebit, quod aliquando promiſit, a *Subiecturum ſe omnia ſub pedibus eius*. b Et *poſiturum inimicos eius ſub illius pedibus*. Et c *in nomine eius omne genu flectendum, cæleſtium, terreſtriũ, & inferorum*: & *omnem linguam confeſſuram, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*. O Saluator mi, iuſtum eſt vt ſecundus tuus Aduentus patefaciat gloriam quam primus occultauerat. Concede mihi obſecro, te in prioris humilitate imitari, quò poſteriorls gloriæ particeps fiam.

a Pſal. 8. 7.
b Pſa. 109. 1. 1. Cor. 15. 26
c Phil. 2. 10.

Aduentus ſecundus

II.

CONSIDERANDVS deinde *comitatus*, quem ſecum habiturus eſt. Nam Enoch Prophetauit: d *Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis*, cæleſti toto exercitu ſtipatus, c tribus ſuis Hierarchiis, & nouem earum choris, indutis (vt piè credere licet) corpora aerea, ſolis inſtar ſplen-

d in Iuda Epiſt. verſu 14.
e Dan. 7. 10 millia millium aſſiſtebant ei
e Matt. 16 17. & 25. 31

Omnes Angeli cum eo

dentia, quæ Hierarchiæ, & chori ſui pulchritudinem, & excellentiam in eis oſtendent.

III.
f *Matt.* 24. 30.
Crux Iuſtis iucunda

Præferetur (vt ex Euangelio colligitur) f *ſignum filij hominis*, Regiũ videlicet ſanctæ crucis vexillum, admirando fulgens ſplendore: quod vnicum quidem erit, ſed iuſtis, qui in hac vita illud amplexi, in eo gloriati ſunt, carnem ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigentes, incundiſsimum erit ſpectaculũ; impijs verò, qui aut non crediderunt, aut tanquam hoſtes illud horruerunt, quòd g *ventrem ſuum vt Deum haberent*, horrendũ atque tremendum: ideoque ſtatim atque illud conſpicient, amariſsimè flebunt: quia iuſtam in eo ſuæ damnationis cauſam videbunt. Sequere igitur, anima mea, crucis in hac vita vexillum: vt cum pace, & ſecuritate illud intuearis in altera: defleas, quam hactenus ab eo auerſionem habuiſti, vt læta tunc illud aſpicias.

g *Phil.* 3. 19.
Impijs tremenda
O crux ſpes vnica

IV.
Vultus Chriſti
V. Iuſtis
Electis
læta

QVARTO, conſidera, quo pacto, cùm primum in vallem Ioſaphat Chriſtus deſcẽderit, ſedebit in excellentiſsimo, & ſplendidiſsimo *throno*, ex pulcherrima *nube* fabricato, cuius diuinus *vultus*, etſi vnicus, idemque bonis tamen erit placidiſsimus; ſed terribiliſsimus *malis* adeò, vt vel ipſo eius aſpectu tremore, & confuſione repleantur. Ex eius autem ſacratiſsimis, manuum, pedum, lateriſque *vulneribus*, lucis radij procedent, verſus bonos iucundiſsimi, qui corporeo eorundem vulnerum aſpectu ſingularem capient voluptatem, agnoſcentes ex eis ſummi illius Regis in ſe amoris magnitudinem, qui talia voluit ipſorum gratiâ ſubire: ſed ex eiſdem vulneribus aduerſus ſceletatos radij prodibunt iræ, & ignis ſtupendi: qui (ſcripturâ teſte) h *plangẽt* amariſsimè *quaſi ſuper vnigenitũ & dolebũt, vt doleri ſolet in morte primogeniti*: quia eorũ fructu in ſuũ commodum vti contempſerunt; præcipuè verò *Iudæi*, *& Gentiles* illi, qui eadem Chriſto crudeliſsimè inflixerunt.

Damnatis horrenda

h *Zach.* 12. 10.
Apoc. 1. 7.

O IESV dulciſsime, per ſacratiſsima tua vulnera ſupplico, vt i *pennas mihi ſicut columbæ* concedas, quibus ad ea *volare*, & in eis quam diu vixero *requieſcere* poſsim, mea gemens peccata, ob quæ tu illa ſuſcepiſti: vt in die iudicij eadem cum iucunditate aſpicere, & ad gloriam tuam admitti merear, Amen.

i *Pſal.* 54. 7
Oratio

V.
Thronus B. Virginis
k 3. *Reg.* 2. 19

POSTEA conſiderabo, ad Chriſti iudicantis latus, alium *thronum* collocandum inſignis glorię, pro ſanctiſsima eius *Matre* Domina noſtra: eſt enim cõſentaneũ, eã in hoc Iudicio, ſicut alterã k *Betſabee ad* veri *Salomonis dextrum latus aſſeſſura*: non iam vt peccatorum ſit *aduocata*, quia interueniendi pro eis tempus effluxit: ſed vt erubeſcant, quòd tantę matris certæq; aduocatæ patrocinio in tẽpore vti neglexerint: & ſimul, vt iuſti eius præſẽtiâ exultẽt; ipſaque corã vniuerſo mũdo, debito afficiatur honore, ob tot humiliationes, quas in hac vita ab ijs pertulit, qui eã agnoſcere no-

luerunt

iuerunt, ſed contumelijs in filij ſui paſsione affecerunt. O virgo excelſa gaudeo de gloria illa, quam illa die es habitura. Iuua me nunc interceſsione tua, vt tuo nunc gaudeam aſpectu.

Denique circum ipſum Chriſti thronum alij etiam l *throni* conſtituentur, in quibus *Apoſtoli* (ſicut promiſſum eis eſt) etiã *duodecim tribus Iſrael*, & vniuerſas Mundi nationes *iudicaturi ſedebunt*: & ſanctiſsimæ vitæ ſuæ exemplo, ſceleſtam ipſorum condemnabunt; ſupremiq́ue iudicis ſententiam conprobantes, eius iuſtitiam ipſius nomine manifeſtabunt. Imò, iuxta multorum patrum ſententiam etiam in thronis gloriæ ſedebunt *Pauperes ſpiritu*, qui Apoſtolorum veſtigijs inhærentes, omnia ſua pro Chriſto reliquerunt. O quàm ſtupeſcent tyranni, & Imperatores, qui Apoſtolos martyrio affecerunt, cum eos adeò in gloria ſublimes conſpicient. O quantus erit m *pauperum* Religioſorum, quibus *Deus iudicium tribuet*, honor, qui in hoc ſæculo tanquam à mundo abiecti vixerunt. O ſumme Iudex, ſi eos, qui ſponte, & voluntate ſunt pauperes ita honoras; magna ego voluptate eam paupertatem amplector, non tam propter meum honorem quam propter gloriam, quæ inde tibi redundabit.

VI.

l *Matt.* 19. 28. *Iſa.* 3. 14.

Apoſtolorũ S *Tho.* q. 89 *in Additio.* a. 1. & 2.

Pauperum Religioſorum m *Iob* 36. 6

PVNCTVM III.

TERTIÒ, conſiderandum, qua ratione, ad Iudicij executionem, Chriſti mandato, a *exibunt Angeli*; *& ſeparabunt malos de medio iuſtorum*. Et ipſe b *ſicut Paſtor ſeparat oues ab hædis, ſtatuet quidẽ oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris.*

CIRCA quod primùm eſt perpendendum, & *mundum*, & *Eccleſiam*, quæ in eo eſt, inſtar eſſe gregis ouium ſimul, & hædorũ; bonorũ ſcilicet ac iniquorum, ita inter ſe commixtorum, vt quę ouis ſit Chriſti, quis Sathanæ hircus, diſcerni ſemper non poſsit: ex quo prouenit, vt ſæpè ſceleſtum tanquam iuſtum honoremus; iuſtum contra, tanquam peccatorem, contemnamus: ideoq́ue neque iuſti, neque peccatores locum ſibi debitum occupent: ſed hi dexteram, locumq́; altiorem; illi ſiniſtram, & abiectiſsimum in terra teneant. Quamobrem Salomon: c *Vidi*, inquit, *ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem: & dixi in corde meo: iuſtum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.* Et iterum: d *Eſt malum quod vidi ſub ſole poſitum ſtultum in dignitate ſublimi; & diuites ſedere deorſum: vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos.*

Bonorum ab impijs ſeparatio a *Matt.* 13. 49. b *c.* 25. 33.

1. Eccleſia eſt grex o uium & h dorum bo norum & malorum c *Eccle.* 3. Iudicia ho minum peruerſa d *c.* 10. 5.

Appropinquante itaque hoc tempore, vt fraudes huiuſmodi pateſiant, iniuriæque reſarciantur, ſeparabit Chriſtus e *triticum à Zizania, granum* f *à palea, bonos à malis piſcibus* g *agnoſq́; ab hædis*, & *bonos ad dexterã conſtituet*, eleuatos (vt ait Apoſtolus) h *in aera*, vt orbis vniuerſus eos agnoſcat

c Matt. 13. 30. f 3. 12. g 25. 32. h 1. *Theſ.* 4. 17

& vt ſanctos veneretur; *malos autem* conſtituet *ad ſiniſtram*, in terra hærentes: vt omnes eos,& agnoſcant; &, vt peccatores contemnant. O quanta iniquorum erit confuſio, qui in hoc mundo dexteram habere,& dignitatem videbantur; cum ad ſiniſtram ſe ibi eſſe,& in tanta cernent abiectione! quanta inuidiæ rabie in bonos commouebuntur, quos in tanto honore, ſe verò adeò contemptos eſſe videbunt! Quid princeps, quid Dominus dicet, cum ſubditũ aut mancipium ſuum in altiori loco conſpiciet, quàm ipſe ſit? quid Prælatus, quid Magiſter; cùm ſubditum, cum diſcipulum ſibi præferri videbit? Omnes vnà illud Sapientiæ vſurpabunt: i *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt: Ergo errauimus à via veritatis & iuſtitia lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* O Iuſtitiæ Sol, cœleſti tuo lumine mentis meæ oculos clarifica: vt infelicium horũ miſeram cæcitatem cognoſcens, ex eorũ erudiar miſeria.

CONTRA, *boni iucundi* erunt, videntes ſe ad Chriſti dexteram, qui & ipſe lætiſſimo eos vultu conſpiciet: tunc enim ad literam impleri incipiet: & ad oculum illud Dauidis: k *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* O quàm illic erit glorioſa illa iuſtorũ congregatio! ſicut *Regina*, quæ breui in ſponſi Regnum ſplendidiſſimum deducenda, exultat, dum ſe ad dexteram dilecti ſui tot virtutibus ornatam videt: in hoc ſæculo contemptum, & ignominiam experta, nunc in momento ſe videt ad ſummos honores euectam. Felicem illum, qui infimum in hoc mundo ſibi locum eligit: cui tunc dicet Chriſtus: l *Amice aſcende ſuperius* aſcende ſuper terrę ſuperbos; & mox mecum ad cæleſtes conſcẽdes thronos. Elige ergo, anima mea, infimum in hac vita locum, vt in die iudicij locum à Chriſto inter Angelos recipias. Ne ſolicita ſis, ad quam in hoc mundo manum colloceris, ſed quamnam ad tribunal Chriſti ſis habitura; ita vitam tuam hic inſtitue, vt ibi ad dexteram eius conſtituaris.

DENIQVE, ſi ſcire aueo, quænam mihi *manus*, aut ſors in die illa continget; cogitandum eſt mihi, ouiſne ſim, an hœdus? an videlicet Chriſti Paſtoris vocem audiam: mitiſne ſim, & corde humilis; aduerſa, iniuriaſque æquanimiter tolerem; bona mea alijs liberaliter impertiar: an contra ſuperbus ſim, vltor iniuriarum, temporalia mea commoda quærens, cum proximi detrimento, aut ſpiritualis boni aliqua iactura? ac reflexione circa hæc facta, ſupremi huius Paſtoris ouis eſſe contendam: confidens, quòd cùm ingenti proſperitate ad ſuam me dexteram ſit collocaturus.

PVNCTVM IV.

QVARTO, conſideranda eſt manifeſtatio, & promulgatio conſcientiarum, tam bonorũ quã malorũ, quæ in iudicio, in totius vniuerſi

oni elc-
andi
Aali con-
mnẽdi.

:onfuſio&
nuidiama-
o.um.

Sap.5.4.

Oratio

III.
Bonorum
ætitia
k Pſal. 44.
o.

l Luc.14.10.

IV
Si ouis ad
dexteram:
hædus ad ſi
niſtram
collocabe-
ris

Aperientur
conſcien-
tiæ

& Angelorum præsentia fiet: iuxta illud Apostoli, a *qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*, speciale enim quoddam lumen Deus adferet, quo illa omnia cerni possint.

PRIMVM circa hoc est perpendendum, qua ratione Deus in illa die b *aperiet* (vt scriptura loquitur) explicabitq; libros *conscientiarum*, qui huius vitæ tempore clausi fuerunt: omnes itaque legent quicquid in libro conscientiæ cuiusque & quisque quod in omnium conscientiarum libris scriptum erit. Iudicium verò fiet, sententiaque iuxta ea, quæ in libris erût scripta, feretur: vt omnibus constet de iustitiæ diuinæ rectitudine: id quod in bonorum laudem, impiorum verò cedet ignominiam. Ex quibus intelligam, quantum referat, attentissimè obseruare, quid in conscientiæ meæ libro scribatur. Nunc.n. & scribere, & occultare possum, quod volo: sed illa die in despectum meum omnia prodibunt in lucem. Quod si conscientiæ meæ liber iuxta librum vitæ, qui est Christus IESVS, bene descriptus erit, liber meus (vt ait Iob) *defensio* mea erit, *honor* meus, *& corona* mea: (cupiebat enim ille c *vt librum scriberet ipse, qui iudicat*, bene sibi conscius, consensurum illum cum conscientia sua) Sin meus liber, Christi libro aduersetur, ipse etiã accusator meus, ignominia, & dãnatio mea erit.

O Saluator pijssime, cuius *liber* in die iudicij aperietur, quò vita tua lex sit, regulaque viuens, ex qua iudicium feratur de nostra: ne, quæso, patiaris, scribere me aliquid in conscientia mea, quod vitæ tuæ libro sit contrarium: quod si quando, ex imbecillitate meâ, acciderit, adiuua me, vt pœnitentiæ lachrymis illud deleam: vt in die reddendæ rationis me tuæ vitæ conformem inuentum, facias etiam gloriæ participem. Amen.

SED Magis ad particularia promulgationis huius, descendendo, perpẽdam, etiam *occulta* cordis peccata ibi comparitura; & fœda illa, quæ fortè occultè, & in angulo sunt patrata, & ob pudorem in confessione celata, aut excusationibus, & dissimulationibus obducta; intentiones noxiæ, proditiones opertæ, hypocrises, & quicquid specie tenus sanctum apparebat, cùm reuera iniquum esset. Ibi famuli infideles, amici falsi, Christiani ficti ingenti pudore afficientur: quia tales fuisse deprehendentur. si enim hic tam grauiter fero, secretum aliquod peccatum meum, coram decem hominibus reuelari: quomodo feram omnia occulta simul, & coram omnibus hominibus, & Angelis manifestari: Quomodo, anima mea, audes vel *in occulto* peccare, si credis fore, vt id manifestetur, & cognoscatur à toto mũdo? Qua ratione potes in *confessione* occultare, aut tacere præ pudore, si fidẽ habes cõfusionis huius, & pudoris, quo ob talẽ occultatẽ afficieris? Memor esto, Redemptorem tuum dixisse: d *Nihil occultum, quod non reueletur, aut absconditum, quod non sciatur*: & ab ea propterea abstine culpâ, quam nolis propalari.

s. *Thom. in Addnio. q. 87. a 1. Cor. 4. 5.*

I.

b *Dan. 7. 10 Apoc. 20. 12* Libri aperti sunt, & alius liber, qui est vitæ. Conscientiæ liber omnium patebit & erit norma Iudicij Christo libro vitæ respondeat

c *Iob. 31. 35.*

Oratio ad librum Vitæ

II. Occulta

Celata

Fucata

Omnia patebunt

d *Luc. 12. 2*

III.

Occultatũ manifestabit Deus

Mox perpendam, Deum Dominum nostrum bona iustorum opera etiam *occultissima*, manifestaturum, bonas cogitationes, pios affectus, intentiones occultas; cùm sinistra non sciuit, quid faceret dextera: externa quoque opera bona, quæ humilitate ipsi occultarunt; & quæ mundus iniqua iudicans, eos propterea calumniatus est, & condemnauit: qua ratione boni maximo tunc honore afficientur, & exaltabuntur. O quanta ibi erit vitij turpitudo! quanta virtutis elegantia! O quam honorificum, & gloriosum tunc iudicabitur obediuisse, sese humiliasse, illatas iniurias in silentio, excusationibus non adhibitis, aut innocentiâ suâ non manifestatâ, æquo animo pertulisse: Felices qui hæc virtutum exercitia amplectuntur, pro quibus tantam recipient gloriam. Occulta, anima mea, bona opera tua per humilitatem, suo enim tempore Deus illa ad magnam tuam gloriam manifestabit.

IV.

Bonorum mala ad Dei gloriã

Malorum bona ad ignominiã eorum detegentur.

Qui grauiora commiserant per pœnitentiã saluantur

VLTIMO tandem perpendam, eundem iustissimum iudicem illa die manifestaturum tam iniustorum *bona*, quæ fecerunt; quàm piorum *mala*: sed alio fine, alioque euentu: iniquorum enim bona in maiorem eorum cedent *ignominiam*, vt qui non perseuerauerunt in bono: & quòd multa eis mala permiscuerunt, eorum præmio iure priuabuntur: & memores bonorum cõsiliorum, & admonitionum, quas iustis interdum dederunt, vehementiùs pudefient, quod easdem sibi non acceperint, nec eis vsi sint. Contrà cum iustorum peccata manifestabit, adiunget, pœnitentiam propterea factam, & bona, quæ inde illi hauserunt: vt illa peccata admisisse non sit illius pudori futurum, sed occasioni Deum laudandi, qui ea condonarit, & à tanta eos miseria, magna misericordia erũerit. Id quod etiam malos confundet amplius: cum videbunt in tanto eos apud Deum esse honore, qui similia, aut etiam grauiora fecerunt: sed illi pœnitentiam habuerunt: quam ipsi neglexerunt.

PVNCTVM V.

Acculàtiones & onera impiorũ

I.

a *Apoc.* 12. 10

Orat. 1 de amore erga Deum & proximum

Dæmon odio Christi insultabit impijs

QVINTÒ, considerandæ grauissimæ accusationes, & onèra, quæ ex ea promulgatione impijs, in bonorum fauorem emergent.

PRIMVM enim DAEMON a *fratrum accusator*, & calumniator eo die, qui vltimus illi ad id muneris erit, vehementiùs vrgebit iniquorum peccata, ad maiorem ipsorum in totius mundi conspectu confusionem ea exaggerando. Conuersus enim (ait S. Basilius) ad Iudicem dicet: Ego hos non creaui, non illis vitam dedi, non in ea sustentaui, aut bona, quibus fruerentur, dedi, nihil ipsorum causa sum passus, non mortuus, nullum eis æternum præmium promisi: & ipsi tamen, te neglecto, qui omnia hæc illis præstitisti, mihi seruierunt, & obediuerunt: quare iure ad me pertinent: quia illos prostraui, & se mihi subiecerunt, pluris me facientes, quàm te. Hæc superbus obijciet Sathanas, tanquam volens de

ipso

ipſo CHRISTO rabie ſua triumphare, vindictam de eo, in eius creaturis, ſumendo, O quàm ſe illuſos,& pudefactos, ſerò licet, peccatores experientur, quod tali ſe hoſti ſubiecerint. Fuge ergo,anima mea, ei te hic tradere, à quo intolerabilem adeò ſeruitij tui mercedem expectes:Chriſti potiùs honoris rationem ducito, qui te creauit, redemit,aliudque ſeruitij tui præmium promiſit, irrideas tu potiùs hoſtem illum in hac vita niſi velis in futura ab eodem irrideri.

II. Chriſtus beneficia exprobrabit

DEINDE, expendam grauiſsima illa,quæ ipſe Chriſtus interiùs eiſdem obijciet: reuocans in memoriam,exprobransque ſingula,quæ in eos contulit beneficia. Ego (dicens) te ad imaginem & ſimilitudinem meam *creaui*: tu eam plurimis,grauiſsimiſq; maculaſti ſceleribus,ſanguine meo pretioſo te *redemi*: quem iniquis tuis greſsibus conculcaſti;*Baptiſmi*,te ſacramento regeneraui, & Eccleſiæ ſponſæ meæ membrum feci: quam tu ſcandalosâ vitâ profanaſti;*pœnitentiæ* ſacramentum quo tua peccata delere, gratiæque, & amicitiæ meæ reſtitui poteras, obtuli: tu in peccatis tuis perſeuerare, quam mihi reconciliari potiùs elegiſti; *corporis & ſanguinis* mei pretioſum obtuli cibum, & animæ nutrimentum: tu Aegypti ollas prætuliſti, multis te *inſpirationibus* vocaui, & vt ad cor redires,admonui: illis tu ſemper te pertinacem præbuiſti;minatus ſum,ni reſipiſceres,*pœnas*, animum tibi addidi magnorum *præmiorum* promiſsis: quæ tu omnia nihili feciſti, O infœlix, quid vltrà potui facere,quàm tibi fecerim! tu verò quid potuiſti contrà me facere,quod non feceris?honorem tuum meo honori vbique præferendo. Vos ergo Angeli miniſtrique mei, vos iudicate,aſpicientes, b *quid vineæ huic facere potui,quod non fecerim? an quòd, cùm vuas meritò expectare debui,illa attulerit labruſcas?* Quæ ſi benè perpendero, magno animi ſenſu nunc, antequam illa hora veniat, cum Dauide ingemiſcens dicam:c *Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me*. miſericordia potiùs tua me corrige, quam diu locus ſupereſt emendationi.

Redēptionem
Baptiſmū
Pœnitentiā

S. Sacramentum
Inſpirationes
Minas
Præmia

HANC Chriſti obiurgationem iuuabunt cuſtodes noſtri *Angeli*, adferentes contra impios, quicquid ad eos à peccatis auertendos ipſi adhibuerint;eorumque peruicaciam,qua illi omnia illuſerint.

III. Angeli

Ipſi quoque *iuſti*, qui aderunt,eoſdem improbos accuſabunt: *alij*,quòd ipſorum bona conſilia reiecerint; *alij* quòd iniurijs magnis ab eiſdem affecti fuerint; *alij* ob pericula, quibus ob mala ipſorum exempla expoſiti fuerint. Hæc omnia infœlices illi intus in corde, & infœlici conſcientia ſua audient, & videbunt; quæ omnium vehementiſsimè eos accuſabit, iuxtà illud Apoſtoli; d *teſtimonium illi reddente conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum.* Ipſa enim coſcientia, peccatorum ſuorum

IV. Iuſti Cōſultore Paſſi Scādalizat

V. Conſciēti

Angelis iudicibus
b *Iſai.5.4*
c *Pſal.6.1.*
d *Rom.2.1*

conuicta, clarissimè videbit, se iure meritò ab omnibus accusari; nec aliquid, quo se excuset, sed plurima, de quibus seipsam etiam accuset, habere. O quàm fuisset illis vtilius, seipsos sponte in hac vita, magno suo bono accusasse; quàm inuitos ibi, & sine fructu, alijs accusantibus, non posse se excusare. O Iesu benignissime, concede mihi in hac vita, dignè me in tuo, ac ministri tui conspectu accusare, vt ab eo absoluar; ne me in die iudicij alij accusent, vt condemnent.

Accusa te tu, vt excuset te alius

MEDITATIO XV.

DE IVDICIS PRO IVSTIS, & CONTRA IMprobos sententijs, earumque executione.

Vide Iuuen. q. 333. in Matt. Lanssenius, Sotus, & alij.

Bonus ex suo, iustus ex nostro

SENTENTIARVM series, *quas Christus Dominus noster in die* IVDICII *proferet (sensibili vi creditur* voce*) pro bonis, & contra iniquos, expressa est in Euangelio; ab ea initio facto, qua erit pro* bonis; *vt vel ex hoc intelligatur, quàm sit is propensior ad præmia reddenda, quam supplicia.*

Sententia iustorum

PVNCTVM I.

PRIMVM considerandum, qua ratione Dominus noster sedens in gloriæ suæ throno, iustos respiciens, blanda dulcique voce illos alloquens; a *Venite*, dicet, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnũ à constitutione mundi: esurui enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Huius sententiæ verba singula seorsim meditabimur, eorum perpendentes mysterium, iuxta eam orandi formam, quæ *introductionis* §. 9. posita est: sed quoniam hæc præmia fusiùs posteà meditationi subijcientur, eadem hìc insinuabuntur solùm.

a Matt. 25 34.

VENITE.

IN hoc verbo causæ expendendæ sunt, cur dixerit VENITE; *vnde* illi, & *quo* sint venturi. VENITE nunc dicit, vt reuocent sibi in memoriam primam vocationem, qua, ad ipsum sequendum, eos vocauerat, cũ dixit: b *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*: & illam: c *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Et quoniam vocem illam boni audiuerunt, simili nunc alia ad eos vtitur, atque si diceret: siquidem secuti me estis cruce vestra sublata; & vos ipsos mortificastis, vt vitam meam imitaremini: Venite nunc ad præmium, etiam me sequentes in gloria. d *Venite de* monte *libani* Ecclesiæ meæ, in qua baptismo regenerati, & pœnitentiæ lachry-

b Matt 11. 28. c. 16. 24.

VENITE Nota vox iustis

d Cant. 4. 8

mis abluti

mis abluti, cedrorum instar in virtute creuistis: Venite ex tribulatione magna, in quae *stolas vestras in sanguine mec abluentes, & dealbantes* hactenus manstistis. Venite *de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, in quorum societate viuentes, magnas sustinuistis persecutiones: exite de medio eorum; venite, vt *coronemini*, dignoque vestris victoriis praemio afficiamini. Audi, ô anima mea, sine mora vocem, qua te Christus ad vitae suae imitationem vocat; quo alteram dulcissimam vocem audire sis digna, qua te vocet ad coronam.

Vnde
e Apoc 7. 1.

Quo

BENEDICTI PATRIS MEI.

I.
BENEDICTI
f Psal. 23. 3.

ALTERVM est verbum dulcissimum BENEDICTI PATRIS MEI quo vtitur, vt omnibus constet de beneficiorum, quae in eos contulit, confert, & conferre vult in aeternum, immensitate: illud adimplens Psalmi: f *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo: hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.* Nec benedictos Abrahae, Isaac, aut Iacob; nec benedictos Moysis aut Patriarcharum, aut Prophetarum appellat: sed aeterni PATRIS MEI g *qui benedixit vos in omni benedictione Spirituali in caelestibus*, gratiae suae dona hactenus, nunc etiã gloriae suae plenè cõmunicãs. Nec dixit BENEDICTOS DEI, sed PATRIS, quò intelligerent, omnes benedictiones à Paterno illo amore, quo Deus illos filij sui intuitu est prosecutus, profluxisse. Et quoniam eius benedictio non inanis, sed efficax est: (efficit enim statim quod dicit) suauissimo illo verbo, noua quadam, & extraordinaria eos laetitia replebit.

II.
DEI

g Ephes. 1.

III.
PATRIS

POSSIDETE PARATVM VOBIS REGNVM A constitutione mundi.

I.

TERTIVM addit verbum: POSSIDETE, vbi expendendum est, quodnam hoc sit *Regnum*, à quo tempore, & qua ratione Bonis sit praeparatum, ciuique possessio eis tradatur. In quibus omnibus infinita elucet caelestis nostri Patris charitas. Nam inprimis voluit, hereditatem, & primogenituram filiorum suorum esse *Regnum* adeo excelsum, vt per excellentiam, Regni nomẽ mereatur: non enim est terrenum aliquod, sed caeleste; cuius sunt infinitę diuitiae, deliciae inaestimabiles, quę beatos faciant possessores.

Quid?
REGNVM
caeleste

II
quando ab
aeterno

Hoc regnum eis benignissimus Pater *ab aeterno* praeparauit, misericordia sua eos ad illud, vt secum regnarent praedestinans.

III

Ad quod ab initio mundi caelum *empyreum* creauit, vt ciuitas esset Regia, infelicium horum Regum habitationem destinata:

Quomodo æque Hominibus & Angelis

Adiecitq; maxima teneritudine verbũ illud, VOBIS: atq; si distinctiùs diceret: non *Angelis* præcipuè, & eorum defectu vobis; quasi loco eorum qui eius sedes perdiderunt, vos sitis illud ingressuri, & eas occupaturi; sed æquè vobis atque illis; omnibus videlicet iustis, Angelis & hominibus, animabus, & corporibus vestris præparatum est.

IV. Possessio

Venite itaque, & pacificè Regnum illud possidete nobilissimum, antiquissimum, à quo nunquam repellemini. Intrate in gaudia Patris mei, quæ nunquam vobis auferentur, h *sedete mecum ad corregnandum in throno, sicut ego cum Patre sedeo in throno eius.* O Pater dulcissime, gratias pro tam excelso Regno ago, quod tuis electis præparasti; vt gratiæ, & charitatis tuæ diuitias infinitas ostenderes. Concede mihi obsecro, animam meam ita præparare, vt in ea tu regnes, per gratiam, & postea eandem deducas ad hoc regnum possidendum in tua gloria. Amen.

h *Apoc.* 3 21 Oratio

ESVRIVI ENIM ET DEDISTIS mihi manducare.

I. Opera misericordiæ

PROLATA sententiá, mox eius rationem subiungit, *merita* commemorans, cur illis Regnum tribuat. *Esurui*, inquit, *& dedisti mihi manducare; sitiui, & dedisti mihi bibere; hospes eram, & collegisti me; nudus, & operuisti me; infirmus, & visitasti me, in carcere eram, & veniſtis ad me*: vt me inde liberaretis. Admirati verò iusti, quòd ob opera adeò *exilia* tantum illis regnum largiretur: quodque huiusmodi opera misericordiæ tanti faceret, atque si ipsimet in persona fuissent exhibita, interrogabunt eum; non tam verbis, quàm sensu, & admirationis affectu: *Quando te Domine vidimus esurientem, & pauimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* ego enim in illis eram; quos licet paruulos, glorior habere fratres. Felices pauperes, quos idem, qui eos iudicaturus est, habet vt fratres; & Rex ipse, non eos tantum affecturus est præmijs; sed illos etiam, qui eisdem benefecerint. O felicia misericordiæ opera, quorum principale obiectum est Christus; & præmium eiusdem Regnum! ô beati misericordes qui in illa die tantam obtinebunt misericordiam!

Christi fratres pauperes

II. Opera reliqua iustorum

VLTIMO, considerabo, etsi Christus in Euangelio, ad sententiæ suæ æquitatem, solùm nominauerit opera misericordiæ proximis exhibita, declaraturum tamen tunc alia quoque eorundem iustorum bona opera; *obedientiam, mortificationem*, quæ ad ingressum in cœlum est necessaria. Et quoniam Dei vox est infinitæ virtutis, ita illa opera, cuiusuis menti manifestabit, vt omnes intelligant specialia illa, propter quæ Regnum

cœlorum

cœlorum eis impertiatur. Nam Martyri dicet: veni benedicte Patris mei, & posside Regnum paratum tibi, quia sanguinem tuum pro me fudisti; *Virgini* dicet: veni benedicta Patris mei, propter virginitatē animæ, & corporis, quam custodisti; *Religioso*: veni benedicte Patris mei: quia tua omnia, vt me sequereris, reliquisti. Et in hunc modum ratiocinari licet per reliquos iustorum status. O quantam adferet omnibus consolationē dulcis illa indulgentissimæ sententiæ *vox*, qua plenum Deus gaudium lætitiamque eorum auribus adferet, i *& exultabunt ossa illorum humiliata*. Felices *oues*, quæ in hac vita, pastoris sui vocem audientes, eius vestigia sequuntur: nam illa die ad eius dexteram collocatæ, vocem illam audient, qua ad æterna eius pascua vocentur. O Pastor supreme, copiosa tua gratiâ me adiuua, quò ita tibi obediam: vt fauentem adeò sententiam audire merear. Amen.

Martyrium

Virginitas

Religio

i *Psal.* 50. 10

Oratio

PVNCTVM II.

SECVNDO considerandum, quàm iratum vultum in impios Iudex conuertet, & tremenda voce, DISCEDITE, dicet, *maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare &c.* Cuius sententiæ verba, vt præcedentis, seorsim possunt considerari, in ea enim aperiuntur omnia pœnarum genera, quibus in inferno damnati cruciabuntur: de quibus prolixiorem postea meditationem, instituemus.

Sententiæ impiorum

DISCEDITE A ME.

PRIMVM sententiæ huius verbum est, DISCEDITE A ME: quo illi ad æternam pœnam (quæ DAMNI dicitur) condemnantur; ad æternum videlicet è cœlo exilium, & visionis Dei priuationem. & quo illos pungat magis, cum se illis adeò glorificatum ostendit, DISCEDITE, inquit, à ME, Deo vestro, primo vestro principio, & vltimo fine, discedite à me Redemptore vestro, qui vestra causa homo factus, hæc vulnera accepi, vt bono vestro consulerem: & licèt vos ad veniam inuitauerim, illam non acceptastis. Quare æternùm à mea discedite amicitia, protectione mea, à Regno meo, & Paradiso; à visione clara mei, à Copioso fluuio deliciarum mearum.

Pœna Damni

Priuatio Visionis DEI.

Et quoniam, qui à Christo discedit, ab ijs quoque discedat necesse est, qui Christo coniuncti sunt: cùm eis dicet DISCEDITE A ME, simul dicet: discedite à meis omnibus, ab Hierarchijs & Choris *Angelorum* meorum, ab *Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus*; à iucunda *Matris* meæ societate, quæ cùm etiâ vestra esse voluerit; eius patrocinio vti noluistis: satis multum illa operæ posuit, vt vos ad obsequium, & domum meam deduceret; sed vestra vos praua voluntate, procul ab ea recessistis. In cu-

Et amicorum DEI.

B. Virginis

ius pœnam,& supplicium mea ego vos iustissima voluntate, à me in perpetuum exilium pello, & à Me Meisque omnibus separo, sine vlla amplius spe partem aliquam in me, & rebus meis habendi.

Oratio

O Saluator mi,ne talis,quæso,in me pœna deueniat, qua in æternum à te separer, aliâ quacunque me affice: modò semper sim apud te, amoris vinculo tibi coniunctus, Amen.

MALEDICTI.

Omnis maledictio

ALTERVM verbum est Maledicti, quo,quia efficacissimum est,omnia in eos maledicta,& infelicitates æternas iacit, quas peccatis illi suis promerati sunt. Erit eorum anima maledicta, & corpus maledictum, facultates, & sensus maledicti: descendet super eos maledictio, k *famis & sitis*, morborum & dolorum, infamiæ, & dedecoris. *Maledicti in ciuitate, maledicti in agro*, maledicti in domo quam incolent, in socijs,quos habebunt, & in rebus omnibus, quæ illis euenient.

k Deut. 16. 28 &c.

Benedicti à Deo esse poterunt maluerunt esse à se

Nec tamen,cùm Maledictos vocauit,adiecit Patris mei,sicut Iustos benedictos Patris mei dixit; vt intelligant,benedictionem à Deo Patre originem ducere, qui, quod in se est, voluisset, & hos esse benedictos: maledictionem autem ab ipsismet, & ipsorum culpis oriri, iuxtà illud Dauidis: l *Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, & induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.*

l Psal. 108. 17.

Maledicti

O quanta rabie *desperationeq́*, animi infelices agitabuntur,tremendum illud æternæ suæ damnationis verbum audientes, quàm rapida *inuidia* illorum viscera transfiget, cum audient Christum Iustis benedicentem, nulla ipsis relicta benedictione. *Esau*,cùm cognouit, Iacob fratrem suum minorem natu,benedictionem sibi præripuisse. m *Irrugijt clamore magno & consternatus eiulatu magno flebat, patriq́, dicebat: numquid non reseruasti, & mihi benedictionem? num vnam tantùm benedictionem habes Pater?* cùm igitur reprobi, per Esau significati, videbunt electos,per Iacob notatos,cælestis Patris benedictionem ita occupasse,vt ne vnica ipsis sit reliqua: quos gemitus,quos edent eiulatus, quàm lymphaticè, & desperatè ipsimet maledictionem illam propriam confirmabunt! maledicentes *diei*, in quo nati sunt, & *lacti* quod ex maternis vberibus fuxerunt, optantes, se natos non esse potiùs, quàm tremendam adeò maledictionem audire.

Esau

m Gen. 27. 34.

Maledicēt sibi ipsis

Oratio

O IESV dulcissime, qui crucem conscendens n *maledictum factus es, vt à maledicto nos*, & culpæ & pœnæ æternæ *redimeres*, adiuua me tua misericordia, ne tanta mihi eueniat miseria, Amen.

n Gal. 3. 13.

IN

IN IGNEM AETERNVM.

I Pœna sensus

TERTIVM verbum est: IN IGNEM AETERNVM; quoad pœnam, quam SENSVS vocant, *ignis* æterni nomine expressam, eos condemnat. atque si diceret, non vos à me repello, vt ad præteritæ vitæ libertatem, laxitatemque redeatis: neque, vt ad palati vestri gustum vitam ducatis super terram: sed, vt ad teterrimum inferni carcerem descendatis, vbi horrendis ignis ardoribus torqueamini: idque non ad decennium, aut decem mille annos, sed quam diu ignis ipse, qui *æternus* est, durabit; exequeturque torquendi vim in omnem æternitatem. O quantam adferet tremendum hoc verbum miserrimis illis peccatoribus afflictionem, cernentibus ad eundem se carcerem igneſque detrudi, vnde anima ascenderat: vt corpus ipsum in æternum simul cum ipsa ardeat in flammis, quas hactenus sola fuisset experta.

Ignis

II. Æternus

QVI PARATVS EST.

ADDITVR hoc verbum, vt infelices intelligant: *Iustitiam* diuinam, vt Iustis Regnum in præmium, sic impijs ignem in supplicium præparasse: qui etsi corporis oculis esset occultus, fuit tamen fidei illorum oculis reuelatum: quibus illum spectasse, & sic præcauisse potuerunt. Hisce oculis penetranda mihi terra est, & conspiciendus in eius centro ignis præparatus in pœnam meorum scelerum, nisi pœnitentiam habuero, memor sententiæ Ilaiæ: o *Præparata est ab heri Tophet à Rege præparata, profunda, & dilatata, nutrimenta eius ignis, & ligna multa. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* Vocat autem locũ TOPHET eo modo, quo Christus Dominus p *Gehennam* nuncupauit. Erat enim locus tremendorum ignium, in quo q *infantes* comburebantur, qui Idolo *Moloch* consecrabantur: vt per huiusmodi Vulcanos, & horrendas fornaces, ac tremenda ignis, fumi, & Sulphuris loca, quæ in aliquibus regionibus super terram visuntur, tanquam per vestigia quædam, intelligamus horrendum illum ignem, quem subtus terram Deus præparauit aduersus eos, qui animas suas Moloch, siue Dæmoni consecrarunt.

à Iustitia paratus

Descẽdant in infernũ viuentes

o *Isa.* 30.33

p *Mat.* 5, 22 32.

q 4. *Reg* 23. 10.

NOTA. Gehenna vndè

O Rex æterne, qui *cælum* & *infernum* præparasti, illud ad indulgendum bonis, leni charitatis tuæ aura: hunc ad torquendum impios, accenso iræ tuæ vento: visita, quæso, me diuinæ inspirationis tuæ afflatu, vt vtriusque huius loci sim memor; gratiaque tua me eâ vitæ ratione præparem, vt primum illum locum obtineam, & liberer à secundo, Amen.

Oratio

DIABOLO ET ANGELIS EIVS.

Dæmones socij & carnifices

QVOD verbum adiecit, vt intelligerent infelices, se ad perpetuam *dæmonum* societatem etiam damnari; illisque in pœna fore pares, quibus se in culpa coniunxerunt; & qui ad Luciferi, & Angelorum eius partes, Christo relicto, se transtulerunt: ferant cum eisdem, & per eosdem, quos sunt secuti, supplicium: & illi sint ipsorum carnifices, qui fuerunt tentatores, Non tamen hic adiecit verbum illud: qui paratus est VOBIS, vt de Regno dixerat bonis: vt obiectâ illis misericordiâ, quam exhibere paratus erat, nunc magis illos perstringat: quia non statuerat infernum pro hominibus fabricare; nisi enim se ipsi tali supplicio dignos sceleribus suis constituissent; & in eis pertinaciter hærere, nec pœnitentia dæmonum instar, tangi voluissent: non fuissent ad æternum cum illis ignem condemnati. O Deus, vt misericordiarum, ita vltionum; siquidem potiùs misericordiam, peccatoribus condonando, exhibere cupis, quàm eosdem castigando, vindictam de eis sumere: locum mihi, quæso, verę pœnitentiæ concede; ne cum impœnitentibus Dœmonibus æternùm castiger, Amen.

Non VOBIS paratus, sed à Vobis

Oratio

ESVRIVI ENIM, ET NON DEDISTIS MIHI MANducare.

MOX adfert Iudex, æquissimæ suæ sententiæ rationẽ; quia ESVRIVI, inquit, & *non dedistis manducare*, nec alia misericordiæ opera mihi exhibuistis. Excusantibus autem se damnatis, quasi illis operibus erga Christum non defuissent: respondebit: *Quod vni ex his meis minimis non feciſtis, nec mihi feciſtis*: quia in eis ego eram: ideoque quod illis non feciſtis, nec mihi feciſſetis: r *Qui* enim *non diligit proximum ſuum, quem videt, Deum, quem non videt quomodo poteſt diligere*? & qui Dei imaginis, quam *præſentem* habet, obliuiscitur: quomodo recordabitur Dei, quem absentem esse iudicat?

I. Qui pauperi negat, nec Deo dare tur. *Ioan.* 4. 20. Præsentis oblitus memini sset absentis.

Illud quoque aduertam: in hac sententiæ æquitate minores in specie culpas exprimi: vt intelligatur, quantò seuerius grauiores meritò puniendæ sint: quas tamen etiam commemorabit; in specie, & particulariter, cuique manifestando (omnibus audientibus) causam, cur damnetur. *Luxuriosis* verbi gratia, dicens: discedite à me maledicti in ignem æternum ob luxuriam, & vestros carnis lapsus; *periuris* & blasphemis dicet: discedite à me, quia nomen meum profanastis; cùm ego vestrum tam solicitè honorare curauerim.

Minora ponit quãto magis grauiora

TERTIO, perpendam, damnatos illos tunc pro se allaturos *bona* aliqua etiam præstantia, quæ aliquãdo pręstiterunt, dicentque Christo: f *Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus*

f *Matt.* 7. 22.

& in nomi-

& in nomine tuo virtutes multas fecimus? quomodo nunc à te reiicis? *Et tunc* (ait) *confitebor illis: quia nunquam noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem*, atque si clarius eis diceret: *Fidem* istam, & gratias, quas habuistis, non ignoro, quia ego vobis illas tribui: sed abusi eis fuistis, multis eas sceleribus deturpantes: fuisset verò consentaneum, qui aliis prophetabatis, vobis ipsis etiam prophetare: & qui de aliorum corporibus dæmonia eiiciebatis, ex vestris animab. eosdē propulsare; & miranda aliàs præstantes, etiam studiosa virtutum opera vobis præstare: sed quia id facere neglexistis, ideo vos neque agnosco, neque approbo quæ fecistis: & licet vos me Dominum iam compelletis, non vos seruos agnosco, qui parêre mihi noluistis.

Donis abusi.

Medice cura teipsum

Ex quibus intelligam: si tūc nec prophetiæ, nec potestatis miracula faciendi ratio habebitur, nisi pietas, obedientia aliæq; virtutes adsint: multò minorem habendam rationē nobilitatis, diuitiarum, dignitatum, scientiarum, & similium rerum inferiorum: licet magnæ illæ sint apud homines: quia omnibus vniuersim dicet Christus: *Nescio vos*, discedite à me operarii iniquitatis.

Dominus vestet esse nolo. Indifferentiū bonorum minoratio.

STATIM verò atq; tremendam hanc vocē audient damnati: cadet super eos lethalis rabidaq; tristitia. Si enim vel ad ipsa imminentis Iudicii signa, quæ *t corruscationis* instar, fulmen istud præcedunt *commota est, & contremuit terra*, & ipsa eorū ossa præ timore exsiccabuntur: quantum tremorem ipsum *tonitru*, quantam *fulmen* turbationem, & quantum *ignem* tormentū credemus allatura? O supreme Iudex, mitte diuina inspirationum Fulgura super terram animæ meæ, vt, quæ in iudicio tuo fient, considerans, tremat; vitamq; in meliorem commutet: vt tu mutes sententiam. Muta, Deus cor meum dexterâ tuâ, nec in illa die me colloces ad sinistram. cùm veneris iudicare v *noli me condemnare*. Ignoscat mihi nunc tua misericordia, ne tunc me tua condemnet iustitia.

t *Psal.76.19.*

Oratio *Psal.96. 4*

v *Iob 10. 2*

PVNCTVM III.

CONSIDERANDA tertio loco est vtriusque sententiæ *executio*; de qua ita Christus vltimò: a *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.*

Executio a *Mat. 25. 46.*

PRIMVM itaque sententiæ in *damnatos* latæ executionem perpendam. In momento.n. post eius prolationem absq; mora vlla, iustis intuentibus, dehiscet *terra* sub pedib. eorū, & simul cū *dæmonibus*, à quibus rapientur, ad inferna descendent, terra verò mox occludetur, damnatis æternū in ignea illa abyssо sepultis. Et tunc impleta censebitur maledictio in psalmo expressa: b *Veniat mors super illos, & descendant in infernū viuentes.* Et illa S. Ioā. sententia: c *Diabolus & infernus, & mors missi sunt in stagnū ignis, & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnū ignis*, & sulphuris, vbi die &

Damnatorum.

b *Psal. 54. 16.*

c *Apoc. 20. 14.*

Prima mors culpæ & corporis

Secunda corporis & animæ.

nocte torquebuntur in sæcula sæculorum, cum Antichristo, & eius falso Propheta. *Et hæc est mors secunda*, amara & æterna, complectens animam & corpus: quæ *prima* morte, hoc est *culpæ & corporis*, quæ ex illa prouenit, interierunt. O quàm furiosa rabie damnati ferent, quòd tali sententiæ non possint resistere, aut eius executionem impedire! O quàm acerba illorum viscera penetrabit *inuidia*, dum iustorum, à quibus separantur, gloriã intuebuntur! O quanta *desperatione* ac tristitiâ afficientur secunda hac morte, & ipso primo in lacum illum fætidissimum ingressu! quas animi anxietates adeò rabidas sentient, videntes se tot terræ montibus oppressos; æternis clausuris occlusos; pedibus manibusque æternæ damnationis catenis ligatos. Tunc sentient reipsa: d *quia malum, & amarum eis fuerit, reliquisse Dominum Deum suum; & eius timorem apud ipsos non fuisse.* Time, anima mea, mortis huius *secundæ* atrocitatem, vt *primæ* turpitudinem euites. Ingredere spiritu e *in voragines illas terræ à facie formidinis Domini*, abscondere in medio illarum; vt quæ illic aguntur quietiùs contemplans, & omnipotentis iram pertimescas, & furorem eius euadas.

Inuidia Desperatio

d *Hier.* 2. 19. Mors prima turpis

e *Isa.* 2. 19. 21 Secunda atrox

CONSIDERA etiam, quàm tunc f *lætabuntur iusti* (vt ait Dauid) *cùm viderint vindictam*, quam iustitia diuina de peccatoribus sumet: & quamuis inter damnatos videant parentes, fratres, amicos, nulla tamen propterea pæna, sed magna afficientur lætitia: quia agnoscent, quantum æquitatis eluceat in diuina sententia: ideoque canticum illud concinent, quod Moyses cecinit, cùm Aegyptii submersi sunt in mari. g *Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera Domini magnificata est in fortitudine, dextera tua Domine percussit inimicum.* Et illud canticum Agni apud S. Ioannem h *Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustæ, & veræ sunt viæ tuæ, Rex omnium sæculorum: Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? quoniam solus pius es, quoniam iudicia tua manifesta sunt.*

f *Psal.* 57. 11 Iusti lætabuntur in Iustitia.

g *Exod.* 15. 4. &c.

h *Apoc.* 15. 3.

III. Iustorum triumphus

HIC ascendens ad considerandam executionis formam sententiæ *iustorum*, perpendam: qua ratione iusti omnes in aera eleuentur, Ducem suum IESVM CHRISTVM sequentes, mille cantica cum iubilo cantantes, & glorificantes Deum, qui è tot tantisque periculis eos eripuerit. Verba illa psalmistæ vsurpantes. i *Benedictus DOMINVS, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum, & terram.* Et hac ratione in gaudio, & lætitia inenarrabili penetrabunt cælos vsque ad Empyreum, vbi eos Christus Dominus in gloriæ, quam habituri sunt, thronis collocabit: vt in pace summa, & gaudio per totam æternitatem cum ipso regnent. O felices studiosæ vitæ

i *Psal.* 123. 6

labo-

labores, qui copioſo adeò *præmio* in æterna vita afficiuntur gaude, anima mea, ſpe tantorum præmiorum; & magno propterea feruore labores præſentes amplectere.

PRAEDICTORVM CONCLVSIO.

AD ſupra dictorum concluſionem ſupereſt me ipſum (vt S. Bernardus ait) in hoc mundo, tanquam in medio *inter cælũ, & infernum loco, conſiderare: eoque modo, quo ſolent tyrones religioſi in* tyrocinii *ſui habitatione, me habere: quem Deus, præceptis quibuſdã mihi impoſitis, & ærumnis immiſſis probet: vt, eius gratiâ aſſiſtente, bene probatus euadam: ſi* malè *in hac probatione me geſſero, ad partes damonis accedendo, irreuocabili Dei ſententia damnatus, è mundo in barathrum præcipitabor: ſin benè me Deo probauero, eius voluntatem exequendo: eiuſdem ſententia ex mundo hoc ad cælum deducar. Summè propterea mihi incumbit, ad vitæ meæ rationem aſpicere: vt ex ea benè probatus exeam*

Serm. 32. ex parui. Vita hæc Nouitiatus inſtar eſt, media inter cæli & infernũ

O Deus æterne, qui terram hanc tanquam noſtræ probationis domum feciſti, vt in ea, quos ad cælum deſtinaſti, exerceres, k proba, & exerce me Domine, qui nouiſti ſeſsionem meam, & reſurrectionem meam, *tua me præueniens miſericordia: vt ita me, tibi ſemper obediendo, probem; vt in die Iudicij me approbes, & in tuum Regnum admittas, Amen.*

Oratio k *Pſal. 138.*

MEDITATIO XVI.

DE INFERNO QVOAD POENARVM æternitatem, & ipſius loci, in eo habitantium tortorumque atrocitatem.

PVNCTVM I.

PRIMVM eſt hîc conſiderandũ, quid ipſe ſit INFERNVS, iuxta ea quæ de eo Fides nos docet: quo eius Notione habita, vel ipſum nomen audientes horreamus. INFERNVS igitur eſt *perpetuus quidam carcer, igne, & innumerabilibus, horrendiſque ſupplicijs refertus, quibus affici mitur quicunque lethalis alicuius culpæ rei, diem ſuum obeunt.* INFERNVS item eſt *æternus quidam ſtatus, in quo peccatores tali pœna torquẽtur, vt bonis omnib. careant, quæcunque ad ſolatium ſuum optare; patiantur verò quæcunque mala quæ timere, & horrere poſſent.* In Inferno itaque hæc duo ſimul inueniuntur: *priuatio* bonorum omnium, quibus in hac vita homines vtuntur, & Angeli fruuntur in futura; & *calamitas* malorum omnium

Inferni

Definitio prior Poſterior

Bona nulla Mala omnia

nium, quibus in hac vita homines, & in futura dœmones torquentur.

Maxima & Aeterna

Hoc distinctiùs perpendere licet, si mala omnia, & miserias, quas vel ipse patior, vel alios pati video, mente percurram; illaque augeam considerationc mea, & *aeternùm* duratura apprehendam. Quicquid enim in hac vita patimur parum omninò est, breuique finitur: sed quod in inferno infligitur, & *plurimum* est, & durationc infinita perdurabit: quæ cum Dei duratione certás, æquè atque ipse durabit: Si hic *fame* aut siti premor: intelligam, me in Inferno alia fame & siti sine comparatione grauiori premendum, idque sine vllo fine. Si quo afficior *dolore*, ignomina, paupertate tristitia, amicorumque penuria; hæc omnia tanto excessu in inferno ferenda esse, vt veluti depicta hic tantùm, & momento transeuntia iudicentur; quæ verò ibi, ea & horrenda & sine fine duratura sint. Nam, si quinquaginta mille anni transiuerint, supersunt quinquaginta alia millia millionum transitura: iisque transactis, alia & alia supersunt innumerabilia. Et licet *Cain* vltrà quinque millia iam annorum ibi manserit; idem illi est, atque si hodie primùm eò esset ingressus: & à bis mille ferè annis dies ille auarus & *Epulo* ardet in inferno, & aquæ guttam petit: & semper arsurus est, & illam optaturus.

Fames

Dolor

Aeternitas.

Cain

Epulo

Quanta igitur insania erit, anima mea, ne exiguos hîc breuesque labores feras, periculo te exponere, tantos tamque prolixos illic tolerandi? cur non potiùs in exiguis breuibusque huius vitæ patientiam habebis; quæ tot, adcoque æternos tuis es peccatis promerita?

Colloquiũ

O Deus æterne, superno tuo lumine me illustra, vt ex præsentibus malis, *aeternorum terribilitatem* agnoscens, ita vitam meam instituam, vt ea euadere merear. Amen.

Oratio

Punctum II.

Considerandae postea sunt, æternitatis huius, causæ & circumstantiæ, statuendo, quicquid in Inferno est, æternum esse.

I. Damnatus Immortalis

Primum enim Damnatus ipse est æternus, non quoad animam modò, sed etiam quoad corpus: erit enim immortalis; ideò nec quisquam seipsum, nec vllus alium occidere poterit; nec *Deus* volet quemquam in nihilum redigere: *& si quærent homines mortem, non inuenient eam: & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis*: nec Deus eorum desiderium implebit; & potiùs vehemens, rabidumque, vt in nihilum conuertantur, desiderium, horrendum illis adferet supplicium, scientibus, se non obtenturos, quod tantopere exoptant.

a *Apoc.* 9. 6 Frustra mortem optans

II. Infernus in centro terræ

Deinde locus ipse & Carcer æternus est, nec ruere potest: b *terra* enim, in cuius medio Infernus est, *in aeternum stat*.

b *Eccl.* 1. 4.

Ignis etiam æternus est, & inextinguibilis; vt enim Isaias ait: c *Flatus*

c

Domini

Domini sicut torrens sulphuris succedent eum: etiamsi alia ligna desint: aut SVLPHVR ipsum, si lignorum supplebit vicem, etiam erit æternum, quia idem flatus Domini illud fouens, æternùm conseruabit. Ignis enim, qui & comburendi, & consumendi vim habet; ibi, quia omnipotens d *Dei vox intercidet flammas ignis*, ita quidem comburet, vt non consumat tamen: Ideoque etiam perseuerat semper, quod ille semper exurit.

Tertiò, VERMIS, qui *eorum* rodit conscientiam, *non moritur*: vt ipse Christus dixit: ideoque etiam erit æternus: putredo enim culpæ, ex qua ille generatur, & nutritur, nullum finem habebit: & eius, pœnæque viua apprehensio nunquam cessat: quapropter nec crudelis illius morsus, quo ipsam vulnerat conscientiam, finietur vnquam.

Quartò, DEI DECRETVM immutabile est, & æternum: quia decreuit nec definitiuam, quam semel tulit, sententiam reuocare, nec eum, qui semel in locum illum ingressus est, eripere. In *Inferno enim nulla est redemptio* captiuorum eius, aut vinctorum ex eo carcere liberatio; nec vllum est precium, ad id sufficiens: nam Christi sanguis eò vsque non penetrat: & si recens effusus in Caluariæ monte, nullum ex eo loco liberauit, nec nunc liberabit.

Deniq; POENAE omnes in eo loco æternæ sunt, quia ipsæ culpæ, propter quas infliguntur, æternæ sunt: nam ibi, vt vera pœnitentia esse non potest, ita neque *satisfactio* vlla acceptatur: nec sanguis Christi vllo modo illis applicatur: ideoque nulla est culpæ remissio: *Adde*: quod qui *impœnitens* vult mori, virtute vult in peccato suo semper manere; ac proinde illud etiam esse æternum: ideoque meritò iustitia diuina supplicium ei statuit æternum. *Quapropter*, etiamsi peccator, mortis tempore, Fidem, & Spem habeat: cum primùm Infernum ingreditur eisdem spoliatur; non solùm, quòd eas retinere sit indignus, vt suprà est dictum; sed quòd non remanet illi spei obiectum: nec, vt veniam peccatorum obtinere possit; neque, vt eius petitiones exaudiantur; neque vt ab illo miseriarum loco liberetur, aut beatitudinem suam aliquando possit obtinere. Cur ergo anima mea, non times ream fieri pœnarum æternarum? cur te ignis ille non terret? flatus ille Dei? vermis? Decretum illud Dei immutabile, & æternum? attende, nunc mutaturum Deum sententiam, si tu vitam mutes pœnitendo; ne expectes, donec tua culpa fiat æterna, quia tunc & pœna erit æterna.

c *Isa* 30.33. Ignis Sulphur

d *Psal.*17.7 Comburet non consumet

III
e *Mar.*9.44 *Isa* 66.24

IV. Dei decretum stat

S. Tho. 3.p. q.25.a.6.

V. Culpa æterna ergo & pœna NOTA.

S. Tho. 1.2. q.87 ar.3. ad 1. ex SS. *August.* & *Gregor. Medit.*9. punct.4. Obiectum spei cessat. Ergo & spes

Colloquiū

PVNCTVM III.

TERTIO, consideranda ipsa pœnarum continuitas, & *inuariatio*; quæ æternitatem comitantur. nam pœnæ æternùm ita durabunt, vt sine interruptione continuentur; & ita inuariatæ persistent, vt nulla fiat di-

nium, quibus in hac vita homines, & in futura dœmones torquentur.

Maxima & Aeterna

Hoc distinctiùs perpendere licet, si mala omnia, & miserias, quas vel ipse patior, vel alios pati video, mente percurram; illaque augeam consideratione mea, & *æternùm* duratura apprehendam. Quicquid enim in hac vita patimur parum omninò est, breuique finitur: sed quod in inferno infligitur, & *plurimum* est, & durationè infinita perdurabit: quæ cum Dei duratione certas, æquè atque ipse durabit: Si hic *fame* aut siti premor: intelligam, me in Inferno alia fame & siti sine comparatione grauiori premendum, idque sine vllo fine. Si quo afficior *dolore*, ignomina, paupertate tristitia, amicorumque penuria; hæc omnia tanto excessu in inferno ferenda esse, vt veluti depicta hîc tantùm, & momento transeuntia iudicentur; quæ verò ibi, ea & horrenda & sine fine duratura sint. Nam, si quinquaginta mille anni transiuerint, supersunt quinquaginta alia millia millionum transitura: iisque transactis, alia & alia supersunt innumerabilia. Et licet *Cain* vltrà quinque millia iam annorum ibi manserit; idem illi est, atque si hodie primùm eò esset ingressus: & à bis mille ferè annis dives ille auarus & *Epulo* ardet in inferno, & aquæ guttam petit; & semper arsurus est, & illam optaturus.

Fames

Dolor

Aeternitas.

Cain

Epulo

Quanta igitur insania erit, anima mea, ne exiguos hîc breuesque labores feras, periculo te exponere, tantos tamque prolixos illic tolerandi? cur non potiùs in exiguis breuibusque huius vitæ patientiam habebis; quæ tot, adcoque æternos tuis es peccatis promerita?

Colloquiũ

O Deus æterne, superno tuo lumine me illustra, vt ex præsentibus malis, *æternorum terribilitatem* agnoscens, ita vitam meam instituam, vt ea euadere merear. Amen.

Oratio

Punctum II.

Considerandae postea sunt, æternitatis huius, causæ & circumstantiæ, statuendo, quicquid in Inferno est, æternum esse.

I. Damnatus Immortalis

Primum enim Damnatus ipse est æternus, non quoad animam modò, sed etiam quoad corpus: erit enim immortalis; ideò nec quisquam seipsum, nec vllus alium occidere poterit; nec *Deus* volet quemquam in nihilum redigere: *& si quærent homines mortem, non inuenient eam: & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis*: nec Deus eorum desiderium implebit; & potiùs vehemens, rabidumque, vt in nihilum conuertantur, desiderium, horrendum illis adferet supplicium, scientibus, se non obtenturos, quod tantopere exoptant.

a *Apoc. 9. 6* Frustra mortem optans

II. Infernus in centro terræ

Deinde locus ipse & Carcer æternus est, nec ruere potest: b *terra* enim, in cuius medio Infernus est, *in æternum stat*.

b *Eccl. 1. 4.*

Ignis etiam æternus est, & inextinguibilis; vt enim Isaias ait: c *Flatus*

c *Isa. 30. 33.*

Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccedent eum: etiamſi alia ligna deſint : aut SVLPHVR ipſum, ſi lignorum ſupplebit vicem, etiam erit æternum, quia idem flatus Domini illud fouens, æternùm conſeruabit. Ignis enim, qui & comburendi, & conſumendi vim habet; ibi, quia omnipotens d *Dei vox intercidet flammas ignis*, ita quidem comburet, vt non conſumat tamen: ideoque etiam perſeuerat ſemper, quod ille ſemper exurit.

c Iſa 30.33. Ignis Sulphur

d Pſal.27.7 Combutet non conſumet

Tertiò, VERMIS, qui *eorum* rodit conſcientiam, *non moritur*: vt ipſe Chriſtus dixit: ideoque etiam erit æternus: putredo enim culpæ, ex qua ille generatur, & nutritur, nullum finem habebit: & eius, pœnæque viua apprehenſio nunquam ceſſat: quapropter nec crudelis illius morſus, quo ipſam vulnerat conſcientiam, finietur vnquam.

III

e Mar.9.44 Iſa 66.24

Quartò, DEI DECRETVM immutabile eſt, & æternum: quia decreuit nec definitiuam, quam ſemel tulit, ſententiam reuocare, nec eum, qui ſemel in locum illum ingreſſus eſt, eripere. In *Inferno enim nulla eſt redemptio* captiuorum eius, aut vinctorum ex eo carcere liberatio ; nec vllum eſt precium, ad id ſufficiens: nam Chriſti ſanguis eò vſque non penetrat: & ſi recens effuſus in Caluariæ monte, nullum ex eo loco liberauit, nec nunc liberabit.

IV. Dei decretum ſtat

S. Tho. 3.p. q.25.a.6.

Denique, POENAE omnes in eo loco æternæ ſunt, quia ipſæ culpæ, propter quas infliguntur, æternæ ſunt: nam ibi, vt vera pœnitentia eſſe non poteſt, ita neque *ſatisfactio* vlla acceptatur: nec ſanguis Chriſti vllo modo illis applicatur: ideoque nulla eſt culpæ remiſsio: *Adde*: quod qui *impœnitens* vult mori, virtute vult in peccato ſuo ſemper manere; ac proinde illud etiam eſſe æternum: ideoque meritò iuſtitia diuina ſupplicium ei ſtatuit æternum. *Quapropter*, etiamſi peccator, mortis tempore, Fidem, & Spem habeat: cum primùm Infernum ingreditur eiſdem ſpoliatur; non ſolùm, quòd eas retinere ſit indignus, vt ſuprà eſt dictum; ſed quòd non remanet illi ſpei obiectum: nec, vt veniam peccatorum obtinere poſsit; neque, vt eius petitiones exaudiantur; neque vt ab illo miſeriarum loco liberetur, aut beatitudinem ſuam aliquando poſsit obtinere. Cur ergo anima mea, non times ream fieri pœnarum æternarum ? cur te ignis ille non terret ? flatus ille Dei ? vermis ? Decretum illud Dei immutabile, & æternum ? attende, nunc mutaturum Deum ſententiam, ſi tu vitam mutes pœnitendo; ne expectes, donec tua culpa fiat æterna, quia tunc & pœna erit æterna.

V. Culpa æterna ergo & pœna

NOTA. S. Tho. 1.2. q.87 ar.3. ad 1. ex SS. Auguſt. & Gregor. Medit.9. punct.4. Obiectum ſpei ceſſat. Ergo & ſpes

Colloquiũ

PVNCTVM III.

TERTIO, conſideranda ipſa pœnarum continuitas, & *inuariatio*; quæ æternitatem comitantur. nam pœnæ æternùm ita durabunt, vt ſine interruptione continuentur; & ita inuariatæ perſiſtent, vt nulla fiat diminutio.

Nulla remissio aut imminutio pœnæ

minutio. Etiamsi enim millionibus annorum durent, nulla datur in eis remissionis dies; nec pœna vel ad horam vnam, aut momentum cessat: nec ipsius pœnæ substantia detrimentum aliquod est factura, aut leuamẽ minimum habitura: vt in diuite illo epulone apparuit, cui adeò exiguũ Abraham denegauit refrigerium, quale erat a *extremo digiti in aquam intincti refrigerare linguam, quæ flamma cruciabatur.* Potiùs accidentales accedent nouæ pœnæ, cùm recentes accedunt damnati: & mutatio, quæ hic leuamini esse solet, si in inferno sit aliqua, nouum adferet tormentum. Si enim *Luxuriosi* (vt ait Iob) b *ad nimium calorem transeunt ab aquis niuium,* id fiet, vt magis à calore vexentur, ob repugnantiam quam cum frigore habet: & vt frigus maiorem adferat tremorem & stridorem dentiũ, cum ardore pugnando.

a *Luc.16.24* Imo augebitur.

b *Iob.24.19* Luxuriosorum pœna

II. Impatientia crescet

DENIQVE, etiamsi supplicia adeò sint prolixa, & continuata, nullus tamẽ acquiritur in patiendo *habitus,* quo leuiora illa fiant: potiùs quotidie noua esse videntur, nouaque damnatorum impatientia reuirescunt. Vt enim infelicium c *illorum,* qui Deum oderunt, *superbia* (vt ait Dauid) *ascendit semper*: ita ira crescit, inuidia, impatientia, furor, & rabies.

c *Psal.73.23*

Colloquiũ

Quid itaque ad hæc ais, *anima mea*, si viuam harum pœnarum fidem habes? Quomodo non deficit Spiritus, tantam consideranti pœnarum acerbitatem, tantam durationem, tantam immutabilitatem, & ipsam æternitatem?

Comparatio à minori.

Si molli cubans lecto, graue tibi est instar mortis prolixa tota nocte vigilare, & cum leni aliquo dolore iacere; magnaque anxietate matutinũ expectas: quantò obsecro grauiùs feres, esse in carcere, igneo lecto, perpetua vigilia, terribili pœna, nocte prolixa, quæ nullum matutinum expectet leuamen, quia erit æterna?

Oratio

d *Psal. 6.3.* O Iustitia omnipotentis, quis non in tui præsentia tremat? d *ab ira tua libera me, & ne in furore tuo arguas me.* protege me tua misericordia, ne incidam in stupendam adeò æternamque miseriam. Amen.

PVNCTVM IV.

Infernus

I. Igois non illuminat sed fumo excæcat.

e *Psal.28.7*

QVARTÒ ad particularia magis descendentes, considerabimus loci, quem Infernum appellamus, *atrocitatem.*

PRIMVM enim est *locus* subterraneus, obscurus, densioribus tenebris repletus, quàm illæ fuerint Aegyptiæ; in quem nulla vnquam lux solis, lunæ, aut stellarum ingreditur: *Ignis* verò qui ibi est, etsi comburit; non tamen illuminat; sed fumat, & oculos excæcat; quia Deus e *intercidit flammam ignis,* in pœnam malorum, dum bonum, quod ignis habet, illis aufert; & relinquit malum.

DEINDE, locus eſt anguſtiſsimus: nec campi ibi, pratáue ſunt vlla, ſicut in ſuperficie terræ. Etſi enim infernus (Iſaia teſte) valdè ſit b *profundus & dilatatus, animamq; ſuam dilatet,* c *& os ſine vllo termino aperiat*: ſed tãta tamen eſt hominum eò deſcendentium multitudo, vt vix cuique tantum loci ſuperſit, quantus eſt ſtrictiſsimæ ſepulturæ: potiùs erũt omnes inſtar *laterum* in fornace compreſsi non valentes ſe mouere.

II. Anguſtus
b *Iſai.* 30. 33
c *cap.* 5. 14. Damnati quia multi compreſsi vt lateres

EST etiam locus *calore* intemperatiſsimus, in quo nulla ſit, vel minima ſimula qua refrigerans ventus penetrare poſsit. Ideoque S. Ioannes, d *ſtagnum ſemper ignis, & ſulphuris* illum appellat. Sicut enim in lacu piſces aquis, ita immerſi ſunt, vt exire non poſsint; ita damnati in ſtagno ſunt ardentis ignis, & fœtidiſsimi liquefacti ſulphuris circumdati.

III. Caliditſsimus
d *Apoc.* 19. 20 & 20. 10 Vt piſces in aqua.

Ex quo prouenit, vt idem locus ſit etiam *fœtidiſsimus*: damnatorum enim corpora intolerandum, & abominandum fætorem exhalabunt. At *ideoq;* locus ex omni parte ita erit æternis feris *occluſus*, vt neque vi, neque arte inde quiſquam poſsit exire. Quod ſi Deus diſpenſat interdum, vt exeat aliquis: ſecum defert miſerrimus *pœnam* ſuam; moxque diſpenſationis causâ expeditâ, ad eundem, ex quo exiuerat, locum detruditur. Poſt diem verò Iudicij nunquam talis dabitur diſpenſatio.

IV. Fœtidiſsimus. Occluſus Exeuntem pœna ſequitur.

O quam mollem iudicares quemcunque huius mundi carcerem, ſi loci illius bene perpenderes atrocitatem.

Colloquiũ Oratio.

O Iesu bone, adiuua me amarè deflere peccata mea, e *antequam veniã ad tenebroſam illam terram, & opertam mortis caligine,* & terram deſperatorum.

e *Iob.* 10. 21.

PVNCTVM V.

QVINTÒ, in eo loco habitantium vinctorum miſeria, infelicitas, & confuſio conſideranda: nam nullus ibi eſt *reſpectus* bonitatis, diſcretionis, nobilitatis, conſanguinitatis, amicitiæ, fidelitatis, & ſimiliũ: potiùs contrariis ſunt induti horrendæ abominationis reſpectibus. Sunt enim in Inferno omnis generis damnati: alij enim fuerunt *Angeli* diuerſarum Hierarchiarum, & Chororũ pulchri, potentes, & valdè ſplendentes; alij fuerunt Imperatores, *Reges*, Principes, cum variis conditionis, & nobilitatis titulis; alij *ſapientes*, Philoſophi, eloquentes, Iuriſperiti, & aliarũ ſcientiarum; alij *aulici*, valde ciuiles & affabiles, liberales, grati, & comes; alij *conſanguinei*, affines, parentes, filij, fratres, cognati; alij *amici*, & valde noti, ſodales, vicini: Sed ſtatim atque intratur in Infernum, omnes hi reſpectus euaneſcunt. ibi enim (vt ait Iob) a *nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. omnes* ſtatim capitales inuicem *hoſtes* fiunt, mutua ſe iracundia, odio, inuidia, impatientia, rabie onerantes; nemo alterum videre aut ferre volens; aut bonum dicere verbum. Pater filiũ deteſtatur; filius patrẽ: Dominus ſubditum; & hic illum viciſsim; inuicem maledicentes,

Nullus Reſpectus niſi abominationis
Angeli
Reges
Sapientes
Politici
Cognati
Amici.
a *Iob.* 10 22. Omnes inuicem hoſtes.

& cum

& cum furore mordentes: *nominatim* verò qui in hac vita inordinatè se dilexerunt,& *complices* fuerunt delictorum, vehementiùs ibi inuicem oderunt: crescetq; eorum pœna ad rabiem, ex eo quòd se simul ibi videant. Vt enim *carbones* accensi simul positi, alter alterum magis accendit: ita carbones illi infernales, iracundiæ suæ igne accensi, sodalium augebunt ardores.

Maxime complices

Vt carbones se inuicem succedunt

His accedit excrucians illa *apprehensio*, quòd etiamsi inuiti, in despectum tamen cogantur æternùm simul esse, nulla fugiendi, aut ab inuicem separandi spe relictâ. Si enim ab *vno* fugiunt, quem valdè oderunt, incidunt in *alium* eo peiorem: vt perpetuâ crudeliq́ue pugnâ vexentur, nullo se interponente, qui ad *pacem* eos reuocet, aut consoletur: nam ex hac vita nullus eò descendet quĩ eos reconciliare possit; nec descendet de cœlo, qui velit: nullus enim qui bonus sit, ad infamem adeò locum descendere dignabitur; neque CHRISTVS DOMINVS noster, etiamsi ad inferos descenderit, locum illum ingressus est; aut leuamen eis aliquod attulit. Quid ergo *Principes* sentient, vel ex hoc, quòd plebeis æquiparabuntur: & ab eisdem impudenter, & odio magno tractabuntur! Quanta crux erit, inuitum habitare cum inimicis! qui continuo me odio prosequantur, & maledicant; nec possim tamen vel illorum ora, vel aures meas obturare? quàm intolerabile erit, neminem ibi vnquam videre, qui bene mihi velit, aut vicem meam doleat: sed potiùs illam adaugeat.

Apprehensio æterni odii mutu Nulla pax

Principes

Inimici Nullus cõpatiens

Cassia. Coll. 10. *c.* 2 Colloquiũ bi *Cor.* 13. 8 c *Rõ.* 12. 18

O anima mea, iacias potiùs veram charitatem amicitiarũ tuarum fundamentum: hæc enim sola est æterna, quæ nunquam b *excidit*, sine qua omnia pereunt: c *habeas, quod in te est, pacem cum omnibus hominibus*, ne ad tot malorum deuenias contubernium.

PVNCTVM VI.

SEXTÒ, ipsorum TORTORVM, & infernalium carnificum atrocitas est perpendenda. Nam *primùm* quidem, vniuersim vnusquisque damnatus est carnifex *caterorum*, & omnes *vniuscuiusq́*: dicentes ac facientes, quæ inuicem torquent, vt hactenus diximus. Præter hos, DAEMONES sunt atrociſsimi hominum tortores: in quibus cruciandis quasi de ipso Deo, & Christo IESV vlcisci volunt: ideoque horrendis eos aspectibus, & imaginationibus exagitant. TERTIVS præterea tortor, isque omnium crudeliſsimus a VERMIS est CONSCIENTIAE, qui & mordet & æternùm horrenda crudelitate mordebit; memor enim infelix damnatus *peccatorum*, quæ admisit, *inspirationum* quas habuit, vt se ab eis expediens, ad cor rediret, quò illa omnia tormenta euaderet, in quæ liberi tantùm arbitrij sui culpâ peruenerit: ipse suiipsius erit carnifex, qui seipsum mordens, incredibili animi amaritudine ac rabie discerpere conabitur.

Tortores

I

Damnati omnes vnius, vnus omnium tortor

II

Dæmon odio Dei. a *Mar* 9 44

III

Conscientia Peccatorũ Inspirationum.

bitur. In quo illud, quod S. Auguſtinus dixit, reipſa locum habebit: *Mandaſti Domine, & ita fit: quod inordinatus animus ſibi ipſe ſit pœna*: eius enim peccata, ipſius fiunt carnifices; & effrenes paſsiones, tortores. Ipſemet itaque ſibi eſt grauiſsimus, adeò vt nec ferre ſe poſsit. Diſce igitur, anima mea, conſcientiæ pulſum & agitationem perſentire, & b *eſto conſentiens aduerſario* huic *tuo* bono, *dum es in via cum illo*, qui te peccantem extimulat. Nam idem in Inferno latrabit, ac ſicut rabidus canis mordebit; vt illatam ſibi iniuriam, quam, ipſum in hac vita conculcando, intuliſti, vlciſcatur.

Lib. 1. Confeſſ.

b *Matt. 5. 16* Hic audi conſcientiam

QVARTVS deniq; tortor erit DEI MANVS inuiſibilis, quæ omnipotentia ſua ſuper damnatos aggrauatur: qui huius rei conſcij, rabiem ſuam in Deum conuertentes, horrendas, fruſtra licèt, effutient blaſphemias; optantes, vt is eſſe deſineret: ſed omnia in eorum doloris pœnæque augmentum conuertuntur. O grauiſsima omnipotentis manus! quis te poterit ſuſtinere? O quam c *horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, & iraſcentis! Amoue quæſo, Domine, procul à me animaduerſionis huius tuæ manum; altera illa miſericordiæ me protegens: quò ab his timoribus expeditus, tua in æternum fruar præſentia. Amen.

IV. Manus DEI

Oratio

c *Heb. 10. 31*

MEDITATIO XVII.

DE POENA SENSVVM, ET POTENTIARVM internarum; ac DAMNI, *quæ in inferno infligitur.*

QVEMADMODVM *peccator duo illa mala grauiſſima admittit, quòd à* Deo *fonte aquæ viuæ recedat*; *quò perituris* voluptatibus *perfruatur: ita in Inferno duplici pœnarum genere affligitur. altera quæ dicitur* DAMNI, & PRIORI *malo reſpondet, altera* SENSVS, *& malo ſecundo irrogatur: à qua, quòd facilius percipiatur, initium faciemus.*

Duo mala & pœna duplex

PVNCTVM I.

CONSIDERA primùm, qua pœna externi damnatorum SENSVS afficiantur cum iam animæ corpus coniunctum eſt. Nam iuxta diuinæ iuſtitiæ leges: a *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* Cũ ergò peccatum per *ſenſus* ingrediatur; meritò illi puniuntur: quod, per ſingulos diſcurrendo, deprehendetur.

Senſuum pœna

a *Sap. 11. 17* Inſtrumẽta peccati

Oculi enim torquebuntur, *inimicorum* ſuorum aſpectu & horrenda-

Oculi

Hostes Monstra

rum cominus visionum. *Dæmones* enim trucos illas formas induentes, illorum eas conspectibus obijcient, in pœnam delictorum, quæ oculis admiserunt; quos, ne illas conspiciant, claudere non poterunt. AVDITVS audiet semper *blasphemias* in Deum maledicta & iniuriosissima verba, strepitusque alios asperrimos, in modum vlulatuum, & Rugituum tremendorum; nec occludi auditus poterit, ne illos percipiat in pœnã peccatorum, quæ hoc sensu admiserunt. ODORATVS percipiet fœtidissima quæquæ, vt sulphur, & super omnia horrendum illum, qui ex aliorũ damnatorum corporibus, & suiipsius procedet, *fœtorem*. GVSTATVS in gutture, & in lingua, tum amarissima quæque supra b *fellis*, & *absinthij* aquam, cum incredibili stomachi nausea, & anxietate percipiet: tum canina fame, & siti rabida cruciabitur, cupiens, vt ille c *dives* epulo, *aquæ guttulam*; quæ in pœnam peccatorum gulæ, illi denegabitur. TACTVS corpore toto patietur ingentia tormenta, à planta pedis vsque ad verticẽ capitis. Ibi itaque simul erunt oculorum, aurium, dentium, lateris, cordis, podagræ, & cæteri *dolores*, qui corpus in hac vita cruciant. Si igitur vel vnius sensus dolor adeò cruciat in hac vita, quid in Inferno facient omnium sensuum dolores simul aduenientes. O infelices sensuales voluptates, quorum finis tanta est acerbitas.

II. Aures Blasphemias

III. Nares fœtorem

IV. Lingua amara famẽ

b *Hier. 9. 15. & 23. 15.*

c *Luc. 16. 24.*

V. Corpus dolores omnes

His considerationibus animum resumam, deflendi peccata, quæ quinque hisce sensibus admisi; dolens quòd tantam eis dederim libertatem: & statuens, eos mortificare; & frænare, ne d *mors*, & Infernus per illos *ingrediatur*.

Custodia sensuum

d *Hier. 9. 21.*

PVNCTVM II.

De Igne Inferni.

SECVNDO consideranda est pœna IGNIS, qui adeò est horrendus, vt noster hic materialis cum illo collatus, velut pictus ignis esse videatur: est enim diuinæ iustitiæ, & omnipotentiæ instrumentum, ad castigandum, & torquendum non corpora modò, sed *animas* ipsas etiam à corpore separatas, & spiritus puros.

Animas & spiritus exurit.

Cuius IGNIS sunt tres proprietates *Prima*, quòd ita intimè damnato adhærescat: & arcto vinculo adstringatur; vt, quocunque demum is eat, eo igne torqueatur; diciqueposit illum secum portare infernalem ignẽ: siquidem pœnâ, quam ab eo accipit, vbicunq; fuerit, torquetur. SECVNDA quod *vnus* cum sit, & idem; *non æquè* tamen omnes vexat damnatos, sceleratiores plus; minus sceleratos etiam minùs: Imò eundem damnatũ plus cruciabit in vna parte corporis, quam in alia; quando illa instrumẽtum fuit speciale illius peccati. Quosdam torquebit magis in *lingua*, quia murmuratores aut periuri fuerunt: alios in *faucibus*, quòd gulosi & ebriosi: & hæc omnia operatur omnipotentia, & iustitia Dei, quæ eo, vt instrumento vtitur, ad reddendum cuique pro meritis.

I. S. *Thom. 1. p. q. 64. a. 4. ad 3.*

Damnatũ sequitur II

TERTIA,

TERTIA, quòd ignis ille id non habet, quod ſolatio eſſe ſolet, cum tamen, quod merè pænam adfert, retineat. Nam, vt ſuprà diximus, comburit, ſed non *lucet*; exurit, ſed non *conſumit*; ſemper ardet, nec tamen *minuitur*: quia Deus illum conſeruat. Et licèt miſeri damnati, a *Stipulæ* inſtar (vt ait Propheta) ſtatim ac ſine reſiſtentia ignem concipiant: nunquã tamen ſtipula illa conſumitur: flamma verò quæ prodit ex ea, tãtum facit fumum, vt excæcet quidem; ſed non ſuffocet tamen; torqueat, ſed non occidat. Quid igitur erit damnatum aliquem cernere in puteum illum igneum ſubmerſum, & in immenſis illis flammis clamantem, & eiulantem; nullam verò refrigerij aut ſolatij alicuius ſpem inuenientem. O quã atrox malum eſt peccatum! ſiquidem DEVS infinitè miſericors, etſi creaturam ſuam, Chriſti filij ſui redemptam ſanguine, atrocibus adeò tormentis cruciari cernat, nulla tamen eius compaſsione tangitur, nec ex igne illo eripit: potiùs ex cæleſti ſuo throno ſpectaculum illud intuẽs gaudet: quia ita eius exigit iuſtitia. Audi anima, quid iſte Dominus dicat: b *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Si leuiſsimum hunc noſtrum *ignem*, manibus contingere non audes: quomodo non tremis ad horendum illum vitæ futuræ? Cogita hunc *ignem* attentiùs, vt eius timor, cupiditatum tuarum *ignem* conſumat. ſi ille *amoris* diuini (quæ tua eſt tepiditas) ad id non ſufficerit.

III. Comburit, non lucet, Conſumit non minuitur.
a *Malac.* 4.1
Excæcat non ſuffocat torquet nõ occidit
Non compatitur Chriſtus imo gaudet
b *Iſai.* 33.14
Ignis triplex naturalis. Gehennæ Amotis.

PVNCTVM III.

Internæ facultates

TERTIÒ, conſiderandum, qua pæna INTERNAE animæ FACVLTATES afficiantur, per ſingulas ſigillatim diſcurrendo.

I
S. *Thom. in Addit. q.* 94
Imaginatio.

PRIMVM imaginandi facultas, horrendis imaginibus torquebitur, quas concipiet atrociores, quàm melancholici, dum ſomniant; & quam Aegyptij ſint paſsi, de quibus ait ſcriptura, a *quod perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabunt: & tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant.*

a *ſap.* 17. 4 9

II. Appetitus Pugna.

Ex quo efficitur, vt ipſæ *appetendi facultates*, paſsionum ſuarum impetu torqueantur, quæ ſimul illas vehementer inuadent; timores videlicet, triſtitiæ, agoniæ, iræ, tædia, deſperationes, inuidiæ, rabies, adeò crudeli inter ſe *pugnâ*, vt aliæ alias inuicem lacerent.

III. Memoria præteritorum, præſentium futurorum ſine ſolatio aut intermallo.

Intellectualis MEMORIA cruciabitur continua conſtantiſque *præteritarum* rerum, quas poſſedit, recordatione; & earum, quas tunc patietur, & quæ adhuc in tota æternitate ſuperuenturæ ſunt: nec ré vllã cogitare, aut recordari poterit, quæ ſolatij aliquid illi adferat; nec ipsã memoriam à miſeriis ſuis aliò diuertere. Quod ſi *voluptatum* recordetur, quibus

in mundo indulgebat; id verò illi maiorem dolorem adferet. Erit itaq; memoria, turbatissimi instar maris, plurimis cogitationum fluctibus agitati, quæ felle erunt amariores: aliis accedentibus, & recedentibus ita frequentibus aliis, vt nec ad momentum patiatur aliquod illi leuamen accedere.

Fluctus fellei

IV. Intelligentia cæca

INTELLIGENTIA tota obtenebrata, nihil ratiocinando, aut intelligendo inuenire poterit, quod arrideat, erit enim erroribus, ac deceptionibus plena; malaque & pœnas, quas patitur, exaggerans, & pertinacissimè iudicans, iniuriam sibi à Deo fieri: de eo, tanquam iniusto, grauissimè conqueretur.

V. Voluntas pertinax & impotens

VOLVNTAS pertinax erit, & in peccatis suis indurata; præcipuè in Dei & sanctorum eius, ac omnium hominum odio: nec poterit emolliri, aut de eo quòd facit pœnitere, aut mutari; cupiensque propriam voluntatẽ facere, nunquam in re vlla eam implere poterit, quæ leuamen aliquod illi adferat. Iam enim b *ligatis pedibus, & manibus missus est in tenebras* illas *exteriores*, facultate omni priuatus, opus aliquod lucis, aut lætitiæ faciendi. Quamobrem dum propria voluntas non poterit exequi, quod cupit: ipsa sibi erit *infernus*, in pœnam eius, quod sæpius in hàc vitâ elegerit, quod erat contrà diuinam.

b Matt. 22. 13.

Cor decem fluminibus amarum obio. præcepta violata c Iac. 2. 10.

DENIQVE imaginabor, damnati alicuius Cor instar amarissimi esse maris, in quod *decem* horrendarum pœnarum *flumina* ingrediantur: *quinque* quidem per externos sensus, & *quinque* alia per internas animæ facultates, in pœnam peccatorum, quæ contrà *decem* Decalogi mandata admiserunt, aut contrà eorum *quodcunque*: Siquidem S. Iacobus asseuerat; c *Quicunque legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* Quæ igitur maior infelicitas esse potest, quàm eas facultates, quæ mihi à Deo sunt donatæ, vt eo frui possem, & anima mea ijsdem ornaretur ac nobilitaretur: in seueriſsimos conuerti carnifices, qui me crucient, & confundant. O Deus immense adiuua me: vt quas nobilissimas mihi potẽtias dedisti, mortificare, & aptare ita possim: vt illarum potiùs ego in hac vita carnifex efficiar, quàm illæ mihi sint carnifices in futura.

Facultates erunt carnifices Oratio

PVNCTVM IV.

S. Tho. 1. 2 q. 87. a. 4. Infinita pœna damni

QVARTO, pœna damni est perpendenda: quæ, quòd *infinito* bono, qui DEVS est, priuet, ipsa etiam censenda est infinita. Infelices enim illi, æternùm à cœlesti patria exulabunt: felicitate, & fine, in quem conditi fuerant, & clara Dei visione, amore beatifico, & a *torrente voluptatis*, qui ex his omnibus promanat, omnino priuati: quæ omnia ingentem illis adferent pœnam, & tristitiam: iis præcipuè, qui eorum FIDEM in hac vita habuerunt. Nam, etsi illorum *Intelligentia* sit obscurata ad alia intelligenda; non tamẽ ad hoc æstimandum, & ponderan-

d Psal. 35. 9. Intellectus hoc nimis æstimabit

dum: ita

lum: ita id Iustitiâ diuinâ prouidente, ad maiorem ipsorum pœnam.

I. Sanctorũ desideriũ. *Medit 6. punct.3.*

HVIVS pœnæ atrocitas duplici via expendi potest: VNA est, ex eo quòd viri *sancti*, qui cælesti lumine illustrati, gloriæ illius magnitudinem, summumque bonum, quod in visione Dei consistit, agnoscunt, grauissimam iudicant sibi esse pœnam, ea visione carere, cuius vel sola cogitatione, vt suprà insinuauimus, contremiscunt.

Damnatorum dolor.

SECVNDA via est, ex eo quòd grauissimè ipsi damnati ferant, se tanto bono carere; non quidem quà honestum quiddam est, quia ipsi neque Deum amant, nec sancti quippiam, sed quatenus ea re se carere vident, quæ summam, & æternam ipsis requiem attulisset; & à tot horrendis tormentis liberasset.

Similitudines

1 Primogenitura

HAEC aliquo modo assequi licet, ex aliquot rerum huius vitæ similitudinibus. Si enim tanto mœrore afficiuntur homines, dum iure *primogenio* spoliantur, quod se habere existimabant: quo quæso mœrore eos afficiendos existimabimus, qui æterno illo cœlesti iure primogenio, quod, nisi peccatis suis amisissent, habere poterant, priuari se viderint. Et, si *bonorum & voluptatum*, quæ finem, & terminum habent, priuatio, adeò cor hominum premit, & cruciat: quantò premet vrgebitque magis, boni illius infiniti priuatio, in quo creata omnia bona, delitiæque omnes eminenter continentur? &, si *mors* terribiliũ omnium est terribilissimum, eò quòd animam separet à *corpore*, & ab hoc visibili *mundo*: quanto erit terribilior mors æterna, quæ hominem à Deo suo, à Regno suo, & mundo illo felicissimo inuisibili separat? & vt *oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus* in cælo *ijs, qui diligunt illum*: ita possibile non est, atrocitatem malorum illorum cogitatione assequi, quæ in tanti boni perpetua priuatione continentur. O Deus infinite, inueniant me pœnæ omnes sensuum, modò sine culpa mea veniant: illâ me DAMNI huius afficias pœnâ, qua iucundissima tui fruitione priuer ob culpam meam.

2 Bona & voluptates.

3 Corpus & mundus bi. *Cor.2 9 Isai.64.4.* Ineffabilis pœna Oratio

II Christo, B. Virgine Angelis Sanctis indigni

CVM hac pœna illa quoque coniungitur, quòd careant porrò damnati visione *Christi* Domini nostri; & sanctissimæ eius *matris*, nouem Chororum Angelicorum, omniumq́, beatorũ societate priuentur. Quod quidem infelicibus illis terribiliorem adhuc adferet pœnam, postquam in die Iudicij partem aliquam gloriæ huius beatissimæ societatis perceperint, se verò ab ea separari: cuius memoria simul, & inuidia rabiesque furiosa æternùm in illis durabit.

III. Emalis præsentib. colligent. bona absentia

DENIQVE ex atrocissimis *malis*, quibus afficientur, intelligent, excellentissima *bona*, quibus priuãtur: eo vsque mẽte sua peruenientes, vt apud se statuant; DEVM tam esse *liberalem* in afficiendo bonos, & amicos suos præmijs: quàm *terribilem* eum ipsi experiuntur in pœna infligenda: eun-

demque tot in amœnissimo illo cœlesti loco voluntates, pro suis amicis habere; atque in infelicissimo Inferni loco tormenta suis hostibus constituerit: ideoque ex hoc etiam capite crescent ipsorum mala, quòd culpa omnino sua tantis se bonis priuatos videant.

Timor Dei Odiū peccati Spes in Deo Oratio

His considerationibus altas contendam iacere in timore *Dei*, & *peccatorum* detestatione radices; adiuncta tamen simul magna de misericordia Dei *confidentia*, quòd sit me ab extrema illa miseria liberaturus. Id quod ab ipso DEO Domino nostro humiliter petam: Fateor, dicens, DEVS MEVS, me infelicem illum esse, c *qui in terra sanctorum innumera iniqua gessi*: propter quæ meritus sum, *non videre gloriam tuam*, nec ad eorum societatem, qui ea fruuntur, admitti: Sed pœnitet culparum, quibus tot commeritus sum pœnas. condona mihi tu illas misericordiâ tuâ, ne opus tuum, Deus, pereat, & fine illo, in quem illud fecisti, frustretur, ne, quæso, augeam ego infernum, nec æterni illius ignis sim fomentum, & esca: nec in eum statum deueniam, in quo te, vt alij oderim, & maledicam. d *In Inferno enim quis confitebitur tibi?* Non sit ita, Domine, non sit ita: sed semper volo te amare, & benedicere: & post hanc vitam, in alia mea collocabis, in qua & amem, & laudem te cum sanctis tuis, per omnia sæcula. Amen.

c *Isai.* 26. 10.

d *Psal.* 6 6.

MEDITATIONES QVAEDAM ET MODI orandi, *ad animæ puritatem, eiusque vitiorum & passionum perfectam mortificationem obtinendam accommodati.*

Primi modi Orandi Fructus.

AD *perfectam anima* puritatem, *qua via purgatiua præcipuus est finis, consequendam, statuuntur quidam* orandi modi, *quos in huius libri* Introductione §. 9. *insinuauimus. Quorum primus pro meditationis argumento habet* septem vitia capitalia; (*qua* lethalia *vulgò appellantur*) *decem item Decalogi præcepta; tres animæ facultates siue potentias, & quinque sensus externos. Qui orandi modus, tum ad multitudinē, & grauitatem* peccatorum *agnoscendam; tum ad* conscientiæ examen (*siue ante confessionem Sacramentalem, siue quotidie vesperi fieri debeat*) *rectè instituendum, plurimum confert: imò ad* nostri *ipsorum* cognitionem *altiùs hauriendam, vitiorumque radices detegendas, quò remedia illis opportuna possint adhiberi, magnam adfert vtilitatem.*

S. Tho. 2. 2. q. 84. a. 4.

PRIMO *autem loco trademus Meditationes de septem vitiis capitalibus, in quibus velut in* septem *fontibus siue radicibus reliqua vitia virtute continentur: vt meritò propterea* primum, *& potissimum nostrum certamen aduersus illa sit instituendum.* Nam *quisquis illa perfectè sibi subiecerit; simul profligauerit* a Dra-

Apoc. 12. 3.

conem

conem *illum* magnum rufum, habentem capita ſeptem; *qui perpetuum ſanctis bellum mouet; ſeptémque boſtilis illas* b Nationes, *quæ à terra Promiſſionis ingreſſu, non terrenæ, ſed cæleſtis, nos arcent. quemadmodùm latè Caſſianus proſequitur in libris de hoc argumento editis. Quare præcipuus harum Meditationum finis non eſſe debet horum vitiorum, eorumq; deformitatis tantùm* cognitio, *horror, & deteſtatio, ſed* manus *præcipua ad inordinatas animi perturbationes, atque affectiones mortificandas, earumq; radices penitus ex noſtris animis* euellendas, *ſeriò* admouere. *Non enim (ait S. Baſilius) vitia ſuperari, & virtutes acquiri ſolis conſiderationibus; ſed violentis* mortificationum *exercitiis: quibus tamen non paruum adiumentum adferunt* Meditatio, *& Oratio; tum quòd illæ* voluntatem *ad talia exercitia amplectenda permoueant; tum quòd auxilium à DEO impetrent, vt exequi poſſit.*

EXPLORATVM quidem eſt, lethalia omnia peccata vno quaſi actu ſimul, per contritionem, *&* confeſſionem *deleri, in qua vnum ſine altero non diuititur: at conſuetudines vitioſæ, quæ in animo remanent, paſſionesq; appetitus, in quo ſedem ſuam illa fixerunt, non ita ſimul cum peccatis extirpantur, ſed paulatim & per partes mortificandæ ſunt. Nam propterea* Moyſes *ad Iſraelitas ſuos de prædictis ſeptem nationibus dicebat:* ipſe Deus conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim, atque partes: non poteris eas delere pariter: *ita diuina prouidentia ad humiliationem noſtram ſtatuente: quòd bello cum eis diutiùs protracto, victoria vtilior, ſecuriorq; reddatur.*

QVAM ob cauſam ſpeciales de ſingulis his vitiis Meditationes ponemus, adiuncta etiam ratione, contrariis illa actibus de bellandi, ac profligandi. Ac proinde tria hæc in ſingulis erunt perpendenda.

PRIMVM: quibus in eis modis *peccetur: non ſolum* lethaliter, *ſed etiam* leuiter: *quò perfectionis adipiſcendæ ſtudioſi, etiam* minima, *quæ mortificare, meritò ſtudere debent, agnoſcant.*

DEINDE incommoda, *quæ ex tali vitio proueniunt,* pœnæque *tum* temporales, *quibus in hac vita; tum* æternæ, *quibus in futura Deus in illa animaduertit, adiungentur. TERTIO ingentia illa* præmia *fauoreſque indicabuntur, quibus afficiendi illi ſunt, qui ſtrenuè illud vitium mortificantes, ita extirpant, vt contrariam ei virtutem aſſequantur: cuius etiam virtutis nonnullos actus, &* excellentias *ſimul exponemus, vt* timor *pariter, &* amor *nos ad mortificationem animent.*

b Deut. 7. 1. & Collat. 5. c. 5.

Certamen contra 7. Vitia Capitalia. Regula 7. fuſio.

Non conſideratio ſed mortificatio parit virtutes.

Peccata delentur ſimul non reliquiæ.

Moyſes Deut. 7. 22.

Ad noſtrã vtilitatem Ratio melitandi

1 Modus peccãdi Lethalis Venialis

2 Incommoda Pœnæ duplices.

3 Præmia & excellentiæ virtutum

MEDITATIO XVIII.

DE SVPERBIA, ET INANI gloria.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM primùm: Quid ſit SVPERBIA, quibuſque modis in ea peccetur: perpendendo, quàm illi omnes ſint rationi contrarij, DEO iniurij, proximo noxij; quantum deniq; virtuti adferant detrimentum, quæ omnia ſingulis ineſſe, patebit ex iis, quæ ſubiicientur.

S. *Tho.* 2. 2. q. 162. Superbia duplex *Caſsian. lib.* 12. c. 2. *Collat.* 5. c. 12. S *Greg.* 34. *Moral* c. 18. & *lib.* 23. c. 7.

Primùm, SVPERBIA eſt *inordinata* quędam *excellentiæ appetitio*, quæ duplex eſt, altera CARNALIS & huius mundi, quæ ſuam excellentiam in bonis corporis (quales ſunt terrenæ facultates, genus, pulchritudo, honorata officia, & alia huiuſmodi) collocat: SPIRITVALIS, altera, quæ bonis *ſpiritualibus* nutritur, quales ſcientiæ ſunt & virtutes.

Actus a *Pſal.* 11. 5

I. Sibi

b *Iſa* 10 13.

II. Meritis ſuis.

III Plus reipſa.

IV. Sibi ſoli attribuit

Quatuor ſunt actus SVPERBIAE. *Primus*, cùm a *ſibi* quis *attribuit*, quod eſt *Dei*: atque ſi eſſet ſuum; naturæq; ſuæ debitum, aut *induſtriâ* ſuâ comparatum: ideoque Deum non agnoſcens autorem, ait: b *quis noſter Dominus eſt?*

Secundus actus eſt: quo agnoſcens à Deo ſe habere aliquod bonum: id tamen ſuis meritis attribuit, quod ex merâ Dei gratiâ eſt ipſi donatum.

Tertius eſt, cùm plura bona, quàm reipſa habet ſe exiſtimat: ſiue materia ſit virtutis, ſiue eruditionis, ſiue rei alterius naturalis, ſiue acquiſitæ: & ſibi in illis complacet.

Quartus actus eſt, cùm in iis, quæ habet, ſingularem ſe eſſe, aliosque antecellere exiſtimat: aut talem eſſe, inaniter deſiderat: vt alij omnes ipſi cedant, & ſeſe ſubiiciant.

S. *Tho.* 2. 2. q. 132. 7. Vitia.

I. Inanis gloria

Venenum virtutum *B. Baſil. Cõſtit. mona.* c. 11. & *Orat.* 17.

EX SVPERBIA multa alia *vitia*, variiſque peccatorum actus oriuntur, quos ad *ſeptem* velut infernalis Draconis capita reducere poſſumus. *Primùm* vitium, & quaſi *primogenita* eius filia eſt INANIS GLORIA, qua inordinatè quis appetit cognoſci, æſtimari, & laudari ab hominibus. Huius actus ſunt: inaniter de eo, quod habet, atque ſi à DEO non accepiſſet, gloriari: & de eo, quod reipſa non habet; aut de eo, quòd laude ſit indignum, eò quòd malum ſit, aut viliſsimum; Optare etiam inaniter, hominib. placere, eò dicta & facta ſua dirigendo; gaudere vanè, cũ laudatur, etiãſi falsè, & adulatoriè. Hæc inanis gloria deteſtabilior eſt in materia virtutũ quia eſt dulce earum venenũ, & occultus latro, qui eas corrũpit, ac deprædatur.

Secundum vitium est IACTANTIA, cuius actus sunt: seipsum laudare; bona, quæ non habet b *iactando*; aut exaggerando, quæ habet; aut, quæ occultare debuisset, absque necessitate patefaciendo.

II. Iactantia, b *Ierem.* 48.14.30.

Tertium est AMBITIO, qua honores, & dignitates inordinatè appetuntur, quæ inordinatio in eo consistit, vt quis appetat, quas non meretur; aut non legitimis mediis eas procuret; aut nimio affectu, finem suum in mundano ipso honore constituat.

III. Ambitio *S. Tho.* 2. 2. q. 131.

Quartum est PRAESVMPTIO, qua magna quis præsumit de se; aut maiora, quàm possit: temerè sese ad illa, vanitatis intuitu proijciendo.

IV. Præsumptio

Quintum est HYPOCRISIS, qua virtus rectaque intentio, quæ reipsa non adest, fingitur: quò is, qui fingit, sanctus habeatur; & dum bona opera, confictâ bonitate, in eundem finem dirigit.

V. Hypocrisis

Sextum est vitium PERTINACIA in proprio iudicio, cùm aliorum illud iudicio, etiam superiorum præponimus in iis, quibus par fuisset, alieno subijcere, ne deciperetur.

VI. Pertinacia

Septimum vitium est, aliorum CONTEMPTVS, quo parui facimus primùm inferiores, deinde æquales, ac demum superiores, vsque ad ipsum Deum: c *Superbia* enim (ait Regius Propheta) *ascendet semper*: ideoque innumerabilia gignit peccata, discordias, inobediētias maledicta, blasphemias.

VII. Contemptus aliorum

c *Psal.* 73.23

CVM circa hæc vitia cogitatione versor, attendā diligenter, quid in vnoquoq; admiserim, & de inuentis humilem in Dei conspectu confessionem faciens, dicam: Accuso me, DEVS MEVS, quòd superbia sim plenus: quicquid enim ago, id facio ob inanem gloriam: verba mea olent iactantiam, opera & desideria, ambitionis veneno sunt infecta. O vtinam nunquam in tales culpas incidissem. Ignosce mihi, Domine, & ab eis me eripe. *Meipsum* quoque reprehensionibus illis obiurgabo, quas diuina scriptura adhibet in huiusmodi. Mihi ergo ipsi dicam: O vilis homuncio, d *quid habes, quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? iam saturatus es, iam diues factus es, iam solus regnare vis?* atq; si aliis non indigeres. Si sic cogitas, cane ne arguat te Deus, sicut illum superbum, e *Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus?* CAECVS, quia te non agnoscis; *pauper* virtutum, *nudus* bonorum operū; grauibus verò culpis *miserabilis*: f *Quid igitur superbis, terra & cinis?* vnde euanescis vilissime *Vermicule?* Fuge itaque superbiam g *pauperem* enim *superbum odit Deus.*

Colloquiū.

d 1. *Cor.* 4. 7

e *Apoc.* 3. 17.

f *Eccl.* 10. 9.

g *Eccl.* 25. 4.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDA sunt deinde horrenda *supplicia*, quæ Deus etiam in hac vita superbis quibusdam intulit; & quæ inferet omnibus

Supplicia hic & ibi

in futura. Hęc ſupplicia inſinuanturin illa ſępe repetita ſacrę ſcripturæ ſẽtentia: a QVI SE EXALTAT HVMILIABITVR. In qua *tres* grauiſsimæ ſuperborũ *pœnæ* continentur. Quod videlicet expolientur *excellentia*, quã habent; quòd, quàm cupiunt, non aſſequantur; & quòd eius loco detur illis humiliatio, & *confuſio*, quam maximè horrẽt. Id quod variis modis diuerſisq; exẽplis oſtenditur. Nam *Angeli* ob ſuperbiã ſunt expoliati excellentia gratiæ: nec ad ſedes gloriæ, ad quã ſuperbè adſpirabant, peruenerũt, ac denique è cœlo Empyreo b *in profundum laci* ſunt præcipitati. Quo exemplo meritò mihi timorẽ incutiã, eo modo, quo Chriſtus incuſsit Apoſtolis, dicentib. enim: c *Domine, etiam Dæmonia ſubiiciuntur nobis: ait illis: videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.* Quaſi illis inſinuaret: ita vos cadetis, ſi ſuperbi eritis: Superbia enim, vt Angelos fecit Dæmones, ita d Apoſtolos faciet diabolos. Similia ſupplicia ſubierunt e *Adamus*, f *Nabuchodonoſor*, g *Cyrus*, h *Herodes*, & alij, qui appetentes, eſſe ſicut *Deus*, gloriam ei non dederunt, quam debebant.

VLTERIVS perpendam: maximam pœnam, quam Deus in hac vita propter *vnum* peccatum infert, illam eſſe: quòd eius cauſa permittat peccatorum in multa alia peccata incidere, & ſpecialem gratiæ ſuæ fauorem (qui ipſum aliàs ab eis præſeruaſſet) ſubtrahat. Qua etiam pœna *ſuperbiam* punit, quæ cauſa eſt ariditatis, deſolationis, ac deſertionis interioris, quas ſæpe experimur. Eadem etiam cauſa, graues alios permittit lapſus, etiam in *luxuriam*, & infidelitatem. Et de i *Ananiæ*, & *Saphyra* ait S. Baſilius, quòd inani gloria ducti, facultates ſuas terrenas *vendidiſſent*, vt perfecti haberentur, permiſiſſe DEVM *mediam pretij partem ſibi retinere*, propter quod *repente vtrumque mortuum fuiſſe*, ſimulque cum *vita*, *honorem*, quem affectabant, amiſiſſe: vt *factus ſit timor magnus ſuper omnes, qui audierunt:* Quem, & ego meritò concipiam: nam paucorum pœna, multis eſſe debet ad cautelam. Quare ſi ego ſim ſuperbus, vnus forte ex illis paucis ero; ideòque ni reſipiſcam, ſimili afficiar pœna.

Mox perpendam, me ſaltem horrenda *futuræ* vitæ ſupplicia non effugiturum, in qua ſuperbi omnes ſpeciali confuſione, & ingenti pudore afficientur; cùm ſe adeò contemptos videbunt: vt, qui *primum* hîc locũ ambiebant; *poſtremum* ibi, ad *Luciferi* pedes, qui Rex eſt ſuperborum, occupent: quos ipſimet Dæmones irridentes, contẽptûs cauſa, illud obiicient Iſaiæ: k *Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es: detracta eſt ad Inferos ſuperbia tua.* Quæ igitur maior ſtultitia eſſe poteſt, quàm ſuperbè eam excellentiam quærere, cuius finis ſit æterna confuſio? & quod maius delirium, quàm ob momentaneam gloriam, coniicere ſe in ignominiam nunquam finem habituram. O ſuperbia *trabs* benè craſſa *in oculo*, quem occupando, ſtultè excæcas, ne proprium damnũ aduertat! O IESV humil-

lime;

Tres pœnæ a *Matt.* 23. 12. *Luc.* 14. 11. 18. 14. *Prou.* 16. 5 18. 12.

Angeli b *Iſa.* 14. 15. c *Luc.* 10. 18. d *Ioã.* 6. 70 e *Gen.* 3. 23 f *Dan.* 4. 30. g *Ezec* 28 8 h *Act.* 12. 23.

Peccatum cauſa peccati maxime Superbiæ

S. Bern. ſer. 54. in Cant. S. Greg. 11. Moral. c. 8. Orat. 17. de Humil. & vana glor.

i *Actor.* 5. 5. *&c.*

Superborum pœna in Inferno Confuſio.

k *Iſa.* 14. 10.

l *Matt.* 7. 3. *S. Ber. Apolog. ad Guil. Abbatem.*

lime, auferà me quæſo molem hanc, ne ab ea excæcatus tanta faciam detrimenta.

PVNCTVM III.

TERTIO, ingentia illa *bona* conſiderabo, quæ conſequar, ſi victâ SVPERBIA, HVMILITATEM ſectèr, in eum præcipuè finẽ, quem nunc quæro, animæ ſcilicet purificationem. Quæ bona, promiſſione illa Chriſti inſinuantur, qua dixit: a QVI SE HVMILIAVERIT, EXALTABITVR. Tria autem bona illa ſunt: Quòd à *miſeriis*, in quas propter humilitatem inciderit, liberabitur; quòd collatas ſibi priùs *gratias* & excellentias conſeruabit; & ad *maiores* alias promouebitur. ideoque qui contrito corde, propterea quod peccauerit, ſe humiliat, in eo ipſo, quo ſe demittit, à Chriſto Domino exaltabitur: condonat. n. illi peccata, remourt pœnas, quas propter illa promerebatur; conferenſque ſuam gratiã & charitatem, ad filij Dei eum eleuat dignitatẽ; exaudit eius *orationes*, mirandiſq; alijs donis replet. b *Deus enim ſuperbis reſiſtit: humilib. autem dat gratiam.* Rex c *Achab*, quòd ſe *coram Deo humiliaſſet*, euaſit pœnas, quas Deus fuerat illi minatus. d *Publicanus* etiam propter humilitatem, *deſcendit iuſtificatus in domum ſuam:* cum Phariſæus ob ſuperbiam fuerit reprobatus. Eodem ergo modo, cum ſe Iuſti humiliant; in eadem à Deo iuſtitia exaltantur: augentur enim illis ſanctitas, & dona gratiæ, honorque, & gloria, quam propterea promerentur. Ac propterea dixit ſapiens; e *Quanto magnus es, humiliare in omnibus: & corã Deo inuenies gratiã*; ſicut inuenit beatiſſima f *Virgo*, quæ propter ſuam humilitatem, ad Dei matris dignitatem fuit exaltata. & ipſemet *filius Dei* factus eſt homo, vt, ſuperbiam deſtruens exemplum nobis præberet humilitatis; & quoniam g *ſe* præ omnibus hominibus *humiliauit*, fuit ſuper omnes cœlos *exaltatus*. Fuge ergo, anima mea, *ſuperbiam*, vt vel tantum damnum effugias; & humilitatem ſectare, vel ob tantum proprium commodum. Nam *generalis* omnino lex eſt, à qua non excipieris; quòd *qui ſe exaltauerit, humiliabitur, &, qui ſe humiliauerit, exaltabitur.* Fac tu quod *tuum* eſt, te ob peccata tua humiliando: & faciet Deus, quod eſt *ipſius*, donis te ſuis exaltando.

DENIQVE examinabo: quiſnam ſuperbiæ gradus in corde meo emineat; & quodnã ex ſuperiùs poſitis vitiis, illud ſibi ſubiecerit, deprehenſumque, mox viriliter, contrariorum actuum exercitiis, & occaſionib. in illud labẽdi remouẽdis, mortificare, & extirpare contendã: Examine Particulari (de quo infra dicemus) ad id diligenter adhibito; & initio facto à mortificatione & humiliatione in rebus externis, quæ facilior eſt. *Nihil* enim (S. Bernardo teſte) *facilius eſt valenti, quam humiliare ſeipſum.* Nam ſi meipſum velim exaltare, multi ſeſe mihi opponent, vt impe-

Humilitatis bona tria malis cribus eõtraria a *Matt.* 23 12. *Luc.* 14. 11 & 18. 14.

1 Peccatoris contriti incredibilis exaltatio. b *Iac.* 4. 6. c 3 *Reg.* 21 29. Achab

d *Luc.* 18. 14 Publicanus

2 & Iuſti humilis e *Eccl.* 3. 20. f *Luc.* 2. 30. 48. B. Virgo IESVS g *Phil.* 2. 8. Colloquiũ.

Exploratio vitii Pugnaſeria ab Externis inchoando *Serm.* 2. *in quadrag.*

Superbis omnes: Humili se nemo opponit. *Epist. 78.*

diant: humiliari verò, si me volo, nemo erit, qui contradicat: quod si fecero, euadam humilis: *humiliatio* enim (eodem Bernardo teste) *vnicum* est, aptissimumque à superbia recedendi, & humilitatis virtutem acquirendi remedium.

MEDITATIO XIX.

DE VITIO GVLAE, ET VIRTVTE temperantiæ.

PVNCTVM I.

Quinque Gulæ gradus *S. Tho. 2. 2. q. 148.*

GVLA est inordinata quædam *comedendi, & bibendi* appetitio. In qua *quinque* modis peccare contingit.

1 Prohibitis cibus *S. Greg. 30. Mor. cap. 36*

PRIMVM, si *prohibitis* ab Ecclesia cibis vescēs, Ieiunij leges, siue illud ab Ecclesia, siue à regulari disciplina, siue à propriò voto sit præscriptū, transgrediaris. DEINDE, si cibi potusue *nimiū* sumas, aut cū graui sanitatis corporis vel animæ periculo: aut si eo vsq; bibas, vt iudicij vsus aut turbetur aut amittatur. TERTIO, si cibo aut potū nimis *exquisito*, aut pretiosiori, quā tuus requirat status, & cōditio, ob solam sensuū indulgentiā vtaris. QVARTO, si comedas *sæpius*, quàm expediat, aut ita extra tēpus, & occasionem, vt nocere tibi facilè possit; aut in *loco* non conuenienti aut contra prohibitionem, vel Religionis tuæ Regulam. QVINTO, si *nimio affectu*, & ob solam voluptatem comedas; aut modo indecenti, & ita festinanter, vt in eo, quod facis, totus immersus esse videaris.

2 Nimius

3 Exquisitus

4 Frequens

5 Affectu nimio.

CIRCA hos quinque modos siue circumstantias examinare, & accusare me debeo coram Deo lapsusque meos deflens dicere: Væ mihi! qui quoties comedo aut bibo, semper pecco; sensuū potiùs voluptati seruiens, quā necessitati; & carnis meæ appetitioni, quàm vitæ conseruandę studens: ita vt corpori debitū soluens, reatū semper culpæ apud Dæmonē contrahā. Miserere, DOMINE, huius meæ imbecillitatis gratiâq; tuâ ita succurre, ne prostratū me gula raptet.

Confessio Oratio

Hoc sensu affectus firma concipiá proposita, vitiū hoc pro virib. mortificandi, ac temperantiæ regulis in quinq; prædictis excessibus vtendi: In *præcepto* videlicet, *quantitate*, *qualitate*, *tempore*, & *modo* cibum sumendi. Ita vt in QVANTITATE vtrunque fugiam extremum: ne tanta illa sit, quæ obruat; nec adeò modica, quæ non sufficiat, vt sustentet. In QVALITATE, vt communibus, & ordinariis cibis sim contentus: imò

Præceptū Quantitas Qualitas *S. Basil. de vera Virg. S. Bern. ser. 30. in Cant. & ad Frat. de Monte Dei.*

crai-

craſsiores præcedentis cibi particulas, omnem fugiens ſingularitatem, niſi quam expreſſa neceſsitas exigat. In Modo danda eſt opera, vt iuxta Spiritus ſancti conſilium, a *non ſim nimius*: nec patiar, ita me abripi ab appetitu; vt comedente corpore, ſpiritus à cibo ipſo abſorbeatur: ſed imperio quodã cordis ingenuo, cibum etiam aliquem ſpiritui ſimul proponam, qui carnis concupiſcentiam moderetur.

Tempus
a *Eccl.* 31. 20
Modus

Ad hæc præſtanda multum conferent, quæ in ſubiectis punctis indicantur.

PVNCTVM II.

Gulæ pœna triplex

SECVNDO, conſideranda ſunt *pœnæ* huic vitio conſtitutæ: quæ ad *tres* ordines, ſiue capita reducuntur. Quædam enim ab ipſamet *Gula*, tanquam ex mala arbore mali fructus, proueniunt: alias adijcit *Deus* etiam in *hac vita*: quò ſuam ab hoc vitio auerſionem oſtendat: alias denique in *futura* vita infligendas reſeruat.

I:

PRIMVM ergo, GVLA ſuiipſius eſt ſupplicium, ſtatim enim, & numerata (vt dicitur) pecunia, voluptatis ſuæ culpam luit, a *Vigilia*, inquit Sapiens, *& cholera, & tortura viro infrunito*: dum corpus onerãdo, *ſanitatẽ* lædit, *vitã* abbreuiat, & accelerat mortem: b *Cui væ*, ait Sapiens, *cui rixæ? cui ſine cauſa vulnera? nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* & Chriſtus. c *Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & ſuperueniat in vos repentina dies illa.* Affligit item *ſpiritum*, hebetat intellectum, eumque ad orationem & familiaritatem cum Deo ineptum atque ſpiritualium conſolationum incapacem reddit: eò quòd ſe ille carnis illecebris repleri permiſerit. Adfert deniq; cordis ignauiam & inertiam ad res magnas obſequij diuini aggrediendas, aut perficiendas. Qui enim debiliori huic hoſti ſe ſubijcit, animum deſpondere videtur, ad fortiores aggrediendos.

a *Eccl.* 31. 23
b *Prou.* 23. 29.
c *Luc.* 25. 34
Gula ſibiipſi pœna
Corpore & animo.

Caſsia lib. 5. *c.* 13. *&* 20. *& Coll.* 5.

II.

DEVS præterea ingentes ob GVLAM pœnas intulit. Quia enim d *Adamus, & Eua*, contra diuinum præceptum, *pomum* deguſtarunt, Innocentiæ donum & ſtatum amiſerunt, & e *Paradiſo ſunt expulſi*. ISRAELITAE, quòd in deſerto carnes inordinatè appetierunt, e *cum adhuc eſcæ eorum eſſent in ore ipſorum* (ait Dauid) *ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum* f *Vocatusq; eſt locus ille: Sepulchra concupiſcentiæ*: Et aliàs: g *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*: IDOLVM ſcilic. ſiue vitulũ conflatilem colere: diuinâ iuſtitiâ permittente, vt, qui ventrem ſuum pro Deo habuerant, vitulum adorarent, quam tamen ob cauſam: h *Occiſa ſunt in die illa quaſi triginta tria millia hominum*. &, quod maiorem adfert admirationem: ſanctus quidam Propheta, quòd in loco i *vbi Deus illi prohibuerat, comediſſet, occiſus eſt à Leone*. nec eam euadere potuit pœnam, etiamſi prius miracula patraſſet, & obedientiam præſtitiſſet; ac neceſsitate comedẽdi premeretur; & ab alio, eiuſdem ſecum Inſtituti deceptus eſſet.

d *Gen.* 3. 6.
Deus vltor
1 Adam
2 Iſraelitæ
e *Pſal.* 77. 31
f *Num.* 11. 33
g *Exod.* 32. 6
Pro ventre vitulus.
h 28.
3 De Prophe ta
i *1. Reg.* 13. 24.
§. *Baſilius ſer. de abdicat. rerum*

DENIQVE voraces in futura vita, peculiari linguæ supplicio afficientur, sicut ille k *diues qui epulabatur quotidie splendidè*, tanta in Inferno siti premebatur, vt clamaret ad Abraham, vt *mitteret Lazarum, qui intingeret extremum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam eius, quia cruciabatur Inferni flammis:* nec tamen obtinuit. Quare quicunque illic erunt, canina *fame*, & *siti* rabida cum æterni *fellis* amaritudine torquebuntur, iuxta sententiam in Babylonem latam. l *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum, & luctuum.* Eia igitur, anima mea, quid hæres? cur voracitates tuas non defles? cur ab eis non abstines? Attende, quòd saturitas, & ebrietas temporanea, siti, & fame castigabitur æternâ. Quod si vt alter *Esau* pro vili *esca*, tua cæli Primogenita vendideris: fortè non suppetet locus ea recuperandi. Considera, quot fuerint ob hoc vitium affecti supplicio; & cape in alieno capite experimentum, priùs quàm pœna incidat in tuum.

k *Luc.16.24*

Epulo.

Fames

l *Apoc. 18.*

Colloquiũ

m *Gen.25. 23. Heb.12.16.*

Esau

PVNCTVM III.

Temperãtiæ bona

TERTIÒ, ingentia illa *bona* & præmia consideranda sunt, quæ largietur mihi DEVS, si Gulâ mortificatâ *temperantiam*, & ieiunium amplectar: quæ ad *tres* etiam ordines, suppliciis gulæ oppositos possunt reuocari. Quædam sunt ipsius TEMPERANTIAE propria, sicut bonæ arboris fructus boni: ALIA DEVS & Dominus noster addit, vt, quã sibi hæc virtus grata sit, ostendat: ALIA denique præmia reddentur in cœlo, quibus hæc virtus afficietur.

I

Pro parua difficultate recreat corpus & animam

PRIMVM enim ABSTINENTIA paratâ (vt dicitur) pecuniâ difficultatem, quam initio vincit, recompensat, alleuiat enim corpus, præseruat à morbis, conseruat sanitatem, vitam producit, recreat animam, aptamque reddit ad orationem, & cælestes consolationes suscipiendas; subtrahit hosti arma, ipsi scilicet carni, quam subijcit spiritui: vt gloriosa audeat diuini obsequij facinora aggredi.

II.

Deus voluptates animæ maiores sufficit

S. Ber. ad Frat. de Monte Dei.

a *Dan. 2.28*

b *c.3. 50. &c.*

c *Matt.17.3*

Est præterea DEVS adeò liberalis, & ita nostri compassione tangitur, vt sine aliqua nos voluptate viuere non patiatur. Quare corporis cibos sibi subtrahentes, cibis animæ recreat, & pro sensuum consolationibus, *spiritus* solatia ita tribuit, vt non voluptatem amisisse; sed in meliorem, multoque præstantiorem, à carne scilicet ad spiritum câ translatâ, commutasse experiantur. His cælestes communicat illustrationes, sicut a *Danieli*; præclaras tribuit contra hostes victorias, sicut tribus eius b *socijs* contra *Nabuchodonosorem*; & ad altissimam extollit contemplationem, sicut Moysen, & Eliam, quibus etiam gloriosæ c transfigurationis suæ mysterium, in præmium ieiunij & mortificationis gulæ communicauit.

DENIQVE eosdem speciali quadam *saturitate* afficiet in cælo; eos mẽsæ suæ cum Christo adhibens: vt comedant, & bibant in Regno suo cibos, quibus vescitur ipse *Deus*. Quare anima mea, si ad magnam in terra sanctitatem peruenire, ingentiaque in cœlo præmia consequi desideras, à temperantia, & ieiunio incipe: quo Deus *vitia reprimit, mentem eleuat, virtutes largitur & præmia*. O IESV dulcissime, siquidem omnes, qui tua castra sequuntur, d *carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifixerunt*, concede mihi, meam vt ipse mortificem, sicut tu mortificasti tuam. Per *sitim* illam, quam in cruce pertulisti; *per fel, & acetũ*, quæ ibidem tibi fuerunt oblata, supplico, adeò mihi perfectam dones *temperantiam*, vt nulli in cibo & potu sumendo voluptati; sed soli necessitati seruiam: *ieiuniumque* adeò seuerum, quò iram tuam, sicut Niniuitæ, placare, pro meis peccatis satisfacere, Dæmones terrere. & Angelos lætificare possim: particeps effectus donorum tuorum in sæcula amen.

III Colloquii

Ecclesia in Præf. Quadrag.

d *Gal.* 3. 24

Oratio

Ionæ 3. 7. Niniuitæ.

MEDITATIO XX.

CIRCA VITIVM LVXVRIAE & virtutem castitatis.

PVNCTVM I.

LVXVRIA est inordinata *voluptatis Venereæ* appetitio, contra *ordinem* videlicet à *Deo* præscriptum: In hoc vitio peccatur, *Primùm* COGITATIONE, cum voluntas in illud consentit, aut in rebus inhonestis cogitandis delectatione, quam *morosam* appellant, ita recreatur, vt *sponte* in ipsa hæreat, aut *tepidè* illam reijciat; aut occasionem, ex qua illa nascitur, non remoueat.

S. Tho. 2. 2. *q.* 153. Venus

I. Cogitatione

Deinde VERBO peccatur, dum fœda proferuntur; AVDITV, cum eadẽ cum voluptate audiuntur, aut certè musica & cantiones inhonestæ; VISV, ea aspiciendo, quæ ad inhonestatem prouocant, aut Actiones siue comędias eius generis, aut leguntur huius argumenti libri. ODORATV & GVSTATV, si ea percipiamus, quæ ad luxuriam prouocant, si horum sensuum delectationem, tanquam finem habeamus.

II. Sensibus

Tertiò peccatur OPERE consummato, idq; variis modis. Si quis secum solus, est *Pollutio*; si cum soluta aliqua, *fornicatio*; si cum coniugata, *adulterium*; si cum cognata, *incestus*; si cum virgine *stuprum*; si cum Religiosa, aut contra votum castitatis, *sacrilegium*; si cum complice eiusdẽ sexus, *Sodomia*; si cum bestia, *bestialitas*. TACTVS secum vel cum aliis, si voluptatis causa fiant, ad peccatum operis reducuntur.

III. Opere

IV. Tactu

Fuge, & defle.

Colloquiũ

Oratio

IN hoc puncto non ita hærendum est tempore meditationis, vt particulares horum peccatorum circumstantias minutim examinemus, ne nouarum tentationum occasionem habeamus: sed flendum potiùs, quàm multùm de eis cogitandum, dicendo: Heu mihi, quàm bestialis, & putrida hæc est vita! quam vel aspicere erubesco, aut mouere: ne pessimo suo fœtore me iterum inficiat. Aspice illam, Deus meus, oculis misericordiæ tuæ; & fac, vt ex meis fontes exeant lacrymarum, quibus à tot immunditijs purificer.

PVNCTVM II.

Pœnæ Luxuriæ maiores.

SECVNDO consideranda tria genera pœnarum, quæ LVXVRIAE respondent, sicut diximus de Gula: quæ eò maiores æstimandæ sunt, quò vitium hoc maius est.

I. Miseriæ 1. Cor. 12. 8.

PRIMA pœna est innumeræ *miseriæ*, quas vitium hoc secũ adfert: Deo ita permittente, vt *Angelus Sathanæ*, qui carnis aculeo luxurioſos prosterruit, crudèliter etiam *colaphizet*; corpora ipsorum mille incommodis, & morbis, non solum dolorem inferentibus, sed sordidis, & pudendis afficiens: imò & infamiâ, aliisque mille calamitatibus, vsque ad facultatũ terrenarum, salutis, quietis, vitæque ipsius iacturam: & sicut Apostolus Christianum quendam, a *quod incestum commisisset, Sathanæ tradidit*, vt in corpore torqueretur: qui ita seipsũ huic vitio tradit, corpus & spiritũ suum crudeli huic carnifici tradit, b *qui blande* quidem *ingreditur, sed in nouissimo mordebit, vt coluber; & sicut Regulus, venenum diffundet.*

Dolor Infamia Paupertas.

a 1. Cor. 5. 1.

b Pro. 23. 32

II. DEVS Diluuium Ignis Cædes

PRAETER hæc, horrenda alia DEVS intulit supplicia: quò suum in hoc vitium odium manifestaret. Propter hoc enim præcipuè *Diluuium* venit quo mundus submersus est; & *ignis*, quo Sodoma conflagrauit; & ingens illa quam in Israelitas suos Moyses edidit, strages, c *viginti quatuor millia vno die occidendo*: & cùm *Phinees* zelo magno Israëlitam quendam, publicè fornicantem, publicè etiam confodisset, ita Deus factum approbauit, vt mox à cedendis reliquis desitum sit. Propter Pollutionis crimen d DEVS *nepotem Patriarchæ Iacob percussit, eò quòd rem detestabilem faceret.* e *Filij* quoque *sacerdotis Heli, propter carnalia scelera simul vno die* miserrimè *perierunt.* Notum quoque est, quàm carè constiterit *Samsoni* cum Dalila peccauisse; *Dauidi* adulterium cum Bethsabee; & *Salomoni* deperiisse alienigenas mulieres. Si tales igitur, tantique viri, quòd luxuriæ vitio succubuerint, horrendas adeò pœnas subierunt: cur tu illud non fugis? Num fortior es Samsone, Salomone sapientior, aut sanctior Dauide? vt ab illorum periculo, priuilegio aliquo sis exemptus, vt vel labi non possis, sicut ipsi: aut non, sicut illi, puniri?

Onam d Gen. 38. 10 e 1. Reg. 2. 34 & c. 4 11

Ophni Samson Dauid Salomon

SED

SED quæ in inferno luxurioſi tormenta patientur, erunt intolerabilia. *Ignis* enim ille horrenda violentia partes illas corporis, quæ huius peccati fuerunt inſtrumenta, depaſcet. *Imaginandi* facultas, quæ fœdis hic cogitandis delectabatur; horrendis ibi imaginibus affligetur. Quinque *ſenſus*, qui quinque inſtar voluptatis fontes fuerunt, ibi erunt tanquam quinque lacus tormentorum. Deniq; à pedibus ad caput vſque immerſi erunt in ſtagno illo igneo, & ſulphureo: eò quòd carnis ſuæ blanditijs, & odoribus ſubiecti vixerint. O anima mea, perpende accuratiſsimè *ignis* illius *Inferni* flammas, quò carnis tuæ incendia pertimeſcas: nam vt clauus clauum pellit, ita illius ignis timor, huius extinguit amorem. Hinc adeò firmum deteſtabilis huius vitij fugiendi (non enim vincitur niſi fugâ) propoſitum concipiam, vt vel eius nomen in ore accipere horream, iuxtà illud Apoſtoli, cùm de immunditia, & fornicatione loqueretur: ſ *Nec nominetur* inquit, *in vobis*, ne videlicet eo nomine, res ſignificata occurrat memoriæ veſtræ.

Ignis inferni
Imaginatio
Senſus
Corpus totum
Colloquiũ
Fuge vel Nomen Luxuriæ
ſ 1. Cor. 6. 13 Epheſ. 5. 3.

Et quoniam huius vitij vincendi duplex eſt ratio; altera cùm quis licita matrimonij *voluptate contentus eſt, altera altior & perfectior, qua etiam ab illa abſtinet: de hac ſecunda ſubſequens inſtituitur punctum.*

PVNCTVM. III.

TERTIÒ, conſiderandi ſunt *ſex* actus, quos perfecta luxuriæ mortificatio, & excelſa virtus caſtitatis, cum ad perfectionem debitam peruenit, complectitur; ac totidem fauores præmiaq; glorioſa, quę Deus tribuit propter illos. Quorum causâ CASTITAS in ſacra ſcriptura *Lilio* comparatur, propter ſex eius candidiſsima, & molliſsima *folia*, totidemque *virgulas* cum extremitatibus *ignis* inſtar inflammatis: nam folijs, ſex caſtitatis gradus; virgulis, ſex illi fauores in auro & igne charitatis fundati ſignificantur: quibus hæc virtus, amabilis; mortificatio verò, ſuauis omninò redditur: quare hac intentione ſunt perpendendi.

S. Bonau. in Dieta ſalu. tit. 4. c 4.
Caſtitatis ſex actus & præmia
Lilium
Folia
Virgulæ

ACTVS PERFECTAE CASTITATIS.

PRimus CASTITATIS actus eſt PVRITAS IN VISV & AVDITV, qua horum ſenſuum portæ ita occluduntur, vt nihil ingrediatur, quod vel a *cogitationem* vel imaginem turpem ingerat: Sed *viſus* meus caſtus ipſe ſit, & caſtus *auditus*: adeoque arctè vterq; frenetur, vt ipſi, caſtitatis fiant cuſtodes.

I.
Cuſtodia viſus & auditus a Iob. 31. 1.

Secundus actus eſt PVRITAS in vſu rerum, quæ ODORATVM, GVSTATVM, & TACTVM delectare poſſunt: quæ à rebus dulcibus & blandis, caſtitatis hoſtibus, ſeuerè eos coercet: conando efficere, vt caſtus ſit cibus, potus, veſtis, & lectus ſit caſtus: *Tactus* denique omnes caſti, & eos, qui tales non ſunt, tanquam ipſum ignem auerſentur.

II.
S. Baſil. de vera virg. Senſuum aliorum

III. b 1. *Pet.* 3. 2. *Col.* 3, 8. Verbi & Conuerſationis

Tertius eſt PVRITAS in VERBIS, colloquijs, & *Conuerſatione*; in *Riſu*, vultu, & reliquis corporis geſtibus, in veſtibus, & ornamentis externis: omnibus, caſtitatis inſignibus, ita decoratis, vt honeſtas, & decentia Chriſtiana vbique reſplendeat: quibuſcunque contrarijs excluſis.

IV. Amicitiæ Munerum

Quartus eſt PVRITAS in amicitia, & iucunda cum creaturis familiaritate: omnem enim in ijs exceſſum reprimit, quæ caſtitatem offuſcandi occaſionem aliquam præbere poſſunt: nec dare permittit, nec accipere munuſcula vlla, quę ad aliquam eius maculam illecebrę ſint, aut offenſio.

V. Occaſionũ *S. Greg.* 11. *Moral.* c. 8. Ira Otium *c. Eccl.* 3. 27.

Quintus eſt PVRITAS in externis omnibus, & internis occaſionibus remouendis, quæ caſtitatis ſplendorem obſcurare, aut quicquam de eius perfectione detrahere poſſe videatur. Quare perfectè caſtus, vel occultam ſuperbiam fugit: ob quam nouit, Deum permittere lapſum in luxuriam; & ipſam iram euitat: quòd ea ſanguinem accendat, carnemq́; commoueat; & otium fugit, quòd carnis motibus portam aperiat: ac denique loca omnia, & perſonas deuitat, ex quibus nitori eius obſcuritas aliqua accedere poſsit: quia nouit à ſapiente dictum: e *Qui amat periculum perit in illo.*

VI. Cordis Vel in ſomno *Caſſi. Colla.* 12. c. 8.

Sextus, isque ſupremus CASTITATIS gradus eſt PVRITAS in omnibus *cordis* cogitationibus, motibus, ſiue commotionibus *carnis*: quam ita rationi ſubiectã tenet, vt non ſolùm in *vigilia*, ſed quantum in nobis eſt in ipſo etiam *ſomno* in officio contineatur, omni conatu adhibito, vt nulla omninò detur occaſio, ob quam Dæmon fœdis aliquibus imaginibus, aut perturbationibus, vel in ipſo ſomno nobis illudat.

d *Cant.* 2. 2. *Caſſ.* c. 11. *S. Tho.* 2. 2. q. 155.

HAEC *ſex* illa ſunt cæleſtis huius d *lilij* candidiſsima folia, quamuis inter multarum tentationum, & tribulationum ſpinas, quas Continens patitur, ante quàm ad caſtitatis perfectæ poſſeſsionem perueniat: Sed, ſi de omnipotentia, & miſericordia Dei confidam, eam potero obtinere. Ad quod multum conferet intima, & accurata, *ſex* eius *fauorum* & præmiorum conſideratio, quæ iam ſubijcitur.

FAVORES ET PERFECTAE CASTITATIS præmia.

I. Angeli *Lib. 1. de virg. ad Soro.* Quo ſanctior quiſque eò munitior e *Dan.* 3. 50.

PRIMVS FAVOR, quo me Deus proſequetur, ſi animo generoſo decreuero contra carnis inſultus decertare, perfectamque aſſequi caſtitatem, erit: mittere ANGELOS ſuos, qui mihi adſiſtant, & in eo certamine iuuent ad victoriam: quò enim quiſque purior eſt, eò (S. Ambroſio teſte) magis eſt cuſtoditus, & ab Angelis circumdatus, vt qui ob ſimilitudinem, quam virgines caſtique cum ipſis gerunt plurimùm delectentur, cum eiſdem conuerſari. Et vt ad *tres* illos caſtos *pueros* in fornace Babylonica, deſcendit vnus Angelus, qui cum eis manens: e *excuſſit flam-*

mam

mam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem: sic ad eos, qui in sensualium tentationum fornace immersi, decreuerunt, illis non consentire, accurrunt Angeli, vt protegant, ne flammæ illæ eos lædant, aut superiorem animæ partem tangant: & vento quodam roreque cæleſti, carnis ardorem extinguunt: atque ad glorificandum Deum, ob victoriam obtentam, prouocant. Quamobrem, si ab huiusmodi tentationibus premi me videro, eosdem meritò aduocabo, dicens: O glorioſi *Angeli*, virginum custodes, castorum protectores, purorum hominum amici, familiaresque socij, accedite, adiuuate, ne, qui me circundat ignis, etiam comburat: excutite flammam, quæ ardet in carne mea, ne contingat spiritum, aut eidem inferat detrimentum: impetrate mihi suauem diuini Spiritûs ventum, qui carnis meæ ardores refrigeret.

Oratio in tentatione ad Angelos

II.

Secundus FAVOR est, quòd ipsemet DEVS particulari protectione, castorum assistit custodiæ, vt qui puritate non Angelis modò, sed ipsi etiam Angelorum *Domino*, omnis puritatis fonti similes sint: qui propterea eorum familiaritate valde delectatur, & ad suam benignè admittit amicitiam. O DEVS æterne, *qui pascis inter lilia*: & propterea arrident tibi animæ castæ: meam, quæso, effice adeò puram, vt cum ea morari, & conuersari d gnēris.

S. *Basil. lib. de vera Vir.* DEVS Oratio f *Cant.* 2. 16 S. *Greg. ibi.* S. *Hieron. epist. ad Demetr.* *Cassi. Coll.* 12. c. 8 & l. 6. c. 9.

Ex vtroque hoc fauore, efficacissimum ad tentationes, quæ *repentè* & *solùm* me inuadunt, vincendas remedium addiscam: eleuare scilicet mentis oculos ad *Angelum*, qui præsens mihi adest, multoque magis ad ipsius DEI præsentiam: vehementer erubescendo id in eorum conspectu facere, quod coram hominibus non auderem. Respondebo igitur tentationi, quod castissima *Susanna* impudicis illis senibus, à quibus prouocabatur ad flagitiū: g *Melius est mihi absq; opere mori; quã peccare in conspectu Domini.*

Remedium in tentatione Susannæ h Dan. 13. 2

III.

Tertius FAVOR est, quòd loco carnalium nuptiarum, quibus amore castitatis renuntio; ad spirituales Deus me admittat, spiritualiter sese animæ meæ copulans, h *Desponsatione fidei*, misericordiæ, & charitatis; & altissimas spiritûs voluptates ita ei communicans, vt carnalium penitus obliuiscatur: & hac ratione suum implet promissum, quòd qui ipsius amore i *vxorem reliquerit*, renunciando facultati, quam ad ducendam habebat, *centuplum in hac vita esset recepturus.* Id enim est dicere, tantam eum voluptatem percepturum, quę centies eam excedat, quam habuisset cum vxore. Castitatis enim iucunditas ita illam superat, vt impossibile sit eam agnoscere, qui non sit expertus. O castarum animarum *Sponse*, talem mihi virtutem concede; vt mea inter illas connumeretur, & esse tua mereatur. *O anima mea*, siquidem adeò es voluptatibus addicta, renuncia liberaliter abiectissimis illis, quas caro concupiscit, vt altissimis simulque iucundissimis SPIRITVS proprijs frui possis.

Nuptiæ cæleſtes h *Ose.* 2. 2 i *Matt.* 19 29. *Cass. Coll.* 22. c. 12. & 13. Oratio Colloquii

IV. Filij cælestes animæ & merita

Quartus FAVOR est, pro carnalibus filijs, quos habere potuissem, spiritualium copiam ab ipso Deo recipere, sine comparatione meliorum, dum bonis operibus, meritisque ditissimis, & animabus multis exemplo meo, & adhortatione Christo lucrifactis me replet; quarum & *pater* & *mater* sim in spiritu: implet enim fidelissimus ipse, quod promiserat per Prophetam suum: k *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum* & infructuosum: *quia hæc dicit Dominus Eunuchis &c.* dabo *eis in domo mea, & in muris meis*, Ecclesia mea, *locum, & nomen melius à filijs, & filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* O felicem *castum!* cui Deus excelsam filij, & patris tribuit dignitatem: *filij*, ob singularem adoptionis gratiam; *patris* in spiritu, ob copiosos benedictionis fructus.

k *Isai.* 56. 3.

Castus filius Dei & pater hominum

V. Extraordinaria

Quintus FAVOR plurimas gratias, & singularissima complectitur priuilegia, quæ DEVS in signum amoris, quo castimoniam prosequitur, castis largitur: Quia enim ipsi in carne viuentes, supra *ordinarias naturæ* leges se eleuantes ita viuunt, atque si carnem non haberent: ideò vult DEVS, eosdem aliquando etiam supra ordinarias gratiæ leges eleuare, castimoniam eorum extollendo & honorando. Beatissima enim *Virgo*, ob ratum, & singulare Virginitatis votum, quo se DEI amore obstrinxerat, exaltata ab ipso DEO fuit, ad eiusdem matris dignitatem: & S. *Ioannes* Euangelista ob insignem suam puritatem, CHRISTO Domino fuit *valde* dilectus: à quo tum in vltima Cœna; tum, dum in cruce penderet, extraordinarios accepit fauores, & insignes postea reuelationes: in quibus eodem nomine clarissimi fuerunt *Helias*, & *Helisæus*, *Daniel* & alij filij Prophetarum; & Babylonicæ fornacis ignis tres illos pueros non tetigit, quòd Luxuriæ ignem prius deuicissent.

1. S Maria 2. S. Ioannes 3. Alij plures

VI. l *Apoc* 14. 4 S *Basil. de vera Virg. c.* 27. Sequuntur Agnum S. *Hiero. de laud. Virg.* Oratio Ioseph m *Gen.* 39. 9

Sextus FAVOR est singulare illud, l *Agnum in gloria sequendi, quocunq; ille iuerit*, priuilegium. Vt, qui illum in hac vita, castimoniam, & puritatem amplexus, imitatus est; dignus sit, qui eundem in gloria semper comitetur, iucundissimæ eius societati singulari gaudio coniunctus. O Agne dulcissime, concede mihi tuam in corpore, & spiritu sequi puritatem vt ex angusto mundi huius carcere exiens, per latissimos istos cœlorum campos merear tecum expatiari. Amen.

Oratio

Sex horum FAVORVM consideratione, ita me aduersus occurrentes contra castitatem tentationes munire curabo, vt nihil illæ me lædant; sed cum castissimo *Iosepho*, sollicitanti illum mulieri, dicam: cum tot Deus in me contulerit beneficia, totque gratias & fauores, si fuero castus, promiserit: m *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* O Domine cæli & terræ, non pallium solùm, sicut Ioseph, sed honorem, facultates, & ipsam vitam perdere, quàm te offendere statui.

Nam illum propter caſtimoniam, & fidelitatem eleuaſti, vt *Vice Rex* eſſet *AEgypti*; ſed me ob meam Regem facies in cœlo.

MEDITATIO XXI.
DE AVARITIA.
PVNCTVM I.

Diuitiarũ cupido

AVARITIA eſt inordinata *diuitiarum, & temporalium bonorum* appetitio: in qua multis modis peccare contingit.

I. Aliena rapiens

PRIMVM, cùm quis, contra decimum decalogi præceptum, *aliena concupiſcit*: aut contra ſeptimum, reipſa *accipit*, aut, inuito Domino, *retinet*.

II. Propria parcè diſpenſans

DEINDE, ſi proprijs *malè vtatur*, parcè videlicet; aut ea in egenos, quando Iuſtitiæ aut charitatis, & miſericordiæ lex ad id obligat, non diſtribuit, ob viſcerum ſuorum erga illos duritiem.

III. Corde nimis anxio quærens Auaritiæ proles.

TERTIO, ſi bona huiuſmodi *anxietate nimia* ita quærit, vt totum cor ſuum ad id applicet, cuius causâ Dei, & Eccleſiæ, ſtatusque ſui leges conculcet. Ex quo multa peccata, tanquam Auaritiæ proles oriuntur: mendacia, fraudes, periuria, violentiæ, tyrannides, crudelitates, lites, diſcordiæ, & innumera alia. Quare meritò Apoſtolus dixit: a *Radix malorum omnium eſt cupiditas.*

a 1. *Tim.* 6. 10.

IV. Pauper voto

QVARTO, qui *paupertatis voto* eſt obſtrictus, peccat in illud, ſi quid ſibi abſque ſuperioris ſui facultate vſurpet: ſiue ab alijs ipſi donetur, ſiue quouis modo ab alio acceptum alienet, occultet ſuperiori, aut eo in re ſibi prohibita, aut modo proprietatis vtatur: affectu nimirum adeò inordinato, atque ſi res ipſius eſſet propria: aut denique ſi, dum eo priuatur, quamuis iure fieret, contriſtetur, aut conqueratur.

V. Intentio temporalis in rebus pijs

QVINTO, etiam peccat, qui bona opera principali *temporalis emolumenti* intentione præſtat; aut eodem intuitu ea negligit, ad quæ ſtatûs officijue ſui legibus tenetur.

HOC examine præmiſſo, attendam: num quid habeam, quod mea vt *Idolum* adoret Auaritia: ſiquidẽ Apoſtolus ait: b *Auaritia eſt Idolorũ ſeruitus*, & adoratio. Quòd ſi quid tale apud me inuenero, aut in corde affectũ ac deſiderium eius, culpam inprimis meam in Dei conſpectu magno meo pudore confitebor, quod tale quid contra ipſius legem habere, aut concupiſcere ſim auſus: tum ſtatuam affectum illum omnino à corde meo auellere: imò ſi poſsim etiam rem, quæ eius eſt cauſa. *Ad quod inuenerit ſequentia puncta exactè perpendere.*

b *Epheſ.* 5. 5. *Coll.* 3. 5.

Idolum Auaritiæ

Digitized by Google

PVNCTVM II.

DEINDE perpendenda sunt AVARITIAE *damna*, quæ ad *tria* illa prædicta capita reuocantur. PRIMVM AVARITIA, teste Apostolo, est a *radix* duplicis generis *malorum* ad quæ vniuersa huius vitæ mala reuocantur: *Culpa* scilicet ac *Pœna*, peccatorum, & dolorum: quæ simul conueniunt ad pœnas de matre, quæ illa gignit ac nutrit, sumendas quare ipsamet sui ipsius carnifex censenda est, quæ in magnas auarum ipsum angustias, & calamitates conijcit, vt miserrima quadam seruitute, tanquam mancipij diuitias congregare, aut conseruare possit: Est item Sathanæ laqueus, qui tribulos, & tentationum spinas, per nebulas in fide, conscientiæ remorsus, & curas, quibus vehementer pugnatur, pro libitu raptat: ac denique instar *Iudæ* inter cœlum, & terram suspendit, nec bonis terræ frui permittens, neque obtinere cœlestia.

Damna tria
a 1. *Tim.* 6. 10.

I. Culpam & pœnam gignit ipsa Auaritia.

Laqueus Sathanæ

Socius Iudæ.

HIS supplicijs alia DEVS addit interdum, quibus suum versus hoc vitium, eosq; qui aliquo ex prædictis modis ipsum offendunt, horrorem ostendit. Adhibeamus vniuscuiusque exemplum vnum. ACHAN, quòd quædam contra præceptum IOSVE ex Hiericho accepisset, Dei mandato iussus fuit *lapidari*, eiusque facultates omnes *igni* tradi: quod dum fieret, dixit illi Iosue: b *Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac.* c NABAL auaritiâ suâ victus petenti eleemosynam *Dauidi* denegauit: qui mortuus est, *corde lapidis* instar indurato, in pœnam duritiei viscerum eius erga indigentem. d IEZABEL effreni vineæ Nabothi obtinendæ appetitione eum, vt voti sui compos euaderet, *lapidari curauit*: ipsa verò e *proiecta* postea per fenestram, & à canibus deuorata est. f ANANIAS & ZAPHIRA, quòd cùm paupertatis voto se obstrinxissent, *partem pretij, pro quo agrum vendiderant, retinuissent*, miserrimè *expirarunt*. g GIEZI cupiditate victus, munera petijt à NAAMAN, ob sanitatẽ ab Helisæo Propheta ipsi impertitã; quá ob rẽ ipse Giezi leprosus est factus. h IVDAS auaritiâ suâ raptatus locum dedit Sathanæ, vt non ijs contentus, quæ *furabatur* à Magistro suo eundem tandem i *traderet*; seipsum verò mox k *suspenderet*. O anima mea cur atrox adeò vitium non horres, quod & Reges, & plebeos; diuites, & pauperes; seculares, & Religiosos; famulos Prophetarum, & primæuæ Ecclesiæ Christianos, imò & vnum ex Apostolis, inuadere præsumpsit.

II.
b *Ios.* 7. 25.
c 1. *Reg.* 25. 10.
d 3. *Reg.* 21. 4
e Achan
Nabal
Iezabel
c 4 *Reg.* 9. 33.
f *Act.* 5. 5. 10
S. *Aug. ser.* 27. *de verb. Apost.*
g 4. *Reg.* 5. 25.
h *Ioan.* 12. 6
i *Mat.* 26. 15.
k 27. 5.

PRAETER hæc supplicia supersunt alia in *Inferno* æterna, quibus auari grauissimè cruciabuntur, ingentis suę necessitatis apprehensione; videntes sibi deesse quicquid inordinatè appetiuerunt; & quò hic ditiores fuerũt & auariores, eò amp'iùs se torqueri: sicut diues ille epulo, cuius abũdã-

III.
Infernus.
Epulo.

tia in hor-

tia in horrendam deuenit miſeriam. O DEVS omnipotens, diues in miſericordia, libera me ab hac cupiditate, ex qua tot oriuntur miſeriæ, malo ſine ea neceſsitates ferre temporales, quàm cum illa incidere in æternas.

Oratio

PVNCTVM III.

1. Paupertas duplex

TERTIO ingentia *bona* ſunt perpendenda, quæ in perfecta auaritiæ mortificatione continentur. Duplex eſt autem eam mortificandi ratio: *Altera* ſi retentis meis rebus, in ordinatam tantùm ad eas affectionem deponam; qui primus eſt gradus Paupertatis ſpiritûs: cum quo eſt coniuncta virtus *liberalitatis*, quæ bona ipſa, quando, & vbi oportet, largitur; & miſericordiæ, quæ huiuſmodi rebus, pauperum neceſsitatibus ſubuenit. *Altera* ratio eſt; ſi quæcunque habeo, habereque poſſem, à me abijciam; quo omnem ad ea affectionem ex corde meo radicitus euellam: & in hac conſiſtit voluntaria *Religioſa paupertas*. Vtraque ratio magna in ſe bona complectitur: nam Chriſtus Dominus omnibus vniuerſim: a *Pauperibus ſpiritu cælorum Regnum* promiſit: ſiue illud de altera via accipiatur, ſiue in hac ipſa, quod eſt, b *Iuſtitia, pax, & gaudium in Spiritu ſancto*. Si itaque ſuperem cupiditatem, tria hæc inſignia bona obtinebo: IVSTITIAM cum bonorum operum abundantia; PACEM abſque turbationum ſtrepitu; & GAVDIVM ſpirituale, triſtitiâ, & anxietate vacuum eò quòd malorum omnium radicem, quæ huiuſmodi bona impediebat, abſtulerim.

Affectio tollatur

Liberalitas Miſericordia

2. Paupertas Religioſa

a *Mat.* 5. 3. Pauperum eſt cælum

b *Rom.* 14. 17. Iuſtitia Pax Gaudium

PRAETEREA, ſi victâ cupiditate, liberalis erga *Deum* fuero, diſtribuendo quæ habeo eius amore, erit & ipſe in me liberaliſsimus, ſua mihi dona communicando, tam temporalia, quatenus mihi ita expediet; quàm ſpiritualia in præſenti & in futura vita. Dixit enim ipſe: c *Date, & dabitur vobis: menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuper efſluentem dabunt in ſinum veſtrum*; in quo tutiſsimè amantiſsimeque ſeruabitur. Dicit autem, *dabunt* vt ſignificet, noſtra dona in cauſa eſſe, cur eam Deus menſuram donet cũ *quatuor* illis circumſtantijs, quas, cũ illa valde copioſa eſt, habere poteſt. Addit verò: *Eadẽ quippe menſurâ, quâ menſi fueritis, remetietur vobis*: Nã creſcente noſtra liberalitate erga proximos, Dei liberalitas creſcet erga nos: ſicut qui multum ſeminat, multum colligit. Eſto itaque, anima mea, in DEVM liberalis, & eius amore etiam in proximos: & ipſe per ſe, & per alios erit erga te liberaliſsimus: Ita enim Sapiens: *Alij diuidunt propria, & ditiores ſiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Anima enim, quæ benedicit, impinguabitur*: & qui donauerit, ditescet, & *qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur*, multum recipiens, quia multum donat.

II. Liberalitas DEI.

c *Luc.* 6. 36

Dona noſtra Deum ad dandũ mouent

Liberalitas eſt ſemen

Colloquit

d *Prou.* 11. 24.

HINC

III. Paupertatis præmia Cælum. Thronus *Mat. 19. 29*

HINC licet conscendere ad *maxima* illa bona perpendenda, quæ recipiam, si secundam Auaritiæ mortificandæ rationem amplectar: *omnia* scilicet mea propter Christum relinquẽdo, & pauperibus illa erogando: Sicut enim hæc ratio maiorem erga DEVM liberalitatem continet; ita erit ipse in me liberalior, adimplens quod daturum se promisit: *In hac vita centuplum*, quàm nos dederimus, & postea *vitam æternam*, cum singulari illo honoris præmio, vt in die Iudicij in magnæ gloriæ thronis sedeamus ad iudicandum Israel, & mundi Nationes. O felix Paupertas, quæ tantas habet in præmium diuitias! O beata liberalitas, cuius merces adeò est copiosa mensura! O vtinam terrenarum diuitiarum amorem perfectè mortificarem; &, omnia in DEO possidendo, diuinas consequerer.

Oratio

O IESV dulcissime, qui è cœlo in terram descendens, *paupertatis* exemplũ præbuisti, qua è terra leuaremur ad cœlum: & nudus in cruce mori voluisti, vt ex mundo exeuntem, nihil de eo te habere ostenderes: temporalium diuitiarum odium mihi, quæso, concede, vt perfectè tibi seruiens, obtineam æternas.

Proposita quinque

Ex his considerationibus firmum hauriam propositum, cupiditatem in illis omnibus mortificandi, quorum in primo puncto est facta mentio: eo paupertatis gradu seruato, qui statui meo sit conformis. I. Aliena PRIMVM, vt ijs, quæ habuero, quamuis paucis, contentus sim; nec alia desiderem, aut superflua. 2. Propria DEINDE, vt eisdem bene vtar, & erga egenos me præbeam liberalem. 3. Affectus TERTIO, vt immoderatum eorum amorem ita temperem, vt licèt possideam, *f sim* tamen *quasi non possiderem*. 4. Votum QVARTO, vt etiam gaudeam, si re aliqua interdum indigeam: quò Redemptoris mei paupertatem aliquo modo induam. 5. Intentio Studens *denique* Deo perfectè seruire, non quò temporalia bona mihi largitur; sed quòd dignissimus ipse sit, cui ex toto corde seruiam: & ea spe, quòd aliquando sit daturus æterna.

MEDITATIO XXII.

DE IRA ET IMPATIENTIA.

PVNCTVM I.

S. Tho. 2. 2 q. 158. & 1. 2. q. 48.

IRA est inordinata *iniurias proprias vlciscendi* appetitio, vel est *accensio* quædam *cordis* inordinata, propter ea, quæ contra nostrum palatum eueniunt. Ex quo tria peccatorum genera promanant. I. Ira Cogitationis Quædam sunt COGITATIONIS, quale est odium proximi, vindictæ propositum, desiderium, vt mali aliquid illi eueniat; gaudium verò, si iam accidit; & tristitia de eius bono; & iucunditas ac voluptas quædam, in vindicta sumenda.

ALIA sunt peccata LINGVAE, verba scilicet vindictæ, aut iniuriæ co-

ram; aut murmurationes in abſentia; imprecationes, clamoſa, & perturbata verba cum choleræ indicijs, cõtentiones & pertinacię in diſputationibus, vt quod prætendit, euincat: & ſimilia. II. Verbor

ALIA ſunt peccata OPERIS, aduerſus *quintum* Decalogi præceptum; qualia ſunt occidere, vnlnerare, aut proximum contra ius & æquum tractare; & aliquid facere, ſolius iniuriæ vlciſcendæ causâ; aut eam vltionem à iudicibus, non iuſtitiæ, ſed rancoris, aut odij intuitu petere; non condonare ei, qui iniuriam intulit, cum veniam petit; ſed exteriora potiùs inimicitiæ ſigna contra eum oſtendere. Diſcordiæ item, lites, diſſenſiones, ſchiſmata, & capita ſiue factiones ſequi diſſidentium; denique bella ex ira naſcuntur, & alia multa peccata, quæ cum illis coniuncta ſunt, III. Operis IV. Impatiẽ

DENIQVE iræ comes eſt *impatientia* ob aduerſa, quæ nobis eueniunt, contra valetudinem, honorem, aut facultates, nimium triſtitiæ locum dando, ob inordinatum, & vehemens deſiderium, quo tenemur, vt ab eis liberemur: ex quo multa peccata oriuntur contra Deum, proximum, & nos ipſos. Tales ſunt querelæ de Deo Domino noſtro, quòd nos premat, affligatque: quibus quædam accedunt blaſphemiæ initia; exigua cum Dei voluntate conformitas, diffidentia, tædium vitæ, deſideria mortis, impatientia, manus interdũ rabie quadã ſibi ipſi injiciendo; moroſum ſe erga alios, aſperum, & intractabilem exhibendo: indignationis occaſionem illis dando, & exiguam cum domeſticis pacem habendo: contra ipſas etiam beſtias, aliaque inſenſibilia, iraſcendo, ſicut a *Ionas ægrus eſt contra hederam, quæ exaruit*: ex quo, *cum ortus fuiſſet Sol, percuſſit caput Ionæ*. a *Iona 4.*

Hæc peccata perpendens, & reum eorum me coram Deo agnoſcens, b *iram* in me ipſum, propter illa *Conuertam*, à Deo auxilium ad id petens. *O Deus* infinite, cuius ira, etſi iuſta, contra eos, qui impotenter iraſcuntur, terribilis eſt, clarifica oculos animæ meæ vt horrenda cernens ſupplicia, quæ ex tua ſancta ira proueniunt, impetus refrænem, qui ex mea proficiſcuntur. b *Pſal. 4.* Oratio

PVNCTVM II.

CONSIDERANDA ſecundò damna, & animaduerſiones contra hoc vitium, tam quæ ipſum ſecum adfert, quàm quæ à DEO ex iuſtitia adduntur in hac vita, & in futura. I.

PRIMVM enim IRA deſtruit ſimilitudinem, quam habemus cum Deo, cuius opera valde ſunt tranquilla; TVRBAT cõſcientiam; OBSTRVIT diuinæ miſericordiæ fontem; SVFFOCAT Spiritum deuotionis, & SPIRITVS SANCTI conſolationes, qui habitat & requieſcit in humilibus, & quietis corde; fugit autem iratos, in quibus Spiritus malus habitat: Ira enim furioſa, eſt animæ *Phreneſis*, inſania breuis & *Dæmonium* *D. Greg. 5. mor. c 30. in illud Iob 5. Stultum interficit iracundia.*

monium voluntarium; qui potestatem accipit in spiritum cum illis agitationibus & motibus, quos ipsum Dæmonium edit, quando alicuius corpus obsidet.

II. Deus vltionis

PRAETEREA, cùm Deus Dñs noster sit Deus *vltionis*, seueriſsimè eam exercet in eos, qui irati vindictam sumunt, occidunt, aut iniuriam aliquam proximis inferunt: propter quam causam contra duos primos iracundos, & homicidas, qui in mundo fuerunt, *Cain & Lamech*, & omnes illorum imitatores, sententia lata est, vt de *Cain septuplum vltio daretur, de Lamech verò septuagies septies*, hoc est, vltio valde plena, vt omnia genera pœnarum, quæ in vita hac esse possunt, complectatur.

Cain Lamech a *Gen.* 4. 24

III.

SED præ reliquis omnibus id considerandum est, quod Christus ipse Dominus contra hoc vitium dixit in Euangelio: b *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio, qui autem dixerit fatue, reus erit Gehennæ ignis.* Statim itaque ac ira cordi hominis incipit dominari; in sanctiſsimæ Trinitatis tribunali, & consilio incipit de vltione in eum, qui irascitur, agi, pœnæque seueritas iuxta peccati grauitatem statuitur. Si ira manet tantùm in corde, minori pœna mulctabitur; si aliquibus signis foras prodit, irriſione, aut alijs externis gestibus, crescit concilium, vt pœna augeatur; quòd si graue aliquòd verbum, aut iniuria eruperit; & multò etiam magis, si ad vindictam opere aliquo peruenerit, lata iam est Gehennæ, hoc est, ignis æterni sententia, contra illam; cui in ipso inferno coniunctus est iræ ipsius ignis, qui carnifex sit animæ crudeliſsimus. Quod enim ibi maxime torquet, ipsa est ira, impatientia, & rabies. Nam cũ purgatorij & inferni ignis idem sit: ille tamen propterea tolerabilis est, quia fertur patienter; hic verò est intolerabilis, propter iram & impatientiam, ideoque iracundi & impatientes duplicem ferunt infernum: alterum in hac vita, propter exiguam in temporalibus malis tolerantiam; alterum in futura, propter rabiem in æternis. O patientiſsime Ieſu, libera me ab ira, & impatientia: nullus siquidem grauior est infernus, quàm iræ subiectum viuere

b *Mat.* 5. 23 Christus Iudicium Concilium gehenna

Ira Racha *Fatue*

Ignis inferni Ira distat a Purgatorio.

Duplex iracundorum Infernus.

Oratio S. *Aug in Psal.* 149

I. Omnis iræ Fuga. S. *Dorotha. Serm.* 8.

Ex his considerationibus duo firma proposita concipiam, quæ plurimùm referant, ad perfectam huius vitij mortificationem. *Primum* est, omnem iræ motum fugiendi, quamuis iustitiæ & zeli velo operiatur: timere enim possum, ne zelo corrigendi, aut aliena vitia puniendi, affectus aliquis propriæ vindictæ misceatur.

II. Principijs obstare. c *Eccl.* 11. 34. d *Psal.* 38. 2. 10.

SECVNDVM erit firmum animi decretum, quemuis iræ impetum, quàm citiſsimè, antequam adoleſcat, reprimendi: Nam (vt Spiritus sanctus dicit) c *à scintilla vna augetur ignis* magnus quam in initio facile est

extin-

extinguere, si à d *verbis* & alijs externis iræ signis *me continuero* reddente mihi Deo victoriam motus interioris, in præmium externæ mortificationis.

PVNCTVM III.

Mansuetudo parit Patientia tolerat

TERTIÒ, consideranda sunt ingentia *bona*, quæ perfecta iræ mortificatio secum adfert, vt quæ duas virtutes iræ ipsi aduersantes, *mansuetudinem & patientiam* in se complectatur. Prima enim *reprimit* irã, ne cui noceat; secunda *tolerat* illatas iniurias. Prima facit nos *affabiles* omnibus; Secunda, ab omnibus *ferre*, si quid nobis inferant molestiæ. Ex quo *tria* proficiscuntur magna bona, quæ nos in omnibus reddunt perfectos siue *nos* concernant, siue *proximos*, siue *Deum*.

I. Nos

PRIMVM Mansuetudo & patientia faciunt, quietè, & pacificè nos ipsos, & passiones nostras possidere. a *Mansueti enim possident terram* cordis sui: Et b *in patientia nostra possidemus animas nostras*: ex quo conscientiæ pacem, & Spirituale cordis gaudium consequimur.

a Matt. 5. 4. b Luc. 21. 19.

II.

MANSVETVDO item amabiles nos reddit PATIENTIA admirandos. c *qui* enim *in mansuetudine opera sua perficit*, (ait Sapiens) *super hominum gloriam diligetur*: Et qui tantum habet roboris, vt iram suam reprimat, & iniuriam toleret, magnam sui apud omnes acquirit opinionem, vt proximos ædificet: nam (vt idem Sapiens ait) d *Melior est patiens viro forti; & qui dominatur animo suo, expugnatore Vrbium*, & maius est quodammodo *miraculum*, iniurias æquo animo ferre, quàm mortuos ad vitam reuocare. MANSVETVDO quoque & patientia amabiles non *Deo* reddunt: nobisque per eas ad *familiaritatem*, cum ipso patet accessus; qui sine illis occluditur. *Moyses*, ob insignem suam mansuetudinem arctam cum Deo familiaritatem habuit: cui (vt S. Dionysius ait) quòd tantillum in ea defecerit, *inminutus* est Spiritus quem priùs acceperat. Quare e *si in omni loco Deum orare puraque manus ad cœlum tollere* volo, necesse est, *sine ira, & disceptatione* id facere: mansuetudinis, & patientiæ alis me ipsum eleuando.

c Eccl. 3. 19. Proximus ædificatur. Miraculũ d Prou. 16. 32. Cassi. Coll. 12. c. 3.

III.

Deus. Moyses

TANDEM, si mansuetus, & patiens sim, particeps etiam ero eminenter Spiritûs *Iesu* Christi Domini nostri, qui in *vtraque* virtute hac magnopere excelluit: veraque earum exempla in vita & passione sua, tanquã mansuetissimus, & patientissimus agnus nobis reliquit, quo nos traheret post se. Et duobus Apostolis, qui spiritu iræ, & vltionis, zeli quodam velo cupiebant ignem de cælo in Samaritanos descendere: f *Nescitis*, inquit, *cuius spiritus estis*: quasi diceret: Spiritus discipulorum meorum non iræ, sed mansuetudininis; non vindictæ, sed tolerantiæ, & patientiæ esse debet. O mansuete, & patiens Iesu, qui, g *cum maledicereris*

Epist. 8. ad Demophil. e 1. ad Tim. 2. 8.

IV.

IESV Imitatio

Apostoli

f Luc. 9. 55.

g 1. Pet. 2. 23. Oratio

non maledicebas: cum patereris, non comminabaris; &, cum contemptum grauem audires, aut diuina manſuetudine reſpondebas; aut ſtupendo tacebas ſilentio. Adiuua me, quæſo, vt ad tui imitationem, iram meam vincam, impatientiam reprimam, amplectar verò manſuetudinem: vt patientiâ bene armatus, aduerſa libenter feram; &, ad æternam tecum habendam requiem, perueniam, Amen.

MEDITATIO XXIII

DE INVIDIA.

PVNCTVM I.

S. Tho. 2 2 q. 36. Inuidia superbiæ filia

ac ſocia

actus eius

INVIDIA, eſt inordinata de *bono proximi*, quatenus noſtrum excedit, & obſcurat, triſtitia. Oritur illa ex *ſuperbia*, habetque ſociã ipſam *iram*: ideoq; vtriuſq; huius vitij actus eam comitantur. Vſitatiores eius actus ſunt, *proximum odiſſe*, quia res illius me contriſtant; *Gaudere*, ſi video eum imminui: *dolere* cùm videò exaltari, grauiter audire eius *laudes*, libenter eius *detractiones*; *murmurare* de eo, & rebus eius, procurando eas imminuere, & omnino occultare; mediaque, quibus id obtineam, adhibere: *Fouetur* INVIDIA omni genere bonorum, & malorum: ex quo *quatuor* eius modos, aut gradus diſtinguere poſſumus.

Bonis & malis paſcitur.

Gradus 4.

I. Craſſior ob tempoalia

Primus gradus eſt craſsioris inuidiæ, cũ alios videmus in temporalibus bonis fortunarum, honoris, dignitatum, familiaritatum cum principibus, pulchritudinis corporis, & ſimilium rerum excellere, noſque ab eis ſuperari; Hæc inuidia propriè pertinet ad *mundanos* homines; oriturque ex *ſuperbia*, quàm ſupra Meditat. 18. mundanorum nuncupauimus.

Mũdanorũ ex ſuperbia

II. Maior ob Scientiam

ALIA *inuidia* eſt *maior*, quæ *literis*, ſcientijs, ingenio, induſtriâ, & alijs excellentijs, quæ ad intelligentiam ſpectant, fouetur. Hæc eos inuadit, qui *ſtudia* profitentur; admittitque contentiones, & pertinacias, & alia illicita media, vt quiſque honoratior euadat; alterius verò exiſtimationem diminuat, aut ſplendorem offuſcet.

III. Maxima ob Virtutes ex ſuperbia ſpirituali.

TERTIA *Inuidia*, quæ *multo maior* eſt, *virtutibus* & Spiritualibus bonis nutritur: Cùm quis contriſtatur, quòd alius in illis excellat, & propterea in honore habeatur, & tanquam ſanctus laudetur. Hæc oritur ex ſuperbia, quam ſpiritualem vocamus: aggrediturque eos, qui ſtudioſis actionibus occupantur; eſtque familiaris *tyronibus*, & *Hypocritis*.

IV. S. Tho. 2. 2. q. 36. art. 4. ad 2 & 3. 4. a. 2.

DENIQVE cùm hæc creſcit, peruenit ad *ſupremum* gradum, qui dicitur, INVIDIAE, *gratiæ, & charitatis fraternæ*; eſtque vnum ex illis peccatis, quæ

dicuntur

dicuntur in Spiritum ſanctum: quia ex eo triſtatur, quòd videat, proximum eſſe virtute ornatum, & habere gratias, & dona Spiritus ſancti; optatque, ne illa haberet. Ex quo grauiſsimum illud oritur ſcandali peccatum, cùm dicitur aut fit aliquid, quo proximus Dei gratiam, & charitatem amittat. Talis fuit Inuidia Diaboli aduerſus hominem. *Inuidia enim Diaboli* (vt ait Sapiens) *mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.* Et hoc ſufficere deberet, ad deteſtandi huius vitij horrorem, quòd me Sathanæ faciat imitatorem. Quare erubeſcens de peccatis huius generis à me admiſsis, mihi ipſi dicam: Quandoquidem ad Chriſti imitationem es vocatus, ne eius inimicum imiteris, & ſequaris in *Inuidia:* niſi particeps etiam eſſe velis *mortis*, quam ille introduxit.

Peſsima gratiæ in Spiritum Sanctum
a *Sap.* 2. 24.
Scãdalum
Diabolus
Mors
Colloquiũ

PVNCTVM II.

SECVNDO, conſideranda ſunt innumera mala *culpæ & pœnæ*, quæ oriuntur ex inuidia iuſtè id ſtatuente Deo, vt ipſamet carnifex ſit crudeliſsimus eius, qui illâ laborat, tam in hac vita, quàm in futura.

PRIMVM enim, *Inuidia* eſt venenatus infernalis ſerpentis afflatus, quo totum ſuum *venenum* ſimul immittens, ad grauiſsima quæque ſcelera inſtigat, dum rationis lumen obſcurat, & animã exaſperat, corpus alterat, & ipſa a *oſſa putrefacit*, multoque ampliùs validas cordis virtutes deſtruit. Eſt etiam ex altera parte morbus incurabilis, aut certè difficillimæ curationis. Quia enim eſt infame, & vilis animi vitiũ, erubeſcimus illud Spirituali medico aperire: & quocunque tandem euentu, ſiue proſpero ſiue aduerſo fouetur, & nutritur. Quod totum expendi poteſt, ex aliquibus Scripturæ ſacræ exemplis, in omni genere hominum, iuxtà propoſitos inuidiæ gradus.

I.
Venenum Sathanæ
a *Prou.* 14. 30.
Morbus incurabilis
Non detegitur
Omni fomento nutritur

CAIN actus inuidiâ, quòd Deus, fratris ſui Abel ſacrificium acceptaſſet, fraude eum, & crudeliter b *occidit*, volenſque Deo peccatum ſuum occultare, de venia, & remedio deſperauit. FRATRES c IOSEPH, inuidiâ moti, eum in *ciſternam* coniecerunt, ex qua extractum in mancipium *vendiderunt*, nec voluerunt placari, quamuis ſe coram illis humiliaret. CORE, DATHAN & ABIRON, Inuidiâ, Aaronis, & Moyſis dignitatem ibi vſurpare voluerunt, & populum conturbarunt. d *Quare diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum; &, aperiens os ſuum, deuorauit illos, & deſcenderunt viui in Infernum.* e SAVL Inuidiâ adeò obſtinatè DAVIDEM eſt perſecutus, vt inſtar obſeſsi à Dæmone, vixerit, & ſeipſum, tanquam deſperans, occiderit. Denique f IVDAEI inuidiâ, qua Chriſtum Dominũ ſunt perſecuti, maxima ſcelera commiſerunt; maximaſque omnium, quæ hactenus in mundo fuerint, pœnas dederunt.

II.
Cain
b *Gen.* 4. 8.
c *Gen.* 37. 24.
Ioſeph
Core
d *Num.* 16. 31.
e 2. *Reg.* 31. 6
Saul
f *Matt.* 27. 18.
Iudæi

HINC tranſitus fiet ad perpendenda ſupplicia, quæ in *Inferno inuidi*

III.
Infernus

Possessor ē necat g *Prou.17. 22.*

rabie incredibili ad se inuicem Conuertentes, carnesque suas mordentes, patientur vbi crudelis ille vermis, illorum rodens conscientias, dentes suos acuet inuidiâ, vt magis excruciet memores eorum bonorum, quæ ipsi quidem amiserunt, alij verò sunt consecuti: id quod locum habebit, maximè, postquam in die Iudicij, bonorum gloriam conspicient, quos hic despexerant. Denique Inuidia adeò praua est, & crudelis, vt in proprium eius, qui illa laborat, detrimentum omnia conuertat. Nam etiam ex bonis alienis, more suo g *tristitiæ spiritum* haurit, qui *exsiccat ossa*; ex *malis* verò alienis eo modo lætitiam capit, vt culpâ suâ illorum se participem reddat: ideoque in inferno, & bona, & mala aliena in inuidorum tormenta conuertuntur. Quæ si ita sunt: quomodo non horream feram istam bestiam? quomodo audeam cum hoc Basiliſco habitare, qui suo aspectu me torquet, & interficit? O quàm verè dictum illud Iudæ Apostoli mihi conuenit. h *Va* mihi, *qui*, vt malus *in via Cain abierim*, dum fratres meos inuidiâ sum persecutus, & vt *vt Balaã errore*, iniquis meis consilijs eos deturbare curauerim; & in *contradictione Core* meipsum exaltare, illos verò deprimere voluerim. Meritus sum, Deus meus vt terra os suum aperiens me deuoret, sicut *Core*; ac miserè, sicut *Balaam*, peream; & vt me à conspectu tuo in æternũ repellas, sicut *Cain*: vt eos in pœna sequar, quos sum secutus in culpa. Sed in hoc gratiâ tuâ recedo à partibus *Cain*, quod confitear maiorem esse misericordiam tuam, quàm sit iniquitas mea, vt propterea veniam me consecuturum sperem.

Colloquiũ h *Iud. Apost. in sua Can. vers.11.*

Balaam Oratio

PVNCTVM. III.

Bona Charitatis fraternæ

TERTIO, consideranda sunt ingentia *bona*, quæ in perfecta inuidiæ mortificatione, & in amplectenda *Charitate fraterna* continentur: sed in primis huius charitatis actus, quatenus inuidiæ aduersantur, perpendendi.

1. Actus *D. Bern. serm.49.in Cant.*

PRIMVS actus est, statim resistere prauis eius motibus, ita vt quamuis sentiam tristitiam de bono proximi, me aggredientem, illi tamen non consentiam: ALTER melior actus est, si gaudeam de bonis proximi illiqúe ex animo ita congratuler, atque si mea essent propria: TERTIVS adhuc perfectior est, optare, multos esse, æquè præstantes atque ego; imò etiã præstãtiores, si Deo id placeat: ita hoc nomine, quòd ita Deo placeat exultando, atque si illos ego excellerem.

1. Non consentire
2. Gaudere
3. Optare

II. Dei voluntas & gloria

VT ad excellentes hos actus me excitem, perpendam, Christiani, & generosi animi esse, DEI potiùs beneplacitum velle, quàm proprium, eiusque gloriam multò magis amplificari cupere, tam ad hominum, quàm ad rerum multitudinem, quam propriam meam; imò, si Deus id vult, & in hoc glorificetur; quod alij maiora dona naturalia aut supernaturalia habeant,

Digitized by Google

beant, quàm ego, iuſtum eſt me hoc ipſum libenter habere. Nec eſſe debeo ſicut Ioſue Moyſis famulus, qui tangebatur inuidia, quod alij prophetarent; ſed potiùs ſicut ipſemet Moyſes, qui dixit: i *Quis tribuat, vt omnis populus prophetet*, & det eis Dominus ſpiritum ſuum, vt omnes, & Sapientes ſint, & prudentes, ac ſancti, & ſeruiant ac glorificent Deum. Nec eſſe debeo ſicut illi ſancti Ioannis Baptiſtę diſcipuli, qui inuidebant Chriſto, k *quòd baptizaret, & omnes ad eum venirent*, ſed ſicut ipſe Ioannes, qui reſpondit: *Qui habet ſponſam ſponſus eſt, amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi, hoc ergo gaudium meum impletum eſt illum oportet creſcere, me autem minui.* gaudeo, quòd meum proximum exaltari videam, me autẽ humiliari: ita enim expedit, ſiquidẽ Deus ita vult.

Moyſes
i *Num.*11. 28.29.
Ioannes
k *Ioan* 3.26
Charitas
Inuidia
Apis
Aranea

III.
Charitas
Inuidia
Bonum
Malum
elicit vndique

PRAETEREA, fraterna charitas, contra quam inuidia, ex rebus omnibus *bonum* aliquod pro ſe educit. Nam, ſi gaudeo de bonis proximi, facio illa quaſi propria mea, ſi doleo de eius malis, liberabor ab eis: his enim actibus, ad id me diſpono, vt Deus mihi det alia: & eo modo ab alijs liberet, quò mihi magis expedit.

DENIQVE, hac charitate, cuius l *fructus eſt pax, & gaudium in Spiritu ſancto*, incipiam ex nunc in terra delibare, quę ſunt in cælo: vbi omnes beati ſunt contenti, vbi minores gloriam participant maiorum: quia de illa gaudent. Quare & ego particeps ero felicitatis, & gaudij omnium meorum proximorum, cùm tot habeam lætitiæ cauſas, quot in illis bona eſſe cerno.

IV.
l *Rom.*14.17
Charitas
Beatorũ eſt

INCIPE itaque ſtatim, *anima mea*, in terra exercere vitam illam, qua ſperas te fruituram in cœlo. Si inuidere velis, conijce oculos in Sanctos, eoſq; m *in bono ſemper* (iuxtà Apoſtolum) *emulare*, & omnes contende in bono ſuperare: non vt magis honoreris, ſed vt DEVS magis in te glorificetur, in ſæcula. Amen.

Colloquiũ
m *Gal.*4.18
Aemulare
gloriam
Dei

MEDITATIO XXIV.

DE ACEDIA SIVE PIGRITIA.

PVNCTVM. I.

ACEDIA ſiue, vt vulgò dicitur, *Pigritia*, eſt inordinata quædam triſtitia, & importunum *ſtudioſorum exercitiorum* tædium. Varijs modis in ea peccatur propter plura vitia quæ ſecum trahit.

Pigritia
ſtudioſitati
opponitur.

PRIMVS,

I. Timor

PRIMVS, est nimius TIMOR laborum & asperitatum virtutis, quam propterea fugit: ex quo prædicta oritur tristitia, & tædium exercitiorum eius: vt si quæ fiant, morositas & torpor adsit in agendo.

II. Pusillanimitas S. Tho. 2.2. q. 133.

SECVNDA, est PVSILLANIMITAS & inertia in rebus arduis, & diuinis seruitijs aggrediendis: occultando hac de causa *talenta* à Deo concessa; nec illis vtendo, quando iustitiæ, aut charitatis lex obligat.

III. Languor

TERTIVS, est LANGVOR in lege Dei, consilijs Euangelicis, constitutionibus, & legibus statûs, & officij mei obseruandis, & adimplendis aut certè quod in speciem tantùm, cum intermissione, dilatione, repugnantia, metu; aut quia aliter non possum, aut propter alios fines abiectos & intentiones seruiles, & sæculares, ea præstem.

IV. Inconstãtia

QVARTA, est INCONSTANTIA in virtutum actionibus prosequendis, & ad finem perducendis, iam vnam, iam alteram, fastidij deuitandi causâ, delibando; à benè cœptis desistendo, & ad vomitum, vt canis redeundo.

V. Diffidentia S. Pho. 2.2. q. 20. a 4.

QVINTA, est EXANIMATIO quædam, & *diffidentia*, quòd, quas prætendis virtutes, assequi, & victoriam tentationum obtinere possis: ex quo descendendo, gradus fit vsque ad desperationis abyssum.

VI. Rancor S. Greg. l. 31 Mor. c. 31.

SEXTVS, est RANCOR & INDIGNATIO contra spirituales viros: vel quòd ipsas eorum virtutes, & bona exempla fastidiam; vel quod eorum admonitiones, & correctiones grauiter feram.

VII. Otium

SEPTIMA, est OCIOSITAS, qua pretiosum *tempus* à Deo mihi concessum, frustra amitto, nimius item *somnus*, & in bonis operibus, spiritualibus præcipuè exercitijs, Orationis, lectionis, Missæ, Concionum, & sermonum de Deo, *somnolentia*: propterea quòd exiguum in illis *gustum* inueniam.

VIII. Vagatio

OCTAVA, est VAGATIO ad diuersa illicita, & vana, vt in illis solatij quidpiam inueniam: quales sunt voluntariæ cogitationis, & imaginationis distractiones; garrulitas, & linguæ dissolutio ad verba ociosa, ludosque vanos; scœnicarum Actionum conspectus, curiositas sensuum, corporis etiam ipsius ab vno loco in alterum vagatio: vt tempus ita fallendo, me recreem: tot mutationes, absque vlla stabilitate in re aliqua; quærendo, præterquam in hoc, quod sim semper instabilis.

Constans in Inconstantia

IX. Negligẽtia

DENIQVE, cum hoc vitio cohærent peccata omnia *omissionis*, & *negligentiæ* in diuini obsequij rebus, quæ vt sunt innumerabiles, ita vix opus aliquod bonum inuenias, cui aliquis horum defectus adiunctus non sit, aut in principio, aut in medio, aut in fine. Quamobrem grauiter me coram Deo accusans, dicam: Confiteor, *Deus meus*, me vel in hoc solo vitio sine numero deliquisse: quare omnia simul peccata in multitudinem sine

Oratio

numero

numero tuarum miſericordiarum proijcio, vt multitudini ſine numero miſeriarum mearum remedium adferas.

PVNCTVM II.

SECVNDÒ, conſideranda ſunt grauiſsima Acediæ, & pigritiæ damna: quorum quædam ab ipſamet proueniunt; alia iuſto Dei iudicio accedunt, tam in *hac*, quàm in futura vita.

Damna Acediæ

S. Bern ſer. 3. & 5. de aſcenſ.

PRIMA damna ſunt grauiſsima, quia ACEDIA, & tepiditas grauis eſt, & periculoſa vmbra mortis, inferno valde propinqua: cor à cæleſtibus conſolationibus euacuat, implet verò triſtitiis; aperit portam innumerabilibus Dæmonis tentationibus, qui ex inſtituto accedit, vt animam inhabitet, a *quam inuenit* ocioſam, & *vacantem, & ſecum adducens ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe*, hoc eſt, multitudinẽ peccatorum, *ingreſſi habitant ibi*: omnes enim ad animam pigram, & ocioſam (quod b *multã malitiam doceat otioſitas*) ſe recipiunt: vt quæ incultæ vineæ, ſiue agro ſimilis ſit, de qua Salomon: c *Per agrum hominis pigri tranſiui: & ecce totum repleuerant vrticæ; & operuerunt ſuperficiem eius ſpina; & maceria lapidum deſtructa erat.* Quid enim aliud *vrticæ* ſunt, quàm peccata? & *ſpinæ*, quàm paſsiones, & conſcientiæ amaritudines? Illa ergò anima à Dæmonibus calcatur, & à variis cogitationibus, quæ iter agentium inſtar, liberè eam ingrediuntur, & exeunt. Ex quo extrema ſpiritualium bonorum inopia, & inutilis mendicitas prouenit. d *Qui* enim *propter frigus arare noluit* hyeme huius vitæ, *mendicabit æſtate* mortis, *& non dabitur illi.* Et e *qui ſectatur otium, replebitur egeſtate*: ſicut f *quinque illæ fatuæ virgines, quæ* ex pigritia *dormierunt*; & cum excitatæ *oleum à prudentibus* peterent, non fuit illis datum.

I. Peccatores opprimit a Luc. 11. 26

b Eccl. 33. 29

c Prou. 24. 30. 31. Inculcus ager otioſi

d Prou. 20. 4 e 28. 19.

f Matt. 25. 9

IVSTI præterea ipſi maxima patiuntur damna à tepiditate, quæ velut tinea eſt virtutum, & vermis bonorum operum, conſcientiarum aloe, diuinarum conſolationum exilium, meritorum diminutio, & laborũ augmentum: tepidi enim in virtute, pleni ſunt timoribus & deſideriis. g *Pigrum enim deijcit timor, deſideria occidunt pigrum*: laborant multum & proficiunt parum. h *Onus enim* diuinæ legis, quod in ſe eſt *leue*, fit illis graue: & ideo quamuis illud ferant, parum proficiunt, propter repugnantiam, & tædium, quo illud ferunt: ac propterea à verſantur in periculo illud abijciendi, in illam incidentes Hieremiæ maledictionẽ: i *maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*, & negligẽter. In altera verò vita terribilẽ ſuſtinebunt pœnam. Chriſtus enim Dominus cuidam Epiſcopo tepido minatus eſt: k *Quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo*, & ex corpore myſtico Eccleſiæ.

II. Iuſtos enerat.

g Prou. 18. 8 h. 21. 25.

h Matt. 11. 30.

i Hier. 48. 10 à Chriſto ſeparat.

k Apoc. 3. 16

DENIQVE, ſicut l *Seruus piger, qui fodit talentum Domini ſui*, iis, quæ

III

l Matt. 25. 28 30.

Inferni incolas facit

priùs habebat, *spoliatus, missus est in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium*; ita piger cruciabitur in Inferno, pœnâ eius pigritiæ accommodata: auferetur enim ei fidei & spei talentum, quod suffossum tenuit, & quoniam ociositatem secutus, laborem horrebat, in perpetuis habitabit tenebris, nihil operando, sed patiendo, tremendo, dentesque dentibus, præ tormentorum magnitudine concutiendo. O DEVS æterne, cuius sententiâ m *pusillanimes & pigri* in *deserto periêre*, nec ingressi sunt, quam illis promiseras, terram; Confiteor, mea pigritia, me promeritum esse, ejici è domo tua; & è regno exclusum, manibus pedibusque ligatis in abyssum præcipitari. Doleo de præterito torpore meo, à quo vt liberer, supplex peto: vt æternæ promissionis terram ingredi dignus inueniar. Amen

Oratio

m *Num.* 4. 3. 23. 30.

PVNCTVM III.

Feruoris commoda

TERTIÒ, considerandæ ingentia illa *bona*, quæ consequentur, qui spiritualem in Dei obsequio lætitiam, & *feruorem* amplectentes, Accediam vincunt, & pigritiam.

I. Habitus iucundos reddit laborem.

PRIMVM enim, opera virtutis feruenter operanti reddentur facilia, & iucunda. Nam paruo labore, imò & breui tempore multum proficiet: sicut illi operarij, qui tardè ad Patrisfamilias vineam venientes, tãto feruore laborarunt, vt n *vna hora laborantes*, tantum sint præmium promeriti, quantũ tepidi, qui multas horas, *portantes pondus diei & æstus*, laborarãt: quod vtique pondus non sensissent, si cum feruore laborassent: hilaritas enim spiritûs, o *Onus* legis *leue* reddit, *& iugum suaue*. Auget præterea merita; duplicat accepta talenta; magnam adfert animæ pacem: valdeq; perseuerantiam vsque ad obtinendam gloriam, reddit securiorem

n *Matt.* 20. 9. 10.

o *Matt.* 11. 30.

II. Licèt etiam perpendere: quàm Deo Domino nostro sit gratum, quòd ei feruenter lætoque animo seruiam. Cùm enim ipse sit essentialiter ipsa lætitia, p *& in omnibus operibus suis*, quæ facit; ac donis, quæ nobis tribuit, *lætetur*, complaceatque sibi, dum nobis benefacit; iustissimè iubet sibi q *seruiri*; &, quicquid petit, offerri, non cum tædio, tristitia; aut violenter, aut repugnanter; sed cum feruore, & *lætitia cordis*: r *Hilarem enim datorem diligit* DEVS: & tali datori magna ipse confert beneficia: s *Petitiones & t desideria cordis eius exaudiet*: ac denique etiam dat, vt lætitiam, quæ in cœlo communicatur, hic delibare incipiat; eò quod hilariter, diuinam voluntatem exequatur in terra. Ideoque seriò omninò nobilissimum hunc lætitiæ spiritum in eius obsequio ab ipso Christo Domino petam, dicens cum Dauide: u *Redde mihi lætitiam salutaris tui; & spiritu principali confirma me*. O mundi Saluator, qui x *exultasti vt Gigas ad currendam viam*, etiamsi asperam, & difficilem; impertire mihi spiritûs salutem, & lætitiam, quam mihi promeruisti: quò cursum meum ita curram, vt æternam coronam consequi merear. Amen,

p *Psal.* 103. 31.

q *Psal.* 99. 2

r 2. *Cor.* 9. 7 Hilarem datorem diligit DEVS

s *Psal.* 36. 3. 4

t *Psal.* 20. 3 Oratio

v *Psal.* 50. 14

x *Psal.* 18. 6.

MEDITA-

MEDITATIO XXV.

CIRCA DECEM DEI Præcepta.

AD *finem huius meditationis consequendum plurimùm iuuerit, imaginatione fingere figuram aliquam illi similem visioni, quam habuit a* Zacharias *Propheta*, qui vidit volumẽ siue *Pergamenam extensam* volantem, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum, in qua scripta erãt peccata eius, qui *furatur*, & qui *iurat* in nomine Dñi mendaciter, *& maledictio, quæ illis propterea eueniet. Quod* volumẽ venit ad domũ furis & ad domũ iurãtis, & cõsumpsit eã, & lingua eius, & lapides eius. *Hoc, inquã, modo imaginabor coram me magnum aliquem* librum; *siue pergamenam latam valdè & longam, & in altera eius parte scripta conspiciam* iuramenta *mea*, furta, murmurationes, *cæteraq; peccata contra decem Dei præcepta à me commissa. Sicut enim illa, ego in mea* conscientia, *ita Deus eadem in* iustitiæ *sua libro describit: vt tempore suo illa puniat. In altera verò parte conscripta inspiciam maledicta, &* supplicia, *quæ Deus minatur ijs, qui decem hæc præcepta, aut illorum aliquod transgrediuntur: conferamq; peccata cùm suppliciis in* numero, grauitate, *&* duratione: *Quare si peccata mea multa fuerint, & supplicia erunt multa: si peccata grauia erunt, & diuturna; supplicia erunt grauissima, & æterna. Et quoniam supplicia, quando procul, & quasi multum à nobis distantia, conspiciuntur, parum ingerunt timoris, imaginabor, volumen illud diuinæ iustitiæ summa velocitate volare ad domum animæ meæ, quòd iam forte propè est, & sedebit hodie supra illam, morte, aut supplicio imparatum me aggrediente. Si enim ego* festino, *peccata peccatis cumulare, Deus etiam accelerabit supplicia; & consumet corpus, animam, honorem, facultates, & quicquid habeo. salubri hac apprehensione, concepta, supplicabo Deo Domino nostro, animam meam vt clarificet, quò* peccata, *quæ in libro illo sunt scripta; &* supplicia, *quæ illis sum promeritus, ipsius me gratiâ adiuuante cognoscam, amarè desleam, vt ego pœnitentia mea peccata deleam; & ipse misericordia sua, quæ scripserat contra illa.*

Hoc fundamento iacto, meditationem ingrediar, per decem Dei præcepta discurrẽdo, aduertens, (vt ait Cassia.) diuina præcepta duplicem habere sensum, alterũ literalẽ, *alterũ spiritualẽ. Primus pertinet ad* vulgares *homines, qui nõ aliud quærũt, quã vt* salui *sint: Secũdus ad eos spectat, qui non satis habent vt fugiãt lethale aut*

S. Tho. 1. 2 q 100. a. 4. & 5. & seq a Zach. c. 3 Zachariæ visio

Liber peccatorum

Conscientia Iustitiæ Dei Supplicia peccatorũ

Liber vola

Coll. 14. S. Bonau. e puſc. de dift fal. tit. 3. Et serm. de decem præcept. tom. 1

aut veniale peccatum; ſed, vt perfectionem conſequantur, euitare etiam contendunt id, quod imperfectionem aliquam contra finem præcepti inuoluit. Et iuxta ſecundum hunc ſenſum, modos contra ſingula mandata peccandi annotabimus

Senſus præceptorum duplex literalis, ſpiritualis *Exod.* 20. 3. &c.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDA primò ſunt, quæ Deus ſanctâ ſuâ lege *præcipit*, & quæ *prohibet*: variiſque modi, quibus illa *violatur*: per decem Decalogi præcepta, & ea quæ ſpiritualiter in eis continentur, diſcurrendo.

I. Præceptũ fidei, ſpei, Charitatis Peccata

1 Idololatria Infidelitas Inobediẽtia

a 1. *Reg.* 15. 23.

Gula, Auaritia

b *Phil.* 3. 19

c *Coll.* 3. 5.

d *Tit.* 1. 16.

Perfidia

2 Diffidentia vel Præſumptione

3 Odium Contemptus Tepor.

Primum præceptum præcipua opera *præcipit*, quæ ad fidei, charitatis, Religionisque virtutes pertinent: Vnum videlicet Deum ſolum adorare; firmiter omnia credere, quæ ipſe Eccleſiæ ſuæ reuelauit; ſperare quæ promiſit; ipſum denique præ rebus omnibus creatis amare.

CONTRA hoc præceptum peccatur *primùm idololatriâ & infidelitate*, falſos ſcilicet Deos adorando; aut quod Deus reuelauit, omninò negando, aut etiam de eo dubitando: ad idem verò refertur adorare (vt ſcriptura loquitur) proprij iudicij & voluntatis idolum, a *quaſi peccatum enim* (dixit Samuel) *ariolandi repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere*: Rebellat enim, qui talis eſt, contra Deum: Aut *ventrem* pro Deo habere, dicente Apoſtolo: b *quorum Deus venter eſt*, aut c *auaritiam*, de qua idem Apoſtolus, quòd ſit *ſimulachrorum ſeruitus*: aut denique eundem: d *qui confitentur, ſe noſſe Deum, factis autem negant*: dum debitam illi fidelitatem nõ ſeruant.

Secundò peccatur DIFFIDENTIA, gloriam aut peccatorum veniam obtinendi; aut Deum orationibus meis flectendi, vt eas, iuxta promiſsionem ſuam, exaudiat. è contrà verò etiam peccatur PRAESVMPTIONE, eadem conſequendi, non adhibitis mediis, quibus Deus ea obtinenda ſtatuit.

TERTIO, etiam *odio* peccatur, aut *amoris* defectu; cum creatura aliqua plus quam Deus amatur; aut Dei voluntas, quò voluntati creaturæ ſatis fiat, contemnitur; aut denique *tepiditate*, cùm non ex toto corde, totâ animâ, mente & viribus diligimus: ſed ipſius, & beneficiorum eius obliuiſcimur.

II Iuramenta dirigit

SECVNDVM *præceptum* prohibet quemcunque *veritatis*, iuſtitiæ, *neceſſitatis*, & *reuerentiæ* defectum in IVRAMENTO: peccatur itaque, ſi iurem, dicens aliquid contra id, quod ſentio; aut promittens, abſque intentione implendi; aut, quod malum eſt: aut non impleam, quod eſt bonum; aut abſque neceſsitate, & vtilitate; aut non ſatis aduertens, quæ dico; aut ſine ea reuerentia, quæ ſummi DEI nomini debetur, quotieſcunque illud ore profertur: peccatur item infringendo VOTVM: aut eius executio-

Votum

nem

nem sine cauta differendo: aut si in eius custodia negligens fuero; degenerando videlicet ab ea perfectione, quam profiteor.

III. Festum Missa

TERTIVM Præceptum de FESTORVM SANCTIFICATIONE prohibet omne opus seruile; iubet verò sacro *Missæ* interesse. peccatur ergo contra illud, in primis, si quod seruile opus prohibitum fecero; aut sacro Missæ non interfuero; aut sine debitâ reuerentiâ, & attentione; aut si eosdem dies in rebus, & à festo, & à fine, propter quem sunt instituti, alienis, orandi videlicet, & glorificandi Deum, consumpsero.

IV. Parentes honorandi Carnales Spirituales imo omnes

QVARTVM *Præceptum* iubet, carnales PARENTES nostros HONORARE; eisdem in suis necessitatib. adesse; & iustis illorum præceptis obtemperare: Idemque de Patribus *Spiritualibus*, Prælatis, & superioribus, est intelligendum; quorum iussis æquè est obtemperandum; nihil contra illa faciendum; nec iudicij proteruiâ, nec voluntatis tergiuersatione, aut executionis dilatione obsistendum. Et adhuc ad maiorem huius *perfectionem* e *omnes*, humilitatis gratiâ, *tanquam mihi superiores* sunt obseruandi, omnes honorandi: f *omni humanæ creaturæ propter Creatorem* deferendũ.

e *Phil. 2. 3. 1. Pet. 2. 13.*

V. Homicidiũ Ira.

QVINTVM *Præceptum* prohibet OCCIDERE, quo totum illud prohibetur, quod meditatione 22. de Ira diximus.

Anima z Spiritus' g *1. Thess. 5. 19.* h *Heb. 6. 6.* 3 Christus 4 Proximus *D. Ambr. d. 16. C. pasce fame moriẽtem: si non pauisti, occidisti.*

SED VT rem spiritualiter magis exponam *Primus* occidendi modus est, quo meam ANIMAM culpa occido: quia gratiæ vitam ei adimo. *Secundus* est, quo g SPIRITVM *extinguo*, hoc est, Spiritûs sancti inspirationes; bona illa desideria, quæ suggerit, nihili faciendo. *Tertius*, h *Christum intra me ipsum crucifigendo*, ipsius sanguinem ijs operibus conculcando, propter quæ secundò fuisset crucifigendus, nisi prima crucifixio sufficisset. *Quarto*, occido etiam *proximorum* animas, dum illos scandalizo; & malo meo exemplo ad malum pertraho; aut si correctione, consilio, aut eleemosyna spirituali illis non succurro, quando me charitas, ad id obligat. Quemadmodum dicitur occidere *pauperem*, qui corporalibus misericordiæ operibus illi non subuenit.

VI. Luxuria. Spiritualis *1. Cor. 2. 17 Cass. Coll. 14. cap. 11.*

SEXTVM est, NON MECHARI: quod ea prohibet, quæ *vigesimæ* meditatione de *luxuria* diximus: sed sunt alij modi adulterij, & fornicationis spiritualis, dum DEVS, qui verus est animarum sponsus, deseritur: vt inordinato amore alicui creaturæ coniungamur. Item, dum opera, aut i *verba Dei adulteramus*, si ea fiant, aut dicantur, non ad placendum ipsi; aut ad spirituales filios gignendos, qui ipsi placeant; sed propter meam voluptatem, aut temporale commodum: aut denique, si Dei nimium oblitus, in rebus ociosis, & caducis occupatus, vitam ducam.

Adulteriũ verbi DEI.

VII. Auaritia spiritualis

SEPTIMVM *Præceptũ* est, NON FVRARI: quo prohibetur quicquid in *Med. 21.* de AVARITIA diximus. Et præterea spiritualiter furor, destruoque multa aliena, inuito eorum domino. Nam in primis *Dei gloriam* mihi

S. Basil. ser. de Abdicas. rerum.

vſurpo, donaq; mihi attribuo; *tempus*, quod in eius obſequio expendendum eſſet, fruſtra conſumo; non reddo illi, quæ vel ob peccata mea vel ob collata in me beneficia, teneor; nec.n. pro illis *pœnitentiã* ago; nec pro his me *gratũ* exhibeo. vſurpo etiã voluntatem, quam *obedientiæ* voto priùs illi tradiderã; & eius autoritatẽ, cùm proximorum meorũ *ſecreta*, quæ ad ipſius Tribunal ſpectant, diiudico: Deſtruo ſimiliter *charitatẽ*, & ſpirituales proximorũ diuitias, ad partes accedens Sathanæ, Latronum Capitanei quem in agendis de eis prædis adiuuo.

Dei gloria
Tempus
Pœnitentia
Gratitudo
Obedientia
Iudiciũ temerarium
Charitas

VIII. Octavvm eſt, Non Dicere Falsvm Testimonivm, quo prohibentur peccata omnia *linguæ*, quæ contra honorẽ, & famã proximi *tendunt*, quorum aliquã ſuprà fecimus mentionẽ, *Medit.* 22. de *Ira*. Prohibetur itẽ temerè de reb. proximi *iudicare*; aut eas in peiorem partẽ, abſq; ſufficienti cauſa, *interpretari*; aut quacunquè mendacij fictioniſve ſpecie *decipere*, qualis eſt hypocriſis, adulatio ſimiliaque verba, quæ in ſpeciẽ tantùm dicuntur; quemadmodum etiam *officia*, quæ abſque implendi animo offeruntur.

Detractio
Hypocriſis
Verba officioſa.

Spiritvaliter verò hoc *præceptum* interpretando, in ipſum Devm, falſum dico teſtimonium; cùm de eius bonitate, miſericordia, Iuſtitia, aut prouidentia, abiectè ſentio: & cum prauis meis operibus, infamiæ notam eis Inuro; & opinionis exiſtimationẽ ipſius Legi & Doctrinæ imminuo. Sic enim ego ſum cauſa cur k *Sanctum eius nomen inter gentes blaſphemetur* aut minoris fiat: & inter ipſos Fideles minor eidem reuerẽtia exhibeatur. Deo item mentior, quando non impleo, quod illi promiſi; aut propoſitum, aliquid pro eius obſequio faciendi, muto.

contra Deum

k Iſai. 52. 5. Rom. 2. 24.

Nonvm, Decimvmqve præceptum in *ſexto* & *ſeptimo* ſatis ſunt explicata.

Postqvam hæc peccata perpendero, magno animi dolore & pudore, illorum me reum coram ipſo Deo agnoſcam, dolens quod illa admiſerim: & quamuis vel l *vnicum* præceptũ tranſgreſſus fuiſſem, debeo (vt S. Iacob. ait) me *omnium reum* agnoſcere: quia in vnoquoq; inuenitur, quod in omnibus ſpiritualiter prohibetur: Nam vel ſolum vnum lethale peccatum, eo modo, quo diximus, eſt Idololatria, infidelitas odium, homicidium adulterium, furtum, falſum teſtimonium. Quare infamib. huiuſmodi verbis meipſum arguere poſſum, O Idololatra, infidelis, adulter, latro, falſarie, homicida, cur auſus es, Deum tantæ Maieſtatis, tot modis iniuriâ afficere? Quomodo non dolore diſſiliat cor tuum, qui Domini tui mandata adeò iuſta perfregeris. O Deus animæ meæ, vtinã cũ Dauide dicere poſſem: m *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.* Da Domine, copioſas has lachrymas, quibus innumerabiles culpas meas eluere poſsim.

l Iacob. 2. 10.

Vnius peccati mortalis malitia

Colloquiũ Oratio

m Pſal. 118. 136.

Praecepta II.

Quando, inquiebamus, est malefida, quo Deus in lege fuerat ex-
pressus, ut ea mulier, si hortando, aut dissuadendo, quicquam ad virum
tentaret, fraudulenta.

Hoc quoniam in pluribus quoque, in variis illorum malefidorum exem-
plis, quae Mosi in libris divinitus inscripta sunt, animadvertimus, diximus
quoque, quae ad hanc rem pertinerent, ea nos, quum de Praecepto I. dice-
remus, esse dicturos. Nunc autem, quum de malefidorum exemplorum
cura, malefida sint, quae, manifesta fraus sunt, & (nulla certatio, ut
aiunt) haud tantum, quae fraus non manifesta fuit, dicendum est. Quae
fraus ea sit, non minus facile, quam fraus, & quidem, & ex quotidiano
usu vitae, quo in loco certatur, & quotidianis exemplis, adiungi-
mus hoc unum: Non de eo, qui certat, & in certa negotia se tra-
hit, quum ipse, quae sua sint, videat, & quae ad ea, quae certa sunt, ad-
hibenda, & quae non adhibenda, ut ea, quae certa sunt, ad exitum bonum
ducant, ipse sibi consilium capiat, & ipse sibi, quae ad ea, quae certa sunt,
ad exitum bonum ducant, adhibenda, & quae adhibenda fuerint, non
adhibenda, ipse sibi consilium capiat, & ipse sibi, quae ad ea, quae
certa sunt, ad exitum bonum ducant, adhibenda, & quae adhibenda fuerint,
non

remittendo, quas contra legem tuam admisi; & à maledictis me eripiendo, quæ eisdem meis peccatis sum promeritus.

II

Licet etiam & alias pœnas expendere, quæ *decem Aegypti plagis* designantur: quibus legis Dei (quæ decem Decalogi præceptis continentur) transgressores puniuntur, vt qui Dei mandato, sicut *Pharao* & eius serui, rebelles se exhibeãt. Contra illos.n. missæ sunt *Ranæ, Muscæ, Ciniphes, Pestes, Locustæ, Fulgura, Fulmina, Grandines*, densæque *Tenebræ*: & ipse Dei Angelus nudato gladio domos illorum ingressus h *Primogenita illorum occidit*; & quæ charissima illis erant, destruxit; donec tandem in mari submergerentur: Quibus plagis similia isti rebelles experiuntur flagella, donec vltimò tribulationum *mare*, quod liberum iustis transitum præbet, ipsos ob scelera, & rebellionem suam absorbet, atque suffocat: & sicut plumbum in profundum Inferni descendunt, vbi æterno illo igne liquefient, & cruciabuntur.

Decẽ plagæ Aegypti

h *Exod.* 15. 19.

Tandem Gehenna.

III.

Ne verò, eas plagas antiquos tantùm, & ante Christi aduentum tetigisse, existimaremus, quãdo Dominus i *Deus vltionum appellabatur*: voluit, earundem in *Apocalypsi* fieri mentionem. Diuina enim prouidentia, quæ in legis suæ *obseruatores* benigna est, etiam est in *transgressores* seuera: habetque in promptu k *septem Angelos*, cum *septem* tremendis *tubis*; & *septem* alios cum *septem phialis plenis iracundiæ ipsius*, quas m *effundunt super terram*, vt peccatores tremendis his plagis percutiant. Quomodo non tremis, *anima mea*, diuinæ Legis transgressionem, quæ terribiles adeò, Zelantesque habet vltores? Cur te non terrent tubarum illarum clangores? non horres horrenda phialarum illarum vitia? quo modo ad tot plagarum atrocitatem non attonitus hæres? O Iesv mitissime, qui vulnera quinque in cruce sustinuisti, imò à planta pedis vsque ad verticem capitis in ea fuisti vulneratus: adhibe culpis meis, pretiosi tui sanguinis antidotum, quò ab horrendis huiusmodi plagis eripiar.

i *Psal.* 93.1.

k *Apoc.* 8.7. 11 15.7.

m 16.1. Colloquiũ

Oratio

IV.

Vltimo, ad quasdam etiam *particulares* pœnas descendere possumus, quas in particularium quorundam mandatorum transgressores Deus in Scriptura minatur. Exempli causâ: n *vir multum iurans implebitur iniquitate, & non recedet à domo illius* plaga. Vbi grauissimæ *duæ* huius vitij pœnæ indicantur: quòd eius hominis domus *culpis, pœnis*, & plagis spiritualibus sit replenda; & vsque ad fundamenta euertenda: quod etiam maledicta illa o *voluminis* initio huius meditationis posita confirmant. Item in eum p *Oculum qui subsannat patrem aut matrem*, ait Sapiens, *effodiant illum corui de torrentibus, & comedant illum filij aquilæ*. Huiusmodi enim indignus est, qui diu viuat; sed infamem mortem obeat; & in futura vita corui, & aquilæ inferni extrahant illi oculos, & excæcent obstinatione; eiusque viscera ingenti dolore vorent.

Particulares pœnæ

n *Eccl* 23.11 Iurans

o *Zac.* 5.3.

p *Prou.* 30. 17. Subsannãs patrem.

Ad hunc modum possunt, & alia supplicia perpendi iuxta dicta in septem praecedentibus meditationibus.

PVNCTVM III.

CONSIDERANDAE tertio loco sunt BENEDICTIONES, quas in Legis obseruatores effundit DEVS, benedictiones inquam corporales, & spirituales; temporales, & æternas.

Benedictiones.

Hoc possum primum expendere ex earũ catalogo, quem in eodem Deuteronomio texuit Moyses, populo suo dicens. a *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie, venient super te omnes ha benedictiones, & apprehendent te: Benedictus tu in ciuitate; & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terrae tuae, fructusque iumentorum tuorum: greges armentorum tuorum, & caulae ouium tuarũ: Benedicta horrea tua, & benedicta reliquiae tuae: Benedictus eris ingrediens: & egrediens: Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis. Suscitabit te Dominus sibi in populũ sanctum; sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius: videbuntq; omnes terrarum populi, quòd nomen Domini inuocatum sit super te: Et timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis; fructu ventri tui & fructu iumentorum tuorum; fructu terrae tuae quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum caelum: vt tribuat pluuiam terrae tuae in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quae ego praecipio tibi hodie: & custodieris, & feceris, ac non declinaueris ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.*

a Deut. 28.

Spirituales & Temporales.

HAS benedictiones prosequitur Moyses: quæ etsi *temporales*, vt statui & conditioni imperfecti illius populi accommodatæ, indicant tamen alias multò maiores, & *spirituales*, quas Deus Christiano populo impertit: licet neq; temporales illi denegentur, etiam modo quodam excellentiori. Nam cælestis nostri patris prouidentia, (sicut ipsius filius nobis promisit) recepit, se, conuenienti modo, eas destributurum. b *Haec.* n. *omnia*, ait, *adiicientur vobis.* Qui enim c *aperit manum suam, & implet omne animal benedictione*, melius eandem aperiet, vt filios suos repleat.

b Matt. 6. 33

c Psal. 144. 16.

Iucundæ

HINC gradum faciam ad perpendendas *spirituales* benedictiones, quas idem Dominus, Legis suæ obseruatoribus impertit. In qua obseruatione eminenter ipse inclusit tria illa bonorum genera, HONESTVM, VTILE, ac DELECTABILE: ex quibus iucundum alium catalogum texuit

l *Psal.*18. 8.

Dauid: In primis enim d *Lex*, ait, *Domini immaculata* est, & sanctissima, *conuertens animas: Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis*, & virtutes reliquas. Est deinde VTILISSIMA, ad obtinenda omnia bona, quæ desiderari possunt: non animæ solùm, sed etiã corpori. e *Longitudinẽ* enim *dierum*, ait Sapiens, *& annos vitæ, & pacem apponent tibi, si præcepta mea cor tuum custodiat*. Quare *desiderabilior est super aurum & lapidem pretiosum multum*, & quam omnes thesauri terræ. Est item g DVLCISSIMA *super mel, & fauum*, lætificans corda, maiori lætitiâ, quàm possint res omnes huius vitæ dulces adferre.

Vtiles
Prou. 3. 2.
*Psal.*18. 11.
Eccl. 24. 27.
Dulces.

Hinc est quòd *Tyrones* præueniat Deus h *in benedictionibus dulcedinis*, vt cum lætitia viam mandatorum eius currere incipiant. *Proficientibus* etiam i *dat Legislator* hic *benedictiones* dulcissimas, *vt eant de virtute in virtutem* vsque ad culmen perfectionis. k *Super caput* etiam *perfectorum iustorum Benedictio Domini*, quibus aliquid impertit delibandum eius, quo fruentur in gloria.

i *Psal.*20. 4.
Tyrones
Psal 83. 8
Proficientes.
k *Prou.*10 6.
Perfecti

ET denique, in die Iudicij suprema illis benedictione benedicens, dicet: l *venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* vt supra perpendimus.

l *Matt.*25. 34.
*Medit.*15. *puncto* 1.

Ex harum *benedictionum* consideratione, & earundem cum *maledictionibus* in proximo puncto positis collatione, tres præcipuos maximique momenti *affectus* in me excitare conabor.

Affectus tres.

1
Dolor
Mala tria
Vitia
Damna
Tristitiæ

Primus est, ingentis DOLORIS ob legem adeò *sanctam, vtilem, & suauem* à me violatam: propter quod cælestibus eius benedictionibus indignum me reddiderim, tria verò mala incurrerim, tribus illis bonis omninò contraria. Nam cum transgressione legis coniuncta sunt VITIA, quæ corpus, & spiritum maculant, & omnia temporalia, & æterna damna, quæ idem corpus, & anima patiuntur, & omnes deniq; TRISTITIAE, & amaritudines, quæ cor nostrum affligunt.

2
Fiducia
m *Eccl.*33. 3.
Fidelitas inter legẽ & Iustum.

SECVNDVS affectus est FIDVCIAE, qua firmiter sperem, si Dei legem seruauero, obtenturum me benedictiones, quas ille promittit, memor memorabilium illorum verborũ Ecclesiastici, m *Homo sensatus credit Legi, & Lex illi fidelis*, quasi dicat, Iustus & Lex mutuam sibi fidelitatẽ obseruant: iustus fidelis est in parendo Legi, & Lex illi, præmia reddendo: illa ipsum in periculis tuetur, consolatur in aduersis, dirigit in prosperis, consulit in dubiis, auxiliatur in negotiis, facitque vt eius Orationes exaudiantur, auxilium fert illi in vitâ, protegit in morte, ac denique, in gloriâ coronat. Esto ergo *anima mea*, Legi Dei fidelis, & illa tibi fidelis erit: ne desis in iis, quæ illa iubet: & non deerit illa in iis, quæ promittit: lauda summum tuum Legislatorem *In* n *Psalterio decem chordarum*, decem eius mandata seruando: particeps fies promissorũ eius: ne dicas, vt impij

Colluquiũ

n *Psal.* 32. 2

Israelitæ:

Iraelitæ: o *Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius?* p *Conuertere* potius seriò *ad Dominum* dolens, quòd illa fueris transgressus, & *videbis, quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.*

o Malac. 3. 14.
p & 18.

TERTIVS affectus debet esse magni AMORIS, & æstimationis LEGIS Dei, studendo (vt ait Salomon) q *eam describere in tabulis cordis mei*, quæ sunt tres animæ facultates: in *memoria*, vt eius semper recorder; *in intellectu*, vt continuè de illa mediter; in *voluntate*, vt illam amem, vitamque ipsam, si opus erit, pro illa exponam, & (vt dixit Moyses populo suo) r *meditabor sedens in domo mea, & ambulans in itinere, dormiēs atq; consurgens, & ligabo eam, quasi signum in manu mea, eritq; & monebitur inter oculos meos*, vt me ducat, dicēs cum Dauide: s *Quomodo dilexi Legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est.* O Legislator dulcissime, qui factus homo, statim t *Legē* Dei *posuisti in medio cordis tui*: eandemque gratiā tua u *in electorum tuorum cordibus scribis*. scribe, quæso, & in meo, ita *vt nunquam deleatur*; sed sim dignus x *scribi in libro vitæ*, y *ex quo non delear* in æternum.

3 Amor legis
q Prou. 3.3 7.3.
r Deut. 6.7.
s Ps. 118.97. Oratio
t Psal. 86.31
v Hier. 31.33
x Dan. 12.1
y Apoc. 3.5

PRAEDICTORVM CONCLVSIO.

EX his, quæ in hac Meditatione sunt dicta, summam quandam colligere licet titulorum siue causarum, cur grauiter dolendum mihi sit, quòd diuinam legem sim transgressus; & cur ad exactam, & perfectam eius obseruantiam animare me debeam. Primus titulus *siue causa est, quòd lex ipsa iusta sit ac sancta, omne genus* bonorū *eminenter complectens*: Secundus, *vt maledicta, plagasque temporaneas, & eternas, quas illa minatur, euadam*: Tertius, *vt consequar* benedictiones *huius, & futuræ vitæ, quas illa promittit.* Quartus *ac præcipuus, quòd* legislator *sit talis hoc est*, Deus *infinitè bonus, sapiens, potens, & infinitus benefactor: à quo omne bonum meum dependet, temporale & eternum quæ solaratio sufficere deberet, ad amandum legem à tali Patre latam; vehementerque dolendum, ob eius transgressionem.* Quintus, *quòd idem legislator homo factus, eam in medio cordis sui posuerit; venerit que, vt eam plenissime impleret, ne vno iota aut apice vno prætermisso: vt suo me exemplo ad eius custodiam impelleret.* Sextus Fidelitas *ipsius* legis *erga obseruantes, &* experientia, *quam habeo, quòd* bene *mecum agatur, cùm eam* seruo: *quia magna fruor pace, & serenitate conscientiæ, lætitia, & in Deum fiducia: contrà verò quàm* male, *quando eam* transgredior: *cor enim meum pre culparum magnitudine, timore nimio, conscientiæ remorsu, & aliarum miserarū tribulatione totum concutitur, & contremiscit. Ac* denique, *quod in* mortis *hora, nihil me magis affliget, quā, Dei me legem violasse, nec magis animū eriget quàm eandem obseruasse: vtpote ex qua salus, aut dānatio mea pēdeat æterna. Ex quo sicut Ecclesiastes suū librū, ita ego hic cōcludā.* z Deū time, & mādata eius obserua: hoc est, n. omnis homo. *& d sanctius: in*

Tituli obseruationis præceptorum.
1 Quia Bon:
2 Vt maledicta euitē.
3 Benedictiones consequar.
4 Deus legislator.
5 Christus seruauit
6 Lex fidelis
7 Mortis securitas.
z Eccl. vlt. 31.

Psal.18. 8. Dauid: In primis enim: d *Lex*, ait, *Domini immaculata* est, & sanctissima, *conuertens animas*: *Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis*, & virtutes reliquas. Est deinde VTILISSIMA, ad obtinenda omnia bona, quæ desiderari possunt: non animæ solùm, sed etiã corpori. e *Longitudinẽ* enim *dierum*, ait Sapiens, *& annos vitæ, & pacem apponent tibi, si præcepta mea cor tuum custodiat*. Quare *desiderabilior est super aurum & lapidem pretiosum multum*, & quam omnes thesauri terræ. Est item g DVLCISSIMA *super mel, & fauum*, lætificans corda, maiori lætitiâ, quàm possint res omnes huius vitæ dulces adferre.

tiles Prou. 3.2. Psal.18.11. ccl.24.27. ulces.

Psal.20.4. Hinc est quòd *Tyrones* præueniat Deus h *in benedictionibus dulcedinis*, vt cum lætitia viam mandatorum eius currere incipiant. *Proficientibus* etiam i *dat Legislator* hic *benedictiones* dulcissimas, *vt eant de virtute in virtutem* vsque ad culmen perfectionis. k *Super caput* etiam *perfectorum iustorum Benedictio Domini*, quibus aliquid impertit delibandum eius, quo fruentur in gloria.

yrones Psal 83. 8 rofician- es. Prou.10 6. erfecti

Matt.25. 4. Ledit.15. unct. 2. affectus res.

ET denique, in die Iudicij suprema illis benedictione benedicens, dicet: l *venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*. vt supra perpendimus.

Ex harum *benedictionum* consideratione, & earundem cum *maledictionibus* in proximo puncto positis collatione, tres præcipuos maximique momenti *affectus* in me excitare conabor.

1 Dolor Mala tria Vitia Damna Tristitiæ

Primus est, ingentis DOLORIS ob legem adeò *sanctam, vtilem, & suauem* à me violatam: propter quod cælestibus eius benedictionibus indignum me reddiderim, tria verò mala incurrerim, tribus illis bonis omninò contraria. Nam cum transgressione legis coniuncta sunt VITIA, quæ corpus, & spiritum maculant, & omnia temporalia, & æterna damna, quæ idem corpus, & anima patiuntur, & omnes denique TRISTITIAE, & amaritudines, quæ cor nostrum affligunt.

2 Fiducia m Eccl.33.3. Fidelitas inter legẽ & Iustum.

SECVNDVS affectus est FIDVCIAE, qua firmiter sperem, si Dei legem seruauero, obtenturum me benedictiones, quas ille promittit, memor memorabilium illorum verborũ Ecclesiastici, m *Homo sensatus credit Legi, & Lex illi fidelis*, quasi dicat, Iustus & Lex mutuam sibi fidelitatẽ obseruant: iustus fidelis est in parendo Legi, & Lex illi, præmia reddendo: illa ipsum in periculis tuetur, consolatur in aduersis, dirigit in prosperis, consulit in dubiis, auxiliatur in negotiis, facitque vt eius Orationes exaudiantur, auxilium fert illi in vitâ, protegit in morte, ac denique, in gloriâ coronat. Esto ergo *anima mea*, Legi Dei fidelis, & illa tibi fidelis erit: ne desis in iis, quæ illa iubet: & non deerit illa in iis, quæ promittit: lauda summum tuum Legislatorem *In* n *Psalterio decem chordarum*, decem eius mandata seruando: particeps fies promissorũ eius: ne dicas, vt impij

Colluquiũ n Psal. 32.2

Iſraelitæ: o *Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius?* p *Conuertere* potius ſeriò *ad Dominum* dolens, quòd illa fueris tranſgreſſus, & *videbis, quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.*

o Malac. 3. 14.
p & 18.

TERTIVS affectus debet eſſe magni AMORIS, & æſtimationis LEGIS Dei, ſtudendo (vt ait Salomon) q *eam deſcribere in tabulis cordis mei*, quæ ſunt tres animæ facultates: in *memoria*, vt eius ſemper recorder; *in intellectu*, vt continuè de illa mediter; in *voluntate*, vt illam amem, vitamque ipſam, ſi opus erit, pro illa exponam, & (vt dixit Moyſes populo ſuo) r *meditabor ſedens in domo mea, & ambulans in itinere, dormiēs atq; conſurgens, & ligabo eam, quaſi ſignum in manu mea, eritq; & mouebitur inter oculos meos*, vt me ducat, dicēs cum Dauide: s *Quomodo dilexi Legem tuam, Domine, tota die meditatio mea eſt.* O Legislator dulciſsime, qui factus homo, ſtatim t *Legē* Dei *poſuiſti in medio cordis tui*: eandemque gratiâ tua u *in electorum tuorum cordibus ſcribis.* ſcribe, quæſo, & in meo, ita *vt nunquam deleatur*; ſed ſim dignus x *ſcribi in libro vitæ*, y *ex quo non delear* in æternum.

3 Amor legis
q Prou. 3.3 7.3.
r Deut. 6.7.
s Pſ. 118.97. Oratio
t Pſal. 86.3
v Hier. 31.33
x Dan. 12.1
y Apoc. 3.5

PRAEDICTORVM CONCLVSIO.

EX *his, quæ in hac Meditatione ſunt dicta, ſummam quandam colligere licet* titulorum *ſiue cauſarum, cur grauiter dolendum mihi ſit, quòd diuinam legem ſim tranſgreſſus; & cur ad exactam, & perfectam eius obſeruantiam animare me debeam.* Primus titulus *ſine cauſa eſt, quòd lex ipſa iuſta ſit ac ſancta, omne genus* bonorū *eminenter complectens*: Secundus, *vt maledicta, plagaſque temporaneas, & æternas, quas illa minatur, euadam*: Tertius, *vt conſequar* benedictiones *huius, & futuræ vitæ, quas illa promittit.* Quartus *ac præcipuus, quòd* legislator *ſit talis hoc eſt*, Deus *infinitè bonus, ſapiens, potens, & infinitus benefactor: à quo omne bonum meum dependet, temporale & æternum qua ſolaratio ſufficere deberet, ad amandum legem à tali Patre latam; vehementerque dolendum, ob eius tranſgreſſionem.* Quintus, *quòd idem legislator homo factus, eam in medio cordis ſui poſuerit; veneritque, vt eam pleniſſimè impleret, ne vno iota aut apice vno prætermiſſo: vt ſuo me exemplo ad eius cuſtodiam impelleret.* Sextus Fidelitas *ipſius* legis *erga obſeruantes*, & experientia, *quam habeo, quòd* bene *mecum agatur, cùm eam* ſeruo: *quia magna fruor pace, & ſerenitate conſcientiæ, lætitia, & in Deum fiducia: contrà verò quàm* male, *quando eam* tranſgredior: *cor enim meum præ culparum magnitudine, timore nimio, conſcientiæ remorſu, & aliarum miſerarū tribulatione totum concutitur, & contremiſcit. Ac* denique, *quod in* mortis *hora, nihil me magis affliget, quā, Dei me legem violaſſe, nec magis animū eriget, quàm eandem obſeruaſſe: vtpote ex qua ſalus, aut dānatio mea pēdeat æterna. Ex quo ſicut Eccleſiaſtes ſuū librū, ita ego hic cōcludā.* z *Deū time, & mādata eius obſerua: hoc eſt, n. omnis homo. & d ſinctiùs: in*

Tituli obſeruationi præceptorum.
1 Quia Bon.
2 Vt maledicta euitē.
3 Benedictiones conſequar.
4 Deus legislator.
5 Chriſtus ſeruauit
6 Lex fidelis
7 Mortis ſecuritas.
z Eccl. vlt. 31.

Finis hominis

hoc consistit esse hominem & executio omnium; quæ omnis homo præstare tenetur. Et qui huic debito non satisfacit, etiam in esse hominis, & eius natura deficit: ideoque tumentis & bestiis est similis.

MEDITATIO XXVI.

CIRCA QVINQVE SENSVS, potentiasque animæ externas.

PVNCTVM I.

I. Oculus

PRIMVM, reuocanda sunt in memoriam peccata, quæ quinque *sensibus* admisi, & alijs externis corporis *facultatibus*: de quibus me coram Deo accusabo.

ET primùm OCVLIS peccaui, dum videndis rebus pulchris, vanis, curiosis, noxiis, solius vanitatis, curiositatis, aut sensualitatis intuitu, delectatus sum; cũ immodestiâ, carnis libertate, aut aliorum offensione. Sæpè itaque rebus videndus pecco, aut intentione, aut aspiciendi modo: dum sublimes illos leuiter huc illuc gyro circumspiciens.

Auris Nares, Os, Corpus II.

AVRES habui apertas ad vanos sermones, curiosos, noua impertinentia, adulationes, laudes proprias, murmurationes, detractiones quas nec reprehendi, nec impediui; imò fortè nec ingrata illa mihi esse ostendi, etiam si vel iustitiæ, vel charitatis lege ad id tenerer, & quoniam hæc mihi valdè arridẽt, offendunt me sermones boni; graue mihi est conciones audire, monita, & correptiones eorum, qui iure suo illas mihi adhibent interdum.

ODORATV, GVSTATV, TACTV, in multis deliqui, circa gulã, & Luxuriam, sicut in horum vitiorum propriis meditationibus supradictum est.

Lingua

QVID verò dicam de peccatis LINGVAE? Nam verba *aliqua* protuli contra reuerentiam, Dei nomini debitam; *alia* contra honorem, & famam proximi; *alia* in graue animæ meæ detrimentũ: vt constat ex iis, quæ in primis punctis meditationũ præcedentiũ posuimus: *Alia* verba dixi, quæ ob defectũ aliquarũ circumstantiarũ, vitiosa fuerunt: dũ locutus sum, quæ statũ meũ & professionẽ dedecebãt aut in locis, & temporibus prohibitis, quale esset, nimiũ loqui in Ecclesia, Missa, aut concione, cũ offensione aliorũ; aut si Regulis statûs mei, (quia sum religiosus.) tenebar seruare silentiũ; aut si in loquẽdo, modum minus aptũ seruaui, quia festinanter, præcipitanter, affectatè, aut arroganter locutus sum. Si itaq; verborũ meorũ peccata inspiciã, facile erit, illud D. Iacobi affirmare, quod lingua mea fuerit. a *Vniuersitas iniquitatis*, in meam enim linguam omnes vniuersi huius iniqui-

a Iac. 3. 6.

tates

tates conueniſſe videntur, quæ *vt ignis quidam inflammat totam natiuitatis* meæ per totum vitæcurſum.

III Modeſtia

His peccatis adiungi poſſunt alia *immodeſtiæ*, inordinationis, in vſu reliquorum membrorum,& potentiarum externarum: vt ſunt cachinni nimij,ſubſannationes, irriſiones,& leues capitis,pedum,& manuum motus; inceſſus,affectatus,& nimium compoſitus, aut nimium feſtinus, aut indecens; & ſimiles alij, qui exiguam produnt animi grauitatem; de quibus Sapiens,dixit:b *Amictus corporis,& riſus dentium,& ingreſſus hominis enunciant de illo*,& quanta intus maneat virtus, oſtendunt.

Haec peccata perpendens,grauiter erubeſcam:quòd potentiis à Deo mihi tributis,tam malè ſim vſus,& ſolùm ad palatum meum,delicias, & honores. O *Deus magne*,quomodo tantam inordinationem hactenus toleraſti? o *miſer homo*,quomodo auſus es illam contra Deum attentare?

Punctum II.

Damna

I Feneſtræ mortis

a *Ier. 9. 21.* Dæmonũ

Statim conſiderabo grauia *damna*, quæ ex horum ſenſuum parua cuſtodia,& mortificatione mihi proueniunt.

Nam *primum*,illi ſunt portæ & *feneſtræ*,per quas (vt Ieremias Propheta ait) a *mors aſcendit,& ingreditur domus noſtras*:mors, inquã,*culpa* ingreditur domum animæ meæ, deſtruitque *vitam gratiæ*,& vitalem charitatis calorem ſuffocat. Per eaſdem, *tentationes dæmonum* ingrediuntur, qui latronum inſſar conſcientiæ meæ domum deprædantur,& donis Dei ac virtutibus eam ſpoliant. Et hac de causâ idem Propheta dixit: b *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.*

b *Thren.3. 51.*

Oculus Auris Lingua

Et vt *oculus* originalem *Euæ* iuſtitiam. *Dynæ* Carnis integritatem. *Dauidi* caſtitatem,& iuſtitiam deprædatus eſt,ita in me modò temperantiã, modò obedientiam,& ſæpè deuotionem aufert.Et idem efficit Auditvs & Lingva. Nam c *ſicut Vrbs patens & abſque murorum ambitu* ſi portæ pateant, nec adſit cuſtodia, facilè hoſtes ingreſſi totam deprædantur ac deſtruunt: ita contingit animæ ſenſus ſuos non cuſtodienti.

c *Prou.25. 28*

II. Imagines admittunt

Idem ſenſus admittunt imagines ac figuras rerum ſpectabilium,quæ ipſam phantaſiam ac memoriam variis diſtractionibus, & vagationibus inquietam reddunt;appetitum, inordinatione paſsionum commouent; & *cor* ipſum ita perturbant,vt nos ab eo expellant:vt propterea etiam ſit verum,quòd *oculus meus deprædatur animam meam*,ſiquidem attentionem, cogitationem,& affectionem ſubtrahit; efficitque,vt anima mea nõ tam intra meſit, quàm extra,in rebus ſcilicet quas cogitat,& diligit. Et ego ipſe per eaſdem portas à me ipſo, ad diuagandum per totum mundũ exeam: ſimul verò exit etiam Spiritus deuotionis, orationis,& contemplationis, ita,vt cùm redire volo, & in me ipſum intrare,id aſſequi non poſ-

Anima extra non intra. & ſpiritus

sim, nec in propria domo quietem inuenire, propter tumultus, quos in ea experior: ex quo innumeri oriuntur defectus & damna in oratione, & consolationibus cælestibus, propterea enim d *prohibiti sunt cœli, ne darent rorem*: neque enim Deo placet, liquorem donorum suorũ e *in vas* infundere, *quod non habueris operculum*, & per quinq; foramina effluit, quicquid infunditur.

d *Aggei 1. 10* e *Num. 19. 15*

III. Deus punit.

DENIQVE grauissima *supplicia Deus* illis intulit, qui in sensuum, & linguæ custodia fuerunt notabiliter negligentes: permittens eos grauiter contra præcepta, & consilia diuinæ Legis delinquere, vt ex dictis in præcedentibus meditationibus colligi potest. Quare meritò Ecclesiasticus suadet. f *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem*, modò temporalem, modò æternam in Inferno, vbi quinque sensus (vt supra est dictum) horrenda patientur tormenta, in effrænatarum appetitionum pœnam.

f *Eccl. 28. 28*

Medit. 17.

Colloquiũ

Quare claude *Anima mea*, sensuum tuorum portas, & fenestras: nisi velis mortem & turbationem domus tuæ per illos experiri, occlude, & frena *os* tuum, ne te propria lingua occidat; sepi aures tuas spinis, ne te linguæ pungant alienæ, & ex alienis culpis, quas audis, proprias contrahas.

Sensuum mortificatio

PVNCTVM III.

TERTIVM, considerandа sunt ingentia *bona*, quæ secum adfert sancta sensuum custodia, & mortificatio.

I. Portas occludit malis, aperit Spiritui sancto. Hortus conclusus. a *Matt. 6. 6*

PRIMVM enim, præterquam quòd tot prædictis *malis portas occludat*; easdem aperit, vt Dei Spiritus ingrediatur, qui libenter habitat in animabus, carnis, & sensuum voluptatibus mortuis: Aperit item, vt ingrediatur Spiritus Orationis, deuotionis, & contemplationis: delectatur enim Dominus animabus, quæ sunt *horti conclusi*; ad cor illis loquitur; eas consolatur, suaque dona communicat, & ideo in oratione iubet: a *Cùm oraueris intra in cubiculum tuum*, hoc est cor tuum; &, *clauso ostio* sensuum tuorum, *ora patrem tuum in abscondito*: ne quid ingrediatur, quod orationem nostram interturbet; & conuersationem, qua cum cælesti patre versamur, interrumpat.

II. Vitæ foret

PRAETEREA, cum sensus suas functiones iuxta Dei volũtatem (qui mortificationis est finis) exercent, portæ sunt ac fenestræ, per quas ingreditur *vita*: & quod vident, audiunt, gustant, loquuntur, eos iuuat ad spiritualem vitam, gratiam, eiusque augmentum consequendum. Ex quo inferam, quod ait S. Iacob: b *sicut fons de eodem foramine non manat dulcem, & amaram aquam*: sic non decet *ex eodem ore benedictionem & maledi-*

b *Iacob 3. 11*

ctionem

ctionem procedere: verba ſancta, quibus *Deum benedicimus*; & mala, *quibus maledicimus proximo*: ſed par eſt, omnia eſſe bona, Deo grata, proximis vtilia, conſcientiæ noſtræ iucunda: & ſimiliter eiſdem oculis, & auribus nō expedit, vitam & mortem intrare; ſed clauſos eſſe ad omnia, quæ *mortis* occaſionem adferunt; patere verò ad ea, quæ adferent *vitam*; & in hoc eorum conſiſtit abnegatio perfecta.

III Virtutis Index

His addendum: modeſtiam & ſenſuum mortificationem, certum eſſe internæ *virtutis indicium*; proximos valde ædificare, tantamq; boni odoris fragantiam ex ſe emittere, vt domum totam, hoc eſt Eccleſiam, & ipſam religionem bonæ exiſtimationis ac nominis odore repleat: & vt inſignis domûs *porta* totam eam ita ornat, vt ad ingrediēdum, & quòd intus latet, videndum aſpicientes permoueat: ita *modeſtia* ſenſuum, & mēbrorum externorum compoſitio, pulcherrimæ eſt virtutis, & vitæ religioſæ porta: quam adeò reddit amabilem, vt intuentium oculos ad ingrediendum; & iis fruendum, quæ intus occluſa continentur, alliciat, propter quam cauſam monuit Apoſtolus: c *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*: *Dominus enim prope eſt*, & nobis omnibus præſens: in conſpectu autē adeò potentis Regis, omnes eius famulos decet eſſe valde modeſtos.

Porta virtutis

S Amb. l. 2. de virg.

c Phil. 4. 5.

Dei præſentia.

Denique quinque ſenſus (vt Meditat. 53. ſextæ partis dicetur) ſingulares gloriæ *coronas* magna ſua voluptate recipient in cœlo, in præmium mortificationum, quas habuerunt in terra. Qua tot bonorum ſpe, me ipſum, ad ſenſus meos magno ſtudio mortificandos, perurgebo.

IV. Coronæ ſingulares

Huic meditationi, iucundo, cum Chriſto Domino crucifixo, colloquio finem imponam, quinque ipſius ſenſuum mortificationem, quam in Cruce pertulit, perpendēdo: quæ hinc quidem ſanctiſsima fuit, ſplēdentes admirabilium virtutum radios ex ſe emittens; ſed inde atrociſsima, quia grauiſsimos dolores coniunctos habuit, quos propter peccata, meis ſenſibus admiſſa, pertulit. Et per ſingulos diſcurrendo perpendam, qua ratione eius *oculi* ſputis fuerint obſcurati; *aures* blaſphemiis aſtantium aduerſariorū: *odoratus*, graui Caluariæ fætore; eius *guſtatus*, felle, & aceto; *tactus* verò, flagellis, ſpinis, & clauis cruciati fuerint: de quibus omnibus illi compatiens, dicam: Pœnitet me, *ô dulcis Saluator*, de culpis, quas quinque meis ſenſibus admiſi, propter quas tui adeò fuerūt horrēdè cruciati: propter quorum dolores humiliter ſupplico, ignoſcas mihi plurima peccata mea, ac pretioſiſsimo ex quinque tuis vulneribus effuſo ſanguine maculas abiue, quæ ex quinque his putidis fontibus prodierunt: ceſſet iam, quæſo, Domine, deteſtandus eorum fluxus, gratiâ tuâ ad illum continendum me adiuuante, quò mortificationem, quam in hac vita exercuiſti, & in morte perpeſſus es, imitando gloriam tuam merear obtinere. Amen.

Senſus Chriſti in cruce

Oratio

sim, nec in propria domo quietem inuenire propter tumultus, quos in ea experior: ex quo innumeri oriuntur defectus & damna in oratione, & consolationibus cælestibus, propterea enim d *prohibiti sunt cœli, ne darent rorem*: neque enim Deo placet, liquorem donorum suorũ e *in vas* infundere, *quod non habuerit operculum*, & per quinq; foramina effluit, quicquid infunditur.

d *Aggei 1.10 Nu. 19.15*

III. Deus punit.

DENIQVE grauissima *supplicia Deus* illis intulit, qui in sensuum, & linguæ custodia fuerunt notabiliter negligentes: permittens eos grauiter contra præcepta, & consilia diuinæ Legis delinquere, vt ex dictis in præcedentibus meditationibus colligi potest. Quare meritò Ecclesiasticus suadet. f *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem*, modò temporalem, modò æternam in Inferno, vbi quinque sensus (vt supra est dictum) horrenda patientur tormenta, in effrænatarum appetitionum pœnam.

f *Eccl. 28.28*

Medit. 17.

Colloquiũ

Quare claude *Anima mea*, sensuum tuorum portas, & fenestras: nisi velis mortem & turbationem domus tuæ per illos experiri, occlude, & frena *os* tuum, ne te propria lingua occidat; sepi aures tuas spinis, ne te linguæ pungant alienæ, & ex alienis culpis, quas audis, proprias contrahas.

PVNCTVM III.

Sensuum mortificatio

TERTIVM, consideranda sunt ingentia *bona*, quæ secum adfert sancta sensuum custodia, & mortificatio.

I. Portas occludit malis, aperit Spiritui sancto. Hortus conclusus.

PRIMVM enim, præterquam quòd tot prædictis *malis portas occludat*; easdem aperit, vt Dei Spiritus ingrediatur, qui libenter habitat in animabus, carnis, & sensuum voluptatibus mortuis: Aperit item, vt ingrediatur Spiritus Orationis, deuotionis, & contemplationis: delectatur enim Dominus animabus, quæ sunt *horti conclusi*; ad cor illis loquitur; eas consolatur, suaque dona communicat, & ideo in oratione iubet: a *Cùm oraueris intra in cubiculum tuum*, hoc est cor tuum; &, *clauso ostio* sensuum tuorum, *ora patrem tuum in abscondito*: ne quid ingrediatur, quod orationem nostram interturbet; & conuersationem, qua cum cælesti patre versamur, interrumpat.

a *Matt. 6.6*

II. Vitæ fores

PRAETEREA, cum sensus suas functiones iuxta Dei volũtatem (qui mortificationis est finis) exercent, portæ sunt ac fenestræ, per quas ingreditur *vita*: & quod vident, audiunt, gustant, loquuntur, eos iuuat ad spiritualem vitam, gratiam, eiusque augmentum consequendum. Ex quo inferam, quod ait S. Iacob: b *sicut fons de eodem foramine non manat dulcem, & amaram aquam*: sic non decet *ex eodem ore benedictionem & maledi-*

b *Iacob 3.11*

ctionem

ctionem procedere: verba ſancta, quibus *Deum benedicimus*; & mala, *quibus maledicimus proximo*: ſed par eſt, omnia eſſe bona, Deo grata, proximis vtilia, conſcientiæ noſtræ iucunda: & ſimiliter eiſdem oculis, & auribus nō expedit, vitam & mortem intrare; ſed clauſos eſſe ad omnia, quæ *mortis* occaſionem adferunt; patere verò ad ea, quæ adferent *vitam*; & in hoc eorum conſiſtit abnegatio perfecta.

III Virtutis Index

His addendum: modeſtiam & ſenſuum mortificationem, certum eſſe internæ *virtutis indicium*; proximos valde ædificare, tantamq́; boni odoris fragantiam ex ſe emittere, vt domum totam, hoc eſt Eccleſiam, & ipſam religionem bonæ exiſtimationis ac nominis odore repleat: & vt inſignis domûs *porta* totam eam ita ornat, vt ad ingrediẽdum, & quòd intus latet, videndum aſpicientes permoueat: ita *modeſtia* ſenſuum, & mẽbrorum externorum compoſitio, pulcherrimæ eſt virtutis, & vitæ religioſæ porta: quam adeò reddit amabilem, vt intuentium oculos ad ingrediendum; & iis fruendum, quæ intus occluſa continentur, alliciat, propter quam cauſam monuit Apoſtolus: c *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*: *Dominus enim prope eſt*, & nobis omnibus præſens: in conſpectu autẽ adeò potentis Regis, omnes eius famulos decet eſſe valde modeſtos.

Porta virtutis

S. Amb. l. 2. de virg.

c Phil. 4. 5.

Dei præſentia.

DENIQVE quinque ſenſus (vt Meditat. 53. ſextæ partis dicetur) ſingulares gloriæ *coronas* magna ſua voluptate recipient in cœlo, in præmium mortificationum, quas habuerunt in terra. Qua tot bonorum ſpe, me ipſum, ad ſenſus meos magno ſtudio mortificandos, perurgebo.

IV. Coronæ ſingulares

Huic meditationi, iucundo, cum Chriſto Domino crucifixo, colloquio finem imponam, quinque ipſius ſenſuum mortificationem, quam in CRVCE pertulit, perpendẽdo: quæ hinc quidem ſanctiſsima fuit, ſplẽdentes admirabilium virtutum radios ex ſe emittens; ſed inde atrociſsima, quia grauiſsimos dolores coniunctos habuit, quos propter peccata, meis ſenſibus admiſſa, pertulit. Et per ſingulos diſcurrendo perpendam, qua ratione eius *oculi* ſputis fuerint obſcurati; *aures* blaſphemiis aſtantium aduerſariorũ: *odoratus*, graui Caluariæ fætore; eius *guſtatus*, felle, & aceto; *tactus* verò, flagellis, ſpinis, & clauis cruciati fuerint: de quibus omnibus illi compatiens, dicam: Pœnitet me, *ô dulcis Saluator*, de culpis, quas quinque meis ſenſibus admiſi, propter quas tui adeò fuerũt horrẽdè cruciati: propter quorum dolores humiliter ſupplico, ignoſcas mihi plurima peccata mea, ac pretioſiſsimo ex quinque tuis vulneribus effuſo ſanguine maculas ablue, quæ ex quinque his putidis fontibus prodierunt: ceſſet iam, quæſo, Domine, deteſtandus eorum fluxus, gratiâ tuâ ad illum continendum me adiuuante, quò mortificationem, quam in hac vita exercuiſti, & in morte perpeſſus es, imitando gloriam tuam merear obtinere. Amen.

Senſus Chriſti in cruce

Oratio

bus, blandisque carnis illecebris fidem adhibeam. Huic inconstantiæ cõiuncta est *cogitationum mutabilitas*, qua me ab stulta mea imaginatione (quæ etiam intellectum reddit stultum, variisque rebus absque ordine vllo implicat) patior abduci. Hinc denique prouenit, in bonis *exercitiis* mutabilitas, ab his ad illa ex prima solùm apprehensione saltando: quò illorum nouitate fastidium euitem.

Mutabilitas cogitationum Exercitiorum

QVINTVM vitium est huic oppositum, PROTERVIA & PERTINACIA in proprio sensu & iudicio: dum illud flectere, iudicioque maiorum aut sapientiorum, quibus meritò parêre debeo, subijcere nolo. Hoc est discordiarum idolum, ex quo plurimæ inobedientiæ, & in *prælatos* rebelliones; multæ *contentiones*, & disputationes: graues errores, illusionesque Dæmonis proficiscuntur: vt enim est apud Iob: c *Præcipitabit me consilium meum.*

V. Pertinacia Cass. Coll. 17. c. 25. & 27.

c Iob. 18. 7.

SEXTVM vitium est, ASTVTIA & PRVDENTIA CARNIS, aut huius mundi SAPIENTIA, ad acutè inuenienda media, quibus votorum meorum carnalium, aut sæcularium compos fiam: Ex quo fraudes oriuntur & deceptiones in verbis, operibus, & Hypocrisi. Huic vitio coniungi plerunque solet STVLTITIA, INEPTITVDO & TARDITAS intelligentiæ, in iudicando, & sentiendo de rebus diuinis, & spiritualibus animæ bonis: parui illa faciendo, & vanis mundi, & non Dei legibus ea metiendo. Nam (vt ait Apostolus) d *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei; Stultitia enim est illi, & non potest ea intelligere.* e *Quæcunq; ignorat, blasphemat.*

VI. Sapientia mundi Stultitia D. Tho. q. 51 art. 3.

d 1. Cor. 2.

e S. Iudas in epist. ver. 10

SEPTIMVM vitium est, CVRIOSITAS, cùm inordinatè scire cupio, quæ mihi non conueniunt: quale esset, si illorum scientia, animæ meæ noceret; aut, quæ meum captum excedunt, mediis malis quæro; aut ea, quæ inutilia & vana sunt, & à meo statu, & professione degenerant; aut si conueniant quidem, sed inordinato affectu, aut solo curiositatis, aut vanitatis intuitu scire appeto: contra id quod Apostolus dicit: f *Non plus sapere, quam oportet sapere, ad sobrietatem.*

VII. Curiositas 2. 2. q. 167.

f Rom. 12. 3

HAEC sunt *septem* intelligentiæ vitia, quorum, si diligens institua examen, valdè me reum inueniam: ac propterea meritò me de eis in cõspectu Dei humiliter accusabo: hinc colligens, quàm erit pauper anima mea, cuius intelligentia, quæ illius est *Dux*, adeò est miserabilis. Nam (vt Christus Dominus noster ait) g *si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit*: h *Et si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent*: A tenebris scilicet *internis*, ad *externas* Inferni. Quare magna contentione curare debeo tam pœnitentia, quàm mortificatione, à septem his vitiis me purgare: vt intellectus meus sit, vt i *argentum purgatum septuplum*; & spiritum Sanctum orare: vt *septem* suis donis ab eis me purificet. O diuine

g Matt. 6. 23.

h 15. 14.

i Psal. 11.

nâ alia intentione, & proprij guſtûs, aut internæ alicuius ſenſualitatis causâ facit. Ex quo fit, vt, quod bonum aliàs eſt, ipſa conuertat in malum; & quod placere Deo potuiſſet, eidem diſpliceat: ſicut ipſemet DOMINVS apud Iſaiam dixit: a *Ecce in die Ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.*

Bonum corrumpit *Bern. ſer. 71. in Cant.*

a *Iſai. 58. 3.*

TERTIVM vitium eſt, vt omnia, quæcunque poteſt, ſibi vſurpet, & appropriet: nihili curando, quod id in aliorum damnum cedat. Ex quo innumeræ oriuntur iniuſtitiæ, Auaritiæ, crudelitates, contentiones, lites, aliorum grauamina, & diſcordiæ; omnes Iuſtitiæ, miſericordiæ, charitatis leges conculcando. De qua Apoſtolus ait, quod b *non ſit ambitioſa, nec quærat quæ ſua ſunt.* Eſt itaque VOLVNTAS PROPRIA manifeſtũ venenum & extrema deſtructio charitatis.

III. Iniuſtitia

b *1. Cor. 13. 5*

Charitatis venenum

HINC ſit, quoniam VOLVNTAS PROPRIA, Regina eſt, & reliquorum vitiorum, ac peccatorum dux, ipſam eſſe inferni conditricem; æternorumque ignium fomentum, & eſca. Et propterea S. Bernard. *Ceſſet*, inquit, *propria voluntas, & non erit Infernus*, ſi enim propriam auferas voluntatem, nullum erit peccatum, cuius Infernus ſit pœna.

IV. Dux vitiorum

Serm. de reſur.

Inferni fomentum

Præterea, ſi quis Infernus eſt in hac vita, voluntas propria eſt ſibi ipſa Infernus. Nam quidquid miſeriarum hic eſt, tantum adfert afflictionis, & triſtitiæ: quantũ propriæ aduerſatur voluntati. Quare, eâ ſublatâ, diuinæ nos voluntati conformantes, quod infernus eſt, conuertitur in *Purgatorium*; imò in augmentum *meritorum*, & *corona* in gloria cæleſti.

Infernus in hac vita

Mutatur in melius

Quare S. Ambroſius ait: voluntatẽ propriã in cupiditatibus eſſe cæcã; in honoribus *tumentẽ*; in curis *auxiã*; in ſuſpicionibus *inquietã*, gloriæ, quã virtutis *auidiorem*; magis famam, quàm bonam conſciẽtiam *diligentem* & *miſerabiliorem*, ſi rebus amatis fruatur, quàm ſi eiſdem careat: ipſa enim *experientia*, eius auget *miſeriam*. Ex quo concludam, quàm miſerum mihi fuerit, voluntati propriæ contra diuinam me ſubieciſſe: meamque propterea cæcitatem deflebo, firmiter ſtatuens, illam in poſterum horrere & negare, exemplo Chriſti Domini noſtri qui ait: c *Non quæro voluntatem meã ſed voluntatẽ eius, qui miſit me.* Et inter triſtitias, & mortis angores, patri ſuo dixit: b *Veruntamen, non mea voluntas, ſed tua fiat.* O ſumme Magiſter confiteor me indignum, qui tuus vocer diſcipulus: vt qui hactenus exemplum tuum ſecutus non fuerim: veniant igitur triſtitiæ, & anxietates mortis ſuper me, propterea, quod ſæpiſsimè reipſa contra te dixerim: non tua, ſed mea voluntas fiat. Remoue, Saluator mi, ab ore meo adeò maledictum verbum; & gratiâ tuâ me adiuua, vt propriam mortificem *voluntatem*: tuam verò plenè impleam, c *Quæram ego* in poſterum, *non quod meũ eſt, ſed tuum*, & proximorum; illorum potiùs commodum, & tuam gloriam ſemper quærendo in ſæcula, Amen.

Propriæ voluntatis laudes

c *Ioan. 5. 30*

d *Luc. 22. 42.*

Oratio

c *1 Cor. 10 24.*

PVNCTVM III.

Imaginationis & appetitionis peccata

TERTIVM punctum erit, peccata & inordinationem reliquarũ internarum animæ facultatum considerare, *Imaginationis* inquam, & *appetitionis* sensuum: simulque damna, quæ ex eis oriuntur.

I. Imaginatio Aula vanitatis

PRIMVM itaque penpendam: facultatem IMAGINANDI esse instar alicuius *aulæ* variis imaginibus,& figuris ornatæ, quibusdam fœdis, aliis prophanis,aliis ridiculis,monstrosis,& disparatis, quæ in eis sibi ipsi fingendis & depingendis, se occupat; nec solùm in eisdem aspiciendis,& cõtemplandis ipsa delectatur,& recreatur, sed ipsam etiam intelligentiam sollicitat,ac violenter trahit,vt eisdẽ attendat,& occupetur:ex quo multa peccata originem ducunt, quæ in materia Luxuriæ, Vltionis, Ambitionis,Auaritiæ, *morosæ delectationes* appellantur: ex earum enim imaginatione,atque si præsentes essent,capit voluptatem.

Morosa delectatio.

II. Appetitus Mare turbidum Passiones vndecim S.Tho.1.2. q.23.ar.2.

MOX perpendam: facultates meas APPETITIVAS, esse instar turbatissimi maris,quod ab *vndecim* fluctibus passionum, sibi inuicem occurrentium,concutitur: *amoris* videlicet & *odij*:*desiderij* & *fugæ*;*tristitiæ* & *gaudij*; *spei* & *desperationis*; *timoris* & *audaciæ*, ac denique *Iræ*: quas vt plurimũ ad malum aliquod applico:nam amo,quod odisse deberé; *odi* verò,quod amare: *desidero*,quod fugere oportet; *fugio*,quod desiderare: *gaudeo* ex eo, quo tristari deberem; *tristor* verò de eo, quo gaudere: ex quo grauia oriũtur peccata:appetitus enim per huiusmodi affectus,voluntatem sollicitãt, rahuntque vt ipsis assentiatur.

III. Laquei Dæmonũ *Ambr.lib* 1. *off cap.*4.

HINC apparet, huiusmodi passiones arma esse,& *Dæmonum laqueos*, quibus nos oppugnant, & grauibus culpis illaqueant: & cùm vident, aliquã ex illis passionibus exsurgere, valdè lætantur; & statim eius operâ ad tentationem texendam vtuntur: ego ipse itaque præcipua arma hosti meo rado,quibus me oppugnet,persequatur ac destruat.

Carnifices proprij. Certamen passionum a *Rom.*7. 15 b *Prou.*13.4

PRAETEREA eædem Passiones, *carnifices* sunt *mei* ipsius,vt quæ intra meipsum aduersus pauperem spiritum bella gerant, importunè vrgendo vt a *illud faciam*,*quod* reuera *odi*:quia caro illud vult. Inter se quoque dissentiunt ipsæ passiones, *voluptatis* enim passio facit, vt desiderem, quod *honoris* cupiditas odit; desiderium verò *honoris* quærit,quod *Auaritiæ* Passio detestatur: Et, vt Sapiens ait:b *Vult & non vult piger*. Volo enim *virtutem*, quia bona est; sed nolo eandem,quia difficilis est, & laborioſa; amo *vitium*, quia delectat, sed idem nolo, quia dedecet. Hæc igitur passionũ mearum desideria, carnifices sunt miserandi cordis mei. O quàm meritò de me ipso conquerar,dicens Deo cum S. Iob: c *Quare posuisti me contrariũ tibi,& factus sum mihimetipsi grauis*:& cum Apost. d *Infelix ego homo quis me*

liberabit,

liberabit de corpore mortis huius. Iuuet me Domine, gratia tua, vt à tanta liberer miseria.

Oratio

Ex hac consideratione firmum & efficax concipiam propositum, *passiones* meas mortificandi,& simul propriam *voluntatem:* hæc enim est, quæ vitam illis præbet, sicut & illæ eandem fouent. Quare pariter oportet illas iugulare, vt vincantur & subijciantur: tale enim est consilium Ecclesiastici. e *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.*

Voluntas propria & passiones mutuo iuuant
e Ecc. 18. 30.

Ad horum executionem conferent multum *examina*, quæ in sequentibus meditationibus subiicientur.

MEDITATIO XXVIII.

QVA MODVS QVIDAM ORANDI TRAditur, conscientiæ quotidie sub vesperam examinandæ opportunus.

INTER *media, quæ ad animam à vitijs purgandam maximè conducunt, assiduus quoque* examinandæ *singulis diebus* conscientiæ *vsus meritò annumeratur, quem SS. Patres, & Spiritus magistri maiorem in modũ nobis commendant. Cuius* EXAMINIS *instituendi ratio illa, quam B. Pater noster* IGNATIVS, *quinque punctis comprehensam tradidit, omniũ, quas hactenus viderim, mihi videtur esse commodissima. Quòd modum quendam orandi excellentissimum, & omni hominum generi conuenientem complectatur.*

Examen conscientiæ B. P. Ignat. S. Basil. sen. de instit. Monach. S. Chrysost. in Psal. 4. S. Bern. & alij.

Ad cuius faciliorem intelligentiam est breuiter præmittendum; duplici *in dies* debito, *licet plurimùm inter se discrepent, ac diuersis ex causis proueniant, Deo nos obstringere. Alterum prouenit ex innumeris* beneficijs; *quæ ab illo accipimus; alterum ex innumeris* peccatis; *quibus eundem offendimus. Prius debitum soluitur* gratiarum *actione; posterius* dolore. *Porrò iustum æquumq; est, vt sicut quotidie vtroque hoc debito Deo obstringimur, ita sub cuiusque diei finem vtrique satisfacere studeamus; initio facto à priori; tùm quòd nos ad faciliorem alterius solutionem disponat; tùm quòd (vt S. Basilius ait) preces concepturos non deceat, semper illas à petitione auspicari eorum, quæ ad propriam nostram vtilitatem faciunt; ne eius potissimùm causa, accedere videamur: sed expedit illas nonnunquam à diuinis laudibus, & affectuosa pro acceptis beneficijs gratiarum actione ordiri: quò ostendamus, Dei præcipuè gloriam nos quærere: eamque*

Debitum duplex

Gratiarum actio præmittenda

1 De constit. Monast. c.

deflenda; *tribus* ingentis neceſsitatis, & miſeriæ meæ cauſis ad vtrunque impetrandum adductis: *Memoria* videlicet meæ obliuione; *Intelligentiæ* cæcitate; ac *voluntatis* torpore. Ex quibus facilè prouenit, vt diabolus a *triplici* peccatorum meorum *funiculo* conſtrictum me teneat; quem *difficilè perrumpere valeo*: quia nonnullorum peccatorum eadem facilitate, qua perpetro, obliuiſcor: alia, ob ignorantiam non agnoſco; quæ verò intelligo, ob nimiam tepiditatem, debito feruore doloreque non defleo. Quapropter tua, DEVS meus, inſpiratione, obliuioni meæ adfer medelam; tua luce meas diſpelle tenebras; & amoris tui igne tepiditatem inflamma, vt delicta mea agnoſcens, eo animi dolore illa defleam, vt veniam adipiſci merear.

a *Eccl.* 4. 18. Obliuio Ignorantia Tepor.

PVNCTVM III.

HAC petitione præmiſſa, mentem ad DEVM erigens; ipſum tanquam *Iudicem* meum intuebor, qui ſeueriſsimam aliquando à me rationem exacturus ſit, & a *Ieruſalem*, (vt ait Propheta) hoc eſt, animam meam, illiusq; facultates, *in lucernis ſcrutaturus*; cunctaq; ſcelera mea etiam minutiſsima, quæcunque repererit, detecturus: imò (teſte Dauide) non iniuſtitias modò, & peccata; ſed b *iuſtitias ipſas* & bona opera *iudicabit*, quibus interdum malæ circumſtantiæ admiſceri ſolent.

Diſcute mentem a *Sophon.* 1. 12.

b *Pſal.* 74. 3

SANCTO igitur, ex hac cõſideratione, *timore* concepto, in ipſius Dei & Iudicis mei conſpectu, examinare me incipiam de peccatis omnib. ea die, ſiue cogitatione ſiue verbo aut opere; omiſsione, & negligentia admiſsis. Præſertim verò attẽdam, nũ peccatũ aliquod, quod Dauid c *occultũ* appellat, in me lateat: quod vel ignorantia vel inaduertentia culpabili, aut hoſtis noſtri illuſione, vel fraude inductus fui, vt admitterem, & pro virtute potiùs haberem: vt, quæ verè fuit Ira, zelum reputauerim.

c *Pſal.* 18. 13. Occulta peccata

Conferent multum, ad rectè examen inſtituendum ea, quæ in primis punctis Meditationum de capitalibus peccatis, de præceptis diuinis, de ſenſibus, & potentijs animæ dicta ſunt: in quibus omnia, quæ examinis etiam exactiſsimi & diligentiſsimi materia eſſe poſſunt, clarè ſatis continentur.

HAC verò ratione hoc examen inſtituam, vt diſtributo die ipſo in partes, diſpiciam quid *duabus* primis *horis* egerim; quid deinde duabus alijs proximis, pretioſum à vili ſecernendo. Et ſi *boni* quippiam repererо, totum id Deo cum debita gratiarum actione attribuã ſin mali, libertati corruptæ naturæ meæ adſcribam. Et de omnibus malis ſimul confeſsionem humilem, quo maiori potero pudore, & dolore, coram ipſo Deo faciam. Dauidis exemplum ſecutus: d *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino.* & clariùs: Firmiter apud me ſtatui, peccata mea

d *Pſal.* 31. 15.

coram

PVNCTVM V.

DENIQVE, firmiter, DEI gratiâ adiuuante, ſtatuam, proximo die vitam meam emendare; & contendere, ne in ſimilia recidam: vtarque eiſdem verbis, quibus Dauid. a *Iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ*, non vno aut altero die, ſed *in æternum* per totam vitam, in omnẽ æternitatem. Quod propoſitum vt eiuſmodi ſit, neceſſe eſt, vt, præter ea, quæ proxima meditatione dicentur, *occaſiones* diſquiram, quib. ad peccata illa admittenda inductus fui, *loci* videlicet, talis *perſonæ*, *negotii*, quas etiam euitare proponam; quatenus in mea fuerit poteſtate: aut ſi id fieri non poterit, maiori certè cautela, & circumſpectione aduerſus illas me muniam. Verumtamen, quoniã huiuſmodi noſtra propoſita facilè mutantur, niſi gratiâ ſuâ Deus mentem noſtram corroboret, atq; confirmet: eundem ſupplex rogabo, vt qui propoſitum mihi & b *velle* impertire dignatus eſt, gratiam quoque ad *perficiendum* largiri dignetur.

Malum q; fuga.

a *Pſal.* 118. 106.

Occaſiones euitandæ vel cauẽdq.

b *Philip.* 2. 13.

Denique totum examen *Dominica precatione* cõcludam: mora maiori in *tribus vltimis* eius Petitionibus tracta; dulciſque, ac *iucundo* cum Deo inito colloquio. Agnoſco, *Deus meus*, duplici me debito tibi obſtrictum; beneficiorum, quæ in me contuliſti; & peccatorũ quibus ingratiſsimè te offendi: Quæcunque, Deus meus, hactenus præſtiti, nõ ſufficiunt, vt reddã debitum meũ: pro iis igitur, quæ mihi deſunt, offero pretioſiſsimum vnigeniti filij tui ſanguinẽ immenſo *amore* & animo grato, ſimulq; extremo cruciatu & *dolore* profuſum. Per eum te Domine obſecro, & obteſtor, vt *peccatorum* meorum debita mihi remittas; & auxilio ſis, ne eiſdem me iterum obſtringam; aut *tentationibus* quibus inceſſanter impetor, vnquam ſuccumbam; ſed ab omni *malo*, propter gloriam, & laudem ſanctiſsimi tui nominis, libera. Amen.

Oratio

MEDITATIO XXIX.

QVA RATIO ALTERA TRADITVR ORANDI, tribus diei temporibus, dum particulare examen ad vitij alicuius particularis extirpationem adhibetur obſeruanda.

POST generalem *illam in anima à peccatis vitiisq; omnibus mundanda curam & ſolicitudinem, multum refert* (*vti SS. Patres, & præcipuè Caſsianus monent*) particularem *curam, & induſtriam in* vno *aliquo* vitio, *quod ma-*

Collat. 5. c. 15. Examen particulare

ius profectus nostro faceſsit negotium, extirpando, ponere. ea enim ſpeciali *cura, faciliori negotio illud profligabitur:* quo omnino *deuicto, ad* aliud *ſimiliter extirpandum accingemur, donec* omnia *tandem ſuperemus, eo modo quo* ſeptem *illæ gentes* Iſraelitici *populi hoſtes non ſimul omnes. ſed ſenſim &* a per partes *caſæ atque deletæ* fuerunt. *Hunc in finem glorioſus Pater noſter* Ignatius *methodum quandam particulare circa quodcunque vitium examen inſtituendi tradidit, quæ vtilem omnino orandi modum continet in* tria *diei tempora diſtributum*: matutinum, pomeridianum, & veſpertinum, *quæ diuinis etiam literis tanquam huic rei maximè commoda, & opportuna commendantur. Id enim Regius Propheta indicaſſe videtur cum dixit,* b veſpere, mane, & meridie narrabo, & annunciabo *miſerias meas*: & exaudiet vocem meam: *meque ab eis eripiet. De Daniele quoque ſcribitur, quòd c tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat,* confitebaturq́; coram Deo: *nunc peccata ſua, nunc diuinas laudes proferens. Iuxta quod & nos hunc orandi modum in tria puncta tribus his temporibus reſpondentia, diſtinguemus.*

eut. 9. 22
. Igna-
iuid
ſ. 54. 18.
miel.
Dan. 6. 10.

PVNCTVM I.

I. lane xamen.

PRIMO, poſtquam mane me indui, flexis, iuxta morem Danielis, genibus in Dei conſpectu, eũ adorabo; gratiasq́; pro vita, quiete, ſomnoq́; eâ nocte mihi conceſsis, & liberatione à periculis, quàm potero humillimè agam: eâdem verò operâ examinabo breuiter, num à tempore, quo incubui, ſiue vigilanti, ſiue dormienti culpa aliqua acciderit: ſi quid verò tale deprehendero, ex toto corde dolebo.

II. blatio

DEINDE, cuncta, quæ die illa ſum acturus, ipſi Deo offeram; pureque ad eiuſdem gloriam & honorem dirigam: perſeuerentiam in pura hac intentione ad finem vſque diei, imò & totius vitæ meæ, petam; & vt meas omnes actiones iis, quas vnigenitus eius *filius* in hac vita pro me obtulit, coniungere, & acceptare dignetur.

III. ropoſitũ Pſal 100 8

POSTMODVM, valido omnino, firmoque propoſito ſtatuam, nullam ea die culpam, diuinâ adiuuante gratia me admiſſurum: ſicut Dauid a *In matutino*, dicebat, *interficiebã omnes peccatores terra*, non materiali ferro ove gladio, ſed ſtrenuo firmoque propoſito, omnia deſtruendi, quæ Deo aduerſarentur: ex animo optans, nihil in ciuitate animæ meæ inueniri, quod diuinis ipſius oculis diſpliceat; maximè illud, circa quod ex inſtituto extirpandum verſor: ſancto quodam perfectoque in illud odio exardeſcẽs; ob ingentia damna, quæ in rebus ſalutis, & profectûs mei, ex eo experior.

ſpeciale

ATQVE vt efficax hoc ſit propoſitum, multum referet non confuſè res ipſas, earum difficultatibus non priùs inſpectis, accipere: ſed quicquid *graue* moleſtumve ex eis in ipſa die veriſimiliter mihi accidere poterit, (ha-

bita

bita ratione conditionis, ſtatûs, ac muneris mei; & negotiorum, ac perſonarum, quibus cum illa ſunt tranſigenda) id totũ prudentiæ oculis exquirere; & quicquid palato votiſque meis aduerſum occurret, conabor, libenter ob DEI amorem amplecti: ſimul ſtatuens, nihil propterea me de *humilitate*, & *patientiâ* remiſſurum, aut culpæ vllius maculam admiſturum: idque non meis, ſed ijs, quas Deus mihi largiturus eſt, viribus innixus: adiutus tamen efficacibus aliquibus rationibus, quæ me & conuincant, & inclinent ad executionem: ad eum modum, quo Chriſtus Dominus in horto Gethſemani, propoſitos ſibi ob oculos cruciatus omnes, ſequenti die ſibi imminentes, magno acceptans amore, aduerſus timorem, & triſtitiam rationibus, & orationibus certauit, vt ſuo loco dicemus. Chriſtus in horto Medit. 22. p. 4.

Quòd ſi *feruentiores*, vlteriùs adhuc progredi, maioremque in virtutibus profectum aſſequi deſiderant, amplecti illis licebit Anachoretæ illius Abbatis conſilium, qui (vt refert CASSIANVS) ſolitariam vitam degentibus (quibus humilitatem, & patientiam exercendi occaſiones non ſuppetunt) ſuadebat, vt mente apprehenderent dolores, iniurias, contemptus, & cruciatus, qui vel ab hoſtibus, vel à ſociis, & amicis, pietatis prætextu, accidere ſibi poſſent (quales Sancti Martyres, & confeſſores ſuſtinuerunt) eosque prompta voluntate ac libenter ſuſciperent, imò cuperent, reipſa ſibi inferri, id quod etiam, vt DEVS permitteret, verbis illis Prophetæ Regij inſtanter peterent: b *Proba me Domine, & tenta me; ure renes meos, & cor meum: quia miſericordia tua ante oculos meos eſt*: de qua cõfiderent, opẽ eius ſibi non defuturã, & huiuſmodi fiducia plenus ego dicam etiam: Vtinam aliquis me hodie in vna *maxilla* percuteret! quàm libenter amoris tui cauſa alteram illi præberem! Vtinam aliquis *contumelia*, aut teſtimonio falſo me hodie afficeret: quàm id ſilentio ferrem, & in tuam gratiam gaudens tolerarem! Vtinam ſuperiores mei *graue* aliquid, aut difficile mihi iniungerent: vt promptè, & hilari vultu illud exequens, amorem, quo te DEVM meum complector, reipſa oſtenderem. His conceptis propoſitis, tum virtutes ſenſim augentur, tum mens ſolidior robuſtiorque, ad vitiis reſiſtendum, euadit. Coll. 19. c. 14. Deſideriũ materiæ Virtutum. b Pſal. 52. 1

Imperfecti autem ac tepidi cautiùs in huiuſmodi propoſitis, & cogitationibus ſe gerere debent: ne ob imbecillitatem propriam fiat illis tentationis laqueus, quod poterat eſſe medium ad profectum.

PVNCTVM II.

CIRCA *meridiem* ante menſam, in Dei conſpectu conſtitutus, petito diuino lumine ad peccata mea cognoſcenda, meipſum diligenter excutiam; & inquiram, quoties in particulare illud vitiũ, à quo mane propoſueram diligenter cauere, lapſus fuerim. Quod ſi ſæpiùs id factũ Meridie Examen

deprehendero, vehementer erubescam: quòd quæ bene proposueram, tam malè impleuerim; &, quod promiseram, retractauerim: Accusabo me igitur de inconstantia, instabilitate, & infidelitate mea, ingemiscens, quòd hoc modo eum offenderim, qui in promissis suis fidelissimus; & in bene mihi faciendo, constantissimus est. Reprehendam me igitur (vti Cassianus monet) hisce aut similibus verbis: Tune ille es, qui hodie mane grandia quæque proponebas? teque ad grauissimas iniurias sustinendas offerebas? quo ergo modo leuissima nunc te prostrauit occasio? statueras, omnes Dei hostes trucidare: & nunc eorum te minimo subiecisti? Pudeat te tantæ socordiæ, & coram Deo humiliare; ac primum propositum renouans, viuaciorem in Dei misericordia fiduciam statue; vt imbecillitatem tuam corroboret.

Coll. 19. c. 14 Colloquiũ

CAVSAM deinde & *occasionem* lapsuum meorum diligenter inquirã: vt vel fugiam omninò; vel præueniam ita, vt omnino non recidam: reliqua verò diei parte attentiùs huic cogitationi attendam.

Occasiones exquirendæ.

EODEM porrò tempore reuocare in memoriam potero, quemadmodum *Christus* Dominus meridie fuerit affixus *cruci*, & magnam in eadem diei partem pependerit, ingentes cruciatus summâ animi *constantia*, vsq; ad vltimum vitæ spiritum tolerans. In cuius beneficij gratam memoriã, statuam, & me fore constantissimum, in particulari eo vitio persequendo; & carni ac eius appetitionibus repugnando: donec vel illud in me iuguletur; vel ego contra illud decertando expirem.

Christus in cruce constans

LICEBIT etiam interdum meminisse Ascensionem Christi etiã fuisse meridie, quò laborum fructu frueretur. Qua etiam cogitatione ad recentem me conflictum existimulabo aduersus animi mei perturbationes. In vtraque verò hac consideratione, vsurpare fas erit illud canticorum. c *Indica mihi* ô dilecte animæ meæ, *vbi* oues tuas *pascas*, *vbi cubes in meridie*? vt ibi cor meum & desideria mea figam; *nec vagari incipiam post greges* tot vitiorum.

Ascendens Christus.

: Cant. 1, 7.

PVNCTVM III.

VESPERI, ante quàm decumbam, simile *examen* instituam eius, quod meridie peregi: lapsus matutini temporis, cum his vespertinis conferendo. Quòd si rariores hos fuisse deprehendero, grates Deo pro emendatione agam, à quo illa prouenit: sin *plures*, vehementiùs erubescã, quòd qui progredi debuissem, retrocesserim: nec tamen propterea abiiciendus animus est: sed iterum *noua* concipienda ex corde proposita emẽdationis: hæc.n. via est, ad perfectam aliquando victoriã de vitijs consequendã. Propterea enim spiritus sanctus dixit; a *Septies in die cadere iustum*

Vesperè Collatio progressus instituẽda. Horarum

Prou. 24. 5.

&

& resurgere: indicare nobis volens, cadentem ac vicissim resurgentem, eò peruenire iustum, vt firmus tandem consistat.

SIMILIS porrò collatio instituenda est, inter lapsus primæ & secundæ *diei*, quæ inter matutini, & vespertini temporis primæ diei fuit instituta: vt quemadmodum S. Basilius monet, deprehendam: num Emendationis aliquid interuenerit. Ac similiter faciendum inter primæ *hebdomadæ* & secundæ lapsus, quemadmodum hortatur *S. Dorotheus:* quò emendationis secutæ aut neglectæ rationem habeam. Quæ ratio vt faciliùs mihi cõstet, *tabellas* aliquas paratas habere expedit, in quibus *binæ* ducantur lineæ singulis hebdomadæ diebus respondentes, in qua tàm priori, matutini temporis, in posteriori vespertini lapsus, punctis infixis adnotentur.

IVVERIT etiam, quoties in illud incidero vitium, *pectus* meum tundere, tum vt numeri lapsuum faciliùs recorder: tum vt de eo lapsu statim dolens, veniam implorem & obtineam. Nam & hunc sensum sententia illa habet: b *Septies in die cadet iustus, & resurget:* quod statim atque iustus cadit, lumen ei cæleste adsit, quo de lapsu mònitus ingemiscat, ita vt cadens in die, *noctem* ad resurgendum non exspectet: sed & si cadat *septies*, mox post casum doleat, resurgat, seque emendare proponat: & porrò ea ratione fit, vt lapsuum frequentia, frequentiorem adferat orationis affectuum, atque propositorum bonorum occasionem, & vsum; quibus lapsuum detrimenta cum nouæ gratiæ fœnore reparentur.

ALII *Examinandi, & in actiones nostras reflectendi modi tradentur* in 6. Parte *harum meditationum.* Meditatio. 27. *dum de eis agemus, quæ Deus dixit, absoluto opere creationis mundi.*

Diei

Hebdomadæ.

Ser. de Abdic rerum Serm. 10.

Tabella

Tunsio pectoris

b *Prou. 24. 16.*

MEDITATIONES SACRAE CONFESSIONI, ET communioni præmittendæ.

QVONIAM *animæ candor, qui viæ purgatiuæ scopus est, vtriusque Sacramenti confessionis, & Eucharistiæ frequenti vsu perfectè acquiritur: operæ pretium me facturum existimaui, si nonnullas hoc loco Meditationes insererem, quibus ad ea dignè suscipienda nos disponeremus: Eâdem verò operâ Tyronibus via ostenditur, eius præparationis instituendæ; & magnæ frequentis eorundem sacramentorum vsus existimatio, eorum mentibus ingenerabitur: quæ Deus nobis tanquam præsentissimæ salutis nostræ remedia constituit.*

Sacramentorum frequentia

MEDITATIO XXX.

DE SANCTISSIMI CONFESSIONIS SACRAmenti præstantia, & virtutibus, quæ in eo exercentur, gratiisq; quæ in eodem recipiuntur.

PVNCTVM I.

S.Th.3.p.q 8.a.6 & 7. Pœnitentiæ excellentia

CONSIDERANDVM primum est, quantum beneficiũ Ecclesiæ, & mihi eius membro, Deus contulerit, dum Sanctissimum POENITENTIAE Sacramentum instituit: ac perpendenda nonnulla, quæ, cùm eius beneficij præstantiam aperiunt, ad eiusdem frequentem vsum alliciunt.

I.

PRIMVM, quòd cùm solius DEI proprium sit, peccata dimittere, iuxta illud Isaiæ: a *Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*: idem tamen eam potestatem sacerdotibus permiserit, certos nos reddens, approbaturum se in cœlo, quam illi sententiam tulerint in terra, benignissimè autem voluit hos ministros homines esse, peccatis sicut cæteros obnoxios, & eodem porrò pœnitentiæ remedio indigentes: vt maiori peccatorum ad se venientium commiseratione tangerentur. Potestatem verò adeò amplam eis contulit, vt nullum, quamuis grauissimum, sibi reseruauerit: nec peccatorum, quæ dimissuri essent, numerum præfixerit; aut, quoties peccatorem redeuntem absoluere deberent, constituerit. Imò S. Petro de numero hoc percontanti, respondit: c *nõ septies* tantùm, *sed septuagies septies*, hoc est, sine numero, & limite, fratri veniam flagitanti esse remittendum.

a *Isa.43.25.* b *Ioan. 20. 23.*

c *Matt.18. 22.*

Ex quibus mirum in modum summa Dei bonitas & clementia elucet; nec non ingens ignoscendi nobis desiderium. O benignissime Pater, *septuagies septies*, & totidem vicibus *millies* repetitis laudent te omnes beatorum spirituum chori, pro insigni hoc beneficio, quo nos peccatores in terra degentes affecisti: vt toties nobis peccata remittere velis; quoties aliquo nos scelere obstringimus: si deliquisse dolentes, veniam postulemus: eò quòd tua *misericordia* maior sit, quàm nostra *miseria*. Magnâ igitur fiduciâ accedam, vt illatæ iniuriæ veniam impetrem; quandoquidem ipsemet, cui illam intuli, adeò liberaliter benigneque veniam mihi offert.

Oratio.

II

EXPENDENDVM deinde, summum hunc Dominum & Iudicem, *seueriß mum* illud de vita & actionibus nostris *iudicium*, quod tum priuatim in fine vitæ cuiusque, tum generatim omnium in nouissimo die, instituturus est in *mitißimum* illud, quod in hoc sacramenti foro tractabitur,

Iudicium seuerissimum fit mitissimũ.

ita com-

ta commutare; vt iuxta Apostoli sententiam, d *Si nos ipsos diiudicauerimus*, i in hoc nimirum Sacramento à Dei ministro iudicati, & absoluti fuerimus: *non vtique* de eisdem actionibus iterum iudicandi, aut propter illas damnandi simus: Nam & in hunc sensum scriptura loquitur, cum dicit: e *Non consurget duplex tribulatio, aut vindicabit Dominus, bis in idipsum, in tribulatione.*

d 1. Cor. 11. 31 S. Cypr. ser. de Lapsis. e Nahum. 1. 9.

III

DENIQVE, sacramentum hoc, est f *Fons ille aquæ viuæ*, quem (iuxta Zachariæ prophetiam) Deus in Ecclesia constituit in *ablutionem peccatorum*; d sanandas ægritudines, & vulnera vitiorum, ad vitam gratiæ, charitatis, & virtutum splendorem restituendum; ad amissa merita reparanda, & reliqua peccatorum damna instauranda: Est fons perennis & patens, nullo vnquam tempore exciccandus; nec à Deo dum viuemus obstruendus: potiùs in votis est illi, vt statim atque lapsi, & maculati fuerimus, ad fontem, ablutionis gratia accedamus. Benedictus ille sit fons bonitatis diuinæ, è quo hic tanta eius misericordia scaturit. Accede, anima mea, ad g *fontem hunc Saluatoris*, ex quo *hauries aquam* salutis: accede autem cũ tristitia quidem ob tua peccata; sed simul cum gaudio ob spem ea in illo abluendi. *Punctum hoc fusiùs in 5. Part. medit. 9. deducetur.*

f Zach. 13. 1. Fons aquæ viuæ.

Colloquiũ g Isa. 33 3.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM deinde, quàm sit opus præstans ipse confessionis *actus*, quò ad frequentiorem eius exercitationem magis alliciar: Perpendens institutum à Christo esse hoc Sacramentum in Ecclesia, vt homines ex propriis peccatis occasionem sumerent, excellentes virtutum actus eliciendi, quibus detrimenta, ob sua peccata accepta, repararét; lucra noua acquirerent. Hi autem actus præcipuè sunt septem.

Actus virtutum in Confessione.

PRIMVS est actus FIDEI, quo firmiter credimus, Potestatem remittendi peccata, quæ ad solum Deum aliàs spectat, sacerdotibus ita factam a CLAVESQVE *Regni cælorum*, quibus eius portas aperiant, ita eorũ manibus traditas: vt gratiæ, donaque cælestia ad peccatorum iustificationem per illorum hoc munus descendant: & iustificati ad Regnum illud admittantur.

I. Fides a Matt. 18. 18.

SECVNDVS est SPEI, quæ omnem humanam superat: Nam quæ apud mundi huius tribunalia confessio fit, reum *condemnat*: quæ verò in huius Sacramenti tribunali, eundem *absoluit*.

II. Spes mundanæ contraria.

TERTIVS est CHARITATIS, qua vehemens concipitur *dolor*, ob infinitã *bonitatẽ offensam*, & eius *amissam gratiã*: desideratur verò ex toto corde eius recuperatio, vt ex toto corde Deus ametur, & impẽsè eidẽ seruiatur.

III. Charitas

QVARTVS est heroicæ HVMILITATIS, qua peccator non Deo tantũ, sed homini etiam se subiicit, dum secreta conscientiæ Dei ministris aperit, quamuis magnum id pudorem & cõfusionem ipsi adferat: quã tamé

IV. Humilitas

sponte

ſponte ſubit; Dei amore, quem antea offenderat, libenter amplectitur; etiam deſiderans, eo ſe loco apud omnes eſſe, quo reuera eſt, peccatoris nimirum.

V. Obedientia

QVINTVS eſt excellentis OBEDIENTIAE in re valde ardua, vt proximè dictum eſt, ſubijciendo ſe confeſſario, tanquam ſibi ſuperiori; vt in omnibus obtemperet, quæ ipſe iniunxerit.

VI. Iuſtitia

SEXTVS eſt ſublimis exactæque IVSTITIAE: qua ipſe peccator cõtra ſeipſum agit *accuſatorem, teſtem, Iudicem*, ſententiæque *executorem*; nec coactè, ſed *ſponte* ſe miniſtrorum Dei iudicio ſubiicit, animo, eorum ſententiam amplectendi; eaque ratione illatas Deo iniurias in ſeipſo vlciſcendi, ac damna, ſi quæ proximo intulit, reparandi.

VII. Fortitudo nomine maior

SEPTIMVS eſt inſignis FORTITVDINIS, qua ſeipſum vincit, & naturalem ac vehementem ad ſua *contegenda & excuſanda* peccata propenſionẽ ſicut filius Adami protoparentis, à quo omnes homines illam hæreditate acceperunt. Quãobrẽ qui ſeipsũ in hoc vincit, plus quã *homo* eſt cẽſendus: quod indicaſſe videtur Iob dicẽs: b *Si abſcondi, quaſi* HOMO *peccatum meum.* Imò maiori nonnunquam fortitudine ad peccatum humiliter & ingenuè confitendũ opus eſt; quàm fuerit ad illud non admittendũ. Teſte enim *S. Gregorio*, maius homo certamen ſubire conſueuit, ad commiſſum facinus aperiendum, quàm ad reſiſtendum eidem. Ac proinde non eſt minus admirandus, qui demiſsè ſua peccata confitetur, quàm qui alias virtutes exercet.

b *Iob.31.33. ſæpe difficilius confiteri quàm non peccare*

c *Mor.c 21*

Meritum & gloria confitentis

SEPTEM hi heroici actus confeſsionem ita comitantur, vt magnum apud Deum meritum; nec minorem apud Angelos, & prudentes confeſſarios *gloriam*, obtineat: ac proindè meritò contendam, magno illos ſpiritũs feruore, quàm potero perfectiſsimos elicere: quò fructus confeſſionis ſit copioſior: Dicamq; mihiipſi illud Eccleſiaſtici: c *Da, & accipe: & iuſtifica animam tuam.* Et ſiquidem Deus ſeptem tibi capitalia remittit peccata, & ſeptem ſpiritus ſancti dona communicat: redde tu eidem ſeptem hoſce actus, quibus te ad ea dignè ſuſcipienda diſponas. d *O ſcita ſepties* exemplo *pueri illius*, quem *Eliſæus* Propheta *à mortuis excitauit*, proferẽs imo ex pectore ſeptem hoſce affectus: vt ad nouam te Deus vitam ex ſuſcitet; & ad ſummum illius faſtigium extollat.

c *Eccl.14.16*

d *4. Reg. 4. 35.*

PVNCTVM III.

Beneficia varia.

TERTIÒ, perpendendæ ſunt gratiæ, & *beneficia*, quæ Deus largitur iis, qui debita diſpoſitione ſacramentum hoc ritecque ſuſcipiunt: quæ ad *tria* illa reduci poſſunt, in quibus Apoſtolus Regnum Dei poſuit. a *Regnum*, inquit, DEI *eſt Iuſtitia, & Pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Hoc enim b *Regnum* omnibus verè *pœnitentibus* promittitur.

a *Rõ.14.17.*

b *Matt.3.2.*

PRIMO, confert illis IVSTITIAM, ſiue iuſtificantem gratiam dum ab

omni-

omnibus peccatis liberans, Dei amicos, & filios adoptiuos, Regniq́ue illius hæredes constituit. Cùm hac gratia charitatem quoque, cæteraſq́ue virtutes infusas,& Spiritûs S.dona impertitur;nec non veram animæ pulchritudinem, quæ ſemper eſt cum humili confeſsione coniuncta. Illis verò, qui ad confeſsionem cum Iuſtitia accedunt, eandem adauget, & impletur illud Apocalyp.c *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*: & illud Sapientis: c *ne verearis vſque ad mortem iuſtificari.*

S. *Aug. in illud Pſal. 95 Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.*
Iuſtitia
c *Apoc.* 22. 11.
c *Eccl.* 18, 22

II.
Pax cum Deo. Victoria triplex
d *Mich.* 7. 19. Peccatorum, Dæmonum Paſsionum
d *Prou.* 16. 7
Tentationum remedium.
Caſſi Coll. 2 c. 10. & 11.

DEINDE, largitur PACEM ſupernaturalem: non ſolùm, quòd eos ſecũ reconciliat; verùm etiã, quòd in glorioſę victoriæ præmium, quã de ſeipſis referunt, dum confeſsionis difficultates ſuperant, *triplicem* illis de hoſtibus victoriam tribuit. Nam alios profligant; alios in fugam conuertũt; reliquos ſibi *ſubijciunt*. d *Peccata* enim ita profligãt, vt *in profundum maris proijciant*; Dæmones cum vniuerſis eorum tentationibus ac molitionibus *fugam* capeſſere cogunt: nihil enim maiorem illis terrorem incutit, quàm ſi conſcientiæ vulnera perito ea curandi medico manifeſtentur; *Paſſiones* denique & vitia carnis ſpiritui *ſubijcium*. Nam, ait Sapiens: d *Cũ placuerint Domino vias hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Quare optimum ad tentationes, & paſsiones debellandas medium eſt, ſi eas confeſſario, & Patri ſpirituali detegas: nam quamdiu illæ latent, Diabolus viuit in pace, nos verò in periculoſo certamine: vbi autem illæ aperiuntur, ille fugam init, nos verò ad priſtinam reuertimur pacem.

III.
S. *Bonau in Specul. diſcipl. p. 2. c. 3.*
Gaudium
e *Pſal.* 50. 10

TERTIO dat illis GAVDIVM in Spiritu ſancto: nam timoribus atque triſtitijs omnibus expulſis, quæ ex mala conſcientia naſcuntur: ingenti eos gaudio replet, ob adeptam remiſsionem peccatorum. quod Dauid inſinuauit, cum dixit: e *Auditui meo dabis gaudium & lætitiã; & exultabunt oſſa humiliata.* Cùm enim grauiſsimum peccatorum pondus tollitur, quo premebantur; & triſtitiæ ſpiritûs pellitur, qui exſiccabat oſſa, eoſq́ue conſumebat, reuireſcunt; & certa ſpe veniæ, vitæq́ue æternæ arrabone, qui ex ea naſcitur, capita attollunt.

I
Fructus laborem ſuperat.

HAC conſideratione meipſum excitabo, ad omnia, quæ ad veram integramq́ue Confeſsionem faciendam neceſſaria ſunt, perficienda: quãtumuis ardua illa, labore, & pudore plena eſſe videãtur, Perpendens mecum: vel nulla illa eſſe, vel prorſus exigua, ſi cum eximijs *bonis*, quæ Deus, daturum ſe mihi pollicetur; & ſempiternis malis, quę hac ratione euadam, conferantur.

II
Chriſti paſsio.

ADHAEC, ſi memoria repetam omnia, quæ Chriſtus Seruator noſter pro peccatorum meorum expiatione fecerit; acerbosq́ue dolores & cruciatus, quos eâdem causâ ſuſtinuerit: mox mihi exigua omninò videbuntur, quæ à me exigit, vt illis ignoſcat.

Misteria
Missarum.

Ex Pascha-
sio Radbert.

Ex Amalario.

Ex Rupert.

Ex Durando.

Ex Ioan. Beleth.

Ex Sicardo.

Ex Guillel. Aluernensi.

Ex Hugone.

Ex Thoma.

Ex Bonauentura.

Ex Alexandro.

Ex Scoto.

Ex Gabriele.

Ex Ioan. Gerson.

Ex Ioan. Eccio.

Ex Ioan. Fisher.

Ex Ioan. Cochleo.

Ex Ioan. Pupper.

Ex Ioan. Hoffmeister.

Ex Ioan. Dietenberger.

Ex Ioan. Mensingo.

Ex Ioan. Hessels.

Ex Ioan. Nauseo

ram: Dolore *denique animum, & cor meum, ob illatas creatori meo & benefactori clementissimo iniurias conteram, & execruciabo.* Dolor

Hi quatuor *actus intra cordis mei cubiculum exercendi sunt, & considerationibus ad id ordinatis perficiendi: memoria præcipuè* præsentiæ Dei, *summi viuorum, & mortuorum Iudicis, quem in Throno Maiestatis suæ residentem intuebor, ea ratione, quam Meditatione* nona *indicaui. Cuius aspectus efficiet, vt maiori diligentia, & feruore actus illos quatuor eliciam. Quam ob causam sæpè in diuinis literis monemur, nos* coram Deo *examinare ac iudicare, eum nobis in memoriam reuocantes, vt iudicio nostro interfit. Ita enim Iob:* a Quis mihi tribuat vt veniam vsque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus. *Et Isaias:* b Reduc me in memoriam, & iudicemur simul.

a Iob. 23. 4. & 35. 14.
b Isa. 43. 26

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM primùm, voluisse Christum Dominum nostrum, Actus ipsos nostros esse partes huius SACRAMENTI, *contritionem, confessionem, & satisfactionem:* qui *tribus* peccandi modis, *cogitatione, verbo, & opere correspondent:* vt hac ratione ego ipse ad meam iustificationem concurram; actionibus meis ad veniam impetrandam me disponendo, sicut meis actibus Dei gratiã amisi. Cùm itaque Deus actus meos adeò sublimare & nobilitare velit, vt eius gratiæ recuperandę sint instrumenta; consentaneum omninò est, qua maxima possim perfectione eos efficere, in hoc vel maximè sapientis consilium sequens; qui suadet a *In omnibus operibus tuis, præcellens esto,* postulatâ ad vnumquodque opus speciali à tribus diuinis personis gratiâ, ab SPIRITV S. cui *charitas* tribuitur, *contritionem* petam, supplex rogans, vt diuini sui amoris igne animam meam accendat, à quo dolor hic proficiscatur, qui omnem peccatorum meorum absumat rubiginem: Ab vnigenito *Dei filio*, qui est *verbum* Patris; cui *Sapientia* assignatur, lucem efflagitabo, ad scelera mea cognoscenda, & humilibus verbis in *confessione* exprimenda: vt absolutionem consequi merear, A *Deo patre*, cui *potentia* tribuitur, fortitudinem postulabo, ad *satisfactionis* opera constanter perficienda, donec pœnam omnem peccatis meis debitã dissoluam. O TRINITAS beatissima, assiste cordi, & labijs meis, vt peccata omnia mea ritè confitear, & perfectam omnium remissionem obtineam. Amen.

S. Thom. 3. p. q. 90. a. 2.

Actus nostri partes Sacramẽti Instrumẽta gratiæ

a Eccl 33. 13.

Contritio à Sancto Spiritu

Confessio à Filio

Satisfactio a Patre Oratio

PVNCTVM II.

Contritio non sola Attritio quærenda

EXPENDENDA deinde sunt, quæ ad tres hosce Actus, quam exactissimè exercendos, sunt necessaria. Quoad CONTRITIONEM, qui primus est Actus, non ero contentus eo, qui *Attritio* dicitur, & oritur ex timore quodam seruili pœnarum Inferni: sed perfectam *contritionem* habere contendam, quæ ab amore Dei super omnia; vt supra dictum est, proficiscitur. Quamobrem enitendum est, vt dolor hic sit quam perfectissimus: est enim mensura gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur: ita vt, si dolor modicus sit & remissus, gratia quoque sit parua; si magnus & perfectus, amplissima & illa sit: & quò dolor intensior, eò gratia copiosior: quòd si nullus omninò adesset dolor, nulla quoque prorsus gratia conferretur. Qua propter, cùm potissima præparationis huius pars in doloris perfectione consistat, ad eius perfectionem illis me considerationibus excitabo, quæ in *quinta Meditatione* sunt positæ; & eòdem spectant aliquæ *similitudines*, quibus sacræ literæ ad *amoris lachrymas* nos inuitant.

Medit. 28. punct. 4.

Dolor mē sum a gratiæ

Ergo perfectissimus sit.

Similitudines Amoris lachrymæ a *Iere.* 6. 26.

Aliquando enim monent: a *Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum*: vt videlicet, sicut *mater* vnigenitum filium, in quo omnem spem suam & amorem repositum habebat, mortuum tenerrimè deflet; ita ego spiritualem animæ meæ (quæ vnica mihi est, & charissima esse debet) mortē, quam immanissimè culpâ meâ interemi, æternęque mortis obnoxiam feci, grauissimè, & amarissimè flere debeo. Et qui rei alicuius mihi caræ iacturam tanti facio; vt à lachrymis me continere non possim: par certè est, copiosiores & ex intimo corde eas emittere, in rei adeò pretiosæ, & super omnia *charissimæ* iactura: eò vel maximè, quòd lachrymæ in hac causa *optimè* collocentur: Mater enim, etsi copiosissimas fundat, nunquā vnigenitum reuocabit ad vitam: Ego verò lachrymis contritionis mortuam animam meam vitæ restituam.

Vt Mater Vnigenitū plangit.

Hæ lachrymæ vtiles Mortuos excitant.

O *Deus immense*, vehementer me pœnitet irrogatæ tibi iniuriæ, qua etiam animæ meæ mortē intuli: quæ quoniam potiori iure tua est, quàm sit mea; misereat te obsecro illius. b *Erue à framea* mortis Deus, *animam meam; & de manu canis* Infernalis *vnicam meam*: vt tibi viuens, confiteatur nomini sancto tuo. Amen.

Oratio ad Patrem b *Psal.* 21. 21

II. Christum crucifixum peccatis meis

NONNVNQVAM eædem sacræ literæ, dum iustissimum & communē fletum ob illatam Christo Domino mortem commemorant, vt apud Zachariam: c *Plangent*, inquit, *eum planctu quasi super vnigenitum; & dolebūt super eū, vt doleri solet in morte Primogeniti*: docēt me, inquā, quid me facere

c *Zach.* 12. 10.

deceat;

deceat;qui,vt Apoſtolus ait: d *rurſum mihimetipſi*, hoc eſt,in meipſo multis meis peccatis *crucifixerim filium Dei, & oſtentui habuerim*: quod enim in me fuit,mortis eius occaſionem dedi.

d *Heb. 6. 6.*

Oratio ad filium

O vnice Patris æterni fili, ſupra omnem modum me pœnitet culpæ meæ,qua mortis tuæ in anima mea cauſa exſtiti: reuertere,quæſo,vt gratiâ tuâ in ea viuas,pro cuius vita mori non dubitaſti.

III.

Qvandoqve admonent etiam, vt inſtar ſponſæ e *Virginis*, quæ ob ſponſi chariſsimi mortẽ, à quo omnis eius fortunæ ratio pendebat,vidua, pauper, & ab omnibus deſerta manẽs, totam ſe lachrymis & luctui tradit: ita ego ſcelera mea defleam,quibus *Deum*, animæ meædilectiſsimũ ſponſum,& cum eo gratiæ & charitatis eius margaritas,cæteraque dona, quæ is mihi contulerat,amiſi: ideoque verè vidua remanens, nullos bonorum operum, quæ vitam æternam promereri poſsint, filios procreare valeo, vt potè deſerta, & ſpeciali dilectiſsimi ſponſi mei protectione deſtituta.

e *Ioel. 1 8.* vt Sponsũ amiſſum

Colloquiũ ad S. Spiritum

O vtinam præ tantæ iacturæ doloris magnitudine cor meum comminueretur & creparet: quòd talem ſponſum, tales margaritas, tam ſuauem ſecuramque protectionem amiſerim.

Qvod ſi adhęc omnia cor meum durum experiar,nec peccatorum dolore tangi, aut tot amoris conſiderationibus emolliri ſentiam, adhibebo eas,quæ timorem incutientes, (quas ſuprà poſuimus) me excitent; & (vt S. Bernardus ait)timor ipſe *excitetur,vt me excitet*;amoriſque mihi ianuam aperiat. Time,ô *anima*, ſummi eius iudicis *vultum*, quem cœlorum poteſtates reformidant. Time *iram* omnipotentis, & *faciem* furoris eius; caſuri interituriq; *mundi* fragorem;*Ignem*, qui omnia depaſcens, in cinerem illa rediget;*Archangeli* vocem homines ad vitam reuocantis;aſperrimum deniq; nouiſsimæ ſententiæ *verbum*, quod ſummus Iudex eſt prolaturus; Draconis *dentes*, *ventrem* Inferni, *Rugitus* & vlulatus ferarum,quę ſunt ad laniandum & deuorandum paratiſsimæ;*vermem* continuò rodentem, & nunquam moriturum: *Ignem* ſemper exurentem; *fumum*,*ſulphur*, *turbines*,& exteriores tenebras. f *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis fontem lacrymarum*, quibus ſempiternum illum *planctum*, dentium *ſtridorem*, manuum pedumque *colligationes*,ignearum catenarũ prementium & exurentium, ſed nunquam conſumentium *pondus* præuenire valeam. Hiſce *timoris* lacrymis,ad alias *amoris* me præparabo,quia,vt *S. Auguſtinus* inquit, timor acus inſtar eſſe debet,quæ,etſi pannum ingreditur,non tamen in eo manet, ſed filum,quod introducit,ſui loco relinquit; quò diſiunctæ aliàs partes coniungantur: ſic timor adhibetur, vt charitas inducatur: quę animi affectus ita coniungat,vt omnes in Dei dilectione, & peccatorum aduerſus eius legem admiſſorum lacrymis occupentur.

Excita timorem & excitabit T a *Serm.16.in Cant.*

Colloquiũ ad Cor durum

Timoris aculei

f *Ierem. 9. 1*

Timor diſponit ad Charitatẽ *In illud 1. Ioan. 4. charitas perfecta foras mittit timorem.*

Timor acus Charitas filum

PVNCTVM III.

QVOD ad ſecundum huius ſacramenti actum, qui CONFESSIO eſt, attinet, præmiſſa diligenti peccatorum examinatione, eo modo, quem 3 *punctо Meditationis trigeſimæ* poſuimus. PRIMVM, firmiter ſtatuam, omnia mea ſcelera, quantumuis fœda, *integrè* confiteri: vt pudorem omnem, qui me ab eo deterrere poſſet, conſiderationibus *in fine proximæ ſuperioris Meditationis* poſitis euincam: additâ & illâ ſententiâ: Præſtat ferre in vultu pudorem, quàm in corde maculam, & læſionem. Quod ſi nunc exiguum faciei pudorem ferre non potes: multò ſine dubio grauiorem in die Iudicij ferre cogêris. CVM præterea DEVS omnia & ſingula tua delicta probè cognita, & explorata habeat: Quid intereſt, ſi & eius Miniſter, qui ab eiſdem abſoluendi poteſtatem habet, ea nouerit? Quamobrem da potiùs gloriam Deo, & plenè omnia, ac candidè confitere. Neque enim confeſsio hæc necem tibi adferet, ſicut a *Achano* attulit, quam fecit de furto ſuo, ſed *vitam* & gratiam, ſicut attulit b *Dauidi* confitenti coram *Nathan* ſuum adulteriũ & homicidium. Expedit verò (vt *S. Bonauentura* aduertit) hac animi fortitudine, & intentione, à peccato maximè pudendo, & quo maximè erubeſcamus confeſsionem auſpicari. Cùm enim ſtatim initio potentiſsimus inimicorum proſternitur, reliqui deinde debiliores nullo negotio ſuperantur: Sicut *Goliath* Gigante deuicto, cæteri Philiſtæi ſe in fugam coniecerunt.

Confeſſio I. Integra Vultus pudor præſtat cordis maculæ. Nunc quã Tunc Deus ſcit ſciat & Miniſter eius Non te necabit a *Ioſ.7.25.* b *2.Reg.12.13.* *De purit. conſcientiæ c.1.* Incipiendũ à Maximo II. *S.Thom.in Additio. q.9.a.4.* Nõ excuſa c *Pſal.31.5.* d *24.11.* Nec exaggera *S.Bern.de Grad.humilit.* Simulata Confeſſio

DEINDE accedet propoſitum, ſummâ qua potero, animi demiſsione eadem omnia ita manifeſtandi, vt confeſsio clara ſit, pura, ſimplex, nuda, & intentione rectâ: abſque excuſatione, aut imminutione culpæ, quæ verè adeſt: nec eam in proximum vt Adamus, neque in ſerpentem & hoſtem tartareum vt *Eua* conijciendo, ſed ſibi ipſi adſcribendo, ſicut fecit Dauid: c *Confitebor*, dicens, *aduerſum me iniuſtitiam meam*, eandem & d *multam*, & grauem eſſe agnoſcendo. Cauendum interim eſt contrarium extremum, nimia videlicet eorundem peccatorum exaggeratio: ne confeſsio, *ficta* eſſe credatur, aut honoris ambitioſa, quaſi humilis haberi velle pœnitens videatur. Eſt enim vana gloria ſubtilis, quæ varijs vijs ſeſe inſinuat & honorem aucupatur.

TERTIO ſtatuam, confeſſarij mei *monita* & reprehenſiones audire, magno ſilentio, & animi ſubmiſsione, nec eas quantumuis acres & aſperas interrumpere: ſicut fecit *Dauid*, qui patientiſsimè terribilem *Nathan* Prophetæ increpationem totam audiuit: culpamque ſuam agnoſcens. e *Peccaui*, inquit, *Domino*: Et Eccleſiaſticus monet: f *Audit tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Quæ autem gratia melior eſſe poteſt ea, quę hic tibi confertur? quæ Dei amicitia eſt.

III. Humilis vt Dauid e *2.Reg. 12.13.* f *Eccl. 32.9.*

S. Bonau. p 2. Speculi c 3. & de Informa. Nouitior. c. 12 Sacerdos Dei Vicarius

Hic absoluit non orat

AD hæc faciliùs præstanda multum conferet, Confessarium ipsum non vt hominem intueri; sed vt verè ministrum, Deique vices gerentem: ideoque Deum ipsum in eo agnoscere, ac propterea internâ & externâ reuerentiâ eundem prosequi oportet. Ob id enim DEVS voluit confessarium non hic vti precandi forma, vt pœnitenti veniam impetraret; sed forma potestatem habentis quæ dicit: *Ego absoluo te.* O anima mea, siquidem tale æternæ vitæ verbum audituram te speras: num magnum te facere existimabis, si temporali aliquo pudore, confitendo tua delicta, afficiaris? g *Quam bonum*, inquit Sapiens, *est, correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum*, quia ab illo absolueris. Detege semel omnia flagitia tua, siquidem Deus vniuersim promisit; h *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.*

g Eccl. 20. 4 Colloquiũ

h Ezech. 18 22.

PVNCTVM IV.

Satisfactio

CIRCA tertium actum, qui est SATISFACTIO, statuam firmissimè, obtemperare confessario in omnibus, quæ meritò mihi iniunxerit: siue ea ad morborum meorum spiritualium *medelam*, siue ad *satisfactionem* Deo pro illatis ei iniurijs faciendam, spectent. Decet enim ægrotum, medico in ijs, quæ tum ad sanitatem recuperandam; tum ad vitanda eius amittendæ pericula spectant, obedire: nec minùs æquum est debitorem creditori suo, quoad fieri possit, satisfacere. Cùm igitur Deus peccata mihi condonare, & æternam, quam illis promeritus eram, pœnam in temporaneam commutare velit: consonum omninò est, meipsum ad eam exsoluendam, quam confessarius imponet, paratum offerre, dicereque cum Dauide: a *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper; quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo*, Daboque operam: vt nec memoria mea, peccati mei obliuiscatur: nec oculi cessent à lacrymis, nec manus à vindicta sumenda, donec fuerit omninò deletum.

I. Obedire Cõfessario vt Medico & pio Creditori

a Psal 37. 18

AD id præstandum magnum subsidium adferet asperrimæ, quam ipse Christus pro meorum peccatorum expiatione fecit, pœnitentię consideratio. Quæ enim seuerior esse potest *disciplina*, quàm ipsius fuerint flagella? quodnam asperius *cilicium*, quàm spineæ ipsius coronę, & clauorum cuspides? Quæ molestior *vigilia*, quàm ipsius fuerit, tota nocte Passionem præcedente? Quis durus adeò angustusq; *lectus*, atque Crucis fuit: in qua ipse expirauit? Quodnam adeò seuerum *ieiunium* fuit, atque ipsius: qui, cùm tota die passionis nec comedisset quicquam, nec bibisset; paulò antè mortem felle & aceto fuit potatus? *Anima mea*, quandoquidem CHRISTVS immania & atrocia adeò pro ijs peccatis est passus, quæ non fecit; patere & tu nnnihil pro ijs, quæ tu ipse perpetrasti

II. Pœnitentia Christi Disciplina Cilicium Vigilia Lectus Ieiunium Colloquiũ

& b *fructus fac dignos pœnitentiæ:* Arbor enim, quæ fructus non protulerit, quales Christus, non habebit partem cum Christo.

b *Matt.* 3. 8

III. *Medit.* 36. Purgatorium

Ad idem conferet etiam plurimùm consideratio pœnarum *Purgatorij*, quæ ponetur inferiùs. Est enim amentiæ manifestæ, nolle debitum soluere, donec me creditor in *carcerem* compingat: ex quo, donec vltimum quadrantem reddidero, exire non possim, & quod leui Satisfactione, magnoque compendio, & emolumento meo reddere in hac vita possem, ad acerbissimas Purgatorij pœnas reijcere. Ea est enim benignissimi Dei liberalitas, vt id ipsum quod hic *sponte* ad debitum meum exsoluendum offero, nouo ipse præmio afficiat: augmento videlicet gratiæ & gloriæ, quod tamen, si in Purgatorio reddam, non habebo.

Spontanea solutio meritoria

IV. Propositũ emendandi

Ad extremum, firmissimè constituam, vitam emendare, & ad peccata præterita non redire. Sine hoc autem firmo animi decreto, *contritio* erit ficta, *confessio* sacrilega; *satisfactio* etiam ipsa inutilis; & *absolutio* nullum habebit effectum. Neque enim habenti animum reuertendi ad peccata, dimittentur admissa. Imò etiam cum leuis & *venialis* est culpa, nõ dimittitur, nisi abstinendi ab ea propositum adsit.

N.B. Veniale

Hac præparatione, sanctisque his affectibus, & propositis seruatis, securè possum ad hoc sacramentum accedere; opere, quæ mecum constitui, exequendi, ingenti desiderio vera mutatione vitam meam innouandi. Quasi mecum Ieremias Propheta verbis illis esset locutus: c *statue tibi speculum, pone tibi amaritudines*, amarè videlicet peccata tua deflendo: *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti*, vel vt D. Hieronymus vertit: *Cogitationes operibus iunge*, vel vt Septuaginta legunt: *Da cor tuum super humeros tuos*: assumendo videlicet cum amore iugum obedientiæ: vt, quæ Deus & eius ministri tibi iniungent, exequaris.

c *Ier.* 31. 21. *iuxta* 70 *D. Hier. ibi.*

MEDITATIO XXXII.

DE GRATIARVM ACTIONE POST Confessionem.

Confessio laudis

Peracta *feliciter peccatorum confessione, & Absolutione percepta, par est aliquid temporis* Confessioni laudis *impendere, pro accepto tanto beneficio*: vtramque *enim confessionem à nobis requirit Deus, iuxta illud Oseæ Prophetæ*: a Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, qui oniam corruisti in iniquitate tua: Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem auferiniquitatem, & accipe bonum *mentis nostræ propositum*: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. *hoc est loco vitulorum, qui olim tibi in sacrifici-*

a *Ose.* 14. 8.

Vituli verborũ quid

um offe-

um offerebantur, immolabimus vitulos verborum, *confitendo videlicet, tum* ſcelera *noſtra, vt eorum veniam nobis tribuas; tum laudando atq; celebrando* miſericordiam *tuam, quando ea nobis condonauerit. Hoc* b laudis ſacrificium, *teſte Dauide*, honorificat DEVM, & illic iter, quo *ipſe* oſtendit ſalutare Dei: *eſt enim verum* iter *& aptiſſima ratio perfectam animæ ſalutem aſſequendi, quæ gratæ menti firmior certiorq; redditur; cùm ingratæ debilior remiſſiorq; fieri conſueuerit. Ad eundem grati animi affectum magis excitandum magnam vim habet; ſi conſideres quantopere Chriſto Domino placuerit Samaritanus ille, qui iuſſus, ſe* c præſentare Sacerdoti, *vt a* lepræ *contagione* mundaretur, aduertens, ſe *in itinere* mundatum, reuerſus ad Chriſtum, gratias, *pro beneficio accepto illi* egit: *contrà verò diſplicuerunt plurimùm reliqui* nouem *eius ſocij, qui eodem beneficio affecti, non ſunt reuerſi, vt beneficium agnoſcerent, grateſq; debitas* DEO, gloriamque tribuerent. *Quod factum in miraculi huius propria meditatione fuſius declarabitur.*

b *Pſal.49. 23.* Gratitudo iter ad ſalutem exemplo Samaritani c *Luc.17.16. Medita. 34. p.3.*

RECIPIAM *itaq; me in Eccleſiam coram ſacratiſſimo Sacramento, aut in opportunum alium locum, & in Dei viuentis conſpectu conſtitutus. Fidem meam excitabo, ob acceptum in Confeſſione beneficium, in qua corporis auribus fauorabilem illam ſententiam, verbumq; dulciſſimum perceperim:* ABSOLVO TE: *verbum inquam efficax & potens, ad perficiendum quod ſignificat,* d dãdumque auditui meo gaudium, vt exultent oſſa humiliata. *Ac [illegible]ia plenus, de ipſius Dei bonitate ac miſericordia, quòd latam à confeſſario pro me ſententiam approbauerit, tres, hoſce grati animi actus, qui ſunt:* AGNOSCERE *beneficium, Deum pro illo* LAVDARE, *gratumq; aliquod obſequium eidem* OFFERRE, *quam potero exactiſſimè exercebo.*

d *Pſa.50.* 10 *S.Tho. 2.2. q.107 a.2.*

PVNCTVM I.

Beneficia Confeſſionis *Pſal.102.*

PERCVRRAM itaque primùm in corde meo, beneficiorum, quæ in ipſa confeſsione accepi, multitudinem: Quorum breuem catalogum DAVID contexuit per modum laudis, & poſſunt reduci ad numerum ſenarium.

I. Peccatorũ remiſſio

PRIMVM beneficium eſt: quòd omnia mihi *peccata* cõdonauerit, non ea ſolùm, quæ ſum expreſſè confeſſus: ſed illa etiam quæ vel obliuioni tradidi, vel abſque culpa mea non potui cognoſcere. SECVNDVM eſt, quòd omnes animæ meæ ſpirituales *ægritudines*, vitia, paſsiones, timores & triſtitias, cæteraſque perturbationes ſanarit: eaſq; iuxta Rationis normam ad moderationem reduxerit. TERTIVM, quòd me non ſolum ab æterna *morte*, peccatis meis debita; ſed etiam ab infelici, & meſtiſſima temporali, quæ ex diuinæ gratiæ priuatione, & inimicitia cum Deo prouenire ſolet, liberarit. QVARTVM, quòd in miſericordia & miſerationibus me coronauerit; *auxiliumq;* ad omnes tentationes, quibus hactenus oppugnatus fue-

II. Morborũ animæ ſanitas

III. Aeternæ & temporalis pœnæ remiſſio

IV. Auxilij [illegible]rgiti o [illegible]

V. Gratiæ donatio

tus fuerim, & in posterum oppugnari me continget, superandas, suppeditauerit; ab innumeris alijs miserijs exemerit; opemque suam, ne ad peccata denuò reuertar, benignissimè obtulerit. QVINTVM, quòd meum desiderium bonis repleuerit; *gratiamq;* & charitatem cum reliquis virtutibus, aut nouo earum incremento, impertiuerit. SEXTVM, quòd iuuentutem meam, vt aquilæ, *renouauerit*; actionibus, moribusque hominis veteris spoliauerit; nouo verò superuestiuerit, pristino spiritûs feruori, recentique animi gaudio, ad nouas virtutum actiones cum magna perfectione exercendas, restituerit. Hæc inquam omnia beneficia confert Dominus ijs, qui rectè confessionem suam instituunt: quæ eò pluris facienda sunt, quò *gratis* magis, & absque nostris meritis conferuntur. Quare verè pœnitens maiorem pro eis gratitudinem ostendere meritò debet. Et eam ob causam tum extollere decet vehementer immensam Dei erga me liberalitatem, & munificentiam, tum admirationis quodam silentio, fateri, me ab ea superari.

VI. Nouitas vitæ

Gratuita omnia.

Gratitudinẽ exigunt

PVNCTVM II.

PRORVMPENDVM est deinde magno animi affectu, & feruore in Canticum illud LAVDIS, quo vsus est Dauid:

a *Benedic anima mea Domino; & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.*

a *Psal* 102.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam, & coronat te in misericordia, & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, &c.

Non secundùm peccata nostra fecit nobis; neq; secundùm iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra, corroborauerit misericordiã suam super timentes se.

Quantum distat Ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, limumque ex quo conditi sumus.

Oratio

O DEVS animæ meæ, si tuæ erga me misericordiæ adeò sunt præclaræ, quid faciendum mihi vicissim est, ne parcus in gratijs referendis inueniar? Prosequar Domine, ope tua mihi adsistente, quę misericordia tua in me inchoare voluisti: & quandoquidem peccata mea mihi condonasti, ad ea deinceps nunquam reuertar. Et quoniam à sempiterna morte animam meam liberasti, operam omnino dabo, ne eiusdem reus denuò fiam: quoniam in misericordia me coronasti; gloriam tibi laudemque de

meis

meis coronis perſoluam. Hanc quæſo præteritis miſericordiam adiunge vt deſiderium meum cæleſtibus tuis bonis repleas, gratiam mihi, ad explendam, quæ offero, elargiendo: eoque modo b *fortitudinem meam immuta*, vt magno feruore *aſſumã pennas ſicut aquila, ambulem & non deficiam*, quoadusque æternam in cœlis coronam adipiſcar, Amen. b *Iſai.40.31*

In hunc modum alia etiam laudis cantica fieri poterunt, quibus illi potiſſimum ſancti, qui grauibus aliquando peccatis obſtricti fuerunt, ad Deum, qui grauia mea mihi donauit, pro me glorificandum, inuitentur. Sanctorũ inuitatio

PVNCTVM. III.

CIRCA tertium denique gratitudinis actum quo aliquod OBSEQVIVM offertur, tria ſunt mihi præſtanda.

PRIMO laborandum mihi eſt, vt ſerijs emendandæ vitæ propoſitis me valdè confirmem: cogitans, illis me verbis Chriſtum monere, quibus eumdem aliquando quendam à ſe reſtitutum ſanitati, & propterea gratias Deo in templo agentem, monuiſſe, ſcribit S. Ioannes: a *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deteriùs tibi aliquid contingat*: peior enim recidiua eſſe ſolet ipſo primo lapſu, & ſicut b *canis ad vomitum* reſorbendum *reuertar*, prior, qui expulſus fuerat dæmon, c *cum ſeptem alijs ſe nequioribus reuerſus ingredietur, & fient nouiſſima mea peiora prioribus.* Quapropter vehementer mihi formidanda omnis *recidiua*; ſed ea potiſsimùm, quæ ſit confeſsioni propinqua. Nam ſi *eodem*, quo ſum confeſſus, *die* ad eadem peccata reuertar: manifeſtum id erit iudicium *tepidæ* imperfectæque conuerſionis; quamuis reipſa *vera*. Facileque obijci mihi poterit illud Eccleſiaſtici: d *qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet?* Hæc mihi diligenter ſunt expendenda: non, vt me ad diffidentiam trahant; ſed, vt moueant ad timorem: cùm ſciamus, non eſſe alienum etiam à e *iuſtis, ſepties in die cadere, & reſurgere.* a *Ioan.5.14* b *Prou.26.11.* 2. *Pet.2.22.* c *Luc.11.26* Recidiua vitanda maximè propinqua d *Eccl.34.30* Time non diffide e *Prou.24.16.*

SECVNDO, vniuerſam, ſi fieri poteſt, iniunctam *pœnitentiam* ſtatim perſoluam: aut, ſi id fieri non poſsit, partem ſaltem aliquam, in ſpiritu & affectu obedientiæ & amoris: vt hac ratione aliquam ingentis illius debiti, quo Deo ſum obſtrictus, partem ſoluere incipiam, deſiderans etiam, maiores mihi vires adeſſe, ad multò plura in eius gratiam præſtanda, qui tot, & eximia adeò mihi contulit bona. & licebit interdum, ſaltem deſiderio, illud dicere, quod ſeruus ille Euangelicus dicebat: f *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* II. Pœnitentia non differenda f *Mat.18.26*

TERTIO denique ad pleniorem beneficij, in hoc ſacramento accepti, gratiarum actionem, diſponere me decet magno feruore ad Sacratiſsimam EVCHARISTIAM percipiendam: III. S. Sanctæ Euchariſtiæ ſumptio

ſponte ſubit; Dei amore, quem antea offenderat, libenter amplectitur; etiam deſiderans, eo ſe loco apud omnes eſſe, quo reuera eſt, peccatoris nimirum.

V. Obedientia

QVINTVS eſt excellentis OBEDIENTIAE in re valde ardua, vt proximè dictum eſt, ſubijciendo ſe confeſſario, tanquam ſibi ſuperiori; vt in omnibus obtemperet, quæ ipſe iniunxerit.

VI. uſtitia

SEXTVS eſt ſublimis exactæque IVSTITIAE: qua ipſe peccator cõtra ſeipſum agit *accuſatorem, teſtem, Iudicem*, ſententiæque *executorem*; nec coactè, ſed *ſponte* ſe miniſtrorum Dei Iudicio ſubiicit, animo, eorum ſententiam amplectendi; eaque ratione illatas Deo iniurias in ſeipſo vlciſcendi, ac damna, ſi quæ proximo intulit, reparandi.

VII. Fortitudo nomine maior

SEPTIMVS eſt inſignis FORTITVDINIS, qua ſeipſum vincit, & naturalem ac vehementem ad ſua *contegenda & excuſanda* peccata propenſionẽ ſicut filius Adami protoparentis, à quo omnes homines illam hæreditate acceperunt. Quãobrẽ qui ſeipsũ in hoc vincit, plus quã *homo* eſt cẽſendus: quod indicaſſe videtur Iob dicẽs: b *Si abſcondi, quaſi* HOMO *peccatum meum.* Imò maiori nonnunquam fortitudine ad peccatum humiliter & ingenuè confitendũ opus eſt; quàm fuerit ad illud non admittendũ Teſte enim *S. Gregorio*, maius homo certamen ſubire conſueuit, ad commiſſum facinus aperiendum, quàm ad reſiſtendum eidem. Ac proinde non eſt minus admirandus, qui demiſsè ſua peccata confitetur, quàm qui alias virtutes exercet.

b *Iob.31.33.* ixpe diſſi- :ilius confi- ert quàm non pecca- re

c *Mor.c 21*

SEPTEM hi heroici actus confeſsionem ita comitantur, vt magnum apud Deum meritum; nec minorem apud Angelos, & prudentes confeſſarios *gloriam*, obtineat: ac proindè meritò contendam, magno illos ſpiritũs feruore, quàm potero perfectiſsimos elicere: quò fructus confeſſionis ſit copioſior: Dicamq; mihiipſi illud Eccleſiaſtici: c *Da, & accipe: & iuſtifica animam tuam.* Et ſiquidem Deus ſeptem tibi capitalia remittit peccata, & ſeptem ſpiritus ſancti dona communicat; redde tu eidem ſeptem hoſce actus, quibus te ad ea dignè ſuſcipienda diſponas. d *Oſcita ſepties* exemplo *pueri illius*, quem *Eliſæus* Propheta *à mortuis excitauit*, proferẽs imo ex pectore ſeptem hoſce affectus: vt ad nouam te Deus vitam exſuſcitet; & ad ſummum illius faſtigium extollat.

Meritum & gloria :onfitentis

:Eccl.14.16

4. Reg. 4. 5.

PVNCTVM III.

TERTIÒ, perpendendæ ſunt gratiæ, & *beneficia*, quæ Deus largitur iis, qui debita diſpoſitione ſacramentum hoc ritéque ſuſcipiunt: quæ ad *tria* illa reduci poſſunt, in quibus Apoſtolus Regnum Dei poſuit. a *Regnum*, inquit, DEI *eſt Iuſtitia, & Pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Hoc enim b *Regnum* omnibus verè *pœnitentibus* promittitur.

eneficia ia. ũ.14.17. Matt.3.2.

PRIMO, confert illis IVSTITIAM, ſiue iuſtificantem gratiam dum ab

omni-

omnibus peccatis liberans, Dei amicos, & filios adoptiuos, Regniq́ue illius hæredes conſtituit. Cùm hac gratia charitatem quoque, cæteraſq́ue virtutes infuſas,& Spiritûs S. dona impertitur;nec non veram animæ pulchritudinem, quæ ſemper eſt cum humili confeſsione coniuncta. Illis verò, qui ad confeſsionem cum Iuſtitia accedunt, eandem adauget, & impletur illud Apocalyp. c *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*: & illud Sapientis: c *ne verearis vſque ad mortem iuſtificari.*

DEINDE, largitur PACEM ſupernaturalem: non ſolùm, quòd eos ſecũ reconciliat; verùm etiã, quòd in glorioſę victoriæ præmium, quã de ſeipſis referunt, dum confeſsionis difficultates ſuperant, *triplicem* illis de hoſtibus victoriam tribuit. Nam alios profligant; alios in fugam conuertũt; reliquos ſibi *ſubijciunt*. d *Peccata* enim ita profligãt, vt *in profundum maris proijciant*; Dæmones cum vniuerſis eorum tentationibus ac molitionibus *fugam* capeſſere cogunt: nihil enim maiorem illis terrorem incutit, quàm ſi conſcientiæ vulnera perito ea curandi medico manifeſtentur; *Paſſiones* denique & vitia carnis ſpiritui *ſubijciunt*. Nam, ait Sapiens: d *Cũ placuerint Domino vias hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Quare optimum ad tentationes, & paſsiones debellandas medium eſt, ſi eas confeſſario, & Patri ſpirituali detegas: nam quamdiu illæ latent, Diabolus viuit in pace, nos verò in periculoſo certamine: vbi autem illæ aperiuntur, ille fugam init, nos verò ad priſtinam reuertimur pacem.

TERTIO dat illis GAVDIVM in Spiritu ſancto: nam timoribus atque triſtitijs omnibus expulſis, quæ ex mala conſcientia naſcuntur: ingenti eos gaudio replet, ob adeptam remiſsionem peccatorum. quod Dauid inſinuauit, cum dixit: e *Auditui meo dabis gaudium & lætitiã; & exultabunt oſſa humiliata.* Cùm enim grauiſsimum peccatorum pondus tollitur, quo premebantur; & triſtitiæ ſpiritûs pellitur, qui exſiccabat oſſa, eoſq́ue conſumebat, reuireſcunt; & certa ſpe veniæ, vitæq́ue æternæ arrabone, qui ex ea naſcitur, capita attollunt.

HAC conſideratione meipſum excitabo, ad omnia, quæ ad veram integramq́ue Confeſsionem faciendam neceſſaria ſunt, perficienda: quãtumuis ardua illa, labore, & pudore plena eſſe videãtur, Perpendens mecum: vel nulla illa eſſe, vel prorſus exigua, ſi cum eximijs *bonis*, quæ Deus, daturum ſe mihi pollicetur; & ſempiternis malis, quę hac ratione euadam, conferantur.

ADHAEC, ſi memoria repetam omnia, quæ Chriſtus Seruator noſter pro peccatorum meorum expiatione fecerit; acerboſque dolores & cruciatus, quos eãdem causã ſuſtinuerit: mox mihi exigua omninò videbuntur, quæ à me exigit, vt illis ignoſcat.

S. *Aug. in illud Pſal. 95 Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.*
Iuſtitia
c *Apoc.* 22. 11.
c *Eccl.* 18, 22
II.
Pax cum Deo. Victoria triplex
d *Mich.* 7. 19. Peccatorum, Dæmonum Paſsionum
d *Prou.* 16. 7
Tentationum remedium.
Caſsi Coll. 2 c. 10. & 11.
III.
S. *Bonau in Specul. diſcipl. p.* 2. *c.* 3.
Gaudium
e *Pſal.* 50. 10
I
Fructus laborem ſuperat.
II
Chriſti paſsio.

Misericordia est miseria cordi sociata compassionis, vel alicui alienæ miseriæ cordi nostro applicata. Dicens ergo publicanus, misericordia est, quia vere intelligendo se miserum, ex corde, quidquid in cordibus ex miseria fieri potest, misericordiæ Dei se applicabat, quæ misericordia est cor ipsum, ex miseria illi, qui patiens peccatum, misericordiæ Dei se applicat, ut ipsa misericordia Dei, ad miseriam peccatoris descendat, & ipsum ad se ascendere faciat. Sanctus Bernardus super illud verbum: misericordias Domini in æternum cantabo, ait: Misericordia Dei, quæ est miseria nostra, ipsa est misericordia Dei, quæ nos liberat.

ram: Dolore *denique animum, & cor meum, ob illatas creatori meo & benefactori clementissimo iniurias conteram, & execruciabo.*

Dolor

Hi quatuor *actus intra cordis mei cubiculum exercendi sunt, & considerationibus ad id ordinatis perficiendi: memoria præcipuè* præsentiæ Dei, *summi viuorum, & mortuorum Iudicis, quem in Throno Maiestatis suæ residentem intuebor, ea ratione, quam Meditatione* nona *indicaui. Cuius aspectus efficiet, vt maiori diligentia, & feruore actus illos quatuor eliciam. Quam ob causam sæpè in diuinis literis monemur, nos* coram Deo *examinare ac iudicare, eum nobis in memoriam reuocantes, vt iudicio nostro interfit. Ita enim Iob:* a Quis mihi tribuat vt veniam vsque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus. *Et Isaias*: b Reduc me in memoriam, & iudicemur simul.

a Iob. 23. 4 & 33. 14.
b Isa. 43. 26

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM primùm, voluisse Christum Dominum nostrum, Actus ipsos nostros esse partes huius SACRAMENTI, *contritionem, confessionem, & satisfactionem*: qui *tribus* peccandi modis, *cogitatione, verbo, & opere correspondent*: vt hac ratione ego ipse ad meam iustificationem concurram; actionibus meis ad veniam impetrandam me disponendo, sicut meis actibus Dei gratiã amisi. Cùm itaque Deus actus meos adeò sublimare & nobilitare velit, vt eius gratiæ recuperandę sint instrumenta; consentaneum omninò est, qua maxima possim perfectione eos efficere, in hoc vel maximè sapientis consilium sequens; qui suadet a *In omnibus operibus tuis, præcellens esto*, postulatâ ad vnumquodque opus speciali à tribus diuinis personis gratiâ, ab SPIRITV S. cui *charitas* tribuitur, *contritionem* petam, supplex rogans, vt diuini sui amoris igne animam meam accendat, à quo dolor hic proficiscatur, qui omnem peccatorum meorum absumat rubiginem: Ab vnigenito *Dei filio*, qui est *verbum* Patris; cui *Sapientia* assignatur, lucem efflagitabo, ad scelera mea cognoscenda, & humilibus verbis in *confessione* exprimenda: vt absolutionem consequi merear, A *Deo patre*, cui *potentia* tribuitur, fortitudinem postulabo, ad *satisfactionis* opera constanter perficienda, donec pœnam omnem peccatis meis debitã dissoluam. O TRINITAS beatissima, assiste cordi, & labijs meis, vt peccata omnia mea ritè confitear, & perfectam omnium remissionem obtineam.

Amen.

S. Thom. 3. p. q. 90. a. 2.

Actus nostri partes Sacramẽti

Instrumẽta gratiæ

a Eccl 33. 13.

Contritio à Sancto Spiritu

Confessio à Filio

Satisfactio a Patre

Oratio

PVNCTVM II.

Contritio non ſola Attritio quærenda

EXPENDENDA deinde ſunt, quæ ad tres hoſce Actus, quam exactiſsimè exercendos, ſunt neceſſaria. Quoad CONTRITIONEM, qui primus eſt Actus, non ero contentus eo, qui *Attritio* dicitur, & oritur ex timore quodam ſeruili pœnarum Inferni: ſed perfectam *contritionem* habere contendam, quæ ab amore Dei ſuper omnia; vt ſupra dictum eſt, proficiſcitur. Quamobrem enitendum eſt, vt dolor hic ſit quam perfectiſsimus: eſt enim menſura gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur: ita vt, ſi dolor modicus ſit & remiſſus, gratia quoque ſit parua; ſi magnus & perfectus, ampliſsima & illa ſit: & quò dolor intenſior, eò gratia copioſior: quòd ſi nullus omninò adeſſet dolor, nulla quoque prorſus gratia conferretur. Quapropter, cùm potiſsima præparationis huius pars in doloris perfectione conſiſtat, ad eius perfectionem illis me conſiderationibus excitabo, quæ in *quinta Meditatione* ſunt poſitæ; & eòdem ſpectant aliquæ *ſimilitudines*, quibus ſacræ literæ ad *amoris lachrymas* nos inuitant.

Meditat. 28. punct. 4.

Dolor mẽ ſuta gratiæ

Ergo perfectiſsimus ſit.

Similitudines Amoris lachrymæ a Iere. 6. 26.

Aliquando enim monent: a *Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum*: vt videlicet, ſicut *mater* vnigenitum filium, in quo omnem ſpem ſuam & amorem repoſitum habebat, mortuum tenerrimè deflet; ita ego ſpiritualem animæ meæ (quæ vnica mihi eſt, & chariſsima eſſe debet) mortẽ, quam immaniſsimè culpâ meâ interemi, æternęque mortis obnoxiam feci, grauiſsimè, & amariſsimè flere debeo. Et qui rei alicuius mihi caræ iacturam tanti facio; vt à lachrymis me continere non poſsim: par certè eſt, copioſiores & ex intimo corde eas emittere, in rei adeò pretioſæ, & ſuper omnia *chariſsimæ* iactura: eò vel maximè, quòd lachrymæ in hac cauſa *optimè* collocentur: Mater enim, etſi copioſiſsimas fundat, nunquã vnigenitum reuocabit ad vitam: Ego verò lachrymis contritionis mortuam animam meam vitæ reſtituam.

Hæ lachrymæ vtiles Mortuos excitant.

O *Deus immenſe*, vehementer me pœnitet irrogatæ tibi iniuriæ, qua etiam animæ meæ mortẽ intuli: quæ quoniam potiori iure tua eſt, quàm ſit mea; miſereat te obſecro illius. b *Erue à framea* mortis Deus, *animam meam; & de manu canis* Infernalis *vnicam meam*: vt tibi viuens, confiteatur nomini ſancto tuo. Amen.

Oratio ad Patrem

b Pſal. 21. 21

NONNVNQVAM eædem ſacræ literæ, dum iuſtiſsimum & communẽ fletum ob illatam Chriſto Domino mortem commemorant, vt apud Zachariam: c *Plangent*, inquit, *eum planctu quaſi ſuper vnigenitum; & dolebũt ſuper eũ, vt doleri ſolet in morte Primogeniti*: docẽt me, inquã, quid me facere

II. Chriſtum crucifixum peccatis meis

c Zach. 12. 10.

deceat;

deceat; qui, vt Apoſtolus ait: d *rurſum mihimetipſi*, hoc eſt, in meipſo multis meis peccatis *crucifixerim filium Dei, & oſtentui habuerim*: quod enim in me fuit, mortis eius occaſionem dedi.

d *Heb. 6. 6.*

Oratio ad filium

O vnice Patris æterni fili, ſupra omnem modum me pœnitet culpæ meæ, qua mortis tuæ in anima mea cauſa exſtiti: reuertere, quæſo, vt gratiâ tuâ in ea viuas, pro cuius vita mori non dubitaſti.

III.

Qvandoqve admonent etiam, vt inſtar ſponſæ e *Virginis*, quæ ob ſponſi chariſſimi mortẽ, à quo omnis eius fortunæ ratio pendebat, vidua, pauper, & ab omnibus deſerta manẽs, totam ſe lachrymis & luctui tradit: ita ego ſcelera mea defleam, quibus *Deum*, animæ meæ dilectiſsimũ ſponſum, & cum eo gratiæ & charitatis eius margaritas, cæteraque dona, quæ is mihi contulerat, amiſi: ideoque verè vidua remanens, nullos bonorum operum, quæ vitam æternam promereri poſsint, filios procreare valeo, vt potè deſerta, & ſpeciali dulciſsimi ſponſi mei protectione deſtituta.

e *Ioel. 1 8.* vt Sponsũ amiſſum

Colloquiũ ad S. Spiritum

O vtinam præ tantæ iacturæ doloris magnitudine cor meum comminueretur & creparet: quòd talem ſponſum, tales margaritas, tam ſuauem ſecuramque protectionem amiſerim.

Qvod ſi adhęc omnia cor meum durum experiar, nec peccatorum dolore tangi, aut tot amoris conſiderationibus emolliri ſentiam, adhibebo eas, quæ timorem incutientes, (quas ſuprà poſuimus) me excitent; & (vt S. Bernardus ait) timor ipſe *excitetur, vt me excitet*; amoriſque mihi ianuam aperiat. Time, ô *anima*, ſummi eius iudicis *vultum*, quem cœlorum poteſtates reformidant. Time *iram* omnipotentis, & *faciem* furoris eius; caſuri interiturique; *mundi* fragorem; *Ignem*, qui omnia depaſcens, in cinerem illa rediget; *Archangeli* vocem homines ad vitam reuocantis; aſperrimum deniq; nouiſsimæ ſententiæ *verbum*, quod ſummus Iudex eſt prolaturus; Draconis *dentes*, *ventrem* Inferni, *Rugitus* & vlulatus ferarum, quę ſunt ad laniandum & deuorandum paratiſsimæ; *vermem* continuò rodentem, & nunquam moriturum: *Ignem* ſemper exurentem; *fumum*, *ſulphur*, *turbines*, & exteriores tenebras. f *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis fontem lacrymarum*, quibus ſempiternum illum *planctum*, dentium *ſtridorem*, manuum pedumque *colligationes*, ignearum catenarũ prementium & exurentium, ſed nunquam conſumentium *pondus* præuenire valeam. Hiſce *timoris* lacrymis, ad alias *amoris* me præparabo, quia, vt *S. Auguſtinus* inquit, timor acus inſtar eſſe debet, quæ, etſi pannum ingreditur, non tamen in eo manet, ſed filum, quod introducit, ſui loco relinquit; quò diſiunctæ aliàs partes coniungantur: ſic timor adhibetur, vt charitas inducatur: quę animi affectus ita coniungat, vt omnes in Dei dilectione, & peccatorum aduerſus eius legem admiſſorum lacrymis occupentur.

Excita timorem & excitabit T 2 *Serm. 16. in Cant.*

Colloquiũ ad Cor durum

Timoris aculei

f *Ierem. 9. 1.*

Timor diſponit ad Charitatẽ *In illud 1. Ioan. 4. charitas perfecta foras mittit timorem.*

Timor acus Charitas filum

PVNCTVM III.

QVOD ad ſecundum huius ſacramenti actum, qui CONFESSIO eſt, attinet, præmiſſa diligenti peccatorum examinatione, eo modo, quem 3 *puncto Meditationis trigeſimæ* poſuimus. PRIMVM, firmiter ſtatuam, omnia mea ſcelera, quantumuis fœda, *integrè* confiteri: vt pudorem omnem, qui me ab eo deterrere poſſet, conſiderationibus *in fine proximæ ſuperioris Meditationis* poſitis euincam: additâ & illâ ſententiâ: Præſtat ferre in vultu pudorem, quàm in corde maculam, & læſionem. Quod ſi nunc exiguum faciei pudorem ferre non potes: multò ſine dubio grauiorem in die Iudicij ferre cogêris. CVM præterea DEVS omnia & ſingula tua delicta probè cognita, & explorata habeat: Quid intereſt, ſi & eius Miniſter, qui ab eiſdem abſoluendi poteſtatem habet, ea nouerit? Quamobrem da potiùs gloriam Deo, & plenè omnia, ac candidè confitere. Neque enim confeſsio hæc necem tibi adferet, ſicut a *Achano* attulit, quam fecit de furto ſuo, ſed *vitam* & gratiam, ſicut attulit b *Dauidi* confitenti coram *Nathan* ſuum adulteriũ & homicidium. Expedit verò (vt *S. Bonauentura* aduertit) hac animi fortitudine, & intentione, à peccato maximè pudendo, & quo maximè erubeſcamus confeſsionem auſpicari. Cùm enim ſtatim initio potentiſsimus inimicorum proſternitur, reliqui deinde debiliores nullo negotio ſuperantur: Sicut *Goliath* Gigante deuicto, cæteri Philiſtæi ſe in fugam coniecerunt.

DEINDE accedet propoſitum, ſummâ qua poteto, animi demiſsione eadem omnia ita manifeſtandi, vt confeſsio clara ſit, pura, ſimplex, nuda, & intentione rectâ: abſque excuſatione, aut imminutione culpæ, quæ verè adeſt: nec eam in proximum vt Adamus, neque in ſerpentem & hoſtem tartareum vt *Eua* conijciendo, ſed ſibi ipſi adſcribendo, ſicut fecit Dauid: c *Confitebor*, dicens, *aduerſum me iniuſtitiam meam*, eandem & d *multam*, & grauem eſſe agnoſcendo. Cauendum interim eſt contrarium extremum, nimia videlicet eorundem peccatorum exaggeratio: ne confeſsio, *ficta* eſſe credatur, aut honoris ambitioſa, quaſi humilis haberi velle pœnitens videatur. Eſt enim vana gloria ſubtilis, quæ varijs vijs ſeſe inſinuat & honorem aucupatur.

TERTIO ſtatuam, confeſſarij mei *monita* & reprehenſiones audire, magno ſilentio, & animi ſubmiſsione, nec eas quantumuis acres & aſperas interrumpere: ſicut fecit *Dauid*, qui patientiſsimè terribilem *Nathan* Prophetæ increpationem totam audiuit: culpamque ſuam agnoſcens. e *Peccaui*, inquit, *Domino*: Et Eccleſiaſticus monet: f *Audit tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Quæ autem gratia melior eſſe poteſt ea, quę hic tibi confertur? quæ Dei amicitia eſt.

Confeſſio I. Integra Vultus pudor præſtat cordis maculæ. Nunc quã Tunc Deus ſcit ſciat & Miniſter eius

Non te necabit

a *Ioſ.7.25.*

b *2.Reg.12.13.*

De purit. conſcientiæ c.1.

Incipiendũ à Maximo

II. *S.Thom.in Additio. q.9.a.4.*

Nõ excuſa

c *Pſal.31.5.*

d *24.11.*

Nec exaggera

S.Bern.de Grad.humilit. Simulata Confeſſio

III. Humilis vt Dauid

e *2.Reg.12.13.*

f *Eccl.32.9.*

AD hæc

AD hæc faciliùs præſtanda multum conferet, Confeſſarium ipſum non vt hominem intueri; ſed vt verè miniſtrum, Deiqúe vices gerentem: ideoque Deum ipſum in eo agnoſcere, ac propterea internâ & externâ reuerentiâ eundem proſequi oportet. Ob id enim DEVS voluit confeſſarium non hic vti precandi forma, vt pœnitenti veniam impetraret; ſed forma poteſtatem habentis quæ dicit: *Ego abſoluo te.* O anima mea, ſiquidem tale æternæ vitæ verbum audituram te ſperas: num magnum te facere exiſtimabis, ſi temporali aliquo pudore, confitendo tua delicta, afficiaris? g *Quam bonum*, inquit Sapiens, *eſt, correptum manifeſtare pœnitentiam! ſic enim effugies voluntarium peccatum*, quia ab illo abſolueris. Detege ſemel omnia flagitia tua, ſiquidem Deus vniuerſim promiſit; h *Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.*

S. *Bonau. p* 2. *Speculi c* 3. *& de Informa. Nouitior. c.* 12 Sacerdos Dei Vicarius

Hic abſoluit non orat

g *Eccl.* 20. 4 Colloquiũ

h *Ezech.* 18 22.

PVNCTVM IV.

CIRCA tertium actum, qui eſt SATISFACTIO, ſtatuam firmiſsimè, obtemperare confeſſario in omnibus, quæ meritò mihi iniunxerit: ſiue ea ad morborum meorum ſpiritualium *medelam*; ſiue ad *ſatisfactionem* Deo pro illatis ei iniurijs faciendam, ſpectent. Decet enim ægrotum, medico in ijs, quæ tum ad ſanitatem recuperandam; tum ad vitanda eius amittendæ pericula ſpectant, obedire: nec minùs æquum eſt debitorem creditori ſuo, quoad fieri poſsit, ſatisfacere. Cùm igitur Deus peccata mihi condonare, & æternam, quam illis promeritus eram, pœnam in temporaneam commutare velit: conſonum omninò eſt, meipſum ad eam exſoluendam, quam confeſſarius imponet, paratum offerre, dicereque cum Dauide: a *Ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper; quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo*, Daboque operam: vt nec memoria mea, peccati mei obliuiſcatur: nec oculi ceſſent à lacrymis, nec manus à vindicta ſumenda, donec fuerit omninò deletum.

Satisfactio I. Obedire Cõfeſſario vt Medico & pio Creditori

a *Pſal* 37. 18

AD id præſtandum magnum ſubſidium adferet aſperrimæ, quam ipſe Chriſtus pro meorum peccatorum expiatione fecit, pœnitentię conſideratio. Quæ enim ſeuerior eſſe poteſt *diſciplina*, quàm ipſius fuerint flagella? quodnam aſperius *cilicium*, quàm ſpineæ ipſius coronę, & clauorum cuſpides? Quæ moleſtior *vigilia*, quàm ipſius fuerit, tota nocte Paſsionem præcedente? Quis durus adeò anguſtusq; *lectus*, atque Crucis fuit: in qua ipſe expirauit? Quodnam adeò ſeuerum *ieiunium* fuit, atque ipſius: qui, cùm tota die paſsionis nec comediſſet quicquam, nec bibiſſet; paulò antè mortem felle & aceto fuit potatus? *Anima mea*, quandoquidem CHRISTVS immania & atrocia adeò pro ijs peccatis eſt paſſus, quæ non fecit; patere & tu nnnihil pro ijs, quæ tu ipſe perpetraſti

II. Pœnitentia Chriſti Diſciplina Cilicium Vigilia Lectus Ieiunium Colloquiũ

& b *fructus fac dignos pœnitentiæ:* Arbor enim, quæ fructus non protulerit, quales Christus, non habebit partem cum Christo.

b *Matt.* 3. 8

III. *Medit.* 36. Purgatoriũ

Ad idem conferet etiam plurimùm consideratio pœnarum *Purgatorij*, quæ ponetur inferiùs. Est enim amentiæ manifestæ, nolle debitum soluere, donec me creditor in *carcerem* compingat: ex quo, donec vltimum quadrantem reddidero, exire non possim, & quod leui Satisfactione, magnoque compendio, & emolumento meo reddere in hac vita possem, ad acerbissimas Purgatorij pœnas reijcere. Ea est enim benignissimi Dei liberalitas, vt id ipsum quod hic *sponte* ad debitum meum exsoluendum offero, nouo ipse præmio afficiat: augmento videlicet gratiæ & gloriæ, quod tamen, si in Purgatorio reddam, non habebo.

Spontanea solutio meritoria

IV. Propositũ emendandi

Ad extremum, firmissimè constituam, vitam emendare, & ad peccata præterita non redire. Sine hoc autem firmo animi decreto, *contritio* erit ficta, *confessio* sacrilega; *satisfactio* etiam ipsa inutilis; & *absolutio* nullum habebit effectum. Neque enim habenti animum reuertendi ad peccata, dimittentur admissa. Imò etiam cum leuis & *venialis* est culpa, nõ dimittitur, nisi abstinendi ab ea propositum adsit.

N.B. Veniale

HAC præparatione, sanctisque his affectibus, & propositis seruatis, securè possum ad hoc sacramentum accedere; opere, quæ mecum constitui, exequendi, ingenti desiderio vera mutatione vitam meam innouandi. Quasi mecum Ieremias Propheta verbis illis esset locutus: c *statue tibi speculum, pone tibi amaritudines*, amarè videlicet peccata tua deflendo: *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti*, vel vt D. Hieronymus vertit: *Cogitationes operibus iunge*, vel vt Septuaginta legunt: *Da cor tuum super humeros tuos*: assumendo videlicet cum amore iugum obedientiæ: vt, quæ Deus & eius ministri tibi iniungent, exequaris.

c *Ier.* 31. 21. *iuxta* 70 *D. Hier. ibi.*

MEDITATIO XXXII.

DE GRATIARVM ACTIONE POST Confessionem.

Confessio laudis

PERACTA *feliciter peccatorum confessione, & Absolutione percepta, par est aliquid temporis* Confessioni laudis *impendere, pro accepto tanto beneficio*: vtramque *enim confessionem à nobis requirit Deus, iuxta illud Oseæ Prophetæ*: a Conuertere Israel ad Dominum DEVM tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua: Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum *mentis nostræ propositum*: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. *hoc est loco vitulorum, qui olim tibi in sacrifici-*

a *Osee* 14. 8.

Vituli verborũ quid

um offe-

um offerebantur, immolabimus vitulos verborum, *confitendo videlicet, tum* scelera *nostra, vt eorum veniam nobis tribuas; tum laudando atq; celebrando* misericordiam *tuam, quando ea nobis condonaueris. Hoc* b laudis sacrificium, *teste Dauide*, honorificat DEVM, & illic iter, quo *ipse* ostendit salutare Dei: *est enim verum* iter *& aptissima ratio perfectam animæ salutem assequendi, quæ gratæ menti firmior certiorq; redditur; cùm ingrata debilior remissiorq; fieri consueuerit. Ad eundem grati animi affectum magis excitandum magnam vim habet; si consideres, quantopere Christo Domino placuerit Samaritanus ille, qui iussus,* se c præsentare Sacerdoti, *vt a* lepræ *contagione* mundaretur, aduertens, se *in itinere* mundatum, reuersus ad Christum, gratias, *pro beneficio accepto illi* egit: *contrà verò displicuerunt plurimùm reliqui* nouem *eius socij, qui eodem beneficio affecti, non sunt reuersi, vt beneficium agnoscerent, grateſq; debitas* Deo, gloriamque tribuerent. *Quod factum in miraculi huius propria meditatione fusius declarabitur.*

b *Psal.* 49. 23. Gratitudo iter ad salutem exemplo Samaritani c *Luc.* 17. 16. *Medita.* 34. *p.* 3.

RECIPIAM *itaq; me in Ecclesiam coram sacratissimo Sacramento, aut in opportunum alium locum, & in Dei viuentis conspectu constitutus. Fidem meam excitabo, ob acceptum in Confessione beneficium, in qua corporis auribus fauorabilem illam sententiam, verbumq; dulcissimum perceperim:* ABSOLVO TE: *verbum inquam efficax & potens, ad perficiendum quod significat,* d dãdumque auditui meo gaudium, vt exultent ossa humiliata. *Ac [illegible]ia plenus, de ipsius Dei bonitate ac misericordia, quòd latam à confessario pro me sententiam approbauerit, tres, hosce grati animi actus, qui sunt:* AGNOSCERE *beneficium, Deum pro illo* LAVDARE, *gratumq; aliquod obsequium eidem* OFFERRE, *quam potero exactissimè exercebo.*

d *Psa.* 50. 10 S. *Tho.* 2. 2. q. 107 a. 2.

PVNCTVM I.

Beneficia Confessionis *Psal.* 102. I. Peccatorũ remissio II. Morborũ animæ sanitas III. Aeternæ & temporalis pœnæ remissio IV. Auxilij largitio

PERCVRRAM itaque primùm in corde meo, beneficiorum, quæ in ipsa confessione accepi, multitudinem: Quorum breuem catalogum DAVID contexuit per modum laudis, & possunt reduci ad numerum senarium.

PRIMVM beneficium est: quòd omnia mihi *peccata* cõdonauerit, non ea solùm, quæ sum expressè confessus: sed illa etiam quæ vel obliuioni tradidi, vel absque culpa mea non potui cognoscere. SECVNDVM est, quòd omnes animæ meæ spirituales *ægritudines*, vitia, passiones, timores & tristitias, cæteraſque perturbationes sanarit: easq; iuxta Rationis normam ad moderationem reduxerit. TERTIVM, quòd me non solum ab æterna *morte*, peccatis meis debita; sed etiam ab infelici, & mœstissima temporali, quæ ex diuinæ gratiæ priuatione, & inimicitia cum Deo prouenire solet, liberarit. QVARTVM, quòd in misericordia & miserationibus me coronauerit; *auxiliumq;* ad omnes tentationes, quibus hactenus oppugna-

meis coronis persoluam. Hanc quæso præteritis misericordiam adiunge vt desiderium meum cælestibus tuis bonis repleas, gratiam mihi, ad explendam, quæ offero, elargiendo: eoque modo b *fortitudinem meam immuta*, vt magno feruore *assumã pennas sicut aquilæ, ambulem & non deficiam*, quoadusque æternam in cœlis coronam adipiscar, Amen. b *Isai.* 40. 31

In hunc modum alia etiam laudis cantica fieri poterunt, quibus illi potißimum Sanctorũ *sancti, qui grauibus aliquando peccatis obstricti fuerunt, ad Deum, qui grania mea mihi donauit, pro me glorificandum, inuitentur.* inuitatio

PVNCTVM. III.

CIRCA tertium denique gratitudinis actum quo aliquod OBSEQVIVM offertur, tria sunt mihi præstanda.

PRIMO laborandum mihi est, vt serijs emendandæ vitæ propositis me valdè confirmem: cogitans, illis me verbis Christum monere, quibus eumdem aliquando quendam à se restitutum sanitati, & propterea gratias Deo in templo agentem, monuisse, scribit S. Ioannes: a *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*: peior enim recidiua esse solet ipso primo lapsu, & sicut b *canis ad vomitum* resorbendum *reuertar*, prior, qui expulsus fuerat dæmon, c *cum septem alijs se nequioribus reuersus ingredietur, & fient nouißima mea peiora prioribus.* Quapropter vehementer mihi formidanda omnis *recidiua*; sed ea potissimùm, quæ sit confessioni propinqua. Nam si *eodem*, quo sum confessus, *die* ad eadem peccata reuertar: manifestum id erit iudicium *tepidæ* imperfectæque conuersionis; quamuis reipsa *veræ*. Facileque obijci mihi poterit illud Ecclesiastici: d *qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?* Hæc mihi diligenter sunt expendenda: non, vt me ad diffidentiam trahant; sed, vt moueant ad timorem: cùm sciamus, non esse alienum etiam à e *iustis, septies in die cadere, & resurgere.* a *Ioan.* 5. 14 b *Prou.* 26. 11. 2. *Pet.* 2. 22. c *Luc.* 11. 26 Recidiua vitanda maximè propinqua d *Eccl.* 34. 30 Time non diffide e *Prou.* 24. 16.

SECVNDO, vniuersam, si fieri potest, iniunctam *pœnitentiam* statim persoluam: aut, si id fieri non possit, partem saltem aliquam, in spiritu & affectu obedientiæ & amoris: vt hac ratione aliquam ingentis illius debiti, quo Deo sum obstrictus, partem soluere incipiam, desiderans etiam, maiores mihi vires adesse, ad multò plura in eius gratiam præstanda, qui tot, & eximia adeò mihi contulit bona. & licebit interdum, saltem desiderio, illud dicere, quod seruus ille Euangelicus dicebat: f *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* TERTIO denique ad pleniorem beneficij, in hoc sacramento accepti, gratiarum actionem, disponere me decet magno feruore ad Sacratissimam EVCHARISTIAM percipiendam: II. Pœnitentia non differenda f *Mat.* 18. 26 III. S. Sanctæ Eucharistiæ sumptio

hic enim inter alios finis est, in quem pœnitentiæ Sacramentum dirigitur, iuxta illud Regij Prophetæ: g *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.*

g Psal. 115. 12.

Ratio autem, qua hæc præparatio est facienda, *in proxima Meditatione traditur*

MEDITATIO XXXIII.

DE PRÆPARATIONE ANTE SVMPTIONEM Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ

QVONIAM *de excellentijs & fructibus sacratissimi Eucharistiæ sacramenti, in Quarta huius operis parte inter mysteria Cœnæ Dominicæ; & in Sexta, inter beneficia diuina, latiùs fusiusq; differendum erit; idcirco in hac meditatione, breuiter nonnullas tantùm considerationes annotabo, quæ, ad sacram communionem debita cum reuerentia & animi præparatione suscipiendam, conducant. In qua quatuor potissimùm præ oculis constituenda sunt.* Domini *nimirum illius qui nos visitaturus est, eximia dignitas, & maiestas*; Hominis, *quem visitatum venit, summa vtilitas*; Modus *amoris plenissimus, quo venit*, & finis, *propter quem venit. Quæ inter se diligenter conferenda sunt, vt beneficij huius magnitudo tantò amplius eluceat atque appareat.*

PVNCTVM. I.

PRIMO, considerandæ sunt excellentiæ illius Domini, qui in hoc sacramento reuera præsens est, exercendo actus fidei efficaces circa perfectiones, quæ ei tum diuinitatis tum humanitatis ratione conueniunt.

I. Excellētiæ diuinitatis Christi

PRIMO, igitur *excellentias* & perfectiones *diuinitatis* eius contemplabor, summâ attentione expendens, eum, qui Augustissimo hoc sacramento continetur, esse a *Vnigenitum Dei filium, in sinu Dei Patris* existentem: b *splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius*, eiusdē cum illo æternitatis, immensitatis, infinitatis, & omnipotentiæ, eiusdēq; prorsus sapientiæ, bonitatis, & fortitudinis: per quem omnia condita sunt, & perpetuò conseruantur: Esse mundi Moderatorem, animarum sanctificatorem, & glorificatorem; ac denique primum principium, & vltimum finem omnium creaturarum. Et, cùm sit Dominus tantæ maiestatis, vt eum cœlum, & terra non capiant: tamen non satis habuit, humanam naturam, nostræ

a *Ioan.* 1. 18.
b *Heb.* 1. 3.

redem-

redemptionis causâ, induisse; nisi præterea vsque eò se demitteret, vt etiam quò magis nobis vniretur, per hoc sacramentum in nobis habitaret; nosque sua præsentia solaretur, ac protegeret; c *thronumq; gratiæ* in terris quoque visibilem figeret: ad quem (vt D. Paulus ait) *accederemus* magnâ *cum fiducia* & spe *misericordiæ consequendæ & auxilij opportuni*, pro omnibus malis & miserijs nostris. c *Heb.* 4. 16.

Oratio

O Verbum diuinum in sinu summi Patris habitans, quare in angustissimum vilissimi homuncionis sinum te demittis! O Rex gloriæ, qui supra oēs cælos in throno maiestatis tuæ infinitæ residēs, ita te humilias, vt supra terrā in throno maximæ abiectionis & vilitatis residere velis! innita charitas tua, tanæ humiliationis est causa: nimirum vt me exaltares; atque ad te diligendum pro insigni hoc tanti amoris exemplō, prouocares. Vtinam ita te redamarem, vt à te amor: meque demitterem, & humiliarem; sicut te demittis & humilias: quò te honorare, tibique pro meritis, deseruire possem. Ad hunc ergo thronum, pro omnium meorū malorum remedio consequendo, accedere desidero: sperans fore, vt desiderium meum bonis tuis repleas.

II. Humanitatis Christi nati beneficia in B. Virginē & Ioannem

Secvndo, sanctissimæ *Humanitatis* excellentias perfectionesque considerabo, atque admiranda, quæ in ea patrauit, opera; nec non officia, quæ exercuit, perpendam; cogitaboque, in hoc venerabili sacramento eundem illum præsentem adesse, qui nouem mensibus, in vtero Beatiss. *Virginis* delituit, admirandis gratiæ suæ donis eam exornans, & locupletans. Qui in domum Zachariæ veniens D. *Ioannem* Baptistam sanctificauit; quem vnà cum matre spiritu Sancto repleuit. Cùm itaque ille idem in hoc augustissimo sacramento eiusdemque bonitatis & omnipotentiæ adsit: eosdem quoque effectus, in anima mea producere poterit. Præterea præsentem ibidem illum agnoscā, qui in præsepio reclinatus, à *Pastoribus & Magis* adoratus fuit: quod illæ obsequium cum magno fœnore eis refuderit; mihi quoque eadem fide in hoc sanctissimo sacramento præsentem ipsum adoranti, eandem gratiam impertiet. Ibidem quoque eum esse intelligam, qui ciuitates & castella circumiens, populis Euangelium Regni annunciauit, eosque cœlestis doctrinæ præceptis imbuit; infirmos curauit, mortuos ad vitam reuocauit; omnibus denique benefaciens, miranda vbique & naturæ ordinem excedentia opera patrauit. Præsertim verò, illum ibi præsentem contemplabor, qui pro mei redemptione comprehensus, vinctus, flagellis cæsus, spinis coronatus, multisque modis excarnificatus, & tandem in crucem actus fuit, in qua pendens pro tortoribus suis orauit, latroni veniam dedit, eique paradisum inaudita liberalitate spopondit. Igitur cum illemet totus in hoc sacramento contineatur; sanguineque suo, quem patiendo profudit, passionem suam repræ-

Pastores Magos

Populum

Christi patientis beneficia

sentet: dubium non est, quin possit & velit eosdem in me effectus producere.

Resurgentis dona

Contemplabor denique, illum hic adesse, qui infernum spoliauit, qui ineffabili gloriâ à mortuis resurrexit; ad dexteram Patris in cœlo residet, atque in fine sæculi ad mundum iudicandum, & seueram ab hominibus rationem exigendam rediturus est, eundem inquam illum, eadem gloria in hoc sacramento contineri, non enim tantùm in cœlis thronum suum habere voluit; sed & in terra, ad nostram, qui in ea degimus, consolationem, alium collocare placuit.

Officia Christi Domini

Quin etiam & officia, quæ olim mortalis exercuit, modò immortalis sustinet *Magistri* nimirum, *Medici*, *Redemptoris*, *Pastoris*, & summi *Sacerdotis*, vehementer desiderans, vt ad ipsum accedamus, eadem fide & confidentia, ac si ipsum in carne mortali, & visibili cerneremus: cùm reuera sit ille idem, quanquam accidentibus panis, & vini contectus.

c

O Redemptor dulcissime, quas tibi gratias pro visceribus misericordiæ, quibus nos quotidie visitas ex alto persoluam? quin igitur summa fiducia ad te accedam; siquidem tu de cœlo descendis propter me? Te Domine adoro, & glorifico in augustissimo hoc sacramento verè præsentem; atque in spiritu ad d *pedes tuos* cum MARIA *Magdalena* me prouoluo & scelerum veniam à te peto; sacratissimam e *fimbriam vestimenti tui*, cum *muliere sanguinis fluxum patiente contingo*, vt sanitatem conferas: ad sanctissima f *vulnera* tua cum *D. Thoma* Apostolo *manus* apponó, vt lumine cælesti cor meum illustres; fidemque meam robores: quò cum eodem Apostolo confitear & exclamem, te esse *Deum meum*; *& Dominum meum*, omni gloria & honore per infinita sæcula dignissimum, Amen.

d *Luc.* 7. 38

e *Mat.* 9. 21

f *Ioan.* 20. 27. 28.

Affectus sæpius excitandi.

Eiusmodi affectus, admirationis, amoris, laudis, gratiarum actionis, fidei & confidentiæ inferendi sunt considerationibus de diuinissimo hoc sacramento, adnexis earum rerum, quæ ad illum dignè suscipiendum necessariæ sunt, petitionibus.

PVNCTVM II.

Modus 2. motus

SECVNDO, considerandus est *amoris*, & benignitatis *plenissimus modus*, quo Christus venit ad me miserum & abominabilem peccatorem inuisendum.

1 Sufficiebat Intueri

PRIMVM perpendam, sufficere quidem potuisse ad salutem consequendam, si hoc sacramentum augustissimum solummodo intuerer: quemadmodum Israelitæ, a *anei Serpentis* à Moyse in sublimi collocati (qui Christi Seruatoris typum gerebat) aspectu, à morsibus ignitorum serpentum curabãtur. Aut satis etiam fuisset, si manibus id contingerem, instar

a *Num.* 21. 8 *Ioan.* 3. 14

Contingere b *Luca* 8. 44.

b *mulieris*

b *mulieris, sanguinis fluxum patientis*, quæ solo *fimbria* Christi contactu sanitatem recepit: immò singularis gratia ea futura fuisset, si sui contingendi mihi potestatem feciſſet. At verò immensa Dei charitas his finibus circumscribi noluit; sed maxima, intima, ac penetrante vnitione, qua res corporea cum homine coniungi potest, mecum se coniungere non est dedignatus: in forma quippe *cibi* in os meum ingreditur, guttur pertransit, habitationem suam ac sedem in pectore constituit, quamdiu species incorruptæ durant: Sicque renouat indies celebrē illud miraculum, de quo ait Ieremias, c *creauit Dominus nouum super terram: fœmina circumdabit virum*: virum, inquam, sapient â & sanctitate perfectum, videlicet Christū id quod indies euenit, dum mulier, aut alia quæuis persona, ad sacram cōmunionem accedens, gerit intra se *virum* hunc, ætate perfectum; eiusdemque magnitudinis, & pulchritudinis cuius est iam regnans in cœlo.

Manducari se voluit.

c *Iere.* 31. 22

II. Vilitas hominis

CAETERVM, multò admirabilior hæc nouitas mihi videbitur, si expendam, *personæ*, quæ illum intra se accipit, vilitatem; & *domicilij*, quod subit, summam ignobilitatem & angustias. O vir summè perfecte, *Adam cœlestis*, homo noue, quam inusitatæ sunt hæ tuæ amoris inuentiones, quas pro meo excogitas commodo? An non perspecta tibi satis est, *casæ* illius, quam ingrederis, conditio? An ignoras, me esse vas iniquitatis, speluncam basiliscorum, domicilium perditionis? vt quid igitur tam vile subis habitaculum? quomodo ego te ausim tali hospicio excipere? *Lingua* enim mea est sentina iniquitatum; quomodo illa te contingam, bonorum omnium fontem? *Guttur* meum gurges crapulæ, & ebrietatis; quomodo pertransibis, omnis puritatis, & sanctimoniæ auctor? *Pectus* meum est colluuies malarum cogitationum, & desideriorum; quomodo habitabit is in eo, qui ipsa puritas est & charitas? O summe Rex, quàm tibi quadrat nomen Patris misericordiarum, qui in casa tot miserijs & calamitatibus plena morari non dedignaris! Verùm, Domine, priùs eam renoua, emūda, & adorna, vt tua habitatione digna efficiatur. O Deus infinite, b *inclina cœlos tuos, & descende*: cùm enim tu adeo te demittas, & humilies, vt intra me sedem tuam figere desideres, nunquid magnum est, quod cœlestia quoque se demittant, & descendant? *Veniant* igitur virtutes cœlestes in animam meam: Veniat fides viua, spes certa, charitas inflammata: veniat hūmilitas, obedientia, deuotio; eamque cælum quoddam efficiant, & adornent, quæ cælestis Regis habitatio est futura.

Oratio

Lingua

Guttur

Pectus

b *Psal.* 143. 5.

Virtutum inuitatio

HVIVSMODI colloquia cum tribus diuinis personis, mihi instituenda sunt, à quibus demissè petā, vt nouū me hominē efficiāt; spiritu renouatū, vt recipere valeam nouū Adamum cœlestem: qui ad animā meam diuertere, & in ea hospitari desiderat: maximè verò dum ad Spiritum sanctū me conuertam ei dicam: O *Spiritus* sanctissime, qui purificasti & exornasti

Oratio ad S. Spiritū

puerorum vitâ functorum reſponderent, quos hac ratione ad vitam reuocarunt: at tu multò magis te contrahis in buccellam panis, vt mecum te coniungas, meque ad nouam & perfectiorem vitam reſuſcites, ſufficere poterat ſi vel *verbo* mandares, quidquid fieri velles, vt ſtatim fieret: aut certè vni ſeruorum tuorum, inſtar *Giezi* præciperes, vt me *baculo* tuo contingeret, ſicque vitę redderet. At hoc tuæ immenſæ charitati ſatis non fuit, ſed ipſemet de cælis deſcendere, atque ad me venire voluiſti: vt me ſanares, viuificares, & molliter lauteque tractares. Veni ergo Saluator mi, & noli tardare: veni & pelle aduentu tuo miſerias ſerui tui: d *Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluum me facias*: e *Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent*, montes videlicet paſſionum mearū diſiparentur; & omnia interiora mea præ tui amore liqueſcerēt: f *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. aperiatur terra & germinet Saluatorem*. O Saluator dulciſsime, veni in animam meam, quæ flagrat ingenti deſiderio te ſuſcipiendi: auſer ab illa impedimenta, quæ ingreſſum tuum offēdunt atque prępediunt: exerce in ea officia, quæ aduentu tuo obire deſideras: coniunge te mecum quam primum. Nam totis animi mei votis, tibi, qui es vnicum & ſummum bonum meum, in omnem ſæculorum æternitatem copulari & conglutinari concupiſco. Amen.

Non verbo aut baculo ſed præſēs

Oratio

d *Pſal.* 79.3
e *Iſai.* 64.1.

f *Iſai.* 45.8

Hoc genus ardentium deſideriorum, exerceri potiſsimùm debet in hoc puncto: Chriſtus enim Dominus recipi vult magno cum deſiderio, & fame aduentus ſui: Quare cibus hic tantò plus vtilitatis manducanti adfert, quantò maiori deſiderio, & auiditate ad ipſum accedit. Ad hoc autem plurimùm proderunt nonnulla ſacrarum literarum loca, non abſimilia his, quæ attulimus; quibus ſancti illi *Patres* ardens ſuum deſiderium quo *Meſſiæ* aduentum pro mundi redemptione petebant, declararunt.

Chriſtus cibus cum deſiderio ſumendus

Exemplo Patrum

HVIVSMODI verò deſiderijs, alia quoque adiungenda ſunt, *puritatis* nimirum quàm maximæ, qua ad hoc auguſtiſsimum ſacramentum accedamus: ac proinde operam dabimus, vt quemadmodum corpus ante ſacram communionem, ab omni cibo corporali abſtinet, vſque adeò, vt à media nocte prorſus ieiunum, nec quicquam cibi aut potûs, quantumuis parui ſumpſiſſe debeat: Ita anima toto illo tempore ab omni peccato ieiunet, adeò vt quantum fieri poteſt, à nocte ſacram communionem præcedente, g *nullam omnino carnis aut ſpiritus maculam* contraxerit; nec de *ore* ipſius verbum aliquod etiam otioſum exierit; aut ex *corde* aliqua peruerſa cogitatio proceſſerit. Quia, cùm Chriſtus ſit ipſa puritas, æquum omninò eſt, vt maxima quoque puritate ad eum accedamus: ſin autem per humanam fragilitatem; in aliquam huiuſmodi culpam inciderit, h *probet ſeipſum* priùs, & ab illa, ſi *lethalis* erat, per confeſsionem (quæ tunc omnino obligat) ſe purget: ſi verò *venialis*, (& paulò antè confeſſus fuerat) eam per contritionem deleat.

Puritas maxima adferendà

g 2 *Cor.* 7.1

h 1. *Cor.* 11. 28.

Deus & homo, eadem integritate, gloriâ & maiestate, qua in cælis residet. Et quemadmodum in cælesti Regno, beatorum animas pascit ac satiat clara visione diuinitatis, & humanitatis suæ: ita quoque in terra nos pascit viuæ fidei visione, *repletq́, in bonis* nostrum *desiderium* sui, in hoc sacramento latentis. Ac proinde FIDES, pia meditatione & contemplatione seipsam iuuare & excitare debet; penetrando perfectiones, & excellentias Christi Domini, sicut in primo superioris meditationis puncto declaratum est: modus autem, actus fidei exercendi, hic est:

Visio fidei

Credo firmissimè, in hoc sacratissimo Eucharistię Sacramento, sub velamine accidentium, contineri IESVM Christum, Dominum meum, vnà cum corpore, anima, sanguine, & diuinitate sua: Credo ibi præsentē adesse Dei filium, viuum, infinitum, æternum, immensum, omnipotentem, sapientem, sanctum, atque adeò ipsam sapientiam & sanctitatem: Credo, ibi adesse Saluatorem, Magistrum, Patrem, Iudicem, & Glorificatorem meum qui pro me in stabulo natus, flagellis dirissimè cæsus, spinis coronatus, & cruci affixus fuit: Omnia autem hæc ideò credo, quia ipse reuelauit: & certus sum, quòd sciuerit, potuerit, & hæc facere voluerit.

Professio

O Rex meus, & Deus meus, quamuis te clarè non videam, tamen mihi satis est, quòd certò credam, te hic reuera præsentem adesse, ac proinde veneror, adoro, & glorifico te, non secus atque si te palam, & absque velamine intuerer. Gaudeo quòd te præsentem habeam, gratiasque tibi immortales ago, quòd mecum esse non dedigneris. excita itaq; fidem meam, vt volupe mihi sit, tecum semper manere, Amen.

Oratio

PVNCTVM II.

SECVNDO, exercendi sunt actus SPEI, ijsdem *quatuor columnis*, quibus fides nixa fuit, inhærendo: nimirum immensæ Dei *sapientiæ, bonitati, omnipotentiæ, & fidelitati*, qua sua promissa complet: Scit quippe, potest & vult ea præstare.

Actus Spei Colūnæ 4

SVPER firmo hoc fundamento ædificet Spes actus suos, adiuuante eos *oratione*, quæ petit & accipit, quæcunque sperat & desiderat: sperare autem & desiderare debet ea, quæ Christus, sacramentum hoc dignè percipientibus, pollicitus est, atque in 6. Ioan. cap. recensentur. Dicam itaque:

Spero, Saluator mi, a *Si panem hunc viuum* comedam, me *nunquam moriturum*, sed immortaliter victurum, atque *me in te, te* verò vicissim *in me permansurum*, te mihi, & me tibi coniunctum. Spero, *sicut tu per Patrem viuis ita me etiam per te victurum*, æternam vitam consecuturum, & *in nouissimo* sæculorum *die resuscitandum*. O panis vitæ, vehementer desidero te suscipere, magna fretus fiducia, quòd spiritū meū sis viuificaturus, cor meū roboraturus; animā meā lætificaturus, potentias meas confortaturus, car-

Oratio a *Ioan. 6. 50 51. &c.*

O Saluator dulciſsime, vbicunq; quidem es, verè amabilis es: at in hoc ſacramento, planè digniſsimus, qui totis amoris viribus, à cunctis diligaris. Vtinam te Domine diligerem toto corde, tota mente & ſpiritu, ac tota fortitudine mea. Amem te, Domine, propter *bonitatem*, quam hic manifeſtas, propter *amorem*, quem mihi demonſtras, propter *beneficia*, quibus me afficis, propter *mala*, à quibus me liberas, propter *bona*, quæ mihi polliceris; ac denique, propter ingens *deſiderium*, quo te à me amari deſideras. Adimple, obſecro, tuum & meum deſiderium, & concede, vt te amem; ſicut tu à me amari vis, vniendo me tecum vnitione perfectę charitatis, quæ vſque in vitam perſeueret æternam. Amen. Oratio

ALIAE *quamplurimæ meditationes, cum varijs ad ſacram communionem ſe præparandi modis, ponentur in partibus ſequentibus, iuxta ordinem hiſtoriæ Euangelicæ quæ facilè ex Indice conſtabunt.*

MEDITATIO XXXV.

AD GRATIARVM ACTIONEM POST SACRAM COMMUNIONEM.

SACRATISSIMA *communione percepta, plurimùm refert ſcire, dulci hoſpitio, quem excepimus, præſentia frui: neq; enim tempus aliud, ad negotia ſalutis noſtræ cum ipſo pertractanda, aptius eſt, quàm cùm illum intra nos ipſos habemus. Nam & hic locum habet, quod ipſe dixit:* a Quamdiu ſum in hoc mũdo *abbreuiato cuiuſq; hominis*, lux ſum mundi. *Quare expedit, nos, quamdiu lux illa durat, progredi; antequàm abſcondatur, & nos tenebræ comprehendant. Et quoniam diuinum hoc ſacramentum adeò eſt præſtans beneficium, donumq; liberalitatis diuinæ: ſummam quoque requirit, quæ in nobis fuerit poßibilis, animi* gratitudinem. *Illud Sapientis opportunè vſurpando:* b Non defrauderis à die bo a: & particula boni doni non te prætereat, *ſed fructum ex bona hac ſorte, quæ tibi contigit, cape. ſicut enim quamcunq; ſanctiſsimi huius Sacramenti* particulam *propterea magni æſtimamus, quod totus in ea Chriſtus contineatur: ſic meritò quamcunq; diei &* temporis, *quo illam intra nos habemus particulam magni refert æſtimare: quia vel in minima poteſt maximam vobis gratiam conferre ſi deuoto gratoq; animo, ad eam recipiendam nos diſponamus. Præcipuè cùm Sacramentum hoc (teſte S. Dionyſio) conſummatio ſit, complementum ac perfectio omnium reliquorum, mediumq; efficaciſsimum, quod ad perfectionem noſtram Deus nobis conceſſit. Cumitaq; præſentem illum habeamus, eamq; nobis communicare paratum, decet omninò, cordis noſtri vas ad eam excipiendam dilatare; Et eum finem exercere maiori, quo poßimus, feruore, tres illos gratitudinis actus ſuprà Medita. 34. poſitos: expendentes tempus non tam nouis* conſiderationibus, *quia illæ ſufficiunt; quàm accuratioribus* affectibus, *& canticis laudis, & gratiarum actionis; eo qui ſequitur modo.*

Ecce nunc tempus ſalutis a Ioan. 9. 5. 12. 46.

Beneficiũ ſummum Gratitudinẽ ſummã exigit

b Eccl. 14. 14

poſt Sacrã Communionem Temporis ſumma ratio habẽda

De Eccleſ. Hierar. c. 3. S. Tho. 3. p. q. 65. a. 3.

I. Fides Præsentiæ Christi & Sanctorum

PVNCTVM I.

PRIMVM efficaciùs excitanda *fides* est præsentiæ CHRISTI Domini quem intra me habeo: aspiciendo inuisibilem, atque si eum viderem perpendendo breuiter, eundem hunc esse, de quo adeo admiranda, cùm ad communionem me præpararem, concepi, & quandoquidem vbi Rex est, etiam aula tota illum comitatur: cogitare possum, (quod S. *Grego.* monuit) eundem esse multis aulicorum cœlestium millibus stipatum: inter quos ego spiritu ante ipsius pedes prostratus, & Deum tantæ maiestatis in loco tam humili hospitatum admirans, prorumpam primũ in affectus *humilitatis* & reuerentiæ, & confusionis propriæ: Nunc cum S. Petro dicens: a *Exi à me Domine* & ex vili hac mea nauicula; *quia homo peccator sum.* Nunc cum S. Elisabetha: b *vnde hoc mihi, vt veniat* Deus meus & Dñs meus *ad me.* O Deus æterne, c *Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas,* & visitas *eũ. Minuisti eũ paulò minus ab Angelis,* quia vili carne vestitus erat: sed nũc tu ipse de cœlo descẽdis comitãtibus Angelis, vt in illo hospiteris. O Deus *& Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!* postquam illam fecisti habitationem tuam, sicut ipsum cœlum.

Affectus humilitatis

1

a Luc. 5. 8.

2

b Luc. 2. 43.

3

c Psal. 8. 5.

Mox ad laudis, & gratitudinis affectus transeundum est, vtendo receptis aliquibus Ecclesiæ Canticis, nunc cum Seraphinis dicendo: d *Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus exercituum* qui se humiliauit ad habitandum in templo animæ meæ fumo & nebula pleno. Nunc cum pueris *Hebræorũ* Christum ipsum in die Palmarum comitantium, dicam: e *Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis.* Interdum cum tribus pueris in fornace *Babylonica*, creaturas omnes f *Ad benedicendum Domino*, ob tantum mihi collatum beneficium, inuitabo.

Affectus laudis

II. In Præfatione

d Isa. 6. 3.

2.

e Matt. 21. 9

3

f Dan. 3. 52.

Ad cuius Cantici imitationẽ, alterũ formare licebit, ad eadem laudes inuitando nouem Choros Angelorum, choros Patriarcharum, ac Prophetarum, Apostolorum & Euangelistarum, Martyrum, Doctorum, Põtificum, Confessorum, Sacerdotum, & Leuitarum; Virginum, & Viduarum; omniumque Sanctorum atque Sanctarum, qui in cælo sunt: idque in hunc modum: Benedicant te, Domine, omnes *Angeli* tui, Archangeli, & Principatus, laudent, & glorificent in sæcula: Benedicant te Potestates, virtutes & Dominationes, & laudent, & glorificent in secula: Benedicant te Throni, Cherubini, & Seraphini laudent, &c. Benedicite *Patriarchæ* & Prophetæ Dñm, laudate & glorificate eũ in secula: Benedicite *Apostoli* & Euangelistæ Dominum, laudate, &c. & eadem ratione licet prosequi, ad omnes Sanctorum ordines recurrendo.

Canticum omnium Sanctorum

LICET

Animæ

LICET etiam cum Regio Propheta omnes animæ facultates, & sensus, cogitationes, & cordis affectus inuitare: g *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius*: vt simul omnes ad adorandum, & glorificandum hunc Dominum conueniant: vnaquæq; pro ea parte, quam in hoc beneficio accipit. Benedicant ergo te *oculi* mei, Domine, quod te in sanctissimo hoc sacramento viderint; & *labia* mea, quòd tetigerint; *lingua* & palatum, quòd gustauerint; *pectus* quòd tuum sit habitaculum: & omnia *ossa* mea dicant: h *Domine quis similis tibi? Memoria* mea eructet laudes tuas; *mens* mea te magnificet; *voluntas* amet; *appetitus* concupiscat: & omnia mea in conspectu tuo liquescant, & cantent gloriam iucundissimi huius aduentus tui.

g *Psal.* 102. 1

Sensuum

h *Psal.* 34. 10

PVNCTVM II.

I. Officia Christi

DEINDE Christi Domini *Officia*, finesque, quorum gratiâ me visitare dignatus est, in memoriam reuocans, gaudebo & exultabo, quòd intra meipsum habeam *Redemptorem* meum, *Medicum*, *Magistrum*, & omne *bonum* meum: quem magno spiritus affectu, humilitatis & charitatis vlnis amplectens, illud canticorum vsurpabo: a *Inueni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam:* nec vllam ob causam ab eius contubernio disiungar: b *neq; mors neque vita, neque instantia, neque futura, neq; creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo* IESV mecũ illum semper retinebo, donec me deducat in domum matris meæ, quæ cœlestis est Ierusalem: vbi ego fruar securitate perfecta.

a *Cant.* 3. 4

b *Rom.* 8. 38

II. c *Psal* 141. 3

Miseriæ nostræ

Mox Dauidis exemplo: c *Effundam in conspectu Dei orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronunciabo*, singulas enumerando, atque si illi notæ non essent: delectatur enim eisdem audiendis.

Petam verò, officio suo in eis subleuandis ne desit, vt qui ad id venerit, nec enim tanti Principis inanem decet esse aduentum. Dicam itaque illi; Ecce *Domine* quàm grauibus *morbis* & animi perturbationibus detineor: superbia enim, ira, sensualitas, cupiditas me prostrauerunt: tu verò *medicus* cùm sis, & omnipotens; accesseriſq; vt animæ meæ sanitatem adferres: adhibe sicut potes, medelam, qua restituar sanitati: Dic in hoc ingressu tuo ad me, quod ingressus Zachæi domum dixisti: d *Hodie huic domui salus facta est*, & quandoquidem dicere tuum ita efficax est vt sit reipsa facere: ita fiet, sicut dices. Sum etiam *ignoratione*, & erroribus plenus, & in tenebris ac mortis obscuritate versor: Tu verò *Magister* meus, lux mea, ductorque meus: doce itaque, illumina, ac dirige: ad hoc enim venisti. In his similibusq; petitionibus partem aliam temporis ponam, e *Luctans* sicut Iacob *cum hoc* magni consilij *Angelo*, lucta orationum: *non demittens eum, nisi prius* copiosè *benedixerit mihi*. Amen.

Oratio ad Medicum

d *Luc.* 19. 9

Magistrum

e *Gen.* 32. 24

R. P.

LVDOVICI DE PONTE

E SOCIETATE IESV,

MEDITATIONVM

PARS SECVNDA.

QVÆ MYSTERIA COMPLECTITVR INcarnationis & Infantiæ IESV CHRISTI Domini Noſtri, vſque ad eius Baptiſmum.

HIS INSERVNTVR MEDITATIONES DE VIta B. Virginis Dominæ Noſtræ, vſque ad idem tempus.

INTERPRETE

R. P. MELCHIORE TREVINNIO, EIVSDEM SOCIETAtis Presbytero.

Digitized by Google

ferant. Quare rogandus mihi est Deus, vt si remissior ego ero in debito meo in hac vita exsoluendo, adhibeat ipse laborum & tribulationum *ignem*, quo purificer, & debitum cum lucro aliquo soluam, quod postea sine eo essem soluturus. O mi Saluator, qui b *filios Leui*, hoc est Ecclesiæ tuæ *quasi aurum, & argentum per ignem purgare & colare*, promisisti: purifica me, sicut tibi placebit, in hac vita: vt ab ea egressus, ad te in futura fruendum perueniam, Amen.

b Mala 3.3. Oratio

TERTIVM erit propositum, venialia peccata pro viribus fugiendi; quæ (vt Apostolus ait) c *Ligna fœnum, & stipula* sunt, quibus Purgatorij ignis alitur, qui me torquebit. Quod, si fidei oculis intuear, temerarium planè esse iudicabo. Sicut si hominem *ligna* in sylua cedentem, domumque exportantem interrogarem, quemnam in finem id faceret, ipseque responderet: ad ignem excitandum, quo sit postea *exurendus*: stultum eum planè iudicarem. quantò ergo stultior ego iudicandus sum, qui multa faciam magnâ meâ voluptate, quæ non alium mihi finem adferent, quàm ignem illum horrendum alere, quo sim in Purgatorio exurendus? O *anima tua* quæ supra adeò pretiosum fundamentum Christum Dominum nostrum es fundata; superædifica magni etiam pretij opera, *aurum* charitatis, *argentum* innocentiæ, pretiosos aliarum virtutum *lapides*, qui tecum in æterna vita permaneant. Caue sic talia aliqua admiscere, quæ sunt peritura, *ligna* auaritiæ, sensualitatis *fœnum stipulam* vanitatis, inordinatè aliqua vitæ huius bona diligendo: quia omnia huiusmodi, ignis erunt alimentum, qui in futura te grauiter exuret. O bone IESV, à tali me, quæso, amentia libera; & gratia tua ab his peccatis præserua. Amen.

III. c 1. Cor. 3. 12 Venialium fœ. Simile Quis sibi laqueum nectit S. Thom. supra.

Colloquiũ

Oratio

PVNCTVM IV.

QVARTO, duo valdè insignia, quæ in Purgatorij Animabus esse cõtat, sunt diligentiùs perpendenda.

PRIMVM est, quòd exactissimè *Dei voluntati*, quoad pœnarum acerbitatem, & diuturnitatẽ sustinendam se subijciant; illosque cruciatus patientissimè ferant, & amplectantur; gaudentes, quod DEVS adeò sit iustus, vt ipsos pro meritis castiget, atque in tam seueri ignis fornace purificet, quo bene mundatos liceat in cœlum peruenire. Ex quo discam patientiam in tribulationibus habere; si eas volo mihi Purgatorium esse non gehennam, siquidem & *minores* illæ, & mihi *vtiliores* sunt, ad mea debita exsoluenda; & à diuina iustitia in eum finem mihi mittuntur & destinantur. Et cùm omnia, quæ in Deo sunt, amabilia sint: quia ipse est a *totus desiderabilis*: si eũ sincerè diligo, meritò gaudebo, quòd adeo sit iustitiæ & æquitatis amator, vt locum etiam ad peccati mei correctionem, quam adeò iustè promeritus sum, destinatum habeat.

Patientia in ammarum Impatiẽtia e Purgatorio facit infernum

a Cant. 1. 1 Deus etiã Iustus diligendus

deſiderant, vt ipſa dilatione vehemẽter affligantur, gementeſque dicant cum Dauide: b *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: multum incolà fuit anima mea:* Quantò maiori ſenſu dicent hoc animæ illæ in Purgatorio detentæ, quæ & vehementer amant dilectum ſuum: & interim cruciantur, non vt in gloria creſcant, ſed vt debitas pœnas exſoluant.

b *Pſal.* 119. 5

Sanctorũ deſiderium

III. Incertitudo liberationis

TERTIA cauſa huius pœnæ eſt, quòd animæ illæ *ſuſpenſæ* teneantur, nec tẽpus ſciant detentionis ſuæ in eo carcere, ac dilationis videndi DEVM: Quamuis enim diuinæ ſint voluntáti conformes, pœnaſque illas & dilationem æquo animo ferant: eſt tamen vtraque pœna grauis: quam aduertunt, ex propria culpa procedere, & ex negligentia & ignauia, quam habuerunt, tam in exercendis operibus ſatisfactorijs: quàm in deſiderio Deum videndi: ſiquidem S. Brigittæ reuelatum legimus, ob remiſſum & languidum huiuſmodi deſiderium, particularem propriamque eſſe pœnam conſtitutam, quam DESIDERII Purgatorium appellant, qua afficiuntur, qui tepidè DEVM videre deſiderarunt.

Reum plus pœna premit

Refert Bloſius in Monili Spirituali c. 13.

Purgatorij deſiderij

IV. Obiecta reliqua pœnæ Damni

AVGETVR etiam hęc pœna ob priuationem viſionis *Chriſti* Domini noſtri, *Virginiſq;* ſanctiſsimæ, ac dulciſsimæ Angelorum, ſanctorumque ſocietatis, ac reliquarum rerum viſionis, quas viſuras ſe credunt, & ſperant: omnium enim fidem valde viuam habent, ob immortalitatis ſuæ, & purgatorij ipſius experientiam, quam reipſa iam habent.

Simile

Huius pœnæ grauitas poteſt aliquo modo tanquam ex veſtigio deprehendi, ex ea, qua nobilis, & prudens quiſpiam afficitur, dum in obſcuriſſimo aliquo carcere detinetur, non videns lumen *cæli*, niſi modicum per exiguam aliquam rimam; nec cum ſuis *cognatis*, amicis aut notis agens, nec ſciens, quid in *mundo* agatur, aut quanto tempore ſit carcer ille duraturus: niſi quòd de innocentia ſua ſecurus, certò ſperet ſe liberum dimittendum. Et quamuis fas ſit credere, cuſtodem *Angelum* interdum accedere, qui animam, cuius curam in hac vita geſsit, cõſoletur; illud tamen etiam licet exiſtimare, eam id reſponſuram, quod cæcus Thobias Raphaeli Angelo reſpondit: c *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video*: & addituram, nec dulciſsimum Creatorem ac Redemptorem meum. O *anima mea*, quandoquidem tantæ huius pœnæ, quæ te manet in Purgatorio, fidem habes, niſi hic, quam pro tuis culpis debes, exſoluas, ne differas ſolutionem, ne & ipſe Deus claram ſui viſionem tibi differat. Concupiſce feruore magno, ad Deum videndum peruenire, remouẽdo quicquid huius deſiderij executionem impedire poteſt, vt pœna ipſa cũ vita quoq; finiatur, moxq; in æternæ gloriæ requiẽ ingrediaris.

Angeli conſolatio pia ſed exigua

c *Thob.* 5. 12

Colloquiũ

PVNCTVM III.

TERTIO, conſideranda eſt pœna, quæ dicitur SENSVS, quam patietur anima in Purgatorio, dum terribili illo *igne* torquebitur.

Digitized by Google

MEDITATIO XXXVI.

DE PVRGATORIO, VT AD POENITENTIAE opera incitemur.

Ad pœnitentiam & Suffragia mortuorũ

PRAECIPVVS *huius Meditationis finis est, eos, qui vias insistunt* Purgatiuæ, *ad* pœnalium *operum exercitationem animare: quò debitas pro culpis suis pœnas exsoluant, quæ tamen eadem Meditatio haberi poterit in die* Commemorationis Animarum; *vt, illarum vicem dolentes, easdem pro viribus adiuuemus.*

PVNCTVM I.

Fundamẽtum Purgatorij

PRIMVM, considerandum est: statuisse DEVM Dominum nostrum, neminem post lethale aliquod, aut etiam veniale peccatum admissum, etiam cùm ipse misericordiâ suâ culpam dimiserit, priùs ad cælum admittere, quàm certam aliquam pœnam culpæ respondentem, iuxtà diuinam ipsius iustitiam, perso luerit: siue id in hac vita pœnalibus fiat operibus, siue in futura, (*in a lacu in quo*, iuxtà Zachariam Prophetam, *non est aqua*: siue in quo b *ignis probat cuiusq; opus*, iuxtà Apostolum: qui carcer est ad id à Deo destinatus, quem PVRGATORIVM appellamus) luenda reseruetur. Ad quem locum iusti hominis anima ab Angelo suo deducitur, ad pœnam illam c *vsq; ad vltimum quadrantem* exoluendam.

Nihil coinquinatum intrabit in Regnum cælorum

2. *Mach.* 12. 43. 45.

a *Zach.* 9. 11

b 1. *Cor.* 3. 15

S. *Thom. in Addit. q.* 69 & 70.

c *Matt.* 5. 27

CIRCA hanc fidei nostræ veritatem est *primùm* perpendendum, quàm *iustus* sit Deus, & quanta iustitiæ eius rectitudo, quamuis admistam habeat misericordiam: nullam siquidem culpam relinquit impunitam. Nam idcò etiam in sacramento pœnitentiæ, cum lethalem remittit culpam; æternam, quæ illi debebatur, pœnam commutat in temporalem: ostendens in hoc tam misericordiam infinitam, dum culpam, & æterno tempore duraturam grauissimam pœnam condonat: quàm *iustitiam*, dum aliquam, licèt leuiorem & ad tempus aliquod tantùm duraturam exigit. Hac igitur consideratione spiritum sumam ad me iustitiæ eius accommodandum, cuius tantam experior misericordiam, vt commeritam in millionum annorum ignibus horribilem pœnam, in paucorum voluntariam pœnitentiam commutet: Quare quicquid in hac vita pati possum, parum esse iudicabo aut ferè nihil, eius comparatione, quod commeritus eram, & mihi condonatur.

I. Iustitia misericors etiam in sacramẽto

II. Puritas necessaria

DEINDE perpendam, pœnam hanc temporaneam, nisi in hac vita insigni contritione, aut pœnalibus operibus exsoluatur, omninò in futura esse luendam: tum vt *iustitia* diuinæ ordo seruetur; tum quod tantopere Deus amet *puritatem*, vt nihil in cœlum admittat nisi purgatissimum, non à culpâ solum, sed etiam ab omni pœna, quæ ipsius culpæ reliquiæ censetur

Primùm: *metite myrrham & variarum aromata virtutum, quæ passiones vestras coërceant, & vos à peccatorum corruptione præseruent: in quo meam imitabimini puritatem.* Mox *fauum meum cum melle suo, hoc est, excellentem, quã tradidi, doctrinam, per ceram* sui, *expressam ruminantes comedite: Sed ea non sola seorsimque comedenda erit; sed simul cum* virtutum *heroicarum, quas in se continet, quasq; ille illo dulciter nutriens significauit, imitatione coniuncta. Sic demum bibite, & inebriamini* vino *perfecti* amoris *mei: diuinarum, quas vobis propinabo,* consolationum lacte *permixto, quo hausto facilè affectibus omnium rerum terrenarum renuntiabitis, vsque ad ipsam, si opus fuerit, in cruce nuditatem; quò me perfectiùs imitemini, ac deligatis, sicut à me dilecti estis.*

1 Puritas
2 Doctrina Virtus
3 Amor Consolatio
Nuditas

HAEC *itaque tria præcipua sunt charitatis bene ordinatæ in tribus suis quasi gradibus* INCHOATAE, PROFICIENTIS, & PERFECTAE *exercitamenta. eademq; eo ordine, quo sunt posita, fines sunt præcipui, ad quos Meditationes de* INFANTIA, PRAEDICATIONE & PASSIONE CHRISTI *diriguntur. De quibus tres, quæ proximè sequentur, Partes ex instituto tractabunt. Quarum hæc secunda, quæ est de* INFANTIA, *hoc aliis præstat, quod nos ad teneriorem incitet amorem, suauioremque imitationem. Sicut enim ipse, factus pro nobis* infans, *accommodatum & proprium infantium (vt Isaias ait) cibum sumpsit. c* Lac & mel, *ita eius* Infantiæ *mysteria meditantibus Tyronibus præcipuè, abundantiùs solet diuinarum consolationum* lac, & mel *communicare: quò facilius eos à terrenis ablactet; excitetque ad heroicarum virtutum suarum imitationem.*

Infantia Christi suauissima
c Isa. 5.15.

AD *hos fines consequendos hisce Meditationibus conandum est ipsum* IESVM *Christum Dominum nostrum, Deum & hominem verum certa, propria, integra, & perfecta cognitione cognoscere; quæ eò pertingat, vt ad infinitam* personæ *illius dignitatem, inæstimabiles diuitias, & gratiæ ipsius thesauros penetret, digno eorum precio & æstimatione facta.*

Christi cognitio

IN *hac siquidem d* cognitione, *ipsemet dixit,* vitam æternam esse, *quando ex ea tanquam ex semine, proueniunt media, quibus illa obtinetur; eiusq; afflatu, e* in meditatione exardescit ignis CHARITATIS, *qui nos inflammat: ex quo fortitudo cordis exoritur, ad eius vitam adeò perfectè imitandam. vt (* Gregor. Nysseno teste) Christianus, alter Christus *possit appellari, in humilitate, patientia, & reliquis virtutibus, & modo, quo valdè sapientem quempiam, alterum Salomonem appellare solemus.*

d Ioan. 17.3
e Psal. 38. 4.
Alter Christus
Serm. de perfect. formahomi. Christi.
P. N. Ignatius 1. Exercit. 2. & 3 hebd.

RATIO *in horum mysteriorum Meditationibus versandi, quo voti compotes euadamus, erit oculos in quatuor circumstantias attentè perpendendas conijcere.* PRIMA est, Personarum, quæ in mysterio sunt, excellentia, & interiores earum affectus. SECVNDA, earundem verba, finisque & modus ea proferendi. TERTIA, earundem opera, actiones, & virtutes in eis elucentes. QVARTA, ea quæ eædem patiuntur, cum aliis circumstantiis Finis, &

occationum, quæ aderunt. *Ex his autem singulis fructus aliquis nobis ipsis erit legendus: vt nos ad imitationem eorum, quæ imitari licet, reliquosque affectus & colloquia, quæ initio 1. Partis dicta sunt, excitemus.*

ATQVE *hæc omnia circa singula meditationum puncta sunt facienda, seruatâ historiæ serie, vt in ipso progressu licebit obseruare. Et quoniam personarum, quæ in multis mysteriis (huius præcipuè secundæ partis) locum habent, valdè insignis est beatissima* Virgo *Domina nostra, curandum est in his meditationibus eius cognitionem, amorem, & heroicarum virtutum imitationem haurire. quò ab imitatione* matris, *gradum ad* filij *imitationem faciamus: siquidem potiori illa iure, quàm Apostolus, dicere posse videtur:* f Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Cognitio B. Virginis

f 1. Cor. 11. 1.

Quò verò melius ad desideratum finem, debitamque eius æstimationem nos disponamus, multum conferet, tanquam cæterarum fundamentum, proxima Vocationis *ad Christi imitationem meditatio: qua nobis eum ob oculos proponemus, instar excellentis cuiusdam* Regis, *à Deo electi, militem aduersus hostes suos conscribere volentis, subditosq; suos ad se sequendum inuitantis: Victoriæ ac spoliorum consortium omnibus, quotquot ipsum ad pugnam fuerint comitati, pollicentis.*

P. N. Ignatius initio 2. hebd.

MEDITATIO SEV FVNDAMENTVM HVIVS PARTIS

DE INFINITA COELESTIS REGIS IESV Christi Domini nostri excellentia, & hominum ad sequendum inuitatione.

Christus Rex

PVNCTVM I.

a Psal. 2. 6.

PRIMVM CONSIDERA, Christum Dominũ esse Regem excellentissimum, ad homines regendos & gubernandos ab æterno Patre electum: qui vniuersim omnes iubet, illi tanquam Regi proprio legitimoque Domino obedire iuxtà illud Dauidis: a *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius: prædicãs præceptum eius.* CIRCA quã verissimam sententiã, perpendenda primùm est infinita Patris æterni *charitas*, in hoc Rege deligendo. Volens enim aliquem dare; optimum, quem daret, elegit: qui tũ

1 Dei charitas.

verus

verus esset *homo* & nostræ consors naturæ: quò suo nobis præiret exemplo, &, quasi vicem nostram dolens, indulgentiùs tractaret: tùm verus *Deus*, ipsius vnigena: quò & auxilio & remedio nobis esse posset. *Nisi enim* (ait S. Leo Papa) *verus* DEVS *esset, non adferret nobis remedium: & nisi esset verus homo, non præberet exemplum.* *Serm. 1. de Natiuit.*

HINC ergo Regis huius excellentiam considerare incipiam, in quo simul sunt omnes perfectissimi Regis qualitates, vt b *Propheta* testantur. Præcipuè tamen hasce perpendam: infinitam eius *Sapientiam*: qua necessitates omnes & miseram nostram conditionem agnoscit; & *Omnipotentiam*, qua potest eam subleuare; *Misericordiam*, qua nobis ob eam compatitur; *Bonitatem* qua remedium ei adferre vult; *Prouidentiam*, qua solicitè nostris commodis prospicere studet; *Mansuetudinem*, & *affabilitatem*, qua erga nos, vt fratres suos, se gerit. *Liberalitatẽ & magnificentiam*; qua suas nobis diuitias & quicquid habet, etiam proprium corpus & sanguinem impertit. *Iustitiam*, & *prudentiam* in gubernatione, qua nos magna integritate & rectitudine dirigit. Eius denique *Aeternitatem* & in cœlesti suo imperio *Firmitatem*, quæ nunquam sit finem habitura.

II
Regis qualitates.
b *Psal. 44. 3 vsque ad 10. Hiere. 23. 5.*

III
c *Isa. 10. 1.*

QVÒ verò in his omnibus solidior euadam, terrenos Reges cum hoc cœlesti conferam. Illi enim c *tributa* & vectigalia subditis imponunt; ac seuerè exigunt: hic ab illis omnibus liberat, eorumque debita, pro eis amanter exsoluit. Illi suos redigunt ad paupertatem, quò ipsi abundent: hic sed *ipsum fecit pauperem, quò* paupertate sua *ditiores suos redderet*. Sæpè illi à recta gubernatione *deflectunt*, ignorantiâ, passione, malitiâ; hic semper rectè gubernat, quia infinitè sapiens, iustus, bonus est. Grauissimas illi subditis *leges* imponunt; quas ipsi non seruant: hic tum e *suauissimas* statuit, tum easdem ipse custodiens, exemplo suo alios ad eas implendas animat. Illi denique ad *tempus* tantum sunt Reges, vt qui aliorum hominum more & ipsi intereant, eorum autem imperia f siue *aurea* sint, siue *argentea, aerea, ferrea*, tandem *comminuũtur*: quia basim *testaceam* habent: hic verò æternus est Rex, cuius *Regnum* nunquam *finietur*, quia in Deo fundatum est.

1. Antithesis Regum mundi & Christi
d 2. Cor. 8. 9
2
3
4
e Matt. 11. 30.
5
f Dan. 2. 35.

Ex tribus hisce considerationib. varij laudis, gaudij, & grati animi *affectus* sunt eliciendi, & firma animi decreta ac *proposita* concipienda, plurima tanti Regis gratia præstandi: & *colloquia* modò cum æterno Patre, modò cũ ipso Rege eius filio; modo etiã mecũ ipse instituẽda: memetipsũm ad hęc exhortãdo. O *anima mea*: lauda & glorifica cælestẽ Patrẽ, qui tã potentem, sapientẽ, sanctumq; tibi Regẽ dederit: gaude tantã hanc felicitatẽ tibi cõtigisse: vt Regem tam tui amantem haberes: cum quo maximam possis & arctissimam inire familiaritatẽ. Si tãti homines faciũt, aliquo loco esse apud terrenos Reges: quantò pluris meritò facies, apud talem te Regem

Colloquiũ

Oratio

bono esse loco? O *Rex superne*, exulto gaudio de infinita tua excellentia: ob quam humillimè supplico, recipe me sub tutela tua, si enim tu me g *protexeris, nihil mihi deerit.*

g *Psal.* 22.1

PVNCTVM II.

Sermo Christi Regis

COnsiderandum secundò est, quem ad subditos *sermonem* Rex hic cælestis habeat, ad patris sui a *præceptum* explendũ. *Mea*, inquit, *iustissima est voluntas bellũ aduersus omnes hostes meos*, b *dæmonem, mundũ, & carnẽ omniaq; vitia & peccata mouere: iisq; triumphatis, Patris mei Regnum intrare: Qui igitur in hac expeditione me sequi statuerit viuere, eum oportet simili mecum conditione, quo simul etiam regnet, imitetur me in pugna; & certus sit, habiturum etiam se partem in victoria.* Hic sermo ex eiusdem Regis verbis apud S. Ioan. colligitur: c *Si quis*, inquit, *mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic minister meus erit.* Quod est dicere: ei, qui se vult obsequio meo mancipare, viuendum est, vt ego viuo; & sic æterno, quo ego fruor, præmio fruetur.

a *Psal.* 2. 6.
b 1. *Ioan.* 3 8
c *Ioa.* 12. 26

1 Rex

2 Expedi.io

3 Exemplum

d *Iudic.* 7. 17. & 9. 49.

4. Victoria

5 Gloria

Oratio

e *Osea* 11.3

HVIVS euocationis suauitatem & efficacitatem, rationesque siue causas ad talem Dominum audiendum & sequendum inducentes, diligenter perpendam. PRIMVM, quod is, qui vocat, tantæ sit *Rex* maiestatis, tãtus benefactor, & donorum perfusor: qui mille me nominibus obsequio suo deuinxerit. DEINDE, quod proposita expeditio sit iustissima, plusque mihi, quàm ipsi Domino cõmodi allatura, vt quæ ad hostes meos, à quibus tot accipio incommoda, debellandos dirigatur. TERTIÒ, quòd ipsemet Dominus, qui vocat me ad pugnam *præcedat*; descenderitque de cœlo, quò mihi esset exemplo: vt magnum quid censendum non sit, si vilis miles id præstet, quod Dux & Rex ipse præstat: cùm constet Gedeoni & Abimelecho, statim ac milites suos exhortati sunt: d *Quod me facere videritis, hoc facite: & quod fecero, sectamini.* absque mora vlla illos esse obsecutos. QVARTÒ, quòd certissimam polliceatur Rex iste *victoriam*; tãtique momenti, post eam, præmium. QVINTÒ, quòd tanta sit gloria futura, tantusque honor tùm ipsi, tùm Patri æterno, & omnibus eius subditis. O *Rex æterne*, gratias ago, quòd vocatione tàm suaui ad obsequium tuum e *in funiculis Adam, & in vinculis charitatis* nos trahas, tot efficacibus rationibus adhibitis. O si omnes diuina tua luce illustrati, eas caperent: quò ardenti charitate ad te sequendum incitarentur.

PVNCTVM III.

I. Nolunt

TERTIÒ CONSIDERANDVM, quàm ſit hominum huius mundi, ad quorũ aures hæc vocatio peruenit, *varia* conditio. Quidam. n. ad eam *obſurdeſcunt*, & honorum huius vitę amore capti, Regẽ vocantẽ ſequi contemnunt, ſimulq; perpendenda taliũ miſerorũ ingratitudo & infidelitas, eiſq; propterea compatiendum; ac dolendum, tantum eorum eſſe numerum. ſi quidem (Bernardo teſte) Chriſtiani omnes *peruenire* volunt ad Chriſtum; ſed pauci ipſius veſtigia *ſequi*: omnes *præmium* eorum, qui Chriſtum ſequuntur, accipere cupiunt; ſed *laborem* in ſequendo plurimi recuſant: qui in ſuæ inobedientiæ pœnam, ad dulciſſimam eius ſocietatem non peruenient, ſicut qui ad cœnam inuitati venire noluerunt; quibus iurauit Dominus, a *quòd nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Quibus & illud obiicietur: b *Quia vocaui, & renuiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo*, repugnantiam veſtram æterna morte mulctando.

Serm. 21. in Cantic.

a *Luc. 14. 24*

b *Prou. 1. 24*

II. Præcepta tantum offerunt

SECVNDVM genus eſt hominum, Regem hunc ſequi, & in expeditione hac comitari volentium; ſed minus liberaliter: contenti videlicet ſunt, præcepta tantum ſeruare, diuitiis interim, dignitatibus, licitisque qualescunque in matrimonio ſunt, voluptatibus retentis: ad maiorem perfectionem puſillanimes; illi ſimiles adoleſcenti, qui, cùm Dei præcepta ab infantia cuſtodiuiſſet, audito à Chriſto, verbo illo: c *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me:* abiit triſtis, ſatis ſibi eſſe exiſtimans ſe ea præſtare, quæ conſueuerat. Huiuſmodi, etſi faciunt quod ad ſalutem conſequendam ſatis eſt, vt tamen eorum obſequium & imitatio illiberalis eſt; ita præmium erit exiguũ. Inurbanitatis enim genus eſt, nolle militem (quod in ſe eſt) Ducem ſuum, in quibus poteſt imitari: ſiquidem Rex ipſe plus pro milite ipſo facit, quàm iure vllo teneatur.

c *Matt. 19. 21.*

III Conſilia offerunt.

TERTIVM genus, eorum eſt, qui, ad Regem hunc in omnibus & per omnia ſequendum, ingenuo ſe animo offerunt; non modò in ijs quæ præcepti ſunt, ſed etiam quæ tantũ *conſilij*, ſicut ipſe Rex fecit: vitam hanc in paupertate, caſtitate, & obedientia ducentes; ſpretis diuitijs; & voluptatibus matrimonij, quamuis licitis; ac libertate propria reiectis: quo Regẽ ſuum perfectiùs imitentur. Hi ſunt *Religioſi*, qui vt præ alijs ad rationem vitæ Regis ſui accedunt; ita maius ab eodem præmiũ obtinebunt, & quidem d *in hac vita centuplum* illud; *in futura* aliud *æternum*. A D hoc vitæ genus par erat, nos omnes offerre; non tam ob temporale, aut eiam æternũ, quod illud conſequitur, præmium; quàm ob infinitam obligationem, qua obſtringimur, amandi & magno huic Regi ſeruiendi: & quoniam (vt Sa-

Religioſi

d *Matt. 19. 29.*

piens ait) e *gloria magna eſt ſequi Dominum* perfectè: erit hæc eò maior, quò propiùs accedemus: ſatagentes, vt f *perfecti ſimus, ſicut eſt Pater noſter cæleſtis* & Rex ac Magiſter ille, quē nobis ad imitandū propoſuit. Imò qui ad huiuſmodi viuendi rationē ſpeciali vocatione vocati non ſunt, meritò animi ſui promptitudinem ad obſequium diuinum oſtendent, cum Regio Propheta dicentes: g *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Ecce me Domine, ad præcepta tua explenda; ecce ad conſilia tua ſequenda, paratum. Meipſum amore tui offero, ad te ſequendum in paupertate, caſtitate, etiam libertate mea abnegata; & omnibus, quæ ad me pertinent, pro gloria tua, relictis, ſi ad tale vitæ inſtitutum me vocare dignaberis.

e Eccl. 1. 38

f Matt. 5. 48. Luc. 6. 89.

g Pſ. 107. 2. Oblatio

IV. Apoſtolici alios edocent

TRIPLICI huic hominum generi quartum licet adiungere eorum, qui ab eodem cæleſti Rege vocantur, non ſolùm, vt ipſi paupertate, caſtitate, & obedientia eum imitentur; ſed etiam vt ipſius ſint ad alios vocandos inſtrumenta; non ſolùm cum ipſo Rege aduerſus proprios; ſed etiam aduerſus proximorum hoſtes pugnaturi; eoſdem in ſalutis negotio iuuantes, & (vt Sapiens ait) h *vocantes ad arcem & ad mania ciuitatis*, hoc eſt, ad altiſsimam Chriſtianam perfectionem.

h Prou. 9. 3.

Societatis IESV Religio.

IN hoc genere illi ſunt Religioſi, quorum vocatio eſt, ad imitationem *Apoſtolorum*, non ſolùm ſaluti & perfectioni propriæ, ſed aliorum etiā incumbere: qualis eſt noſtræ *Societatis* IESV, cuius Religioſi, IESV ſocios ſe eſſe in hac expeditione profitentur. Et qui hac ratione vocati ſunt, contentiſsimos ea ſorte eſſe decet; (ſi eius excellētia benè expendatur) gratiasque pro ea, vocāti agere; eidemque ſeipſos promptiſsimos offerre, ad quoſuis labores, & profectiones ad fideles & infideles, vſque ad ſanguinis, vbi opus erit, pro Dei gloria, & animarum ſalute, effuſionem; illud Iſaiæ quouis ipſorum vſurpante: i *Ecce ego, mitte me*, quocunque & quomodocunque volueris; paratus enim ſum ad omnia, quæ mihi iniungere dignaberis.

i Iſai. 6. 9.

PRAEDICTORVM CONCLVSIO.

EX dictis in hac Meditatione colligere licet, quo ſpiritu ſequentes aggreſſuri ſimus, conandum eſt enim ſingulis, iuxta vitæ rationem, ad quam quisq; vocatus eſt, ipſum Chriſtum Dominum, quàm poſſit perfectiſsimè, imitari. Si in ſtatu eſt continentiæ, *aut ſacerdotij, omnes eius obligationes integrè præſtando: Si in* coniugali, *cor ſuum ab inordinatis affectibus rerum quas poſſidet, exuendo, iuxta illud Apoſtoli:* k Qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui emunt tanquā non poſſidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. *Sua denique omnia ita diſponentes, ne propter illa, Chriſtum amittant, aut eius amorem ſeruitiumq; relaxent. Qui autem ad huc nulli ſunt vitæ generi adſtricti; cupiunt verò illud* eligere, *quod ad propriam ſalutem & perfectio-*

k I. Cor. 7. 29

nem

nem consequendam, sit illis aptissimum: scopum illum sibi præfigant, vt, quid Christus in ipsis loquatur, diligenter obseruent: quò in eo perfectionis gradu illum imitentur ad quem se ab ipso moueri sentient. ad quod multum conferent Meditationes sexta, septima, & octauatertiæ Partis.

MEDITATIO I.

DE SANCTISSIMAE TRINITATIS DECRETO, vt secunda diuina Persona pro reparatione humani Generis, peccato Adami sauciati homo fieret.

IN huius & sequentium de hoc Mysterio Meditationum vestibulo, operæ pretium fuerit, Deum Dominum *nostrum* Trinum *& vnum, in* THRONO *infinitæ Maiestatis sedentem imaginari* a Iride (*vt S. Ioannes vidit*) circundatum, *infinitæ eius misericordiæ symbolo, tribus* Bonitatis, Sapientiæ, & Potentiæ *infinitæ coloribus distincto: quibus omnia gubernat, vult, scit, ac potest nostris miserijs opem ferre: Mox homines omnes & me ipsum inter illos, ob Adami peccatum humi iacentes, spoliatos, vulneratos, semiuiuos, illi misero similes, qui,* b ab Hierusalem descendens in Iericho, incidit in latrones: *Tres verò ipsas diuinas Personas illos aspicientes, eorum miseriæ compatientes, ac de medio reparationis consultantes, intuebor.*

Compositio loci Thronus Dei a *Apoc.* 4. 3.

Hominis miseria b *Luc.* 10. 30

Dei misericordia

Oratio

PIA *hac repræsentatione præmissa, prostratus spiritu coram illo Throno adorat aq; ipsa Trinitate sanctissima, humillimè supplicabo, diuina sua luce me illustret quò initi illius consilij ac decreti profunditatem quod ad nostram reparationem elegit, benè intelligam, fructumq; ex eo capiam. Dulcis verò ac iucundus cœlestis* Iridis *aspectus, animum mihi addet,* c Adeundi (*vt Apostolus loquitur*) cum fiducia ad Thronum gratiæ eius; vt misericordiam consequar, & gratiam inueniam in auxilio opportuno, *quod est tempore orationis.*

c *Hebr.* 4. 16.

PVNCTVM I.

PRIMVM PVNCTVM, & cæterorum fundamentum erit, *Decretum* illud considerare, quo Deus in æternitate sua statuit, humanum genus ob Adami peccatum collapsum, *erigere*; causis, quæ ipsum ad tale Decretum induxerunt, diligentiùs perpensis: aliis quidem ex parte eius *misericordiæ*; alijs ex parte nostræ *miseriæ*, & luctuosi modi, quo in eam deuenimus.

D. Tho. 3. *p. q.* 1. *a* 1. *& 2. & q.* 4. *a.* 1.

Decretum reparationis

PRIMVM ergo considerandũ, Deum *duo* creaturarum genera ad ima-

ginem

gine[m] & similitudinem suam, condidisse, quæ ipsi seruirent, eumque laudarét, a *Angelos & homines*: illos in cælo *Empyreo*; hos in *Paradiso* terrero. Vidensque magnam Angelorum partem & homines peccasse, decreuit, IVSTITIAE suæ sæueritatem in Angelos ostendere; quos iræ suæ sagittis transfixos, è b *cælo in infernum* repulit; c *nullo eis pœnitentiæ loco relicto in homines* verò, etsi cândem irâ & supplicio dignos, voluit infinitas MISERICORDIAE *suæ diuitias* ostendere; remedium statuens, quo ex miseria, in quâ inciderant, eripérentur; & d *lapsus sui veniam* obtinerent. Nihil enim ita Dei *misericordiam* exaltat, atque peccatorum condonatio, & erga proprios hostes commiseratio. Nec porrò decebat Misericordiam huic occasioni, ex qua tantopere exaltaretur, sese subducere. Quare verissimè dixit Apostolus *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Cuius benignitatis causâ infinitas ei debent omnes homines gratias agere, attendentes quòd, cùm viles omninò essent, ac digni, in quos diuina *iustitia* sæuerissimè animaduerteret; *misericordia* tamen inter ipsos ac Deum sese interponens, eos ab ea sæueritate protexerit: quod non fecit cum *Angelis*, multò nobis nobilioribus. *O æterne Deus*, verè misericordiarum Pater, qua ratione tanto beneficio poterimus respondere, quo immerentibus remedium, ad veniam peccatorum obtinendam, dedisti! Laudent te pro tanta hac gratia *Angeli* illi, qui fideles tibi in cœlo perstiterũt: Agnoscant illam, fructumque ex ea capiant *homines*, qui sunt in terra: & anima mea deficiat amore tui, multitudinem cantans, & magnitudinem misericordiæ tuę, cuius intuitu omnia mea peccata mihi dimitti supplico, gratiamque conferri, ad illa nunquam reuertendi.

Iustus Angelis a *Heb.* 2. 16. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.
b 2. *Pet.* 2. 4
c *Sap.* 11. Hominis misertus d 14. & 12. 10 20.
Misericordia summa peccatoris misereri e *Tit.* 3. 4.
Oratio

EANDEM porrò considerationem opportunè mihi ipsi accommodabo, perpendens: quòd, etsi Deus misericordiâ suâ statuerit peccatoribus veniam; ac reipsa det eam illis, qui verò dolore & pœnitentiâ sese ipsi submittunt; rebelles tamen sæuerâ iustitia, sicut Dæmones, repellat ac damnet. Quare solicitè mihi curandum est, ne misericordiæ resistam; nisi velim sæueras iustitiæ manus experiri.

Pœnitenti pius impœnitens iustus.

II. Causæ

SECVNDO loco perpendendæ sunt *causæ*, quæ modo aliquo diuinam misericordiam ad miseriæ nostræ compassionem permouerunt. Quarum *vna* illa fuit, quòd Adamus prævaricatione sua non sibi soli nocuerit, sed in *posteros* etiam suos illam transfuderit; quos propterea necesse erat peccatores, & æternæ mortis carceriq; reos nasci; quâ tamen prævaricationem non voluntate singulorum propria, sed quam in primo parente habuisse censebantur, incurrerunt. Cùm verò Deus tantoperè in misericordia excelleret, non potuit eius clementia ferre, totum suum opus, ob vnius culpam, ita miserè perire; & spectabilem hunc mundum qui ho-

1 Qua a posteri aliena voluntate peccarant.

minis

minis causa conditus erat, fine suo frustrari, peccatori, & creatoris sui inimico seruiendo. Quare tanto malo remedium adhibere decreuit. Ex quo *duas* confidentiæ, de diuina misericordia, causas eliciam; quas vt duo nomina siue titulos ad propriæ miseriæ remedium impetrandũ, possim exemplo Dauidis allegare: *Altera* est, quòd *in* f *peccato conceptus sim:* ex quo miseriæ meæ omnes originem ducunt: *Altera* quod g *opus sim manuum eius:* quare non decet me repellere in finem, aut odisse, qui h *nihil odit eorum quæ fecit.* O *Misericordissime Pater*, qui massam, ex qua filij tui formati sumus, perspectã habes: quæà te quidẽ bona prodiit, sed fuit ab Adamo corrupta: compatere nobis, & repara illatam ab eo corruptionem: quòbonum à te conditum restauretur. *Manus* etiam *meæ* deleuerunt, quod *tuæ* fabricarunt: reparent ergo tuæ *gratiæ*, quod meæ *culpæ* destruxerunt.

Duæ causæ bene sperandi

f *Psal.* 50.

g *Psal.* 137.

h Sap. 11.2

Alia causa ad compassionem mouens fuit, quod homo peccauit quidem, sed *tentatus* & inductus à Dæmone, eius bono inuidente, & in Deum ipsum rabie quadam acto: qui hac ratione vindictam de Creatore sumere conabatur, in creatura quam ab eo diligi, & in qua eiusdem imaginem expressam esse videbat. Propterea ergo Deus compassione motus, hominis causam vt propriam accipiens, remediũ illi statuit adferre, ne semper hostis de victoria gloriaretur. Ideoque statim, post Adami lapsum, serpenti, hoc est ipsi Dæmoni denũciauit: i *Inimicitias ponã inter te & mulierẽ: & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum*, & vincet eũ, à quo victa fuit, ac de suo triumphatore triumphabit. Ex quo etiam spes mihi fit, quòd mihi quoque compatietur; meamque causam vt propriam accipiet: siquidem eadem nunc me Dæmon persequitur inuidiâ ac rabie, qua primum hominem. Ideoque cum Dauide licebit dicere: k *Exurge Deus, indica causam tuam*, & iuua me gratia tua, serpentis caput conterere; qui, quòd te odio habeat, semper me persequitur.

Quia odio Dei serpẽs tentarat hominem

i *Gen* 3. 15.

Peccatoris causa est Dei propria.

k *Ps.* 37. 22.

PVNCTVM II.

SECVNDO ipsum Sanctissimæ TRINITATIS Decretum est perpendendum, quo statuit secundã Personam, hoc est *Filium*, fieri hominem, & humanum genus Adami peccato sauciatum redimere. Expendendæ etiam sunt eius Decreti causæ, tàm ex parte nostra, quæ est nostra necessitas & *miseria*: quàm ex parte Dei, quæ est infinita eius *misericordia*.

CONSIDERABO ITAQVE PRIMVM: Sanctissimam TRINITATEM in æternitate sua, plura vidisse humanæ reparationis *media*. Nam aut purâ meraque *misericordia* peccatũ poterat condonare; aut creare *nouum* hominem, qui pro cæteris satisfaceret; aut curam hanc *Seraphinis* committere. Sed noluit, quod facilius aut minùs perfectum esset, eligere; nec alteri alicui præclarũ hoc opus committere: sed aptissimum, quod esse posset, medium elegit: hoc est, vt spartam hanc ipse Dei filius assumeret; homoque

Optimum medium elegit

fieret, vt hominem redimeret. Nullum itaque aptiorem reparatorem, nullum potentius remedium, nullam copiosiorem redemptionem nobis potuit adhibere; dū voluit, a *vbi abundauit delictum, superabundare & gratiam.*

a *Rom.5.20.*

II. Antithesis Adam contra Deum

DEINDE: quò veritas hæc appareat magis, expende, quid primus homo fecerit contra DEVM; quidque Deus versus hominem faciat: & vtriusque cogitationes inuentionesque inter se inuicem confer. *Adamus.* n. superbè disponebat, contra Deum sese erigere; eius diuinitatem & sapientiam, rerumque omnium imperium sibi vsurpare: ob quod scelus, cum dignus esset, qui à Deo humiliaretur, & odio haberetur, totâque eius natura in nihilum redigeretur: *Deus* tantum malum pro malo reddere noluit: sed infinitâ suâ bonitate, non solùm iniuriam condonare statuit; sed insuper tale remedium inuenit, quod sibi quidem summæ abiectioni & *labori* esset; homini verò *honori* & vtilitati. Nam b *cùm* diuinum ipsum verbum *in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factum,* inimici sui naturam mortalem & patibilem induit, sibique in vnitate personæ coniunxit, quò eum à summa, in qua, ob culpam iacebat, miseria, erigeret; & ad summum honorem & felicitatem, quam ipsius gratiâ habere poterat, eueheret: quandoquidem (Augustino teste) Deus factus est *homo*, quò homo fieret *Deus*: & virtute Dei incarnati, homines Dei fierent participatione.

Deus pro homine

b *Phil.2.6.*

Serm.9. de nat.

ET tandem, inspecto hoc diuino decreto, in admirationē rapiar, & stuporē de infinita Dei bonitate & misericordia: quam modò cū *Moyse* extollam, dicens: c *O Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui auferis iniquitatem & scelera, atque peccata: nullusque apud te per se innocens est*; nisi tu dederis: modò *Seraphinorum* instar, Dei faciem pedesque operiam, hanc Diuinitatis cum Humanitate vnitionem venerans, clamansque: d *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius*, ob misericordiæ magnitudinem. Aliàs eidem huic Domino gratias agam pro tam glorioso hoc beneficio, in hunc modum: O *Deus æterne*, pro admiranda hac in meum commodum inuentione, qua vt altitudinem tuā mihi communicares, vilitatem meam assumpsisti, summas gratias ago. Concede mihi, quæso, vt tuo me subiiciam obsequio: sicut te pro meo remedio demisisti: præstemque ego summū, quod tui obsequij causa possum; qui summum quod potuisti, mei causa præstitisti. O anima mea, fac Deitui amore quidquid potes: siquidem totum id satis parum erit, si cum tuo debito illud contuleris. Disce Deum plurimi æstimare, quo te ipse æstimet, & cùm ipse tantoperè te exaltauerit, ne quid, quod à tali dignitate generet, admitte.

1. Moyses

c *Exod 34.6*

2 Seraphim

d *Isai.6.3.*

3. Oratio

Colloquiū

a *Leo ser. 1. de Natiu.*

PVNCTVM III.

TERTIÒ consídera, hoc INCARNATIONIS mysterio voluisse Deum, in-

infinitam perfectionum & *virtutū* ſuarum excellentiam nobis manifeſtare; dum eas, magnæ vtilitatis noſtræ cauſa, in ſumma, quam habere poterant, perfectione exhibuit. Quod deprehendere licebit, de præcipuis illarum ratiocinantibus.

Virtutes

PRIMVM, infinitam ſuam BONITATEM manifeſtauit, dum maxima, qua potuit communicatione *eſſe* ſuum *perſonale*, naturæ humanæ coniunxit; *cognationem* hac ratione cum toto hominum genere contrahens.

I Bonitas

CHARITATEM oſtendit, dum tam arcta vnitione hanc naturam ſibi connexuit, vt *vnus* idemque DEVS eſſet & *homo*: quo omnes homines vnū eſſent amore cum Deo: largiente ipſo illis gratis ac liberaliter, quod plurimùm ipſe amabat, ac æſtimabat: & a *cum eo* reliqua omnia.

II. Charitas

1 *Rom* 8. 23

MISERICORDIAM infinitam oſtendit, admirando eam nexu, germanaque cognatione cum *iuſtitia* connectens. Neque enim maior eſſe potuit miſericordia, quàm quòd ipſemet Deus in perſona ſua ad miſerias noſtras reparandas venerit; triſtitiæque capax fieret, quò earum compaſſione tangeretur. Nec exactior eſſe IVSTITIA potuit, quàm quod idem ipſe Deus, homo factus, debita noſtra perſolueret, admiſſa in ſe mortis pœna, quam noſtra fuerat merita culpa; nec arctius germanitatis vinculū, quam reliquis hominibus eam ſolutionem miſericordia tribuere, quam Deus homo iuſtitia promeritus fuiſſet. His excitabo confidentiam conſequendi ab eo omnia, quæ mihi expediunt; ſiquidem ea omnia, quæ ſua ipſe meritus eſt *iuſtitia*, mihi applicat *miſericordia*.

III. Miſericordia

IV. Iuſtitia

SAPIENTIAM quoque immenſam oſtendit, dum talem modum & rationem inuenit, qua tum res adeò diſsitæ, Deus ſcil. & homo; æternum, & temporale; patibile & impatibile coniungerentur: tū difficilis ille nodus ſolueretur, vt peccata noſtra ita miſericordia condonarentur; vt iuſtitia nullum propterea detrimentum ſentiret.

V. Sapientia

Damaſc. 3. de Fidi Orthod. initio.

OMNIPOTENTIAM ſuā in eo manifeſtauit: quòd hominis honorandi & ditandi gratia, ſummum, quod potuit, fecit. Nā in diuinis omnib. operibus, nullum eſt eo ſublimius, quo Deus factus eſt homo.

VI. Potentia

OSTENDIT demùm SANCTITATEM ſuam infinitam, & virtutes reliquas, dum eas Deo homini facto infudit: quo illarum omnium exemplar eſſet ſpectabile: & nos ipſos tali exemplo ad imitationem prouocaret, gratia interim ſua nos iuuans, ne quis ſe poſſet excuſare. Si. n. Deus proximos *diligit*; quis ab ea dilectione iure ſe excuſet? Si Deus inimicis ſuis *benefacit*; quis noceat ſuis? Si Deus ſeſe *demittit*; quis ſe exalter? ſi Deus *patitur* & tolerat; quis ſit impatiens, & ferre nolit? & ſi Deus *obedit*; cur non obediat homo?

VII. Sanctitas

Imitatio Chriſti

SEPTEM ergò hæ diuinæ perfectiones, quæ in hoc Incarnationis opere eminent, incentiua mihi eſſe debent ad *ſepties* in die, & ſepties millies ſi

Septem amoris ſtimuli

fieri posset, Deum laudandum, amandum, eique maxima, qua possum perfectione seruiendum. Si enim, antequam Deus homo fieret, exigebat à nobis b *amorẽ ex toto corde, ex tota anima, mente, & viribus*, quantò potiori nunc iure hunc amoris gradum, & in seruitio suo feruorẽ exiget? Cumq; *amoris probatio* (Gregorio teste) *operis sit exhibitio*, necesse est, reipsa hunc amorẽ ostendere: studendo excellentissimas illas perfectiones: quæ in hoc opere nobis sunt manifestatæ, pro viribus imitari. *Bonitatẽ*, inquã, *Charitatem, Liberalitatem, Misericordiam* & reliquas, quas imitari licet: nominatim verò illas, quas incarnatus Deus ad nostrum exemplum in mundo exercuit.

b Deut. 6. 5.

Greg. hom. 37. in Euãg.

Oratio

O TRINITAS beatissima, quas tibi, ob manifestatas hasce excellentias, referam gratias? quas hactenus quidem intra pectus tuum clausas retinebas; nunc verò in hoc opere spectabiles nobis fecisti. Quid offerre possum, quod exiguum non sit, ad tantum donum? Quomodò eius causa te diligam, & seruitio tuo dignum aliquid faciam? Ecce me Domine, totum diuino tuo obsequio dicatum, cupientem ita diligere te, vt à te sentio me amatum; & virtutes mihi ostensas imitari, & siquidem, quod plus est, donasti: da etiam quod est minus: vt te diligam propter infinitum hoc in me collatum beneficium. Amen.

MEDITATIO II.

DE INFINITA DEI CHARITATE, QVAE in Mysterio Incarnationis elucet, ac de ingentibus bonis ex eo nobis prouenientibus.

Charitas Dei.

QVAMVIS diuinæ omnes perfectiones in Decreto Incarnationis, vti diximus, emineant, omnes tamen excellit charitas de qua (reliquis in 6. partẽ reiectis) hac instituetur Meditatio. cuius Thema & Argumentum erit Christi sententia Nicodemo proposita. a Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat; sed habeat vitam æternam. *Quibus verbis* tria *huius mysterij potissima membra compendio complexus est Christus: Præcipuum eius* fontem *ex quo charitas illa manauit; eius* excellẽtiam & finem *effectusq; eius admirandos.*

a Ioan. 3. 16. 1. Ioan. 4. 9

PVNCTVM I.

Deus dilexit mundum.

PRIMVM omnium est perpendenda infinita eius, qui nos dilexit, & excellentissimum hoc beneficium contulit; *magnitudo*; cum

qua

qualis eius, qui dilectus est, cuique hoc beneficium est collatum, *vilitas* conferatur, erit propè infinita.

Dei magnitudo. Hominis vilitas

ORIGO præclarissimi huius beneficij, fuit charitas Dei infinita, qui vtilitatis aut beatitudinis suæ intuitu, neminem, extra seipsum, amare opus habet, quique e sui ipsius aspectu & amore, infinitè beatus est. Nihilominus merâ suâ gratiâ voluit creaturas amare, eisque benefacere, eo solo nomine quod ipse *bonus* sit; & vt in eis diuitias suæ bonitatis ostenderet, iuxta illud Apostoli: b *Deus qui dives est in misericordia, propter nimiã charitatem suam dilexit nos.* quasi nobis diceret, non dilexit nos Deus, quod nostri indigeret, aut quod nos id iustitiâ meriti essemus: sed quod eius misericordia miseriæ nostræ compassa sit; & charitas diffundere se voluerit, vt amaret nos.

I
Deus benefacit, quia bonus est.

b *Ephes.* 2. 4

DEINDE pergam considerando, infinitam Dei charitatem vlteriùs multò progressam esse, quod MVNDVM talem diligere voluerit: mundi enim nomine multitudinẽ intellexit hominũ peccatorũ, qui non modo in Adamo peccasse, & originalis illius culpæ maculã contraxisse cẽsentur sed spõte etiã ac voluntate propria in grauissima posteà actualia scelera sunt prolapsi: ob quæ non solùm dilectione digni non erant; sed odij potiùs rei constituti fuerunt. Non itaque solùm dilexit Deus homines, antequam essent; ac proinde nec amici, nec inimici; sed etiam cùm *inimici*, rebelles, & innumeris beneficiis, quæ acceperant, ingratissimi essent: quò infinitos misericordiæ & charitatis suæ thesauros manifestaret.

II.
Mundi malitia.

Inimicos dilexit Deus.

CONFERAM TERTIÒ quæ *Deus* in cœlo, cum *eis* quæ *homines* in terra faciunt: perpendens quod Deus mundum, à quo odio habetur, *diligat* mundus Deum, à quo diligitur, *detestetur*; mundus in Deo *offendendo* occupatur, cùm Deus in *bene* eidem *faciendo* versetur. Obstupescam detestandam mundi *iniquitatem*; & admirabor infinitam Dei *charitatem*. O Deus infinitæ maiestatis! quomodo mundum infinitæ vilitatis dignaris diligere? qui nosti, qualis ille sit: quomodo non illum potiùs perhorrescis? quomodo tantum scelus non mergis in profundum, aut in nihilum redigis? Benedicta sit immensa ista tua charitas, in cuius sinu amor erga ingratissimam creaturam tantum locum habet. Ostende eam erga me Deus: vt sicut tu me; ita ego te diligam, tibique vt par est seruiam.

III.
Antithesis Dei & hominis.

Oratio

Hæc *tria* mihi ipsi applicabo, *me* ipsum loco *mundi* collocans: qui vt ingratissimus Deum horruerim, & offenderim: nec propterea ille me diligere interm̃iserit, cupiens benefaciendo mihi, in suum me perducere amorem.

PVNCTVM II.

DEINDE, ipsius *doni* à Deo mundo oblati magnitudo infinita perpendenda est: ipse enim est vnigenitus Patris æterni filius. Illud autem hic

I.
Vt filium suum vni-

genitum daret.

Dei amor non est verbalis tantum.

Donum infinitum

a Col. 2. 9.

b Ioan. 1. 16.

c Ioan. 3. 16.

tem hic inprimis obſeruatu dignum eſt: Dei amorem non in ſolis verbis, aut pulchris verborum lenociniis poſitum eſſe; ſed in verè ac reipſa benefaciendo dilectis, ei verò præ aliis, quem plus diligit. Hinc eſt, quod ad infinitam huius amoris magnitudinem oſtendendam, precioſiſsimũ quod habuit nobis donauit, hoc eſt æqualis dignitatis, vnumque ac eundem Deum ſecum, qui eſt vnigenitus filius eius: volens illum hominem ſicut nos fieri; a *& in ipſo inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter.* b *& de plenitudine eius nos omnes accipere.* Propterea ipſe Chriſtus Dominus noſter, vt diuini amoris magnitudinem extolleret, dixit: c *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* quaſi diceret, non potuit amplius Deus mundum diligere, qui filium ſuum, nec qualemcunq; ſed naturalem & vnicum illi dedit. Loco vocis illius: *Dilexit*, ſimiles alias licebit ſubſtituere, v. g. tanti Deus mũdũ fecit; ita honorauit, glorificauit, exaltauit, ditauit, protexit, vt filium ſuum vnigenitum daret: idque merâ ſuâ *gratiâ*, cùm ſit nemo, qui tantum poſsit donum promereri.

Et gratuitum.

II.

Mundi ingratitudo

d Ioan. 1. 10

Mox perpendam, *Cui* donum hoc ſit collatum? peruerſo, inquam, ingrato & non agnoſcenti, adeoque beſtiali mundo, vt venientem magnum illum Dei vnigenitum ad cohabitandum, d *non cognouerit*, non æſtimauerit, non, vt par erat, ſit reueritus; nec pro accepto tanto honore & beneficio gratus eſſe nouerit. Quare ſi, quod *Deus* hominum gratiâ præſtat, dum vnigenitum ſuum ei dat, cum eo conferam, quod *homines* aduerſus Deum faciunt, dum tantum beneficium non agnoſcentes, ipſum offendere audent; vehementer diuinam Dei charitatem admirabor, optans, illum pro tanto beneficio ſeriò amare, & reipſa amorem hunc oſtendere: vt, ſicut Deus vnicum, quem habet, *filium* mihi dedit; viciſsim ego vnicã, quam ab ipſo accepi, *animam* eidem reddam; & cor ipſum, memoriam, voluntatem, mentemque meam, & ſenſus omnes ac facultates in amando ac ſeruiendo tali Patri, qui talem mundo filium dedit, omninò collocem.

Comparatio Dei & hominum.

Animam pro Filio da.

Oratio

O PATER AETERNE, quantas poſſum maximas gratias tibi ago pro infinita tua erga nos charitate, quarem tibi chariſsimam & pretioſiſsimam nobis dediſti. Cupio Domine amare te, vt ſentio me amari à te: ideoque pretioſiſsima, quæ habeo tibi trado: accipe cor meum, in pignus ac recognitionem tanti amoris tui: vt ex hoc nunc e *non verbo & lingua tantùm, ſed opere & veritate diligam te*, gloriamque tuam ſemper, abſque prophani cuiuſpiam admixtione quæram.

e 1. Ioan 3. 18

PVNCTVM III.

Vt omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat vitã æternam.

TERTIÒ, conſiderãdus eſt *finis*, ob quem Deus vnigenitum ſuum mũdo dederit; & *commoda*, quæ hominibus inde proueniunt. a *vt omnis*, inquit, *qui credit in eum non pereat ſed habeat vitam æternam.* Perpende igi-

tur

tur, eundem filium Dei ad hoc veniſſe in mundum. b *vt* (quod ipſemet eſt teſtatus) *ſaluificet mundum*, perfectiſsima quadam ſaluatione, quæ in duobus conſiſtit. PRIMVM, quod *remouet* omnia, quæ cauſa ſunt, cur ille pereat & damnetur: dum peccata illi condonat; à dæmonis ſeruitute vindicat; ab æterno inferni carcere, reliquisque miſeriis culpæ annexis, atque ad eandem impellentibus eripit. SECVNDVM, quod vitam dat gratiæ, cum cæteris ſupernaturalibus virtutibus, eam comitantibus, ac vitam demum æternam. In quibus duobus innumera alia includuntur, de quibus in poſterum dicetur. DENIQVE, vt finem magni huius beneficij conſiderationi imponamus, vult Deus illud ad *omnes* huius mundi homines extendi, cuiuſcunque illi ſtatûs ſint & conditionis; nemine, quod in ipſo eſt, excluſo, qui fide viua credere in eum velit, quorum nullus peribit; ſed omnes vitam æternam conſequentur. Quod ſi ita eſt, ad *me* quoq; beneficium hoc ſpectare intelligam: licebitque mihi ipſi verba illa omnia accommodare, vereque dicere: *ſic Deus dilexit* me, *vt filium ſuum vnigenitum* mihi *daret*; *vt credens in eum* fide viua, *non peream, ſed habeam vitam æternam. O vnigenite Patris fili*, quas tibi grates referã pro eo quod in mundum hunc veneris, nos à tantis malis liberaturus, & ad tanta bona deducturus? Tu noſtra *peccata* condonas, *infernum* ſpolias, *Paradiſi* oſtia pandis, *Dæmonem* vincis, de *mundo* triumphas, *carnem* noſtram domas, imminentia nobis *pericula* auertis, *triſtitias* ſolaris, *opera* noſtra viuificas, *merita* promoues, *perſeuerantiam* in tua gratia largiris, ac denique tua nos *gloriâ* coronas. Horum nihil abſque te habuiſſemus; & omnia per te habemus: per quem benedictiones omnes cæleſtes, & miſericordiæ quæ terram replent, adnos deſcendunt. Sit ſemper benedictus *Pater*, qui te nobis dedit: ſisque tu, *fili* benedictus, qui vt nobis ſubuenires, remedium tantum attuliſti. Subueni mihi, *Domine*, efficaciter, *ne pereã*: ſed *æternam* per te *vitam obtineam*.

Ex *dictis in vtraque proxima Meditatione conſtat, cauſas & incentiua* Incarnationis *ad tres ordines reduci poſſe, inter ſe annulorum catena inſtar cohærentes*. Vnus *eſt ex parte* perfectionum *diuinarum*: *quò ſcilicet illæ manifeſtentur*: Secundus *ex parte noſtrarum* miſeriarum; *vt illæ reparentur*: Tertius *ex parte ſupernaturalium diuitiarum* gratiæ & gloriæ: *vt illæ nobis communicentur. Ex quibus tribus fortiſsimus funiculus eſt contexendus, quo nos ipſos diuino verbo colligemus, perfectoque amore connectamus: cùm tot ſint amoris huius excitamenta, quot ſunt* perfectiones *diuinæ nobis manifeſtatæ: quot* miſeriæ *noſtræ, à quibus nos liberauit; quot denique* gratiæ, *quas nobis eſt promeritus*.

a *Ioan. 3. 16.*
b *Ioan. 12.*

I. Mala remouet

II. Bona dat

III. Omnes includit. & TE

Oratio

Tres cauſæ
1 Perfectiones Dei
2 Miſeriæ noſtræ
3 Dona cæleſtia.

ſequendæ fiduciam exoptet, qui tot ac tam ſuauia efficaciaque media ad eam adinuenerit.

Oratio

GRATIAS tibi ago *Pater æterne*, quod talem *patrem*, & *matrem* ex noſtra ipſa natura nobis dederis, per quos gratiam tuã ſecurè obtinere poſſimus. Et tibi etiam gratias ô *Verbum diuinum*, quod matrem habere voluueris, quæ ſimul noſtra eſſet; per quam accellus pateat ad Thronum infinitæ miſericordiæ tuæ, ne nos ſeuera tua iuſtitia condemnet. VLTIMA cauſa fuit, quia complacuit Deo, vt fieret pro nobis infans; *matremq;* haberet in terra, cui obtemperaret, & cui ſe aliorum hominum more ſubijceret: quò nobis, humilitatis, aliarumque virtutum, magis inſigne præberet exemplum. *de quo Meditatione 9. & ſequentibus agetur.*

IV. Vt matri te doceret obedire

PVNCTVM II.

SECVNDÒ conſideranda eſt Electio ipſius Virginis Dominæ noſtræ in Dei Matrem: atque expendẽdum, quo pacto ſanctiſsima Trinitas inter innumeras fœminas, quas in æternitate ſua præuidit, oculos ſuos in ipſam B. Virginem gratiosè coniecerit, eandemque ad maxima illa, quæ proximo puncto poſuimus, munia elegerit. vt eſſet inquam incarnati Verbi diuini mater; ac ad mundi Redemptionem cooperatrix: mater & aduocata hominum: & cui ipſemet Deus, quà homo erat, ſe ſubijceret & obediret. *Electio* hæc (vt placet ſanctis patribus) *radix* fuit ceterorum donorum & Magnalium huius Dominæ, quam propterea ipſa plurimi ſemper fecit, grataque pro ea fuit, benè conſcia, eam abſque vllis ſuis meritis collatam, ac proinde merè *gratuitam*, fuiſſe. Sicut enim ipſam elegit Deus in matrem ſuam, potuiſſet alias plurimas elegiſſe; talesq; illas, qualis ipſa eſſet, feciſſe. Sed ego exultabo, quòd tam felix illi ſors contigerit; & eo nomine ei congratulabor, dicens: Gaudeo *Virgo SS.* te ad tantam dignitatem, quanta eſt, eius eſſe matrem, cuius ſis filia, euectam eſſe. & quoniam cum ea dignitate ſimul tibi datum eſt, peccatorum eſſe *matrem & aduocatam*; monſtra te eſſe matrem, nobis fauendo; & intercedendo, vt digni efficiamur eius eſſe filij, cuius tu es mater.

Electio gratuita radix excellentiæ B. Virginis *Franc. Suarez. to. 1. in 3. p. Diſp. 1.*

Oratio ad D. Virginem

PVNCTVM III.

HINC gradum faciam ad conſiderandum, Deum, qui in æterno ſuo conſilio hanc Virginem ſanctiſsimam in matrem ſuam elegit, ſimul eandem elegiſſe in excellentiſsimum ipſius miſericordiæ vas, in quo magnalia gratiæ & gloriæ, quæ talis filij matrẽ decerent, reponerentur; ac proinde maxima quæ puræ creaturæ concedi poſſent, reponerentur. Quo nomine de ea dicitur, quod ſit a *Electa vt Sol.* vt enim *Sol* vnicus eſt, &, inter aſtra cætera, excellentiæ ſingularis: ita virgo hæc electa

Predeſtinatio B. Virg.

S. Tho. 3. p. q. 7. a. 10. ex An. de Nat. & gratia c. 36.

Sol

a *Cant.* 6.8
b *Ephe.* 1.4.

est, vt inter puras creaturas vnica esset ac singularissima in donis gratiæ, cui alia nulla par esset. Hoc licet generatim colligere ex illo Apost.b *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus Sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate.* Nam, in toto illo Electionis genere, eminentissima fuit ipsius B. Virginis Electio. PRIMVM quod electa fuerit, vt omnibus Sanctitatis gradibus, & omni genere gratiarum ac virtutum, quæ creaturis aliis communicandæ erant, & maiori adhuc excellentia, ipsa emineret. Nam (vt S. Hieron. ait) gratiæ omnes, quæ diuisim aliis sanctis sunt datæ, Mariæ fuerunt simul plenissimè concessæ: eò quòd ex ea nasciturus esset auctor ipse gratiarum Christus IESVS, qui cum sit c *Sanctus Sanctorũ*, sanctificare eam voluit, quæ ipsius futura erat d *tabernaculum*: vt ipsa etiam inter creaturas *Sancta* esset *Sanctarum*, & omnibus in sanctitate superior.

I
Sancta Sanctarum
Tom. 4. ser. de Assumpt.

c *Dan.* 9. 24
d *Psal.* 45. 5.

SECVNDÒ, electa fuit, vt pura & absque macula esset in omni gradu puritatis, qui possit in pura creatura esse, nulla culpæ, nec vestigij quidem eius admixtione. Quia (S. Anselmo teste) decebat, Virginem tanta splendescere *puritate*, qua post Deum nulla esset excellior, vt quæ mater eius esset futura, qui est ipsa puritas; quique vt, quà Deus est, purum & ab omni peccato mundum habet Patrem, ob diuinam eius essentiam; ita, quà homo est, matrem haberet puram & mundam ea ex speciali dono puritate, qua terrena Mater similis fieret Patri cœlesti.

II.
Puritas
De concept. Vir. c. 18.

TERTIÒ, fuit electa, non vt quouis modo sancta esset & absque macula; sed vt talis esset *in conspectu ipsius Dei*; hoc est, non in specie tantum & ficta, sed vera; non externà tantùm, sed internà etiam Sanctitate in Dei conspectu ambularet: tùm in *diuinitatis* præsentia, oculos mentis in eam ita coniiciens vt in omnibus actionibus suis, fidelis filia, gratáque esse studeret; tùm in conspectu *incarnati* Dei, cui tanquam mater indulgẽs, blanda & materna officia ei exhiberet: & vtroque nomine ardentissima charitate diligeret, quibus obsequiis innumera & præclarissima sibi merita cumulauit: ob quæ postea in optata, cum clara visione, præsentia, cumulatior sibi quam aliis gloria cõmunicaretur. Quæ omnia ab infinita charitate, qua Trinitas sanctissima præ aliis omnibus eam dilexit, ac ad tantam gloriam prædestinauit profluxerunt. *Pater* quidem ea illi præstitit, quòd filij sui naturalis mater esset futura; *Filius*, quòd ipsius propria, *Spiritus sanctus*, quòd huius filij veri Dei & hominis conceptionem in ea esset perfecturus.

III.
In conspectu Dei & hominis

§§. Trinitatis don.

HIC finis est Electionis & Prædestinationis B. Virginis, cuius causa laudanda est ipsa Trinitas sanctissima, & gaudendum de gloria, quę ex ea orta est ei, quam matrem agnosco, & quoniam idem Deus, infinita sua charitate, me quoq; vocauit, vt in eius *conspectu sanctus essem* & absque macula; me-

cula; meritò ipſam Virginem tum tanquam perfectiſsimum horum omnium *exemplar* accipiam, vt in tribus illis, quæ dixi, imitari eam ſtudeam, tùm tanquam *Aduocatam*, vt eadem mihi à filio ſuo impetret: me interim quod in me erit, iuxta S. Petri conſilium, e *Satagente bona opera certã meam vocationem & electionem facere.* c 2. Pet. 1. 10.

Oratio ad D. Virg.

O VIRGO SANCTISSIMA, tota mente exulto, quòd ſis vt *ſol* electa, in qua nulla ſit culpæ obſcuritas, ſed maximus gratiæ ſplendor; ex quo poſtea clariſsimum gloriæ lumen, reliquos ſanctos, ſicut ſol ſtellas cæteras ſuperans, orietur. Fac mecum ſolis officium, illuminans tenebras meas, quò purus & ſplendens tanquam ſidus Firmamenti reddar, in æternas lucens æternitates. O *Deus æterne*, cuius charitate nullis noſtris meritis electi ſuimus, vt in cõſpectu tuo mundi eſſemus & ſancti, gratias tibi ago, quòd hanc Virginem excellenti electione eligere ſis dignatus, per eam ſupplex peto, animam meam vt purges ab omni macula, tuiſque virtutibus ornes: quò ſemper talis in conſpectu tuo viuam; & æternam tandem vitam conſequar, Amen.

Oratio ad Deum

PVNCTVM IV.

CONSIDERANDVM nunc eſt: DEVM, accedente iam tempore, quo homo fieri decreuerat, vt primum ædificij huius lapidem poneret, hanc Virginem, ipſius matrem futuram, iis gratiis priuilegiiſque ornatã creaſſe, quibus par erat, filium ditiſsimum ac potentiſsimum matrem ſuam, quam ſponte & magna elegerat charitate, ornare ac ditare. Hæc *priuilegia* ad *quatuor* velut capita reuocabimus; perpendentes etiam non ſolùm aliquas eorum cauſas; ſed rationem etiam indicantes, qua earundem *participes* eſſe poſsimus.

Conceptio B. Virgin.

Priuilegia B. Virgin.

PRIMVM fuit priuilegium, quod ab *Originis* macula fuerit immunis, quam vtpotè Adami filia, aliàs contraxiſſet. Sed qui potens eſt, eam ita præuenit, vt in ipſo creationis momento, quo anima corpori iungitur, & quo aliàs macula illa contrahitur, ſanctificauerit. Vt enim eodem momento, quo *ſolem* creauit, cum *lumine* eum, & abſque tenebris vllis creauit & vt *Angelis* primiſque parentibus ſimul cum natura *gratiam* etiam dedit: ſic B. huic Virgini, quo momento eam creauit, etiam eius animam ſanctificauit; & vt ſolem electã fecit, nullis peccati tenebris affectã. Cuius ratio præter eã, quæ proximo puncto adferebatur, ea eſt: quòd Chriſtus Dñs noſter, ad redimendos homines ab omni culpa, & nominatim ab Originali, duplici ratione vti pòterat, vel poſt lapsũ eos erigẽdo; vel præueniẽdo, ne laberẽtur: qua poſterior ratio præſtãtior eſt, & magis Dei omnipotẽtiã, & Redẽptoris miſericordiã prodit. vt. n. peccati macula nullũ maius eſt malũ (ſicut dictũ eſt ſup.) ita præſeruatione à peccato (ne vel ad momẽ-

I. Immaculata Conceptio

Sol cum lumine Angeli cũ gratia

Præuenire maxima eſt miſericordia. 1. Part. meditat. 6.

tum illius ſerui ſimus) nulla eſt maior miſericordia. Quare ad ipſius Redemptoris gloriam & Redemptionis eius dignitatẽ pertinuit, vt ſingulari hac miſericordia erga futuram matrem vteretur,& *optima*, quâ poſſet ratione, eam redimeret: ab infamia nimirum & miſeria culpæ Originalis eam præſeruando, & hoc gratiæ ſuæ ornamento decorando; quò mater filio eſſet in ea puritate ſimilior; ſi vterque maculam illam euaderet: ille quidem *iure* ſuo, vt qui nec potuerit quidem ea tangi; hæc *priuilegio*, ſine quo illam incurriſſet: ille vt *Redemptor* mundi; hæc vt eius in Redemptionis opere *coadiutrix*. O *fili Dei viui*, qui ex virgine naſcens, homo fieri voluiſti, quò vnam tibi a glorioſam *Eccleſiam abſque macula, & ruga*, aliauè imperfectione *exhiberes*, gratias tibi ago, quas poſſum, quod matrem tuam ſpeciali gratia ab ipſa conceptione feceris, ea puritate gaudere, quam cæteri ſancti conſequuntur in gloria. O *mater glorioſiſſima*, vehementer gaudeo de ea puritate, quam in primo huius mundi ingreſſu præferre te video, ſplendentem gratiæ lumine, ſicut filius ipſe tuus iuſtitiæ ſol ingreſſus eſt. Liberum tibi eſt, in primo hoc tuo ingreſſu idem vſurpare, quod ille vſurpauit in ſuo: b *In capite libri ſcriptum eſt, de me vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*, verè enim in medio cordis tui impreſſa eius lex eſt, hoc eſt, gratia & charitas eius: & ſiquidem tali fauore Redemptor meus te diguatus eſt, vt ipſum in Redemptionis officio iuuares, ora eum, redemptionem vt ſuã mihi excelléter applicet, admiſſa hactenus delicta condonãs, & ab iis, in quę labi poſſem, præſeruans: tantò mihi eorum horrore incuſſo; vt ne admomentum in eis hærere libeat. Atque hic præcipuus eſt fructus ex hac cõſideratione decerpendus: vt c *ſpeculum* illud Virginis ſanctiſsimæ *ſine macula* intuens, puritatem eius, qua potero maxima imiter perfectione; memor illius, Dei ad populum ſuum vocis: d *Perfectus eris, & abſq; macula cum Domino Deo tuo.*

Christus iure mater priuilegio.

a *Epheſ* 5.27

Oratio ad D. Virg.

b *Pſal.* 39.9.

c Sap. 7. 26

d *Deu.* 18. 13

II

S. Tho. 3. p. q. 27. a. 3. & ſequent. Abſque fomite peccati

SECVNDVM priuilegium fuit: *Fomitem peccati:* hoc eſt carnis aduerſus ſpiritum, ſenſusque aduerſus rationem rebellionem illi abſtuliſſe: quò tota illa anima cum omni ſua interiori familia, id eſt, facultatibus omnibus, perpetua pace concordiaque frueretur, vt quæ principis pacis futura eſſet habitaculum, iuxta illud Dauidis: e *Factus eſt in pace locus eius.* Nunquam itaque Virgo ſanctiſsima interiores pugnas ſenſit; quas nos gementes ſentimus: nec quicquam eius f *caro aduerſus ſpiritum concupiſcebat*; neq; hic illam cum difficultate gubernabat: Non appetitionum ſenſuumve lex, Rationis legi aduerſabatur: neque in huiuſmodi appetitionibus coercendis, aut ſibi ſubijciendis, Ratio laborabat: magna potiùs g *voluptate* inter ſe concordes, æternæ *Dei legi* ſeſe ſubijciebant. O *pacis* excelſa *Princeps*; macte hac interiori pace, qua nulla præcedente pugna, frueris.

e *Pſal.* 75.3.

f *Gal.* 5.17.

g *Rom.* 7.22

Oratio ad D. Virg.

Impe-

Impetra mihi, quæso, interioris meæ, quam patior, pugnæ moderationem quò aliqua saltem pacis ac felicitatis tuæ parte frui mihi liceat.

III. Confirmata in gratia.

TERTIVM priuilegium fuit, singulari quodam modo fuisse in gratia *confirmatam*, ita vt toto vitæ suæ tempore nullum actuale peccatum admiserit, non opere solùm, sed nec verbo, neque cogitatione; Deo Domino nostro singulari sua prouidentia ita illi assistente, vt omnia eius opera (iuxta Apostoli de Ecclesia dictum) h *sancta essent & immaculata*, secundùm *tres* omnino *gradus puritatis*: absque *lethalis* videlicet peccati macula; absque *venialis* ruga; & absque omni *imperfectione*: declinato non solùm malo, sed etiam imperfecto quocunque, minusque bono opere; electo autem semper eo, quod cæteris melius, pulchriusque iudicabat: singulis suis actionibus excellentem & gloriosam illam imprimens puritatem, qua Triumphans in cœlo gaudet Ecclesia. Hunc puritatis modum, quo mihi gradu est possibilis, obtinere contendam, sic eum à Deo postulans: O *Deus æterne*, qui matris tuæ i *tabernaculum sanctificasti, & in medio eius* continuè assistens *commonebaris*, sed quotidie *mane diluculo* illam præueniens in omnibus, quæ ageret, *admuabas*: sanctifica & animam meam assistens illi semper; gratiâ tua mane me præueniens: quò mea opera pura sint, absque macula aut ruga, aut re alia, quæ in me tibi displiceat, Amen.

b *Ephes.* 5. 27 Puritatis 3. gradus.

Omnia perfectissima.

i *Psal* 45. 5. Oratio

IV. Gratia plenissima

PRIVILEGIVM QVARTVM fuit, eandem, ipso conceptionis momento, tanta gratiæ, charitatis, ceterarumque virtutũ ac donorum Spiritûs sancti abundantia & plenitudine fuisse repletam, vt Angelos atque ipsos Seraphinos superaret: quò digna esset Dei *mater*; digna Angelicarũ Hierarchiarum *Reginæ*: k *tantò melior ipsis Angelis*, sanctiorque *effecta, quantò excellentiùs præillis*, qui *serui* solùm & administri in domo eius futuri erant, *nomen* erat acceptura, hoc est, MATRIS. Ibi itaque censenda est Virgo sanctissima cursum suũ incepisse, quò Angeli suum perduxerant, & absoluerant. Ideoque plures sanctitatis gradus adhuc in terra degens assecuta est, quàm haberent, qui in cœlo ipso iam habitabant: (iis exceptis, quæ statûs illius sunt propria) Et in ea locum habet, quod de ciuitate Dei Propheta Dauid dixit: l *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Eius enim vitæ initia altiora in sanctitate fuerunt, ea summitate, ad quam magni Ecclesiæ sancti pertigerunt. O quanta voluptate sanctissima ipsa *Trinitas* perfundebatur, excellentis huius infantulæ aspectu! *Pater* ipse æternus talem se filiam habere delectabatur; Dei *filius* tanta futuræ matris suæ pulchritudine lætabatur: *Spiritus sanctus* talẽ se sponsam habere exultabat: Omnesque tres diuinæ personæ gratia sua eam ingressæ, summo in ea gaudio habitabant. O cœli *Angeli*, qui postea m *filium Dei mundum ingredientem adoraſtis*; accedite nunc; & eam, quæ eius mater, vestra verò Regina futura est, supplices veneramini. O *Angelorum Regina*, iam nunc te adhuc

k *Heb.* 1. 4.

Incepit, vbi Angeli desinunt. Adhuc viuens.

l *Psal.* 86. 1.

55. Trinitatis gaudium.

m *Heb.* 1. 6. Oratio ad Angelos

pertire mihi etiam, quæso, aliquid illius gaudij, quod aliis in hoc Natali communicas: siquidem hæc virgo etiam mihi nascitur.

HINC etiam aliud magni spiritalis gaudij incentiuum eliciam. Nam vt huius virginis natiuitas, eò quòd aduentus Saluatoris esset prænuntia magnum mundo gaudium attulit; ita cum eius *deuotio* in aliqua anima oritur, magnam ei lætitiam adfert, eò quòd certum sit *pignus* securi mox Christi, salutem ipsi allaturi, & propterea S. Anselmus dixit: Esse signum *Prædestinationis* ad gloriam, quòd aliquis valde sit B. Virgini deuotus: eam.n. deuotionem sequuntur *prædestinationis effectus*, quos ipsa Virgo suis procurat deuotis. Illa enim, vt pia mater, cœlestes inspirationes, vocationem, iustificationis gratiam, tentationum victoriam, perseuerantiam in gratia, ac gloriæ, tandem coronam impetrat: *vt in sequentibus meditationibus licebit obseruare.* O virgo *excellentissima*, quæ Dei iussu, a *in Electis eius* ad cœlum, *mittis radices*, tam altas quæso in anima mea mitte deuotionis & imitationis tuæ, vt æternæ prædestinationis per te pignus obtineam: Amen.

II. *Deuotio B. Virginis est prædestin. est signum. De excellentia virginis c. 4.* Prædestinationis effectus B. Virginis dona. Oratio a *Eccl.* 24. 13.

PVNCTVM II.

SECVNDO considerandum: Parentes huius Virginis, reuelatione, vt ibi creditur, diuina, MARIAE ei nomen imposuisse; (sicut b *Baptistæ* nomen fuit etiam reuelatum) & proinde voluisse Deum eo nomine, Infantulæ huius excellentias manifestare: quæ vt multæ erant, ita hoc, præaliis, quòd variis linguis varia haberet significata, ad id fuit accommodatum: siquidem ad commune illa omnium bonum nascebatur: MARIA enim *maris Stellam*, aut *Amarum mare*; *Dominam*, aut *Exaltatam*; *Illustratam* aut *Illustrantem*, aut *populi Magistram* significat, quæ omnia in hac Virgine reperiuntur. Est enim c MARIS STELLA, quia *lux* est, solatium, ac ductrix in huius mundi *mari* nauigantium; qui variis tentationum fluctibus & damnationis periculorum tempestatibus iactantur: huius.n. Virginis precibus, exemplis, & fauore, quo eos prosequitur, valde illi lætificantur, & corroborantur; vt & viã rectã inueniant, & portũ tandẽ salutis teneant. Est MARE AMARVM diuersis rationib. *Mare*.n. est ob cœlestium *gratiarum* immensitatem, quas habet ab eius sibi liberalitate communicatas, qui ipsam elegit in matrem. Est *Amarum*, ob multitudinẽ *amaritudinum*, quas in filij sui passione perpessa est. Consueuit enim Deus eadem mensura *consolationes* ac *desolationes* metiri, id quod apertè seruauit in hac Virgine. Est DOMINA & EXALTATA: quia *facultatum* suarum, appetitionum, imaginationis, ac sensuum omnium eminen-

De nomine MARIAE. b *Luc* 1. 27.

S. Bonauen in speculo B. Virg. c. 3.

c *Num.* 24. 17.

I Stella maris

II. Mare amarum *S. Bonauen. Serm.* 2. in *Missus est.* Consolatio mensura desolatio nis

III

& concupiſcet Rex decorem tuum. Audiuit hanc vocem & inſpirationem Dei B. Virgo: animaduertit, quod ſibi conferebatur beneficium: inclinauit aurem ſuam ad obediendum, & celeriter, quod iubebatur, præſtandum; oblita eſt omnino populi ſui; paternæ domui terrenæ renuntiauit: quò cœleſti patri qui filiam eam compellabat, gratũ faceret. Adeoq; recenti hac obedientia & humilitate, eius creuit pulchritudo, vt cælorum terræque Regis erga eam amori magna fieret acceſsio gauderetque, quòd ſe in tanti Regis matrem videret electam.

Beneficiũ vocationis

COLLIGAM hinc, quanti ſit Dei erga eum beneuolentia, quem efficaciter permouet, vt ex huius mundi occaſionibus & periculis expeditus, patriæ ac paternæ domui renuncians, illi ſeruiat: quamque ſit æquum, omnes huiuſmodi motioni, cùm eam ſentiunt, obtemperare: cùm non minus ſit paterni erga dilectos filios amoris indicium, eos à talibus periculis eripere; quàm Abrahamum ex Chaldæorum flamma, & fratrem eius Loth ex incendio Sodomorum liberare.

II. Parentum conſenſus & deſiderium.

DEINDE ſanctorum *Ioachimi & Annæ*, B. Virginis parentum, pietas eſt perpendenda: qui, vt iuſti erant, tantum abeſt, vt piis filiæ votis repugnarent, vt Dei inſpiratione excitati, filiam potiùs præuenirent, & vnicum ventris ſui fructum, quem à Deo acceperant, eidem libentiſsimè redderent: felices ſe exiſtimantes, ita filiam ſuam Deo placuiſſe, vt ad ſuum obſequium illam vocaret. Nec minori ſpiritus feruore id feciſſe ſancti iſti cenſendi ſunt; quàm b *Anna* illa *Samuelis mater*, dum filium ſuum, Deo in templo ſeruiturum, obtulit ſibi perſuadens, gratiſsimam hanc Deo futuram oblationem. Horum ſanctorum exemplo diſcam, magno ſpiritus feruore vnicam, præ cæteriſque animæ meæ dilectam *Libertatem*, primumque eius affectum, qui eſt *Amor*, Deo offerre, ea firma reſolutione, quòd aliud nolim, quam ipſe velit; id verò ſolùm diligere, quod ipſe diligit; ac porrò daturum me libenter quicquid petierit.

b 1. Reg. 1. 18

Libertatẽ cum Amore offert Deo.

III. Virginis deuotio.

TERTIO *B. Virginis* ipſius in hac ſui præſentatione *deuotionem* perpendam. Statim enim atq; à parentibus audiuit, ſe in templum deducendam, gaudio exultans, Dauidicum illud vſurpauit: c *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.* Cum verò in templum eſt deducta, *quindecim* eius gradus magno ſpiritûs feruore conſcendere cæpit: mente ſibi proponens, per omnes virtutum gradus, ad culmen perfectionis conſcendere velle, Dauidicum illud adimplens: d *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarũ, in loco quem poſuit. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.* O virilis & felix infantula, cui Deus auxilio ſuo fuit, e *Adiuuans te mane diluculo.* Quàm ſolida intus in corde tuo propoſita; quam aptè aſcenſiones in virtute diſponis in loco iſto quem in tuũ habitaculũ elegiſti! Conſcende feliciter gradus iſtos

c Pſ. 121. 1.

d Pſal. 83. 6.

e Pſal. 45. 6. Colloquiũ ad B. Virg.

de virtute in virtutem: patet enim tibi aditus; licetque omnipotentem Deum contemplando aspicere, in sancta ista ciuitate Sion.

IV. B. Virginis holocaustū perpetuum

POST QVAM templum conscendisset B. Virgo, Deum prostrata adorans; seipsam præsentauit, obtulitque in obsequium *perpetuum*. Non enim, vt aliæ virgines, ad annum, aut decem, offerre se voluit, sed in perpetuum, ita vt, quod in se esset, toto vitæ spatio in sancto illo templo Deo deseruiret. O quantū Deus in *hoc holocausto* sibi cōplacuit! quanta iucunditate illud acceptauit! quantam vicissim donorum gratiarumq; copiam ipsi se offerenti impertiuit! Dixerit illa fortè: Ecce Domine in domum tuam venio, accipe ancillam tuam in perpetuum obsequium tuum: neque enim gloriosiorem reputo sortem, quàm tibi seruire: Cui vicissim DOMINVS: f *Veni in hortum meū, soror mea sponsa*: ponam in te thronū meum: tu futura es sol, in quo habitationē meam collocaturus sum; ex eoque vt sponsus è thalamo, exiturus. Orna illum virtutum floribus: propè enim est tempus, nuptias in eo meas celebrandi.

Oratio B. Virginis

f Cant 5.1.

Ad huius Virginis imitationem, debeo & ego meipsum Deo præsentare & offerre, vt seruum perpetuum, cum certo animi decreto, nunquam ab eius seruitio recedendi.

PVNCTVM IV.

I. *Vita Virginis in templo. Lib. 2. de Virgin.*

CONSIDERANDA QVARTO loco est excellentissima huius virunculæ in templo vita. PRIMVM enim vt ætate, ita spiritu crescebat corā Deo & hominibus; vt (Ambrosio teste) singulos corporis gressus exercitio & augmēto virtutis comitaretur; & a *quasi lux splendens procederet & crescere vsque ad perfectam diem.* Quia vt Spiritus sanctus illam inspirationibus suis vrgebat; illa viribus suis omnibus cooperabatur: studens, (iuxta consilium Sapientis) b *in omnibus operibus suis præcellens esse*, quatuor præcipuis excellentiis. PRIMA vt singulis actionibus *cresceret* in charitate & sanctitate. SECVNDA, vt omnia eius *opera* essent *plena*: omni enim intentione & plenitudine perfectionis, quam viribus suis adhibere poterat, operabatur. TERTIA, vt in singulis actionibus magna vteretur sapientia ac *discretione*, constantiaque singulari, donec ad finem perduceret. QVARTA, vt singulis actionibus varios *virtutum affectus* misceret, *quò simul* in omnibus progressum faceret.

a Prou. 4. 18.
b Eccl 33. 2.
1 Crescere
2 Plena opera
3 Discretio
4 Virtutes variæ

Propter quatuor hasce excellentias admirati Angeli dicebant: c *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Quæ hæc est infantula, quæ de virtute *in virtutem*, vt AVRORA crescens, absque mora aut retrocessione progreditur? PVLCHRA VT LVNA plena, gratiarum plenitudine, absque earum

c Cant. 6. 9.
Aurora
Luna
Sol

decre-

decremento? ELECTA VT SOL, quæ nullam in terra parem habet? & quæ ista est, quæ cùm naturâ sit debilis virgo, est tamen in gratia firmissima, & TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA? intra se habens virtutum exercitum, inuictæ charitatis ordine dispositum. Talia Angeli admirationis affectu dicebant: ipseque Deus, eius cernens feruorem, plurimùm sibi in ea complacebat: homines quoque tanta sanctitate in ætate tantilla conspecta, magnoperè eam suspiciebant, atq; ædificabantur. Sed ego eodem nomine admirans & gaudens, erubescã tamen, cernens me valdè ab ea remotum, ob meum tepore in studio virtutũ: optabo tamen emergere, & pro viribus imitari.

Acies Castrorum.

II.

PROXIME perpendam: eandem Infantulam, magnam diei partem expendere solitam ascendendo & descendendo mysticam illam d *Scalam* Iacob, *stantem super terram, cuius cacumen tangebat cælum, cui Dominus innixus erat.* cuius gradus suprà diximus, esse LECTIONEM, MEDITATIONEM, ORATIONEM, & CONTEMPLATIONEM. Diei enim partem vnã Lectioni *Scripturæ* sacræ magna animi sui voluptate tribuebat: Deo illius intelligentiam illustrante, vt eas intelligeret ac penetraret. Inde ad *Meditationẽ* transibat, conferens in corde suo quæ legisset, & nouas inquirens veritates; quæ tum mentem illustrarent: tum cor amoris igne, ac deuotionis in Deum accenderent. Hinc alio tempore, *Orationis* gradum conscendebat, à Deo feruenti prece dona gratiæ petens non soli sibi, sed suis etiam sociis, totique populo. Vltimò denique *Contemplationis* gradum conscendens, longiores in ea moras trahebat, animam suam cum Deo cõiungens: à quo tanta suauitate & dulcedine afficiebatur, tamque extraordinaria cœlestia dona accipiebat, vt nemo præter ipsum Deũ, qui ea largiebatur; & ipsam, quæ accipiebat, æstimare valeat. e *Manna* enim illo *abscõdito* fruebatur, cuius dulcedinẽ nemo *scit, nisi qui accipit.* In huiusmodi piis exercitationibus sæpius visitabatur ab *Angelis*, per scalam illàm ascendentibus & descendentibus; eosque consolantibus, qui eam frequentant: multò verò singularius B. hanc Virginem, à cuius puritate suam superari animaduertebant. Ac propterea ascendentem eam cernentes, admirati, illud Canticorum dicebant: f *Quæ est ista, quæ ascendit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatib. myrrha & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij?* Quę, inquiũt, hæc est Infantula, in huius mundi deserto, & templi solitudine habitans, quæ non vt virga, sed vt *virgula* in oculis suis paruula, in Dei verò conspectu, odoris pleniss ima & gratiosissima ascendit, crescitq; semper myrrha mortificationis, *thure* orationis, & continuâ virtutum omnium exercitatione.

1 Lectio
2 Meditatio
3 Oratio
4 Contemplatio

d *Gen.* 28. 12 Ascensus scalæ

e *Apoc.* 2. 17

Angelorũ consuetudo

f *Cant.* 3. 6.

III.

DESCENDENS denique hanc scalam, in *operibus manuum*, seruiens templo, & sociarum commodis, sese occupabat, ita tamen, vt externis

Descensus; Labor cum oratione.

actionibus semper conniungeret *orationem*, propter quam causam de ea dictum est. g *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* O excellentissima *virgo*, & *virga* ex Iesse radice orta, ad tuum ascendens dilectum vt virgula odorifera: impetra, quæso, mihi, vt paruus sim in humilitate, & solicitus in orationis scala conscendenda, quam tu ascendisti; donec cum Deo coniungar: descendam etiam ad mortificationis opera in me; pietatis verò in proximos sedulò exercenda; in virtutibus omnibus profectum faciam: & omnibus boni exempli odorem impertiam, & glorificent Deum per omnia secula. Amen.

g Cant. 4. 11 Oratio

PVNCTVM V.

Virginitatis votum. S. Thom. 3 p. q. 28. a. 4.

CONSIDERANDVM QVINTO loco est: hoc ipso tempore excellentissimam hanc Virginem oblationem aliam nouam, sed Deo gratissimam, obtulisse, perpetuæ videlicet *virginitatis* votum, speciali ad id Spiritus sancti instinctu, singulariq; deuotione inductâ, tantus enim eius erga Deum erat amor, vt totum cor suum ei tradendi, ipsumque solum sponsum habendi, vehemens in ea desiderium excitaret: Nec aliam cogitationem admitteret, quàm a *quomodo placeret Deo*; ne diuisa esset, quemadmodum se *diuidunt* coniugatæ. Sciensque virginitatem *voto* firmatam, ea, quæ simplici proposito seruatur, pretiosiorem esse: particulari ad eam perpetuò seruandam voto se obstrinxit, meliora semper, firmiora, securiora, & quæ Deũ magis glorificarent amplexa. In ea tunc impletũ est, quod Sponsus de ea dixerat: b *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Bis *hortum* appellat, eo quòd perfectâ *corpore* & *animo* castitatem, voto perpetuo firmatam seruaret, quod ad instar feræ, maiorem ei securitatem adferret: adiunctis præsertim fidelibus custodibus, *humilitate, modestia, silentio, & abstinentia:* quò respexit etiam, cùm eam sponsus *hortum* appellauit, significans, eius virginitatem non esse sterilem, sed multis virtutum floribus, bonorumq; operum fructibus fœcundam: illis quidẽ *mentem*, his *corpus* exornantibus: c *vt esset sancta corpore & spiritu.* O quam hic hortus cœlesti sponso gratus erat! cuius aspectu, odoreque floridarum eius virtutum mirificè recreabatur: d *dulces* operum eius *fructus* auidè comedens; gaudensque quod nouo illo *fœtu* genere, voto videlicet, tam solidè conclusus esset; talibusque custodibus communitus. Ideoque copiosis consolationum & cœlestium donorum *imbribus* frequenter eum irrigabat; imò *fontem*, puteumque viuentium aquarum, suarum videlicet gratiarum, in eo extruxit: quem diuina sua protectione ampliùs obfirmauit.

a 1. Cor. 7. 32.

b Can. 4. 12

Castitas duplex

Eius custodes

Fœcunda

c. 1. Cor. 7. 34.

d Cant 7.

Voto firmata nobilior.

Rigata de cœlo

Ex heroico hoc B. Virginis exemplo, vehemens excitabo in me castitatis seruandæ desideriũ; ad cuius maiorẽ, qua potero, custodiã meipsum, iuxta statum meum offeram: B. Virginem in meam ad id patronã & protectricem

tectricem eligens, in hac ipſi adeo grata expeditione: repetamque ſæpiùs verſum illum Eccleſiæ:

Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac, & caſtos. Amen.

Ad eius verò imitationem, corporis & animæ meæ hortum, voti etiam ſerâ (ſi Deus id mihi inſpirauerit) occludam. Quod ſi hac ratione claudere non licebit, adhibebo certè cuſtodes virtutes illas, quæ, iuxta vitæ meæ rationem, caſtitatem meam cuſtodiant.

PVNCTVM VI.

Deſponſatio eius.

CONSIDERANDVM SEXTO: Beatiſsimam virginem, appropinquãte Incarnationis Chriſti tempore, cum diuina reuelatione diſceret, nullum ſe propterea caſtitatis periculum ſubituram: quod ſponſum acciperet, promptè diuinæ voci paruiſſe: a *viroq;* iuſto *cui nomen erat Ioſeph, deſponſatam* fuiſſe. Expendendæ igitur hîc ſunt cauſæ, ob quas Deus voluerit, matrem ſuam viro *deſponderi*: eiſdem enim prouidentiam, quã de ſuis habet, ſatis oſtendit.

1 *Matt.* 1. 18. *Luc.* 1. 27. *D. Thom.* 3. p. q. 29. Prouidentia Dei

I. Deſponſationis cauſæ.

PRIMA cauſa fuit, quòd Myſterium Incarnationis, & partus ipſe B. Virginis ad certum vſque tempus celaretur. DEINDE, vt ſic matris ſuæ *honori* conſuleretur: ne, ſi non ſponſa concepiſſet, adultera apud homines haberetur. TERTIO, vt haberet, qui ipſam *aleret*; in occurrentibus neceſsitatibus inſeruiret; & in peregrinationibus comitaretur: & vt filius naſciturus, nutritium haberet, à quo educaretur, ac de rebus neceſſarijs proſpiceretur. DENIQVE vt ipſum etiam *S. Ioſeph* hac occaſione exaltaret; quẽ ad matris ſuæ ſponſi, ſuiq; ipſius nutritij dignitatem euehebat. O PATER *amantiſsime*, gratias tibi ago, propter curam, quã de filijs & domeſticis tuis geris; illorum honori, leuamini, ſuſtentationi benignè proſpiciens: præuidens in tempore eorum remedium, quorum præſentia moleſtiam adferret: imò eos exaltandi occaſiones quærens. Felicem illum, qui ſub tua eſt protectione & adiutorio. Aſpice ergo, mi Domine, creaturam tuam; & fac me tuo ſemper occupari obſequio, qui meæ ſemper te impendis gubernationi.

II. Vt celetur partus

III. Honor matris

IV. In adiutorium.

V. Ad Ioſephi gloriam Oratio

PERPENDENDA deinde eſt fidei, *& confidentiæ* B. Virginis præſtãtia, quã in Deũ collocauerat de caſtitate ſuæ integritate, etiãſi verò deſpõderetur: *Obedientia* item eius inſignis, dum eam vitæ rationem, à qua maximè abhorrebat, acceptauit: voluntatem propriam reſignans, ſeque totam Dei manibus liberaliter committens. In qua re meritò ipſam, iuxta vitæ meæ rationem, imitari conabor: certò mihi perſuadens, propterea quòd obediam Deo, (modò me totum illi committam) nec virtutem aliquam

VI. Fiducia Obedientia

nec solatium, nec aliud quidquis, quod ad salutem meam optare possem, me amissurum: Quia Deus nouit, ac potest *Virginitatem* cum *Desponsatione* coniungere; *contemplationem* cum *occupatione*; Rachelis *pulchritudinem* cũ Liæ *fecunditate* ita, vt neutra detrimentum ferat.

Deus connectit maximè disparata

PVNCTVM VII.

CONSIDERANDA septimò sunt Beatæ Virg. inflammatæ, Christi in mundum Aduentus *desideria*, quæ quò Incarnationis tempus appropinquabat magis, eò magis accendebantur, id agente Spiritu S. cuius est proprium, cùm aliquid electis suis statuit elargiri, vehemens in eis desiderium eius excitare: quò tali desiderio orationeque, ad eam gratiam recipiendam, sese magis disponant. DEINDE suaipsius a *charitas* ipsam B. Virg. *vrgebat* vtroque nobilissimo actu suo, amoris Dei & proximi; *Zelusque* gloriæ Dei, & salutis animarum: quæ enim Deum vehementer diligebat, eundem hominem factum (quò eius Magnalia melius cognoscere, & stupenda opera cernere, ac familiarius cum eo versari liceret) videre desiderabat, illud Canticorum vsurpans: b *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? apprehendam te, & ducam in domum matris meæ. Ibi me docebis & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* O me felicem, si te hominem factum cernerem, sugentem alicuius fœminæ vbera; & extra cœlum istud spectabilem, & cum hominibus in terra conuersantem inuenirem: quò pacis osculum tibi infigerem, & tu mihi. Tunc studerem conuersari tecum, doctrinam tuam in hoc templo audire; & ad id te inuitare; quod tibi est maximè in votis: amorem inquã meum, plurimosque eius affectus, & opera charitatis.

Desideria Incarnationis.

I. S. Spiritus desiderijs immissis disponit.

a 2. Cor. 5. 14.

II. Charitas B. Virginis.

b Can. 8. 1.

TERTIÒ accedebat *Zelus*, qui eius viscera comedebat, cùm *Dei offensiones* adeò crebras magnasque cerneret; & *hominum* tantam *iacturam*. Quare magnis gemitibus & orationibus ad Deum clamans, vt tandem veniret, subsidiumque ferret, petebat, ingenti affectu, Dauidis & Isaiæ petitiones iterans, quibus Ecclesia tempore Aduentus vti consueuit: c *Excita*, Domine, *potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos.* d *Ostende nobis misericordiam tuam; & salutare tuum da nobis.* e *Vtinam disrumperes cælos, & descenderes.* f *Rorate cæli desuper, & nubes pluant Iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem.*

III. Zelus ob Deum offensum & hominem perditum.

c Psal. 79. 3. d & 84. 8. e Isai. 64. 1. f & 45. 8.

AD EXTREMVM: Tantum valuit oratio B. Virginis apud Deum, vt mundo adhuc perditissimo, (vt mox videbimus) hominibusque nihil minus, quam eam gratiam merentibus, sola ipsa, merita sua, orationesque tot malis meritis opponens, obtinuerit, vt Dei filius Incarnationem suam acceleraret, nulla habita ratione, quod mundus eo beneficio adeò indig-

IV. B. Virgo orando & merendo Aduentum Christi maturauit.

nus esset

nus esset. O Virgineæ orationis efficacitatem! Exulto o *Domina mea*, tanti te fieri apud Deum, vt moras eum rumpere,& suum tandem Aduentũ accelerare cogas. Ora,quæso te; vt ad me visitandum festinare dignetur: & quò tali eius conspectu dignus inueniar, ora Spiritum diuinum, feruẽtia vt mihi desideria inspiret. Amen.

Oratio

MEDITATIO V.

DE TEMPORE, QVOD DEVS ELEGIT AD annuntiandum, & executioni mandandum, Incarnationis Mysterium.

TRIA TEMPORA *potuit Deus ad exequendum Incarnationis Decretum eligere*, Primum *in ipso mundi* initio, *mox scilicet post Adæ peccatum*: Secundum, *in* medio *durationis eius: quod Habacuc a* medium annorum appellat: Tertiũ *ad eius* finem. *Sed diuina sapientia*, primo *illo tempore hoc mysterium (quà peccati tunc recens admissi remedium erat) promisit*, secundò *illud est executa: quò deinceps ad* tertium *vsque, copiosos ex eo prouenientes fructus colligeret: ordinem hunc in bonum nostrum statuens, ob causas in punctis subijciendis perpendendas.*

D. *Tho.* 3. p. q. 1. a. 5. Tempus Incarnationis.

a *Habac.* 3. 2 Initio promisit

Medio exequitur

ad finem fructificat.

PVNCTVM I.

PERPENDENDVM ergò primum: Deum Dominum nostrum, statim atque Adamus & Eua in peccatum sunt prolapsi, hoc Incarnationis suæ Mysterium in remedium & reparationem illius peccati, pœnarumque quas propter illud commeriti fuerant, eis *reuelasse:* quò suæ charitatis ac misericordiæ in homines magnitudinem manifestaret.

D. *Tho* 2. 2. q. 2. a. 7. *ex illo Gen.* 3. *Ipsa conteret caput tuum.*

HAEC autem statim apparuit in eo, quòd cum ipse tanquam iudex, ab Adamo & Eua, inobedientiæ rationem exacturus accederet; mortisque sententiam, quam suâ culpâ incurrissent, promulgaret; simul se *misericordem* patrem ostenderit: promittens, non solùm pro illis se *hominem* susceptum; sed *mortem* etiam, quò illos à morte liberaret, subiturum. Hac promissione volens, eos, fide tanti Saluatoris munitos, de *venia* à misericordia diuina impetranda non diffidere; sed pœnitentiâ ductos, quòd tã benignum erga se Patrem offendissent, eam quærere. Cùm itaque Deus parentes nostros, & in eis eorum etiã posteros, è paradiso terreno *pelleret*; simul dignatus est eũ, qui cœlestes esset portas eisdem aperturus, *promittere:* &, cum pœnam & maledicta ob culpã meritò inferret; auctorẽ cæle-

Misericordia Dei punit & veniam promittit.

stium.

ſtium benedictionum obtulit ex ſua gratia: cùm deniq; à Dæmone proſtrati victique iacerent; certos eſſe iubet, futurum ex illorum poſteris, qui à tali tyranno eripiat, & vindicet in libertatem.

Oratio ad Deum

O miſericordiarum *Pater*, & totius conſolationis Deus, gratias tibi ago: quòd, a *cùm iratus fueris, miſericordiæ recorderis*: & quòd cùm omnes homines propter *Adamum primum*, maledicti eſſe mereremur; Adamũ *ſecundum* promiſeris, per quem benediceremur. Oſtende erga me Domine, hanc miſericordiam, vt à maledicto (quod meis peccatis ſum promeritus) ereptus, benedictionibus replear, quas filius tuus, meritis ſuis mihi acquiſiuit. O *fili Dei viuè*, b *Agnus ab initio mundi morti deſtinatus*, (ab eo enim tempore mors tua promulgata fuit, quæ iis, qui peccauerunt vitam veram adferret) gratias tibi pro tanto beneficio ago, per illud ipſum petens, eius mihi fructum applicari: quô à culpæ morte per te liber effectus, per te quoque gratiæ vitam obtineam. Amen.

a *Hab.3.2.*

b *Apoc.13.8*

Ad Iesum

II. Statim peccauit, vt & statim ſurgas

PERPENDENDA deinde eſt eadem infinita Dei miſericordia, ex eo, quod promiſsionem hanc, de remedio nobis adferendo, non ad multos dies, imò neque horas diſtulerit: nam *eodem*, quo Adamus peccauit, *die*, & errati ſui illum admonuit, & adhibiturum ſe remedium promiſit. Deſiderat enim Deus vehementer, eos præcipuè, qui ob debilitatem deliquerunt, quàm citiſsimè ex eo ſtatu emergere, ob ingétia, quæ ex eo illis proueniunt, mala; pœnitentiaque ad Deum conuerti. Hæc omnia mihi ipſi accommodans, expendam, quoties Deus, poſt meũ in peccatum aliquod lapſum, loco iuſtæ punitionis, Sanctis ſuis me præuenerit inſpirationibus, ac veniam ex miſericordia obtulerit. Quare plurimas illi debeo gratias; & meritò contendam eodem die, quo cecidi, pœnitere ita, vt (quẽadmodum Apoſtolus ait) c *ſol non occidat ſuper iram* meam, aut ſuperbiam, aut aliam quamcunque culpam.

c *Ephe.4.26*

PVNCTVM II.

Gal.4.4. *Venit plenitudo temporis.*

CONSIDERANDA SECVNDO loco eſt temporis opportunitas, quod elegit Deus ad decretæ Incarnationis executionem: quò infinita eius miſericordia magis eluceret. Ad id autem expendam ipſius mundi, cùm ad eum ſubleuandum Deus venit, diſpoſitionem: ratiocinando per hominũ, qui tunc in eo erant, verba, opera, cogitata: quæ cũ Dei cogitatis, verbis & operibus conferam. Nam (Iſaia teſte) a *ſicut exaltantur cœli à terra; ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris: & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.*

a *Iſa.55.9.*

PRIMVM itaque, oculis in cœlum intentis, ſanctiſsimamque Trinitatem in Throno gloriæ ſuæ intuens, eius circa imminentem humani ge-

neris

neris reparationem media ipsius Verbi Incarnationē, cogitationes decretasque expendam. Quemadmodum enim tres diuinæ personæ ante Adami creationem dicebāt: *b Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: ita nunc Subueniamus, *inquiunt*, homini, quem creauimus nostrā quē in eo imaginem & similitudinem reparemus. Quam iucundē tres ipsæ diuinæ personæ consilium hoc instituebant! quàm illarum quę que libenter partes suas in rem tantam conferebat! *Pater* filium suum mittebat in mundum; *Filius* veniens humanam naturam personæ diuinæ coniungebat; *Spiritus S.* huic vnitioni operā suā præstabat. Gratias ago tibi Trinitas sanctissima, quod tanta tua voluptate dēneo cogitos remedio. Vtinam & ego magna animi promptitudine ac voluptate in ijs verser, quæ tuum concernunt obsequium.

b *Gen.* 1. 26.

55. Trinitatis amor.

Oratio.

STATIM verò, demissis in terram oculis, eam circumspiciam, quæ tunc in mundo ita gerebantur, quasi ad iniquitatum profundum peruenissēt. *Gentes* enim eò vsque in sua Idololatria processerant, vt (vsipsis tāquam Deos adorari ab hominibus vellent. *Iudæi* hypocrisi, auaritia, ambitione, aliisque innumerabilibus peccatis exuberabant: *Terra* tota diluuio immunditiarum, & obscenitatum velut submersa iacebat: & (quod Oseas dixit): *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Quæ omnia Deus, cuius cōspectum nulla iniquitas effugere potest, dē *cælo prospiciebat.* Nec tamen tā iniquitatum moles, quæ iram eius irritabat, efficere potuit, vt suum decretum diutiùs differret: quin potiùs (vt Habacuc dixit) *e cum iratus esset, adeò miseric ordiæ recordatus est*, vt loco fecundæ totius mundi per *Diluuium* submersionis; aut per ignem, sicut *Sodomorum*, conflagrationis, *misericordiarum inundatione* totum illum operire, *amorisq;* sui *igne* inflammare voluerit; misso in eum proprio filio, qui à tantis malis ereptum, amoris igne vehementer accenderet. O *charitas infinita*, cuius incendia multis fluminum innumerabilium peccatorum aquis extingui non potuerunt, quin aperti oribus maioris amoris indicijs excrefceret: dū hoc beneficiū omniū longē maximum mundo, in dies eò magis indignum se præbenti, contulit! Gratias tibi ago, amantissime Dñe, pro adeò apertis tanti amoris indicijs: per eundem tibi supplico, si ego tanquam peccator, iram tuam cōmeritus fuerim me tu, qui adeò es benignus, misericordiæ tuæ magnitudinem cohibeas.

c *Osæ.* 4. 2.

d *Psal.* 13. 2.

e *Haba.* 3. 2.

Mundi malitia

Diluuium misericordiæ.

Incendium amoris

Oratio

EANDEM confideriationem licebit mihi applicare, si expendam, quotes mihi id euenerit, vt, cùm reipsa Deum offenderem, magnum aliquod ab eo beneficium acciperem, eò destinatum, vt plura postea maioraque conferret: Quale illud est, quod è mundi huius periculis, & rerum eius vinculis expeditus, statum Religiosum amplexus fuerim; aut simile

Tibi peccanti Deus benefacit

Digitized by Google

aliud insigne donum acceperim: pro quo ingentes gratias agere teneor.

III.

Distulit, vt mori posset

HINC etiam conscendere licet, ad cogitandum, multò adhuc magis eandem diuinam misericordiam elucere, in eo quod cò vsque homo fieri distulerit, donec tota Iudæa ita esset ob peruersos hominum mores disposita, vt venientem ipsum non modò receptura, vt *Saluatorem* non esset; sed tanquam *seductorem* ad mortem vsque persecutura: ex quo ipse occasionem acciperet, eandem, totumque humanum genus sua morte redimendi. O Dei *sapientia* infinita, quam es mundi sapientiæ contraria! quæ de eius redemptione tunc maximè agendum iudicas, cùm ad eam perficiendam, sis maiores, plura patiendi, occasiones habitura. Quàm his contrariæ sunt carnis meæ cogitationes! quæ quietem & otium captans, cuiuslibet laboris ac difficultatis in obsequio tuo, fugit occasiones. Euanescant, quæso, hæc mearum cogitationum ludibria, vt tuam fideliùs directionem amplectar, nec labores pro te vllos refugiam, qui nullis pro me subeundis pepercisti.

oratio

PVNCTVM III.

I.

Distulit remedium, vt ostenderet necessitatem nostram & Dei sapientiam

CONSIDERANDAE etiam sunt *causæ*, cur Deus per tot annorum millia Aduentum hunc suum distulerit: duas tamen potissimum in commodum meum expendam. PRIMA fuit, quò experientia ipsa grauissimorum suorum scelerum discerent homines extremam, qua tenebantur, huius Redemptoris necessitate: qui quod tanquam *medicus*, nostris morbis sanandis, è cœlo veniret, eousq; venire distulit, vt, illis quotidie crescentibus, & sese magis prodentibus, ipsius medici sapientia & potentia infinita magis eluceret, qui tam grauibus diuturnisque morbis curandis adeò proportionatis vteretur antidotis. Hac inquam causâ, quod mundi *superbia* eousq; ascendisset, vt Dei maiestatem sibi homines vsurparent; voluit Deus, hominis formam accipere, & profundissima humilitate insolentissimam curare superbiam: & cùm *diuitiarum* cupiditas, honorum ambitio, & voluptatum auiditas maximè ferueret: tunc Deus ipse paupertatē, ignominias, doloresq; amplexus est; quò inflammatam illā rerum huius mundi cupiditatem, inflammato earundem rerum contemptu extingueret. O cælestis *medice*: grates tibi maximas, quod talem aduētus tui elegeris opportunitatem, ad morbos nostros tam aptis medicamentis curandos. Aspice Domine, quanto opere creuerint *vulnera* mea: ne, quæso te, vltrà differas medicinam: sed fac, citiùs experiar magnitudinē misericordiæ tuæ.

Mala pellunt contraria

Oratio

II.

Vt ardentius expetecent

SECVNDA eiusdem moræ causa fuit, quòd velit Deus dona sua, magna potissimùm, magni ab ijs fieri; quibus conferuntur; petique ac orationibus & gemitibus solicitè quæri. Quòd *Patres* illi, qui in Limbo detinebantur, & *iusti*

tur,& *iusti*, lum terram adhuc habitabant,toto illo tempore præstiterũt. Eadem verò huius moræ operâ,*confidentiam* & patientiam eorum probabat,quibus Aduentus huius facta erat repromissio. Est enim heroicæ,singulariſq; virtutis,confidentiam non amittere,cùm ,quod promissum est, diu differtur impleri. Quapropter dicebat Habac. b *si morãfecerit expecta eum,quia veniens veniet & non tardabit*. Quasi dicere voluerit:Si iuxta cordis tui desideria moram eum facere iudicabis,confide;quia non trahet eam vltra prouidentiæ suæ præscriptum,tuæque necessitatis exigentiam: certò enim,statuto tempore,veniet;quando eius aduentus vtilior tibi & commodior erit.

& Confidẽtiam ostenderent.

a *Heb* 11.13.

b *Haba.* 2.3

Deus affligit iustos

1

Vt humiliemur

2

Vt magis appetant

3

Patientes fiant

4

Magni faciant dona

Has duas causas mihi ipsi licebit accommodare,si perpendam,solere Deum interdum permittere, Electis suis diuturnas *afflictiones* & ariditates;vt hac experientia intelligant, quantoperè indigeant ipsius visitatione,ad altius faciendum *humilitatis* fundamentum: vt ipsa morâ,& visitãtis velut absentia, remedij crescant desideria,in probatione fidei ac cõfidentiæ: ac demùm ipsum visitationis donum, cùm venerit,magni fiat, soliciteque custodiatur. Quare felicem me iudicans,quòd natus sim,post hoc mysterium mundo exhibitum,quò gratiarum donorumque per illud collatorum copiosiùs essem particeps;studebo vt mea suspiria,gemitus,ac desideria in eo versentur vt ipse Deus in cor meum per gratiam veniat;animamque totam donorum suorum abundantiâ,replere dignetur;vt compellationem illam c *Viri desideriorum*, qua Danielem Angelus compellauit,promerear; meis omnibus desiderijs in eius aduentum directis,qui d *desideratus gentium* est cognominatus: nunquam defatigationi ita dans locum, vt ab ijs desiderijs vel minimum remittam,licèt eius aduentus diu prolongari mihi videatur:certò sciens;nullum esse terminum, quantumuis remotum, qui non tandem aliquando adueniat. Quò verò solicitudo anxietasq; mea, in desiderijs excitandis maior erit:eò mora breuior apparebit,præmiumque erit amplius.

c *Daniel.* 9 23 & 10.11.

d *Aggei.* 2.8

MEDITATIO VI.

DE GABRIELIS ARCHANGELI AD ANNVNtiandum B.V virgini Incarnationis Mysterium aduentu, & qua ratione eam salutarit, eique timorem depulerit.

PVNCTVM I.

M ssu est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen Virginis Maria.

ONSIDERANDVM HIC PRIMVM, quid in cœlo gestum sit, cum tempus peruenit à Deo constitutum quo Dei filius homo fieret. Conspiciam itaque sanctissimam *Trinitatem* in Throno gloriæ suæ; quæ, cùi hoc ipsum vellet ei, quam in æterni Verbi matrem elegerat, notum facere, *Legationem* honorificam instituit, qua eius in eam dignitatem consensus requireretur. Cuius seriem Euangelista describit his verbis:

S. Trinitatis Legatio.

In qua Legatione consideranda hæc: quis illam *expediat*, quis *exequatur*, ad quam *dirigatur*, & quodnam eius sit *argumentum*: & ex singulis fructus aliquis spiritualis erit excerpendus.

Lucæ 1. 26.

I Deus legã

QVI Legationem expedit, DEVS est omnipotens, qui, etsi creaturis ipsis non indigeat; quia tamen ipse summè bonus est, vt hominibus beneficiat, complacet ibi cum eis agere; nuntios legatosq; eis mittere nobilissimos Angelos, *b qui omnes* (Apostolo teste) *sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis*: quorum assiduum est ministerium, *c defendere* per scalam, quam vidit Iacob, Dei ad homines mandata deferentes; & eandem *conseruare*, hominum vota precesque Deo offerentes. O immensè Deus maiestatis! *Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?* Laudent te Angeli ipsi tui, propter amorem adeò tenerum, quo homines prosequeris?

b Heb. 1. 14

Gen. 28. 12.

c oratio d Psal. 33.

II.

QVI legationem executus est, fuit ANGELVS adeò interlectus excellens, vt *Gabriel*, hoc est, Dei fortitudo nominetur: quòd fortitudo mitteret is Dominij; & illius, qui carnem est assumpturus; operumque quæ idem perfecturus; ac Ministrorum, quos ad ea mundo promulganda adhibiturus est, significetur: Quos legatus hic refert, qui Dei *virtute* fortis erat, ac *potens* simplere, quæcunque sibi iniungerentur; non in hac modò tam honorifica occasione; sed in quacunque alia etiam humili, vt postmodum videbimus: quia eius gloria est, exequi, quod vult Deus. Ad cuius imitationem contendam

1. Gregor. homil. 34. in Euang. Angelus legatus e Psal. 102. 20. Gabriel Dei fortitudo. Meditat. 33.

Digitized by Google

& ego, diuinâ gratiâ, fortitudinem induere, ad Dei voluntatem in omnibus exequendam.

EA, ad quam Legatio destinatur est *pauper* VIRGO, in obliuione apud mundum, pauperi fabro desponsata; in ciuitate adeò vili inhabitans, vt vix credi posset, f *boni aliquid ex ea prodire*: eadem verò *sanctissima*, atque purissima, ideoque apud Deum tanta, vt Regum & Imperatorum mundi filiabus præferatur. In oculis enim Dei nulla maior est excellentia, quàm *sanctitatis*; nec in meis alia esse debet; sed id solum magnum & æstimandum censebo, quod æstimat Deus.

III. f Ioan. 1. 46 ad Virginẽ pauperem sed sanctã.

LEGATIONIS argumentum est, CONSENSVS Virginis, vt mater Dei esse velit. Est enim Dominus hic adeò ingenuus, vt quamuis absolutus sit creaturarum Dominus; earum tamen obsequia, in rebus adeò excellentibus, nisi *libera* sint, & spontanea, non admittat: & quamuis matrem esse Dei, res sit adeò excelsa & præclara; quia tamen non paruæ difficultates ei coniunctæ erant: non abs re erat, Virginem vtrumque scire; vt *dignitatem* cum *onere* sciens, volensque acceptaret: quò plus apud Deum haberet meriti; & facilius suauiusque ad portandum onus illi redderetur. Eundem in modum nec ad habitandum quidem per gratiam, hominum corda ingredi, nec ad filiorum Dei dignitatem eos vult eleuare; nisi libere (cum libertatis vsum habent) in id consentiant.

IV. pro Cõsensu Virginis

Honos cũ onere

HINC, ad eandem Legationem spiritualiter perpendendam, fiet transitus; quam mihi ipsi ita accommodabo. Nam Deus quotidiè inuisibiles Legationes, suis *inspirationibus*, ad me mittit: quæ (teste S. Bonauentura) nuntij sunt & legati Dei inuisibiles; per quos voluntatem suam aperiens, ingressum petit in animam, & obsequia mea requirit. Quare, cùm tales sensero inspirationes, par est eas, vt Dei nuntios venerari; eique gratias agere, quòd sic mihi loqui dignetur. O dulcissime *Pater!* qui tanto amore studioque consensum à me requiris, atque si tua potiùs, quàm mea interesset, dona tua suscipere, inspira quod vis: quia omnibus, quæ inspirare dignaberis, paratus sum assentire.

V. *Tract. de 7. donis Spirit. sanct. c. 6.*

Inspirationes à Deo immissæ

Oratio

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVS SECVNDO loco est Angeli ad B. Virginem ingressus, modusque salutationis. Et primùm quidem Angelus fabricatum ex aere corpus humanæ figuræ pulcherrimum accepit, & ad cubile, in quo B. Virgo erat, summâ modestiâ, reuerentia & grauitate ingressus est, eam in vultu sanctitatem præferens vt interiorem latentem facilè ostenderet. Vt hinc discamus, quales esse debeant etiam exteriori compositione viri *Apostolici*, qui (Apostolo teste) a *Legatione pro Christo fungentur*: & similiter *Religiosi*, qui Angelicam vitam profitentur: quorum

Angelus specie hominis

Exterior cõpositio 2. Cor. 5. 20.

externa facies ſanctitatem meritò referet, vt, qui illos viderint, ad eandem permoueantur. *Ephe. 6, 20.*

INGRESSVS Angelus B. Virginem ſalutauit verbis non vanis, ſed *diuinis*, quæ Deus illi ſuggerens, quaſi poſuit in ore dicens: AVE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM, BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS. hæc ſalutandi formula (vt ſancti dicunt) noua fuit, & à ſanctiſsimâ Trinitate ad honorandam Virginem: eiuſque ſanctitatis, nouæque dignitatis manifeſtandæ cauſa inuenta: ſicut ipſum myſterium, ad quod reuelandum dirigebatur, b *nouum* erat & inauditum. Vt enim *Chriſtus* nouus homo erat, veteri Adamo contrarius; ita *Virgo*, quæ ipſum concepit, noua erat fœmina, antiquę Euæ contraria. Hoc ergo ſpiritu & æſtimatione dicenda ac meditanda eſt hæc ſalutatio, ſingulorum verborum excellenti, quam cõtinent, ſignificatione perpenſa, gaudij gratitudiniſque affectibus adhibitis, exultando animo ob tantam Virginis excellentiam; Deo etiam gratias agendo, qui eam illi tribuit; & aliquam eius partem humiliter petendo, imitatione eius, quatenus nobis licebit, propoſitâ. *S. Ambroſ. & Beda in Luca c. 1.*

b *Hier. 31. 22.*

Omnia noua Chriſtus Virgo Salutatio

AVE.

I. Salutatio oratio

PRIMVM, Angelus, vt gaudium ſuum, nuntiumque lætiſsimum quod ferebat, aperiret, ipſamq; B. Virginem ſecuram redderet, in ipſo ingreſſu dixit: AVE, quod idem eſt atq; ſaluet te Deus, pax tecũ, gaude, eſto ſecura: nuntiũ enim pacis & proſperitatis tibi adfero. O excellentiſsima Virgo, toto cordis affectu te ſaluto, & AVE dico: per te ſiquidem noſtra cœpit ſalus, dum eius auctorem concepiſti. Tu *Euæ* nomen commutaſti, eius calamitates diſſoluiſti, nos miſericordiis repleuiſti. c Eua illa, culpæ initium dedit; Tu gratiæ: illa nos ſerpenti ſubiecit: Tu eius caput contriuiſti. Gaude ô Virgo beatiſsima ob fœlicem, quæ tibi obtigit, ſortem: innoua cor meum, quò nouum hoc laudum tuarum canticum, nouo quotidie ſpiritus feruore, tibi decantem.

Non Eua ſed Aue

c *Gene. 3, 6.*

II. Noua nomina B. Virginis

DEINDE expendendum, cur Angelus initio huius Salutationis, proprium ipſius Virginis nomen non expreſſerit? nec dixerit: Aue Maria; ſed *Aue gratia plena!* Hoc enim feciſſe videtur, vt intelligamus, noua & glorioſiſsima nomina Deum illi nunc imponere, vt apud Iſaiam noua Meſsiæ nomina impoſuit: d *Et vocabitur*, inquit, *nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis*: quæ per excellentiam ei erant in Eccleſia tribuenda. Vt ſicut Salomonem nomine *Sapientis*, Paulum *Apoſtoli* voce nominamus, ſic Virginem: *Plenam gratia, Benedictam inter mulieres* compellemus. & vt Meſsiæ nomen (eodem Iſaia teſte) eſt e *Emanuel*, quod eſt *nobiſcum Deus*: ita Virginis huius nomen, per excellentiam ſit: *Dominus tecum*. O Virgo ſanctiſsima, alij te Virgam Ieſſe, Portam cœli

d *Iſaiæ 9. 6.*

e *Iſaiæ 7. 14.*

oratio

Sedem

Sedem Sapientiæ, alijſque nominibus compellent: mihi nunc cum Angelo præ alijs placet, *Gratia plenam*, *Dei habitaculum*, *Benedictam in mulieribus* appellare: ac horum nominum ſignificata magnifica, honoris tui cauſa, declarare.

GRATIA PLENA.

CONSIDERANDVM HIC PRIMVM: quæ hæc ſit GRATIAE PLENITVDO: expendendumque B. Virginem, omnibus plenitudinis modis, gratia plenam fuiſſe. Fuit enim in primis plena iuſtificante *gratiâ*, charitate, fide, ſpe, humilitate, obedientia, patientia, cæteriſque virtutibus: Plena item fuit *ſapientia*, ſcientia, pietate, timore Dei, cæteriſque Spiritus ſancti donis. *Memoria* eius ſanctis cogitationibus replebatur; *Intelligentia* inſignibus Dei illuſtrationibus; *Voluntas* feruentibus amoris, zeliſque actibus & affectibus, vehementibus gloriæ Dei, Meſſiæ aduentûs, Redemptionis mundi deſiderijs. Et totam hanc plenitudinem reipſa habebat, cùm Angelus ad eam ſalutandam eſt ingreſſus: erat enim & tunc & ferè ſemper horum myſteriorum contemplationi intenta. Gratia præterea erat plena in *actionibus* ſuis: quia eius *opera* erant *plena*, integra, ſolida in ea plenitudine, quam habere poterant, rectæ intentionis, feruoris, amoris, vt non illud ei obijceret Deus, quod Epiſcopo illi in Apocalypſi: f *Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.*

I. Plena virtutibus Donis

In Facultatibus animæ

Actionibus

f *Apoc.* 3. 2.

EXPENDAM DEINDE huius plenitudinis eminentiam: nam etſi vaſa multa precioſo liquore ſint plena, quod tamen capacius eſt, plus continet liquoris: ita multi quidem ſancti gratia fuerunt pleni: ſed hæc tamen Virgo (S. Thoma teſte) eò quòd eſſet *capacior*, præ alijs plena fuit; ea plenitudine, quæ *Matris Dei* dignitati erat conſentanea: quæ quidem dignitas multis ſuperat aliorum ſanctorum dignitatem & officia. Ipſo porrò gratiarum vſu, vas illud magis quotidie dilatabatur; ampliorumque gratiarum indies capacius fiebat.

II. Plenior quia capacior. Mater Dei plenior indies

O *Virgo* ſanctiſsima, quis edicere ſufficiat, quantum plenitudo tua aliorum ſanctorum plenitudinem antecellat! illi enim, vt *flumina* fortè, gratiâ pleni erant: tu autem, iuxtà nominis tui Etymon, plena es vt *Mare*. vehementer gaudeo, quòd te S. Gabriel GRATIA plenam per excellentiam compellauerit: certus, nullum tibi in ea plenitudine parem eſſe: imò ſe ſocioſque ſuos ad te collatos, vacuos videri poſſe.

oratio ad B. Virginē

Grates tibi *Trinitas* beatiſsima ob tantam gratiarum plenitudinem, quam Virgini huic contuliſti: ob cuius te merita ſupplex oro, vt eius mihi partem aliquam donare digneris, quò animæ meæ vas, etſi paruum; repleatur tamen iuxta capacitatem ſuam.

Ad SS. Trinitatē

O misericordiæ *mater*, & immensum gratiarum Mare, siquidem g *flumina ex mari exeunt*, in quod ingressa fuerant, exeat etiam ex te gratiarum al: quod flumen, quo animæ meæ vacuitas repleatur, & opera mea coram Deo plena sint & perfecta, Amen.

Ad B. Virg.

g *Eccl.* 1. 7.

DOMINVS TECVM.

TERTIO: hoc verbo salutationem suam supra modum extulit Angelus: Dicens enim: DOMINVS TECVM: omnes rationes, quibus Deus in puris creaturis suis esse potest, indicauit, in ipsa Virgine reperiri. *Tecum* itaque est non tantùm per *essentiam*, *præsentiam*, & *potentiam*, vt in cæteris hominibus; nec per solam *gratiam*, vt in iustis, sed eminenti & speciali gratia, *amicitiâ*, arctaque familiaritate intra te est. *Tecum* est, omnes animæ tuæ facultates mirabiliter sibi coniungens: Est in *memoria*, eam, vt semper de ipso cogitet, ad se rapiens; in *intelligentia* est, eam, vt continuè ipsum cognoscat, illustrans, in *voluntate* est, eam, vt semper ipsum amet, inflammans. *Tecum* etiam est, rebus tuis omnibus speciali *prouidentia* & protectione assistens, inspirationibus te suis gubernans, & in omnibus, quæ agis, te dirigens. *Tecum* est, vt in *cælo* suo, in templo suo, in thalamo suo, in deliciarum suarum domo: & mox etiam, vt *filius* tuus erit in vtero tuo: Quare emi nenter, plenoque ore tibi dico: *Dominus tecum*. Sed & illud non est prætereundnm, quod non dixerit Angelus: Dominus *est* tecum, *fuit*, aut *erit*, sed absolutè *Dominus tecum*, quò fuisse, esse, & semper cum illa futurum significaret: atque si distinctiùs diceret: à creatione tua, fuit tecum & nunc est, & æternùm erit. h *non commouebitur*, nec mutationem à te faciet, aut mutatio vlla vnquam in te erit: quæ diuinæ obstet prouidentiæ.

1. Amicitia
2. In animæ potentijs
3. Prouidétia
4. In throno suo Dominus tecum Non est, erit aut Fuit

h *Psal.* 45. 6

Oratio

O *Virgo* beatissima, congratulor tibi tantum bonum, ipsummet Deum, eiusque tam dulcem societatem: ora, quæso, eum, vt & mecum per gratiam suam esse non dedignetur, meque tali amore possidere, vt nec ipse à me vnquam, nec ab ipso ego, in æternum auellar, Amen.

BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

QVARTO: hoc verbo salutationi suæ Angelus finem imposuit. BENEDICTA, inquit, TV IN MVLIERIBVS: & quia nullo Virginitatis tuæ detrimento, eris à maledicto sterilitatis immunis: & ab altero illo i *in dolore pariendi*, quia sine *voluptate* concipies. Eris in vniuersis mulieribus benedicta: quia, vt fœmina vna omnibus *maledictis*, quæ vniuersos homines comprehenderunt, initium dedit, ita tu *benedictionibus* omnibus cælestibus, quę eisdem superuenient, benedicto ventris tui fructu, initium dabis: per quem k *serpentis conterens caput*, eos à maledictis omnibus, quę execranda eius suggestio illis adferret, eripies. Quapropter benedicta eris,

Maledictio & benedictio per fœminam

i *Gen.* 3. 16.

k *Gen.* 3. 15.

interque

interque mulieres omnes laudaberis, milleque benedictionibus, ab l *Angelis cæli, & ab hominibus in terra*, iustis & peccatoribus, repleberis; ad omnes enim copiosæ tuæ benedictionis fructus descendet. Et ego, indignus licèt seruus tuus, te laudo, benedico atque glorifico, animo exultans, quòd idem ab omnibus præstari videam. Quare supplex te oro, vt benedictionum dulcissimi filij tui capitis nostri, quas per te, tanquam per collum suum Ecclesiæ suæ corpori communicat, me participem facias. Libera me, quæso Domina, à culpæ maledictis; & pœnæ, cuius sum reus, quò benedicere seruireque possim eidem tuo filio per sæculorum sæcula: Amen.

l *Ephe.* 1. 10. Oratio

PVNCTVM III.

CONSIDERANDVM TERTIO, qua ratione B. Virgo salutationem Angeli exceperit. *Quæ cum audisset* Maria, *turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Quatuor hic insignes *virtutes* prodidit, quas licet imitari: Castitatem, Humilitatem, Prudentiam, Silentium.

I. Castitas *Lib. 2. de Virginibus, & in Exhortat. ad Virg.* Turbata a *Iob.* 31. 1.

CASTITATEM in eo ostendit, quòd, conspecto repentè viro in medio cubili suo, cùm sola & sine vllo teste esset, *turbata* sit. Cautarum enim Virginũ (ait S. Ambrosius) est, ad cuiusvis viri aspectum, verbumq; turbari: sicut viri casti est, oculos suos auertere, vt sicut ait Iob, a *ne cogitet quidem de virgine.*

II. Humilitas

SED raram illam suam animi DEMISSIONEM magis patefacit, quòd cùm, Angelo ingrediente, collecta ipsa in cubiculo esset in altissima Magnitudinum Dei, & Messiæ, ac Matris eius futuræ contemplatione defixa: de seipsa tamen quàm vilissimè senserit: Cùm verò contrà Angelus in salutatione sua, adeò magnifica de ipsa proferret, *turbata est*, non tam ob conspectum Angelum, quàm, quòd tot laudum honorumque, quos ab eo audiebat, fundamentum in se non deprehenderet.

Turbata

III. Prudentia

PRVDENTIAM ostendit in eo, quòd tantam salutationem, nec sine examine; nec priùs, quàm eius finem scopumque cognosceret, admittendam existimarit. Ideò non temerè aut præcipitanter responsum aliquod dedit, donec Angelus in sermone progrederetur: sed ad sibi charum vsitatumque confugit SILENTIVM, externo humilis verecundæque suæ turbationis indicio, potiùs quàm verbo, tunc respondendum rata.

IV. Silentium Oratio

O VIRGO purissima, quàm opportunè illud sponsi tui nunc tibi accommodatur: b *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*, auis castæ ac verecundæ: in quibus tuæ castitatis pulchritudo, humilisque sapientiæ splendor elucet.

b *Can.* 1. 10

Hæ Virginis virtutes & ornamenta apparebunt etiam magis, si eãdem

cum *Eua* illa prima muliere conferamus: illa enim, adhuc virgo *vagabatur* in paradiſo; & ad primum verbum, quod malus Angelus, ore *ſerpentis* illi eſt locutus, mox *reſpondit longioremq;* cum eo ſermonem inſtituit, quo *ſuperbiæ*, curioſitatis, imprudentiæ, & ad colloquia propenſionis, aliorumque vitiorum, in quibus filij eius facilè eam imitamur, aperta dedit indicia. Quapropter meritò erubeſcam; & prudentiſsimam hanc Virginem deprecabor, me vt iuuare dignetur: quò in ſimilibus occaſionibus, ipſius potiùs amplectar virtutes, quàm illius veſtigijs inſiſtam.

Eua vagatur, colloquitur non ſic Virgo c *Gen.* 1. 3. 1. *&c.*

PVNCTVM IV.

I. COGNITA ſancta Virginis turbatione, & timore: *Ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.* In quo illud PRIMVM eſt perpendendum: *Boni ſpiritus* proprium eſſe, quemcunque timorem & turbationem cordis *ſedare*, quò cum quiete paceque diuinas reuelationes ſuſcipiat, & quamuis *turbatio* hęc Virginis omni culpa & imperfectione caruerit; ex ea tamen conijcere licet, quantâ cura bonus Angelus ſtudeat illas, quæ cum aliqua culpa aut imbecillitate noſtra ſunt coniunctæ, componere. Quare, quod in me erit, meritò contendam, illas à me repellere; ne diuinis viſitationibus impedimento ſint; & illud Chriſti ad Martham: *Solicita es & turbaris erga plurima, cùm vnum ſit neceſſarium:* audire merear. Meum igitur cuſtodem Angelum inſtanter ſic orabo: Auferà me, ô *beatiſsime ſpiritus*, vanum omnem timorem, vt amoris diuini capacior fiam: Sed & turbationem illam, quam in hiſce terrenis patior: quò expeditior ſim ad contemplanda cæleſtia; & illo vno contentus, in quo æterna mea eſt repoſita requies: Amen.

Turbata ſine culpa Boni Angeli ſedant turbationes *Luce* 10. 41. oratio ad S. Angelũ

II. CONSIDERANDA deinde dulciſsima illa Angeli ad Virginis timorem repellendum, adiecta ſententia: *Inueniſti gratiam apud Deum*, quaſi illi dixiſſet: non eſt quod vel Dæmonem, vel infernum, aut inimicum vllum viſibilem, aut inuiſibilem hic timeas; aut quæ à me audiſti magnifica; & altiora, quæ ſubiungam, ſuſpecta habeas: *Inueniſti enim gratiam apud Deum*: quod ad tuam plenam ſecuritatem & quietem ſatis tibi eſſe debet. Nam ex hoc tibi prouenit, quòd *plena ſis gratia*, quòd *Dominus* ſit *tecum*, quòd *in mulieribus* ſis *benedicta*: qui enim gratiam apud Deum inuenerit, quæ bona ab eo non recipiet, larga manu? ô fortunatam millieſque felicem illam animam, quæ *gratiam* inuenit apud Deum! Si apud *terrenum Regem* gratiam inuenire, felicitati tribuitur; quantò maior illa cenſenda eſt, quæ inuenitur apud cæleſtem. Ex illa. n. gratia prouenit diuitiarum, honorum, dignitatum, aliorumque huiuſmodi bonorum, quæ Rex terrenus priuatis ſuis elargitur, abundantia; quæ ſæpè implacabili eius indignatione terminatur: at ex cæleſtis Regis gratia, virtutum & cæleſtium

Simile

Gratia Dei fons omnis boni

donorum

donorum prouenit copia, quam Deus ſuis communicat dilectis. Quapropter de præcipuis ſanctis dicit Scriptura, quòd *gratiam apud Deum inuenerint*, vt de a Noe, b Moyſe, c Dauide & alijs: præ quibus tamen omnibus B. Virgo coram Deo gratiam inuenit, ad quem tam propè acceſsit, vt illa cum illo, & ille cum illa ſemper fuerit, donec in ventre ſuo illum, vt vera mater, conciperet. O MATER dulciſsima! gaudeo tantam te gratiam apud Deum inueniſſe, & quoniam Eſther Regina, quod d *gratiam apud Aſſuerum Regem inueniſſet*, in cauſa fuit, cur eius etiam populus apud eundem in gratia, & magno loco eſſet: eſto tu noſtra mediatrix, vt & hic gratiam apud Deum inueniamus: & illam tandem conſummatam, quæ æterna gloria eſt, conſequamur, Amen.

a *Gen.* 6. 8.
b *Exod.* 33. 13.
c *Act.* 7. 45.
d *Eſth.* 2. 17 Oratio Eſther ſibi & populo gratiam inuenit

EST autem diligentiùs attendendum: quamuis Deus hoc fauore non dignetur hominem propter eius merita; ſed ſua ſola miſericordia: ad eum tamen obtinendum maximè cõferre animi *demiſſionem*, qua illum B. Virgo obtinuit. Ideò Spiritus S. dixit: e *Quanto magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur.* ab humilibus honorari Deum ait, quia omnium, qua habent, honorem & gloriam Deo attribuunt: quapropter multò amp iùs Deus illos honorat, & maiorem ſemper apud eum gratiam inueniunt. Si itaque anima mea, gratiam apud Deum inuenire cupis, ſicut ſanctiſsima hæc Virgo inuenit, *humilia* te in omnibus ſicut ſe illa humiliauit: f *quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.*

e *Eccl.* 3. 20. Humilitas non metetur ed confert ad Grat. ã
f *Iacob.* 4. 6.

MEDITATIO VII.

QVA RATIONE ANGELVS, INCARNATIonis Myſterium Virgini annuntiauerit.

PVNCTVM I.

POSTQVAM B. Virginem à turbatione ſua Angelus erexiſſet, legationem ſuam ſic propoſuit. a *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus Sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & Regni eius non erit finis.*

a *Luc.* 1. 31.

IN quibus verbis, multiplex *celſitudo* præſtantiaque illius *filij*, quem Angelus Virgini promittit deſcribitur. PRIMA eſt, quod IESVS ſit, mundique SALVATOR: idq; emin, entiùs, quàm fuerint reliqui huius nominis, vt poſtea dicetur. DEINDE, pleno ore & abſq; limitatione pronuntiat eum fore MAGNVM: verè enim *magnus* diuinitate & humanitate; *magnus* ſapientia & ſanctitate, vita & doctrina, verbo & exemplo; *magnus* poteſtate, quam in res omnes habebit, vt magnitudinis huius ſuę participa-

I. IESVS
II. Magnus

III. Filius altissimi

IV. Rex

V. Aeternus

tione alios etiam magnos coram Deo efficere posit. TERTIA, quòd idem ipsius Virginis Filius sit etiàm FILIVS ALTISSIMI. QVARTA, quòd æternus eius Pater daturus ei sit SEDEM, thronum scilicet, imperiumque super Electos omnes, designatum per Sedem Dauid, & Domum Iacob, à quibus, quà homo est, descendit. QVINTA, quòd eius Regnum æternum, & *sine fine* duraturum sit. O *Legationem* glorioſam, nuntiumque lætissimum! O felicem *Virginem*, cui tanta promittitur proles! Felicem *filium*, in quo tot coeunt dignitates! quas omnes Angelus distinctè nuntiauit, vt certior Virgo fieret, quem esset conceptura, eum esse Messiam illum, per Prophetas ante promissum, cuius tot essent excellentiæ prænuntiatæ. Ex quo inducar in magnam æstimationem & amorem erga altissimum hunc Messiam, de singulis eius quinque prædictis excellentijs exultans: simul memor *quinq; vulnerum* principalium, quæ in cruce postea suscepit; quò eorum fructus Electis ipsius mihique applicentur. Nam ideò illę omnes fuerũt in cruce manifestatę, vt suo loco videbimus.

Excellẽtiæ per quinq; Vulnera communicatæ

Humilitas Christi exaltata

NVNC tantùm perpendam; excellentias hasce ab altissima vnigeniti filij Dei animi *demissione* proueniſſe, quæ primo Angeli ad Virginem verbo exprimitur: *Ecce concipies in vtero.* ac si apertiùs dixisset: quamuis tantus iste sit Saluator, & Rex æternus: cò tamen se *demittet*, vt maiestatem suam ad *infantuli*, qui fœminæ vtero concipitur, paruitatem contrahat: ex qua paruitate magnitudo eius sumet initium. vt impleatur illud Isaiæ: b *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est Principatus super humerum eius. & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super Regnum eius sedebit.*

b *Isai.9.6. &c.*

Oratio *Dan.2.34 45.*

O *Princeps* supreme qui c *de monte*, id est, è cælo, tanquam *lapis sine manibus abscissus* descendisti, absque viri opera in vtero Virginis conceptus; & ad tantam montis altitudinem *factus es, vt impleres terram*; Regnum tuum, quod æternum & sine fine est, per eam dilatando: grates tibi, quod extremam paruitatem tantæ magnitudinis fundamentum posueris: concede mihi, vt non meis, sed tuis innitens manibus, talia tibi seruiendi concipiam desideria, vt in magna gloriæ tuæ opera crescant. Amen.

PVNCTVM II.

AVDITO hoc nuntio, dixit Angelo Virgo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*; quasi diceret: Nihil de omnipotentia Dei nec de tuis promissis dubito; sed cupio tamen à te instrui, qua ratione ijs, quæ dixisti, obtemperare liceat, cùm voto non cognoscendi virum, me obstrinxerim? Quo *responso* ostendit. B. Virgo insignem *pruden-*

tiam,maximumque *virginitatis* amorem: vt iure merito Ecclesia sancta *prudentissimam* eam *Virginem* appellet. Quamuis enim *excelsa* omninò Angeli promissio esset: non tamen statim eius splendore capta, eam acceptauit, donec intelligeret, qua ratione cum *Virginitatis* voto, quo se obstrictã teneri sciebat, cohęreret. Adeò enim *castitatis* seruandæ studio tenebatur, vt graue illi futurum esset, cum eius iactura etiam tantæ prolis a *matrem* constitui: & quamuis Messiæ matrem, iuxta Isaiæ Prophetiam, VIRGINEM futuram non ignoraret: voluit tamen Angeli reuelationem prudẽter examinare; vt, quo pacto cum Prophetæ reuelatione consentiret, deprehenderet. Ad cuius imitationem, tum magnum concipiam amorem *castitatis*, fugiens pro viribus omnes eam inficiendi *occasiones*, etiam quę pietatis & religionis speciem præferant: tum diligenter *spiritum* examinabo, qui ad aliquid inclinet, in quo ei⁹ integritatis minuendæ periculum appareat: ne fortè sit Sathanas, qui (Apost. teste) b *transfigurans se in Angelũ lucis*, me subducat, vt alios etiam innocentissimos, sed sibi nimium fidentes, aut aliorum salutis zelo imprudenti actos, propriæ non tanta ratione habita decipit.

Virgo prudentissima

a *Isai.7.14*

Castitatis cura prudens

b *2.Cor.11.14*

IN eisdem verbis (quæ prima à B. Virgine prolata leguntur) *quatuor* sunt obseruandæ circumstantiæ, in quibus præclara quædam prudenter loquendi Regula depicta esse videtur. Fuerũt enim verba hæc *pauca*, nec plura quàm essent *necessaria* in occasione magni *momenti*, modo *humili*, valdeq; decenti prolata: vt videatur B. Virgo memor omninò fuisse consilij sapientis: c *Adolescens loquere in tua causa vix: si bis interrogatus fuerũ, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audita cens, simul & quærens* omnia suo tempore. Hæc omnia mirè seruauit Virgo *breuibus* hisce suis verbis: quæ non priùs locuta est, quàm *bis* Angelus loqueretur. & licet non deesset occasio sua interrogatione pergendi: nihil tamẽ, nisi quod *necessarium* fuit tetigit, idque breuissimè, aperiens tantùm, quo obstricta esset, *castitatis* votum: verbis *humilibus*, castis, & quæ satis essent, vt Angelus intelligeret, *Virum non cognosco*.

Regula prudenter loquendi.

Pauca Necessaria

Grauia

Humiliter

c *Eccl.31.10*

O *Virgo sanctissima*, meritò Sponsus in labijs tuis sibi complacuit, cùm dixit: d *Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce*, quasi mellis fauus sensim distillans: quia verba tua succincta sunt ac præmeditata; cũ quiete, dulcedine, & charitate prolata. Ora ergo eum, Domina, vt cui tãtopere hæc loquendi Regula arridet, eam cordi meo imprimat: quo verba mea, benè priùs ponderata, ex eo prodeant.

Oratio

d *Cant.4.*

PVNCTVM III.

HVIC Virginis quæstioni Angelus respondit: *Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.* In quibus Angeli verbis, tria sunt promissa perpendenda. PRIMVM: eam conceptionem non viri, sed *Spiritus sancti* operâ, qui in Virginem è cælo superuenturus esset, perficiendam: &, quoniam spiritus huius opera *perfecta* sunt; eum simul etiam nouam esse gratiæ plenitudinem eidem allaturum: qua magis ad hoc opus admirandum disponeretur. SECVNDVM Promissum fuit: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi:* quæ te à sensus *voluptate* in conceptu præseruans, ex purissimo tuo sanguine, infantuli corpus efformatura est, *volucris* instar, quę alis suis ouа foues, calore suo vitam impertit. TERTIVM fuit, quo prioris vtriusque rationem reddidit: *Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei*: nō *adoptione* vt cæteri iusti; sed *naturâ*, propter humanæ naturæ cum diuina coniunctionem: ideoque sanctum futurum, non *priuilegio*, sed *virtute* sanctæ ipsius conceptionis. O quantam tria hæc promissa lætitiam Virgini pepererunt!

O *Virgo sanctissima!* si ad Angeli ingressū gratiâ eras plena: quātò eris plenior, noua illa plenitudine ex aduētu Spiritus S. accedēte? Si antè Dns erat tecum, qui te gubernaret, protegeret, ac solaretur: quantò nunc erit magis, cùm Altissimi virtus te obumbrauerit? Nouo nunc iure licebit tibi dicere: a *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* Sedens sub vmbra Altissimi secura esto, illa remouebit in conceptu, sensus tui voluptatem: cuius conceptionis fructus Deo erit in primis gratus; Angelis iucundus & suauis; nobis salutaris. Felix faustaque, ó virgo purissima, tanta ist hæc sit plenitudo; felix vmbra, cùm spe dulcis adeò fructus; & quæ tantam hodierna die gratiam apud Spiritum S. inueneristi, ora, vt & super me venire dignetur, & mihi virtute sua obūbrare, quò sub dilecta eius protectione sedens, diuinę ipsius præsentię fructus delibem.

HINC discam: si, vt B. Virgo filium Dei conciperet, opus fuit *Spiritū S.* in eam superuenire; & Altissimi virtutem eidem obumbrare: multò magis esse necessariam diuini Spiritus inspirationem, & virtutem, Deique omnipotentiam, quæ mihi obumbret; appetitionum mearum sensualiū ardorem attemperet, & in tentationibus ac periculis omnibus mihi assistat, vt ego b *Spiritū salutis* in anima mea *concipiam*, per quem adoptiuus Dei filius efficiar. Hac fide meritò in cęlum clamabo: O Spiritus sanctissime, veni ex alto in pauperem animam meam, & diuinæ tuæ inspirationis semen in ea sparge, vt salutis spiritum concipiat. O Altissimi virtus, e

Sub vmbra

I. Spiritus sancti opus

II. Virtus altissimi

III Filius Dei naturalis

oratio

a *Cant. 8. 3.*

S. Spiritus gratia & virtus necessaria

b *Isai. 26. 18.* *Fulgent. lib. de Incarn. c.* Oratio *Psal. 16. 8.*

Sub vmbra alarum tuarum protege me. d *Obumbra ſuper caput meum in die belli,* & tentationis: ne infernales milui præualeant aduerſum me; neve amittam ego debilitate mea, quod tu in me inchoaſti gratia tua: Amen.

d *Pſal.* 139. 8

PVNCTVM IV.

His, quæ priùs dixerat, adiecit Angelus: *Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua & hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

I. Nuntiat læta

ADtria reſpexit Angelus his verbis: PRIMVM, vt rem ipſi Virgini reuelaret, *gratiſſimam* ob eius charitatem, cuius eſt proprium a *flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus*. Beatiſsima enim Virgo, quæ doloris cognatæ ſuæ Eliſabeth, ob ſterilitatem, particeps fuerat: meritò, ob exoptatam conceptionem, eidem nunc congratularetur.

a *Rom.* 12. 15

II. Confirmat exemplo

SECVNDVM fuit, vt Legationi ac dictis ſuis exemplo aliquo ſenſibili fidē faceret. ſi n. ſenex & ſterilis cōcepit: facilè eſt credere, virginem concepturam: quia Deus omnia poteſt: & quam facile illud effecit, ita & hoc efficiet. Ex quo illud etiam diſcere licet: quemadmodum meritò bonus ſpiritus eos, qui ipſius reuelationibus fidem non habent, *corripit*, ſi incredulitatis affectu ſignum aut miraculum petant: (vt *Zachariam* idem Gabriel Angelus in pœnam incredulitatis b *mutum ad tempus* reddidit: quod dicenti, filium ipſi naſciturum, reſpondiſſet: *vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis.*) ita *ſignum* non petentibus, quia dictis fidem habent, libenter aliquod *offert*: vt nunc B. Virgini, ad eam exhilarandam & conſolandam Eliſabeth exemplum ſtupendum obtulit, eadem etiam operâ ipſam iam credentem, in ſua fide confirmans. Ex eodem porrò facto intelligam, quanti referat, res fidei firmiſsimè *credere*: nam ſic d credentibus ſolet Deus maiora veritatis ſigna interiùs conferre: quæ incredulis & haſitantibus negat, iuxta illud Iſaiæ, e *ſi non credideritis, non intelligetis.*

Angelus incredulū Zachariam corripit

b *Luc.* 1 15. & 12.

Virginem credentem confirmat.

Fidei meritum.

d *Ioan.* 15. 15

e *Iſai.* 7. 9. *iuxta* 70.

TERTIVM, quod voluit Angelus, fuit omnium, quæ dixerat, *fundamentum* aperire, cùm verbum illud memorabile attulit: *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* quia quicquid vult, poteſt; & implet quidquid promittit: nominatim illud vtrunque ſtupendum, quod iam retuli: & *Sterilem, & Virginem* concipere & parere poſſe. Ex quo duo etiam alia ad ſpiritualem meam conſolationem diſpiciam. PRIMVM: quācunq; animā, etiam quæ diu ad bona opera *ſterilis* fuerit, etiam cùm ſterilitas illa profundas egit radices, poſſe Dei omnipotentia mutari, & fœcundari; vt ſanctæ huius ELISABETH exemplo (quæ S. IOANNEM (quod *gratia* interpretatur) poſt tam longam & inueteratam ſterilitatem concipere & parere potuit) poſsit in ſe gratiæ & benedictionis fructus eximios Deoque placentes concipere. Et hac ſpe me ipſum exhila-

Omnipotentia Dei fundamentum Fidei

1. Nemo ſterilis deſperet.

rare licebit

rare licebit, ac ad assequendam felicem illam fœcunditatem excitare; memor Isaiæ & Apostoli dicentium: *Lætare sterilis, qui non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deserti, magis quam eius, qui habet virum:* Tum quę vt Sara sterilis hactenus fuisti, plures habebis proles; quā fœcunda alia quæcunq; Agar. SECUNDUM est, Quod vt B. Virgo Domina nostra, Spiritus S. Virture concipere potuit ac parere vnicũ filium, qui centum millibus aliis præferri potuit, ita qui g *Virginitatem* Deo vouerunt ac seruant, spiritales concipient filios, qui carnales omnes longo interualllo excedant, Deo illis reddente, quod promisit per Isaiam; *vt Parte 1. Medit. 20. dictum est.*

Isai. 54. 1. & Gal. 4. 27.

2 Virginis fœcunditas Matt. 19. 11. Isai 56. 4 &c.

MEDITATIO VIII.

DE VLTIMA VIRGINIS AD ANGELVM responsione, qua illius Legatione consensit.

PVNCTVM I.

Respon sum primum.

AVDITA integrâ Angeli Legatione, respondit Virgo sanctissima: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Perpende hic, quanto desiderio, responsum hoc *Angelus* expectarit? nec Angelus tantùm, sed sponsus ipse *Spiritus S.* qui ad cor Virginis illud Canticorũ canens: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis:* eidem verba, quæ responderet, inspirabat: ipsa verò insignes aliquas virtutes exercens, vltimam dispositionem manum imposuit, qua digna redderetur, quæ Dei mater esset.

3 Cant. 2. 14.

I. Fides

PRIMA virtus fuit, magna *fides*, qua verbis Angeli credidit, quòd virgo manens, mater esse posset: altissimè de omnipotentia Dei sentiens.

II. Humilitas

SECUNDA fuit, profunda *animi demissio*, qua inter tot excellentes, quæ simul sibi offerebantur, dignitates, DOMINI ANCILLAM se esse professa est; ac proinde indignam, quæ mater esset eiusdẽ. quapropter, quod in se erat, in vltimo, qui ancillis debetur, loco se collocauit.

III. Obedientia Oratio ad B. Virginẽ

TERTIA fuit, insignis OBEDIENTIA, suiq; in manus Dei resignatio, dum ad exequendum, quæ Angelus dixerat, & quidquid Deus amplius iubere vellet, se promptam exhibuit. O *virgo sapientissima*, à quo didicisti tam exactè coniungere, quæ tam remotè à se inuicem distant? Si Dei *matrem* futuram te credis; quomodo eius te *Ancillam* profiteris? & si ancillã iudicas; quomodo te offers vt sis Dei mater? Quid habet quod agat mater, cum ancilla; & quomodo in vno sese cõpatiuntur tantæ humilitatis, fidei cum fide tantæ excellentiæ & tam profunda humilitas cũ tam excelle ti

Digitized by Google

celsitudine? O diuinæ sapientiæ altitudo! O eius omnipotentiæ miracula! Tua sunt hæc stupenda Domine: & tu verè nosti, & potens es, matrem & virginem coniungere; ancillam & matrem, humilitatem & magnanimitatem: & horum omnium fidem cum humana intelligentia. O PATER cælestis, b *qui abscondisti hæc* mysteria *à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; & propterea c *vbi est humilitas, ibi & tua est sapientia.* Doce me demisse locum infimum eligere in terra; & magnanimiter altissimũ in cælo, vt nihilum, quod ex me habeo, cum maximo, quod gratiâ tuâ esse possum, feliciter coniungam.

Oratio ad Deum

b Mat. 11 25

c Prou. 11 2.

PVNCTVM II.

Quoniam mysterijs multis hæc B. Virginis verba sunt prægnantia, expedit, singula seorsim meditari, spiritum in eis contentum, in commodum nostrum perpendendo.

ECCE.

ECCE
Mira Dei dona

FAMILIARIS hæc vox est Scripturæ, cùm magnum quid, & magna consideratione dignum vult indicare. Eâ vsus est Angelus; hic initio Legationis suæ, cùm dixit: *Ecce concipies*, eâdem voluit beata Virgo vti, cùm respondit: *Ecce Ancilla Domini.* Nam, vt Angelus magnoperè optabat, Virginem sanctissimam diligenter secum perpendere *grandia* illa, quæ Dei nomine promittebat; ita Virgo ipsa magno tenebatur desiderio, vt Angelus, ipsius *vilitatem* expenderet, quam ipsa ex proprio in se agnoscebat; & simul tamen propensionem, Dei mandatis obtemperandi. Humiles enim, cùm *dona*, quæ à Deo acceperunt, manifestari audiunt; vehementer cupiũt, *miserias*, quas ex seipsis habent, alijs innotescere: ne dona illa, proprijs ipsorum meritis, sed diuinæ largitati, ea donanti, tribuantur: cui sũmopere cupiunt se gratos exhibere; ac propterea etiam promptos & obedientes.

Homini vilitas

ANCILLA DOMINI.

Grãde quid est, Dei esse seruum.

HOC verbo antiquam de se opinionem, hoc est à tempore quo vti ratione cœpit, conceptam, clarè manifestauit, & quamuis *Serui* & *Mancipij* nomen, qua parte diuinum seruitium ex a *spiritu timoris* & quasi *coactum* designat, in Scriptura reprehenditur; quando tamen seruitus *amori* coniungitur, nomen est *honorificum*: quia seruus non suus est, sed Domini sui: nec libertatem habet, quæ velit, faciendi; sed quod iubet Dominus, cui nõ ob salariũ aut mercedem inseruit; sed, quia ad id tenetur, non sibi sed Domino suo laborat: nec soli ipsimet Domino, sed omnibus, qui in familia & domi sunt, seruit: & in ea infimum tenet locum: eiq; ad suum vsum, quidquid deterius & ab alijs reiectum est, datur. Hæc omnia B. Virgo de se sentiebat

a Rom. 8. 15. Gal. 4. 7. 31.

externa facies ſanctitatem meritò referet, vt, qui illos viderint, ad eandem permoueantur.

Ephe. 6. 20.

INGRESSVS Angelus B. Virginem ſalutauit verbis non vanis, ſed *diuinis*, quæ Deus illi ſuggerens, quaſi poſuit in ore dicens: AVE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM, BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS. hæc ſalutandi formula (vt ſancti dicunt) noua fuit, & à ſanctiſsimâ Trinitate ad honorandam Virginem: eiuſque ſanctitatis, nouæque dignitatis manifeſtandæ cauſa inuenta: ſicut ipſum myſterium, ad quod reuelandum dirigebatur, b *nouum* erat & inauditum. Vt enim *Chriſtus* nouus homo erat, veteri Adamo contrarius; ita *Virgo*, quæ ipſum concepit, noua erat fœmina, antiquę Euæ contraria. Hoc ergo ſpiritu & æſtimatione dicenda ac meditanda eſt hæc ſalutatio, ſingulorum verborum excellenti, quam cõtinent, ſignificatione perpenſa, gaudij gratitudiniſque affectibus adhibitis, exultando animo ob tantam Virginis excellentiam; Deo etiam gratias agendo, qui eam illi tribuit; & aliquam eius partem humiliter petendo, imitatione eius, quatenus nobis licebit, propoſitâ.

S. Ambroſ. & Beda in Luca c. 1.

b *Hier. 31. 22.* Omnia noua Chriſtus Virgo Salutatio

AVE.

I. Salutatio oratio Non Eua ſed Aue

PRIMVM, Angelus, vt gaudium ſuum, nuntiumque lætiſsimum quod ferebat, aperiret, ipſamq; B. Virginem ſecuram redderet, in ipſo ingreſſu dixit: AVE, quod idem eſt atq; ſaluet te Deus, pax tecũ, gaude, eſto ſecura: nuntiũ enim pacis & proſperitatis tibi adfero. O excellentiſsima Virgo, toto cordis affectu te ſaluto, & AVE dico: per te ſiquidem noſtra cœpit ſalus, dum eius auctorem concepiſti. Tu *Euæ* nomen commutaſti, eius calamitates diſſoluiſti, nos miſericordiis repleuiſti. c Eua illa, culpæ initium dedit; Tu gratiæ: illa nos ſerpenti ſubiecit: Tu eius caput contriuiſti. Gaude ô Virgo beatiſsima ob fœlicem, quæ tibi obtigit, ſortem: innoua cor meum, quò nouum hoc laudum tuarum canticum, nouo quotidie ſpiritus feruore, tibi decantem.

c *Gene. 3. 6.*

II. Noua nomina B. Virginis

DEINDE expendendum, cur Angelus initio huius Salutationis, proprium ipſius Virginis nomen non expreſſerit? nec dixerit: Aue Maria; ſed *Aue gratia plena!* Hoc enim feciſſe videtur, vt intelligamus, noua & gloriоſiſsima nomina Deum illi nunc imponere, vt apud Iſaiam noua Meſsiæ nomina impoſuit: d *Et vocabitur*, inquit, *nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis*: quæ per excellentiam ei erant in Eccleſia tribuendâ. Vt ſicut Salomonem nomine *Sapientis*, Paulum *Apoſtoli* voce nominamus, ſic Virginem: *Plenam gratia, Benedictam inter mulieres* compellemus. & vt Meſsiæ nomen (eodem Iſaia teſte) eſt e *Emanuel*, quod eſt *nobiſcum Deus*: ita Virginis huius nomen, per excellentiam ſit: *Dominus tecum*. O Virgo ſanctiſsima, alii te Virgam Ieſſe, Portam cœli

d *Iſaiæ 9. 6.*

e *Iſaiæ 7. 14.*

oratio

Sedem

edem Sapientiæ, aliisque nominibus compellent: mihi nunc cum Angelis præ aliis placet, *Gratia plenam, Dei habitaculum, Benedictam in mulieribus* appellare: achorum nominum significata magnifica, honoris tui causa, declarare.

GRATIA PLENA.

CONSIDERANDVM HIC PRIMVM: quæ hæc sit GRATIAE PLENITVDO: expendendumque II. Virginem, omnibus plenitudinis modis, gratia plenam fuisse. Fuit enim in primis plena iustitiæ, quæ est *gratia*, charitate, fide, spe, humilitate, obedientia, patientia, cæteris quæ virtutibus: Plena item fuit *sapientia*, scientia, pietate, timore Dei, cæterisque Spiritus sancti donis. *Memoria* eius sanctis cogitationibus repletabatur; *Intelligentia* insignibus Dei illustrationibus; *Voluntas* feruentissimo amoris, zeliique actibus & affectibus, vehementibus gloriæ Dei, Messiæ aduentus, Redemptionis mundi desiderijs. Et totam hanc plenitudinem reipsa habebat, cùm Angelus ad eam salutandam est ingressus: erat enim & tunc & fere semper horum mysteriorum contemplationi intenta. Gratia præterea erat plena in *actionibus* suis: quia eius *opera* erant *plena*, integra, solida in ea præsertim quam habere poterant, rectæ intentionis, feruoris, amoris, vt non illud ei obijcerer Deus, quod Epiſcopo illi in Apocalypſi: *Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.*

EXPENDAM DEINDE huius plenitudinis eminentiam: nam etsi vasa multa preciosa liquore sint plena, quod tamen capacius est, plus continet liquoris: ita multi quidem sancti gratia fuerunt pleni: sed hæc tamen Virgo (S. Thoma teste) eò quòd esset *capacior*, præ aliis plena fuit; ea plenitudine, quæ *Matris Dei* dignitati erat consentanea: quæ quidem dignitas multis superat aliorum sanctorum dignitatem & officia. Ipso porrò gratiarum vsu, vas illud magis quotidie dilatabatur; ampliorumque gratiarum indies capacius fiebat.

O *Virgo* sanctissima, quis edicere sufficiat, quantum plenitudo tua aliorum sanctorum plenitudinem antecellat? Illi enim, vt *flumina* fortè, gratia pleni erant: tu autem, iuxta nominis tui Etymon, plena es vt *Mare*. vehementer gaudeo, quòd te S. Gabriel GRATIA plenam per excellentiam compellauerit: certus, nullum tibi in ea plenitudine parem esse: imò soſos quos ad te collatos, vacuos videri posse.

Grates tibi *Trinitas* beatissima, ob tantam gratiarum plenitudinem, quam Virgini huic contulisti: ob cuius te merita supplex oro, vt eius mihi partem aliquam donare digneris, quò animæ meæ vas, etsi paruum, repleatur tamen iuxta capacitatem suam.

I. Plena virtutibus Donis

In Facultatibus animæ

Actionibus suis *Apoc. 3. 2.*

II. Plenior quia capacior. Mater Dei plenior indies

oratio ad B. Virginē

Ad SS. Trinitatē

O mite-

Digitized by Google

O misericordiæ *mater*, & immensum gratiarum Mare, siquidem g *flumina ex mari exeunt*, in quod ingressa fuerant, exeat etiam ex te gratiarum aliquod flumen, quo animæ meæ vacuitas repleatur, & opera mea coram Deo plena sint & perfecta, Amen.

Ad B. Virg.
g *Eccl.* 1. 7.

DOMINVS TECVM.

TERTIO: hoc verbo salutationem suam supra modum extulit Angelus: Dicens enim: DOMINVS TECVM: omnes rationes, quibus Deus in puris creaturis suis esse potest, indicauit, in ipsa Virgine reperiri. *Tecum* itaque est non tantùm per *essentiam*, *præsentiam*, & *potentiam*, vt in cæteris hominibus; nec per solam *gratiam*, vt in iustis, sed eminenti & speciali gratia, *amicitiâ*, arctaque familiaritate intra te est. *Tecum* est, omnes animæ tuæ facultates mirabiliter sibi coniungens: Est in *memoria*, eam, vt semper de ipso cogitet, ad se rapiens; in *intelligentia* est, eam, vt continuè ipsum cognoscat, illustrans, in *voluntate* est, eam, vt semper ipsum amet, inflammans. *Tecum* etiam est, rebus tuis omnibus speciali *prouidentia* & protectione assistens, inspirationibus te suis gubernans, & in omnibus, quæ agis, te dirigens. *Tecum* est, vt in *cœlo* suo, in templo suo, in thalamo suo, in deliciarum suarum domo: & mox etiam, vt *filium* tuus erit in vtero tuo: Quare eminenter, plenoque ore tibi dico: *Dominus tecum*. Sed & illud non est prætereundum, quod non dixerit Angelus: Dominus *est* tecum, *fuit*, aut *erit*, sed absolutè *Dominus tecum*, quò fuisse, esse, & semper cum illa futurum significaret: atque si distinctiùs diceret: à creatione tua, fuit tecum & nunc est, & æternùm erit. h *non commouebitur*, nec mutationem à te faciet, aut mutatio vlla vnquam in te erit: quæ diuinæ obstet prouidentiæ.

1. Amicitia
2. In animæ potentijs
3. Prouidẽtia
4. In throno suo
Dominus tecum
Non est, erit aut Fuit
h *Psal.* 45. 6

Oratio

O *Virgo* beatissima, congratulor tibi tantum bonum, ipsummet Deum, eiusque tam dulcem societatem: ora, quæso, eum, vt & mecum per gratiam suam esse non dedignetur, meque tali amore possidere, vt nec ipse à me vnquam, nec ab ipso ego, in æternum auellar, Amen.

BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

QVARTO: hoc verbo salutationi suæ Angelus finem imposuit. BENEDICTA, inquit, TV IN MVLIERIBVS: & quia nullo Virginitatis tuæ detrimento, eris à maledicto sterilitatis immunis: & ab altero illo i *in dolore pariendi*, quia sine *voluptate* concipies. Eris in vniuersis mulieribus benedicta: quia, vt fœmina vna omnibus *maledictis*, quæ vniuersos homines comprehenderunt, initium dedit, ita tu *benedictionibus* omnibus cælestibus, quę eisdem superuenient, benedicto ventris tui fructu, initium dabis: per quem k *serpentis conterens caput*, eos à maledictis omnibus, quę execranda eius suggestio illis adferret, eripies. Quapropter benedicta eris,

Maledictio & benedictio per fœminam
i *Gen.* 3. 16.
k *Gen.* 3. 15.

interque

interque mulieres omnes laudaberis, milleque benedictionibus, ab l *Angelis cæli, & ab hominibus in terra*, iustis & peccatoribus, repleberis; ad omnes enim copiosæ tuæ benedictionis fructus descendet. Et ego, indignus licèt seruus tuus, te laudo, benedico atque glorifico, animo exultans, quòd idem ab omnibus præstari videam. Quare supplex te oro, vt benedictionum dulcissimi filij tui capitis nostri, quas per te, tanquam per collum suum Ecclesiæ suæ corpori communicat, me participem facias. Libera me, quæso Domina, à culpæ maledictis; & pœnæ, cuius sum reus, quò benedicere seruireque possim eidem tuo filio per sæculorum sæcula: Amen.

l *Ephe.* 1. 10. Oratio

PVNCTVM III.

CONSIDERANDVM TERTIO, qua ratione B. Virgo salutationem Angeli exceperit. *Quæ cum audisset* Maria, *turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Quatuor hic insignes *virtutes* prodidit, quas licet imitari: Castitatem, Humilitatem, Prudentiam, Silentium.

I. Castitas *Lib. 2. de Virginibus, & in Exhortat. ad Virg.* Turbata a *Iob.* 31. 1.

CASTITATEM in eo ostendit, quòd, conspecto repentè viro in medio cubili suo, cùm sola & sine vllo teste esset, *turbata* sit. Cautarum enim Virginũ (ait S. Ambrosius) est, ad cuiusvis viri aspectum, verbumq; turbari: sicut viri casti est, oculos suos auertere, vt sicut ait Iob, a *ne cogitet quidem de virgine.*

II. Humilitas

SED raram illam suam animi DEMISSIONEM magis patefacit, quòd cùm, Angelo ingrediente, collecta ipsa in cubiculo esset in altissima Magnitudinum Dei, & Messiæ, ac Matris eius futuræ contemplatione defixa: de seipsa tamen quàm vilissimè senserit: Cùm verò contrà Angelus in salutatione sua, adeò magnifica de ipsa proferret, *turbata est*, non tam ob conspectum Angelum, quàm, quòd tot laudum honorumque, quos ab eo audiebat, fundamentum in se non deprehenderet.

Turbata

III. Prudentia

PRVDENTIAM ostendit in eo, quòd tantam salutationem, nec sine examine; nec priùs, quàm eius finem scopumque cognosceret, admittendam existimarit. Ideò non temerè aut præcipitanter responsum aliquod dedit, donec Angelus in sermone progrederetur: sed ad sibi charum vsitatumque confugit SILENTIVM, externo humilis verecundæque suæ turbationis indicio, potiùs quàm verbo, tunc respondendum rata.

IV. Silentium Oratio b *Can.* 2. 1.

O VIRGO purissima, quàm opportunè illud sponsi tui nunc tibi accommodatur: b *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*, auis castæ ac verecundæ: in quibus tuæ castitatis pulchritudo, humilisque sapientiæ splendor elucet.

Hæ Virginis virtutes & ornamenta apparebunt etiam magis, si eãdem

cum *Eua* illa prima muliere conferamus: illa enim, adhuc virgo *vagabatur* in paradiſo; & ad primum verbum, quod malus Angelus, ore *ſerpentis* illi eſt locutus, mox *reſpondit longioremq́*, cum eo ſermonem inſtituit, quo *ſuperbiæ*, curioſitatis, imprudentiæ, & ad colloquia propenſionis, aliorumque vitiorum, in quibus filij eius facilè eam imitamur, aperta dedit indicia. Quapropter meritò erubeſcam; & prudentiſsimam hanc Virginem doprecabor, me vt iuuare dignetur: quò in ſimilibus occaſionibus, ipſius potiùs amplectar virtutes, quàm illius veſtigijs inſiſtam.

Eua vagatur, colloquitur non ic Virgo : *Gen.* 1. 3. 1. ſq.

PVNCTVM IV.

I.

COGNITA ſancta Virginis turbatione, & timore: *Ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.* In quo illud PRIMVM eſt perpendendum: *Boni ſpiritus* proprium eſſe, quemcunque timorem & turbatiooem cordis *ſedare*, quò cum quiete paceque diuinas reuelationes ſuſcipiat, & quamuis *turbatio* hęc Virginis omni culpa & imperfectione caruerit; ex ea tamen conijcere licet, quantâ cura bonus Angelus ſtudeat illas, quæ cum aliqua culpa aut imbecillitate noſtra ſunt coniunctæ, componere. Quare, quod in me erit, meritò contendam, illas à me repellere; ne diuinis viſitationibus impedimento ſint; & illud Chriſti ad Martham: *Solicita es & turbaris erga plurima, cùm vnum ſit neceſſarium*: audire merear. Meum igitur cuſtodem Angelum inſtanter hic orabo: Auferà me, ô *beatiſsime ſpiritus*, vanum omnem timorem, vt amoris diuini capacior fiam: Sed & turbationem illam, quam in hiſce terrenis patior: quò expeditior ſim ad contemplanda cæleſtia; & illo vno contentus, in quo æterna mea eſt repoſita requies: Amen.

Turbata ſine culpa Boni Angeli ſedant turbationes *Luce* 10. 41. oratio ad S. Angelũ

II.

CONSIDERANDA deinde dulciſsima illa Angeli ad Virginis timorem repellendum, adiecta ſententia: *Inueniſti gratiam apud Deum*, quaſi illi dixiſſet: non eſt quod vel Dæmonem, vel infernum, aut inimicum vllum viſibilem, aut inuiſibilem hic timeas; aut quæ à me audiſti magnifica; & altiora, quæ ſubiungam, ſuſpecta habeas: *Inueniſti enim gratiam apud Deum*: quod ad tuam plenam ſecuritatem & quietem ſatis tibi eſſe debet. Nam ex hoc tibi prouenit, quòd *plena ſis gratia*, quòd *Dominus* ſit *tecum*, quòd *in mulieribus* ſis *benedicta*: qui enim gratiam apud Deum inuenerit, quæ bona ab eo non recipiet, larga manu? ô fortunatam millieſque felicem illam animam, quæ *gratiam* inuenit apud Deum! Si apud *terrenum Regem* gratiam inuenire, felicitati tribuitur; quantò maior illa cenſenda eſt, quæ inuenitur apud cæleſtem. Ex illa. n. gratia prouenit diuitiarum, honorum, dignitatum, aliorumque huiuſmodi bonorum, quæ Rex terrenus priuatis ſuis elargitur, abundantia; quæ ſæpè implacabili eius indignatione terminatur: at ex cæleſtis Regis gratia, virtutum & cæleſtium

Simile

Gratia Dei fons omnis boni

donorum

donorem prouenit copia, quam Deus ſuis communicat dilectis. Quapropter de præcipuis ſanctis dicit Scriptura, quòd *gratiam apud Deum inuenerint*, vt de a Noe, b Moyſe, c Dauide & alijs: præ quibus tamen omnibus B. Virgo coram Deo gratiam inuenit, ad quem tam propè acceſsit, vt illa cum illo, & ille cum illa ſemper fuerit, donec in ventre ſuo illum, vt vera mater, conciperet. O MATER dulciſsima! gaudeo tantam te gratiam apud Deum inueniſſe, & quoniam Eſther Regina, quod d *gratiam apud Aſſuerum Regem inueniſſet*, in cauſa fuit, cur eius etiam populus apud eúndem in gratia, & magno loco eſſet: eſto tu noſtra mediatrix, vt & hic gratiam apud Deum inueniamus: & illam tandem conſummatam, quæ æterna gloria eſt, conſequamur, Amen.

a *Gen.* 6.8.
b *Exod.* 33. 13.
c *Act.* 7.45.
d *Eſth.* 2.17 Oratio Eſther ſibi & populo gratiam inuenit

EST autem diligentiùs attendendum: quamuis Deus hoc fauore non dignetur hominem propter eius merita; ſed ſua ſola miſericordia: ad eum tamen obtinendum maximè cóferre animi *demiſsionem*, qua illum B. Virgo obtinuit. Ideò Spiritus S. dixit: e *Quanto magnus es, humiliare in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur.* ab humilibus honorari Deum ait, quia omnium, quæ habent, honorem & gloriam Deo attribuunt: quapropter multò amplius Deus illos honorat, & maiorem ſemper apud eum gratiam inueniunt. Si itaque anima mea, gratiam apud Deum inuenire cupis, ſicut ſanctiſsima hæc Virgo inuenit, *humilia* te in omnibus ſicut ſe illa humiliauit: f *quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.*

e *Eccl.* 3.20. Humilitas non meretur ſed confert ad Gratã
f *Iacob.* 4.6.

MEDITATIO VII.

QVA RATIONE ANGELVS, INCARNATIonis Myſterium Virgini annuntiauerit.

PVNCTVM I.

POSTQVAM B. Virginem à turbatione ſua Angelus erexiſſet, legationem ſuam ſic propoſuit. a *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus Sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & Regni eius non erit finis.*

a *Luc.* 1.31.

IN quibus verbis, multiplex *celſitudo* præſtantiaque illius *filij*, quem Angelus Virgini promittit deſcribitur. PRIMA eſt, quod IESVS ſit, mundique SALVATOR: idq; emin, entiùs, quàm fuerint reliqui huius nominis, vt poſtea dicetur. DEINDE, pleno ore & abſq; limitatione pronuntiat eum fore MAGNVM: verè enim *magnus* diuinitate & humanitate; *magnus* ſapientia & ſanctitate, vita & doctrina, verbo & exemplo; *magnus* poteſtate, quam in res omnes habebit, vt magnitudinis huius ſuę participa-

I. IESVS
II. Magnus

tione alios etiam magnos coram Deo efficere posit. TERTIA, quòd idem ipsius Virginis Filius sit etiàm FILIVS ALTISSIMI. QVARTA, quòd æternus eius Pater daturus ei sit SEDEM, thronum scilicet, imperiumque super Electos omnes, designatum per Sedem Dauid, & Domum Iacob, à quibus, quà homo est, descendit. QVINTA, quòd eius Regnum æternum, & *sine fine* duraturum sit. O *Legationem* glorioſam, nuntiumque lætissimum! O felicem *Virginem*, cui tanta promittitur proles! Felicem *filium*, in quo tot coeunt dignitates! quas omnes Angelus distinctè nuntiauit, vt certior Virgo fieret, quem esset conceptura, eum esse Messiam illum, per Prophetas ante promissum, cuius tot essent excellentiæ prænuntiatæ. Ex quo inducar in magnam æstimationem & amorem erga altissimum hunc Messiam, de singulis eius quinque prædictis excellentijs exultans: simul memor *quinq; vulnerum* principalium, quæ in cruce postea susceptit; quò eorum fructus Electis ipsius mihique applicentur. Nam ideò illę omnes fuerũt in cruce manifestatę, vt suo loco videbimus.

III. Filius altissimi

IV. Rex

V. Aeternus

Excellẽtiæ per quinq; Vulnera communicatæ

Humilitas Christi exarata

NVNC tantùm perpendam; excellentias hasce ab altissima vnigeniti filij Dei animi *demissione* proueniſſe, quæ primo Angeli ad Virginem verbo exprimitur: *Ecce concipies in vtero.* ac si apertiùs dixisset: quamuis tantus ille sit Saluator, & Rex æternus: cò tamen se *demittet*, vt maiestatem suam ad *infantuli*, qui fœminæ vtero concipitur, paruitatem contrahat: ex qua paruitate magnitudo eius sumet initium. vt impleatur illud Isaiæ: b *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est Principatus super humerum eius. & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super Regnum eius sedebit.*

b *Isai. 9. 6. &c.*

Oratio *Dan. 2. 34 45.*

O *Princeps* supreme qui c *de monte*, id est, è cælo, tanquam *lapis sine manibus abscissus* descendisti, absque viri opera in vtero Virginis conceptus; & ad tantam montis altitudinem *factus es, vt impleres terram*; Regnum tuum, quod æternum & sine fine est, per eam dilatando: grates tibi, quod extremam paruitatem tantæ magnitudinis fundamentum posueris: concede mihi, vt non meis, sed tuis innitens manibus, talia tibi seruiendi concipiam desideria, vt in magna gloriæ tuæ opera crescant. Amen.

PVNCTVM II.

AVDITO hoc nuntio, dixit Angelo Virgo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*; quasi diceret: Nihil de omnipotentia Dei nec de tuis promissis dubito; sed cupio tamen à te instrui, qua ratione ijs, quæ dixisti, obtemperare liceat, cùm voto non cognoscendi virum, me obstrinxerim? Quo *responso* ostendit. B. Virgo insignem *pruden-*

tiam, maximumque *virginitatis* amorem: vt iure merito Ecclesia sancta *prudentissimam* eam *Virginem* appellet. Quamuis enim *excelsa* omninò Angeli promissio esset: non tamen statim eius splendore capta, eam acceptauit, donec intelligeret, qua ratione cum *Virginitatis* voto, quo se obstrictã teneri sciebat, cohæreret. Adeò enim *castitatis* seruandæ studio tenebatur, vt graue illi futurum esset, cum eius iactura etiam tantæ prolis a *matrem* constitui: & quamuis Messiæ matrem, iuxta Isaiæ Prophetiam, VIRGINEM futuram non ignoraret: voluit tamen Angeli reuelationem prudẽter examinare; vt, quo pacto cum Prophetæ reuelatione consentiret, deprehenderet. Ad cuius imitationem, tum magnum concipiam amorem *castitatis*, fugiens pro viribus omnes eam inficiendi *occasiones*, etiam quę pietatis & religionis speciem præferant: tum diligenter *spiritum* examinabo, qui ad aliquid inclinet, in quo ei⁹ integritatis minuendæ periculum appareat: ne fortè sit Sathanas, qui (Apost. teste) b *transfigurans se in Angelũ lucis*, me subducat, vt alios etiam innocentissimos, sed sibi nimium fidentes, aut aliorum salutis zelo imprudenti actos, propriæ non tanta ratione habita decipit.

Virgo prudentissima

a *Isai.* 7. 14

Castitatis cura prudens

b 2. *Cor.* 11. 14

IN eisdem verbis (quæ prima à B. Virgine prolata leguntur) *quatuor* sunt obseruandæ circumstantiæ, in quibus præclara quædam prudenter loquendi Regula depicta esse videtur. Fuerũt enim verba hæc *pauca*, nec plura quàm essent *necessaria* in occasione magni *momenti*, modo *humili*, valdeq; decenti prolata: vt videatur B. Virgo memor omninò fuisse consilij sapientis: c *Adolescens loquere in tua causa vix: si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audita cens, simul & quærens* omnia suo tempore. Hæc omnia mirè seruauit Virgo *breuibus* hilce suis verbis: quæ non priùs locuta est, quàm *bis* Angelus loqueretur. & licet non deesset occasio sua interrogatione pergendi: nihil tamẽ, nisi quod *necessarium* fuit tetigit, idque breuissimè, aperiens tantùm, quo obstricta esset, *castitatis* votum: verbis *humilibus*, castis, & quæ satis essent, vt Angelus intelligeret, *Virum non cognosco*.

Regula prudenter loquendi.

Pauca Necessaria

Grauia

Humiliter

c *Eccl.* 32. 10

O *Virgo sanctissima*, meritò Sponsus in labijs tuis sibi complacuit, cùm dixit: d *Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce*, quasi mellis fauus sensim distillans: quia verba tua succincta sunt ac præmeditata; cũ quiete, dulcedine, & charitate prolata. Ora ergo eum, Domina, vt cui tãtopere hæc loquendi Regula arridet, eam cordi meo imprimat: quo verba mea, benè priùs ponderata, ex eo prodeant.

Oratio

d *Cant.* 4

PUNCTVM III.

HVIC Virginis quæstioni Angelus respondit: *Spiritus s. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.* In quibus Angeli verbis, tria sunt promissa perpendenda. PRIMVM est eam conceptionem non viri, sed *Spiritus sancti* operâ, qui in Virginem è cælo superuenturus esset, perficiendam: &, quoniam Spiritus huius opera *perfecta* fuit; eum simul etiam nouam esse gratiæ plenitudinem eidem allaturum: qua magis ad hoc opus admirandum disponeretur. SECVNDVM Promissum fuit: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*: quæ te à sensus *voluptate* in conceptu præcipuans, ex purissimo tuo sanguine, infantulati corpus efformatura esset, *volucris* instar, quæ alis suis oua fouet, calore suo vitam impertit. TERTIVM fuit, quo prioris virtutisque rationem reddidit: *Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei*: nõ *adoptione* vt cæteri iusti; sed *naturâ*, propter humanæ naturæ cum diuina coniunctionem: ideoque sanctum futurum, non *priuilegio*, sed *virtute* sanctæ ipsius conceptionis. O quantam tria hæc promissa lætitiam Virgini pepererunt!

I. Spiritus sancti opus

II. Virtus altissimi

III Filius Dei naturalis

O *Virgo sanctissima!* si ad Angeli ingressũ gratiâ eras plena: quàrò eris plenior, nouâ illa plenitudine ex aduẽtu Spiritus S. accedente? Sanctè Dñs erat tecum, qui te gubernaret, protegeret, ac foueret: quantò nunc erit magis, cùm Altissimi virtus te obumbrauerit? Noto nunc iure licebit tibi dicere: a *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* Sedens sub vmbra Altissimi fecura esto, illa remotebit in conceptu, sensus tui voluptatem: cuius conceptionis fructus Deo erit in primis gratus; Angelis iucundus & suauis; nobis salutaris. Felix fausta que, ô virgo purissima, tanta isthæc sit plenitudo; felix vmbra, cùm spe dulcis adeò fructus & quæ tantam hodiernã die gratiam apud Spiritum S. inuenisti, ora, vt & super me venire dignetur, & mihi virtute sua obũbrare, quò sub dilectæ eius protectione sedens, diuinæ ipsius præsentiæ fructus delibem.

a *Cant.* 2. 3.

HINC discamus, vt B. Virgo filium Dei conciperet, opus fuit *Spiritũ S.* in eam superuenire; & Altissimi virtutem eidem obumbrare: multò magis esse necessariam diuini Spiritus inspirationem: &, virtutem, Deique omnipotentiam, quæ mihi obumbret; appetitionum mearum fensualiũ ardorem attemperet, & in tentationibus ac periculis omnibus mihi assistat, vt ego *Spiritũ salutis* in anima mea *concipiam*, per quem adoptiuus Dei filius efficiar. Hac fide meritò in cælum clamabo: O Spiritus sanctissime, veni ex alto in pauperem animam meam, & diuinæ tuæ inspirationis semen in ea spargę, vt salutis spiritum concipiat: O Altissimi virtus, e

S. Spiritus gratia & virtus necessaria

b *Isai.* 26. 8.

c *Fulgens Sponsa ad te incaruatum.*

d *Oratio Isaiæ* 16. 8.

Sub vmbra

Digitized by Google

Sub vmbra alarum tuarum protege me. d *Obumbra ſuper caput meum in die belli,* & tentationis: ne infernales milui prævaleant aduerſum me; neve amittam ego debilitate mea, quod tu in me inchoaſti gratia tua: Amen.

d *Pſal.* 139. 8

PVNCTVM IV.

HIs, quæ priùs dixerat, adiecit Angelus: *Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua & hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

I. Nuntiat lætа

ADtria reſpexit Angelus his verbis: PRIMVM, vt rem ipſi Virgini reuelaret, *gratiſſimam* ob eius charitatem, cuius eſt proprium a *flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus*. Beatiſsima enim Virgo, quæ doloris cognatæ ſuæ Eliſabeth, ob ſterilitatem, particeps fuerat: meritò, ob exoptatam conceptionem, eidem nunc congratularetur.

a *Rom.* 12. 15

II. Confirmat exemplo

SECVNDVM fuit, vt Legationi ac dictis ſuis exemplo aliquo ſenſibili fidē faceret. ſi n. ſenex & ſterilis cōcepit: facilè eſt credere, virginem concepturam: quia Deus omnia poteſt: & quam facile illud effecit, ita & hoc efficiet. Ex quo illud etiam diſcere licet: quemadmodum meritò bonus ſpiritus eos, qui ipſius reuelationibus fidem non habent, *corripit*, ſi incredulitatis affectu ſignum aut miraculum petant: (vt *Zachariam* idem Gabriel Angelus in pœnam incredulitatis b *mutum ad tempus* reddidit: quod dicenti, filium ipſi naſciturum, reſpondiſſet: c *vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis.*) ita *ſignum* non petentibus, quia dictis fidem habent, libenter aliquod *offert*: vt nunc B. Virgini, ad eam exhilarandam & conſolandam Eliſabeth exemplum ſtupendum obtulit, eadem etiam operâ ipſam iam credentem, in ſua fide confirmans. Ex eodem porrò facto intelliga m, quanti re ferat, res fidei firmiſsimè *credere*: nam ſic d credentibus ſolet Deus maiora veritatis ſigna interiùs conferre: quæ incredulis & haſitantibus negat, iuxta illud Iſaiæ, e *ſi non credideritis, non intelligetis.*

Angelus incredulū Zachariam corripit

b *Luc.* 1 18. c 12.

Virginem credentem confirmat.

Fidei meritum.

d *Ioan.* 15. 15

e *Iſai.* 7. 9. *iuxta* 70.

TERTIVM, quod voluit Angelus, fuit omnium, quæ dixerat, *fundamentum* aperire, cùm verbum illud memorabile attulit: *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* quia quicquid vult, poteſt; & implet quidquid promittit: nominatim illud vtrunque ſtupendum, quod iam retuli: & *Sterilem, & Virginem* concipere & parere poſſe. Ex quo duo etiam alia ad ſpiritualem meam conſolationem diſpiciam. PRIMVM: quācunq; animā, etiam quæ diu ad bona opera *ſterilis* fuerit, etiam cùm ſterilitas illa profundas egit radices, poſſe Dei omnipotentia mutari, & fœcundari; vt ſanctæ huius ELISABETH exemplo (quæ S. IOANNEM (quod *gratia* interpretatur) poſt tam longam & inueteratam ſterilitatem concipere & parere potuit) poſsit in ſe gratiæ & benedictionis fructus eximios Deoque placentes concipere. Et hac ſpe me ipſum exhila-

Omnipotentia Dei fundamentum Fidei

1. Nemo ſterilis deſperet.

rare licebit

celsitudine? O diuinæ sapientiæ altitudo! O eius omnipotentiæ miracula! Tua sunt hæc stupenda Domine: & tu verè nosti, & potens es, matrem & virginem coniungere; ancillam & matrem, humilitatem & magnanimitatem: & horum omnium fidem cum humana intelligentia. O PATER cælestis, b *qui abscondisti hæc* mysteria *à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; & propterea c *vbi est humilitas, ibi & tua est sapientia.* Doce me demisse locum infimum eligere in terra; & magnanimiter altissimũ in cælo, vt nihilum, quod ex me habeo, cum maximo, quod gratiâ tuâ esse possum, feliciter coniungam.

Oratio ad Deum

b Mat. 11 25

c Prou. 11. 2.

PVNCTVM II.

QVoniam mysterijs multũ hæc B. Virginis verba sunt pregnantia, expedit, singula seorsim meditari, spiritum in eis contentum, in commodum nostrum perpendendo.

ECCE.

ECCE
Mira Dei dona

FAMILIARIS hæc vox est Scripturæ, cùm magnum quid, & magna consideratione dignum vult indicare. Eâ vsus est Angelus; hic initio Legationis suæ, cùm dixit: *Ecce concipies*, eâdem voluit beata Virgo vti, cùm respondit: *Ecce Ancilla Domini.* Nam, vt Angelus magnoperè optabat, Virginem sanctissimam diligenter secum perpendere *grandia* illa, quæ Dei nomine promittebat; ita Virgo ipsa magno tenebatur desiderio, vt Angelus, ipsius *vilitatem* expenderet, quam ipsa ex proprio in se agnoscebat; & simul tamen propensionem, Dei mandatis obtemperandi. Humiles enim, cùm *dona*, quæ à Deo acceperunt, manifestari audiunt; vehementer cupiũt, *miserias*, quas ex seipsis habent, alijs innotescere: ne dona illa, proprijs ipsorum meritis, sed diuinæ largitati, ea donanti, tribuantur: cui sũmopere cupiunt se gratos exhibere; ac propterea etiam promptos & obedientes.

Homi-
nis vilitas

ANCILLA DOMINI.

Hoc verbo antiquam de se opinionem, hoc est à tempore quo vti ratione cœpit, conceptam, clarè manifestauit, & quamuis *Serui* & *Mancipij* nomen, qua parte diuinum seruitium ex a *spiritu timoris* & quasi *coactum* designat, in Scriptura reprehenditur; quando tamen seruitus *amori* coniungitur, nomen est *honorificum*: quia seruus non suus est, sed Domini sui: nec libertatem habet, quæ velit, faciendi; sed quod iubet Dominus, cui nõ ob salariũ aut mercedem inseruit; sed, quia ad id tenetur, non sibi sed Domino suo laborat: nec soli ipsimet Domino, sed omnibus, qui in familia & domi sunt, seruit: & in ea infimum tenet locum: eiq; ad suum vsum, quidquid deterius & ab alijs reiectum est, datur. Hæc omnia B. Virgo de

Grãdo quid est, Dei esse seruum.

a *Rom.* 8. 15. *Gal.* 4. 7. 31.

I. Non ſuam ſed Dei ſe eſſe agnoſcebat.

ſe ſentiebat, cùm ſe *Domini ancillam* nominauit. PRIMVM enim non ſe *ſuæ* eſſe reputabat; ſed Dei Domini ſui, vt ipſius poſſeſſionem: tum quòd ab ipſo *creata* eſſet; tum quòd ſe ipſam totam perpetuo eius ſeruitio omninò *mancipaſſet*; verba illa in corde ſuo conferens, quæ de iuſto refert Iſaias b *Iſte dicit: Domini ego ſum: idq; manu propria ſcribet*, & ſubſcribet, quod Domini ſit. Nam vt fidelis ſeruus nunquam fugit à Domino ſuo, aut ſe illi ſubtrahit, aut alteri alicui ſimul ſeruire vult, cum c *nemo poſſit duobus Dominis ſeruire* ſimul. Ita B. Virgo nec ad momentum ſe à Dei ſeruitio ſeparauit: aut alteri alicui, præterquam ipſi Deo ſeruiuit. Perfectiſsimè illud implens: d *Dominum Deum tuum adorabis, & illi* SOLI *ſeruies.*

b Iſai. 44.5

c Mat. 6.24

d Deut. 6.13.

II. Non ſuam ſed Dei voluntatem faciebat.

IN omnibus DEINDE rebus, non quod ipſa *volebat*; ſed, quod *iubebat* Deus, exequebatur: quia voluntatem propriam non habebat, neque cărnis libertatem: ideoq; voluntati Dei affixa ita erat, vt nec ab ea diſcedendi libertatem habere videretur: ſed potiùs gloriaretur: ſe ita e *ancillam eſſe, vt eius oculi in manibus eſſent Domini ſui*, attendens quid ſibi faciendum inſinuaretur: vt ad eius nutum moueri ſe ſineret.

Pſal. 122.

III Non mercede ſed quaſi ex debito

PRAETEREA, non ob ſtipendium ſeu *mercedem* Deo ſeruiebat, aut in præmium aliquod præcipuè reſpiciebat: ſed tanquam *ancilla*, ad omnia ſe teneri exiſtimabat: gaudés, ſi quid Domino ſuo gratum efficere poſſet. Quare fixam valde ſententiam illam, quam poſtea Chriſtus ipſe docuit, cordi ſuo habuit: f *Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus: quod debebamus facere, fecimus.*

f Luc. 17.10

IV. Non ſibi ſed Deo omnia

HINC & illud oriebatur: quidquid perficeret aut laboraret, non *ſibi*, ſed *Domino* ſuo perfectum voluiſſe. Etſi enim *meritum* præmiumque ipſi remaneret; id tamen totum in Dei gloriam, non ſuam dirigebat; illud dicens Canticorum: g *in portis noſtris omnia poma: nona & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.* Omnia, inquit, vitæ meæ opera, tam præſentis, quàm præteritæ, volo palato tuo grata eſſe, ad gloriam tuam referri: quia nec viuere nec mori volo mihi, ſed tibi, cuius me totam eſſe libenter agnoſco.

g Can. 7.13.

V. Ancilla & infima omnium.

TANDEM B. Virgo non ſolum *Domini ancillam* ſe agnoſcebat, vt ipſimet tantùm ſeruiret; ſed omnibus eius domeſticis & familiaribus. Nam & cùm eſſet in templo, *parentum*: & cùm eſſet apud ſponſum ſuum Ioſeph *illius* ſeruitio multò promptius attendebat, quàm Abigail cum diceret. Dauidi: *Ecce famula tua, ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.* Quo humilitatis ſpiritu *infimum* ſemper in domo Dei locum elegit, & quod in mundo viliſsimum & abiectiſsimum erat, *vt poſtea apparebit.*

h 1. Reg. 25. 41.

HAEC omnia animi ſenſa habuiſſe B. Virginem credere licet, cùm ſe *Ancillam Domini* appellauit. Quo nomine propterea multùm gloriabatur, quod Deo valdè gratum eſſe ſciret, qui & Meſsiam ipſum filium ſuum, i *Serui* nomine quà homo erat, appellauit; imò *ipſemet* (vt k Prophetæ re-

i Iſai. 44.1. Zach. 3.8

k Iſ. 53.6

ferunt):

ferunt) eodem titulo gaudebat. Quod ſi B. Virginis deuotio curæ eſt, eadem appellatione & ſpiritu, qui in prædictis omnibus latet, exultare debeo, dicens cum Dauide: *O Domine, ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo.* O Deus animæ meæ, gloriam mihi reputo, quòd *ſeruus* ſim tuus: quia me creaſti; & iterum *ſeruus* ſim: quia me redemiſti. Filius ſum ancillæ tuæ, quia hæreditate habeo, quòd *ſeruus* ſim: ſed nominatim ancillæ tuæ Virginis ſanctiſsimæ matris tuæ filium me profiteor; cuius meritis ſupplex oro, vt peccatorum meorum, appetitionumque catenas dirumpas: quò à peſsima hac ſeruitute expeditus, tibi in ſpiritus libertate deſeruiam; laudemque, ac ſanctum tuum nomen glorificem in æternum. Amē.

Oratio SERVI

FIAT MIHI.

NON vacat myſterio, quod beata Virgo non reſponderit Angelo: Ego *faciam*, aut *accepto*, quod mihi dicis: ſed vſa ſit verbo FIAT, quo Deus ipſe, dum crearet mundum, eſt vſus, dicens: *Fiat lux* &c. Intelligebat enim Beata Virgo, *Incarnationem*, eſſe *omnipotentiæ* Dei opus, ſicut fuit ipſa mundi *creatio*: ideoque vno FIAT omnipotentiæ eius eſſe perficiendam: nullo ipſius merito rem adeò glorioſam exigente: quamuis, dum dixit FIAT, ſimul, vt fieret, acquieuerit. atque ſi diſtinctiùs dixiſſet: licet conſenſus meus, vt potè Dei ancillæ, neceſſarius non ſit: quia poteſt ipſe liberè de me diſponere: neque ego digna eram, cui talis gratia fieret: quia tamen ipſe Deus ita vult: FIAT. Mihi enim nihil gratius eſſe poteſt, quàm quod ipſum velle intelligo. Ex quo perſpicitur excellentiſsima B. Virginis *obedientia*, reſignatioque in ſui nihili cognitione fundata: quæ ſe obtulit promptiſsimam, nulla Dei illi verbo, FIAT, oppoſita reſiſtentia: ſicut nec inſenſibiles creaturæ, nec quod nihil eſt reſiſtunt, cùm Deus dicit FIAT.

FIAT.

1 *Gen.* 1 3 Fecit Deus

SED, quò huius conſenſus præſtantia clariùs appareat, expendendum eſt: B. Virginem non tantū in magnifica illa Angeli promiſſa, mētis oculos coniecisſe; ſed ſimul in grauiſsimos *labores*, quos promiſſus filius erat perpeſſurus; quosque ex Scripturis ſacris ipſa didicerat; & quorum eſſet magnā partem ſubitura. Quare ita matris tanti filij dignitatē acceptauit, vt eius quoque *onus* grauiſsimū amplecteretur. Ac propterea etiā ſe Domini ancillā nominauit, cui non vt Dominæ miniſtraretur? ſed ipſa potiùs, vt ancilla, miniſtraret, ac patteretur. GRATES tibi ſanctiſſima Virgo, quòd ita generosè, & tanta cordis magnanimitate offeras te ipſam. Laudent propterea te Angeli cæli, iuſti huius terræ, & ij qui in Lymbo tuum iſtum conſenſum expectabāt: qui omnes eius ſunt participes effecti. Ora quæſo, filium tuum, eam vt mihi, reſignationem concedat, ne vlli ipſius mandato reſiſtam: aut Laborem ab ipſo impoſitum refugiam: ſed ad omnia, quæ ipſius ſunt voluntatis, verbum illud *Fiat* vſurpem: & illud: m *Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, id faciat* mihi ſeruo ſuo.

Fiat quia onus ſub honore latens intuear.

oratio

m 1. *Reg.* 3. 8.

SECVNDVM VERBVM TVVM.

NEQVE iſtud myſterio caret: quòd B. Virgo non dixerit; FIAT in me, quod Deus mandat, aut vult; ſed FIAT mihi *Secundum verbum tuum*: ſic enim fidei & obedientiæ ſuæ perfectionem magis oſtendit. *Fides* enim perfecta æquè, quod per alios reuelat Deus, credit, atque quod per ſeipſũ; & perfecta *obedientia* æquè obedit Dei *miniſtris*, cùm aliquid iubent, atque Deo, cùm iubet per ſe. Nam *qui vos audit*, inquit ipſe Chriſtus, *me audit*. Licet tamen eandem virginem etiam inſpicere, quaſi ſe ſupra ſeipſam in hoc momento, etiam ſupra Angelos, & quicquid creatum eſt, eleuaſſet; & reſponſionem ſuam non tam ad Angelum ipſum, cùm quo loquebatur; quàm ad ipſum Deum, legationis auctorem direxiſſet. Atque ſi expreſſè ſic locuta eſſet: Pater æterne, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*: non ſolum iuxta verbum, quod mihi Angelus proponit; ſed iuxta *Verbi*, quod tu in æternitate tua intra te ipſum loqueris, deſiderium: quòd, cùm tuus ſit filius, meus etiam eſſe cupit: quod, quia ipſe vult fiat mihi, vt ipſe iubet. Ad huius verò Virginis imitationem, dicam & ego ſæpiùs Deo, eodem quo illa ſenſu: Ecce ſeruus Domini, fiat mihi ſecũdum verbum tuum: paratus ſum enim opere exequi, quicquid diuino tuo verbo mihi præſcripſeris.

Fides & obedientia erga Dei Miniſtros a Luc. 10. 16

B. Virgo Deo reſpõdet Oblatio B. Virginis

Oratio

PVNCTVM III.

I. Angelus lætatus de virtute B. Virg. & Dei voluntate expleta

AVDITA Virginis reſponſione, *diſceſſit ab ea Angelus*. Perpendendũ hic *primum* eſt: quàm iucundus hilariſque ille fuerit, tali Virginis accepto reſponſo: eius *prudentiæ*, excelſæque virtutis admiratione affectus gaudio ingenti; exultabat, quòd tantam ſibi à Deo legationem commiſſam, tam *feliciter* expediuiſſet. Hæc enim *duo* ſummæ conſolationi ſunt Angelis & iuſtis; neque vlla alia animi oblectatio conferri poteſt cum ea, quæ ex diuinæ *voluntatis* executione proficiſcitur; & ex eo, quòd *alios* videamus eandem auidè amplecti: a *vita* enim, ait Dauid, *in voluntate eius*.

a Pſal. 29 6.

II. Mox redit.

CONSIDERANDVM deinde: Angelum nec ad momentum, poſt acceptum Virginis reſponſum, moras traxiſſe; ſed cælum *mox* repetiuiſſe. Ex quo diſcemus: quemadmodum Angeli, expedito cõmiſſo ſibi à Deo miniſterio in terra, ſtatim in cœlum, tanquam in centrum ſuũ remeant; ita nos, Religioſos præcipuè, decere, cùm noſtrum erga proximos miniſterium expediuerimus, non diutiùs inter illos morari, ſed ſtatim ad noſtrũ Oratorium, quod cœlum noſtrum eſt, nos recipere: vt cum Deo ibi quieſcamus.

Dilige ſtare domi

III. Paratus ad maiora.

ET vt modo noſtro cogitare licet, Angelum, cùm cœlum ingreſſus eſt non ſolùm ſuæ legationis rationem Deo reddidiſſe; ſed *promptum* etiam ac paratum ſe ad iterum exeundum, & quicquid iniungeretur, exequendum, ob-

dum, obtulisse: ita merito nos facturos, si ijs expletis, ad quæ obligamur, Deo nos promptos exhibeamus, ad exequendum, quod nobis vlteriùs iniungere, & imponere dignabitur, iuxta illud quod ipse Deus dixit sancto Iob: b *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, Adsumus?* O REX æterne, & omnipotens, fac me vt vnum ex his fulguribus cœlestibus, luce tua splendentem, amoris tui igne incensum, & ad obediendum diuinæ tuæ voluntati expeditum, vt grato animo, post executionem, tibi gratias agam.

b *Iob.* 38. 35. Oratio

IV. Angelus narrat laudes B. Virginis

LICEBIT demùm, piè meditari, eundem S. Angelum Gabrielem, ex legatione sua reuertentem, socijs suis humilitatem, sapientiam, sanctitatem Virginis sanctissimæ *prædicasse*, magna omnium congratulatione, quòd talis tamque Deo grata virgo esset in terra, atque sunt ipsius cœli incolæ. Proprium est enim Sanctorum, cùm alios vident in amore & feruenti Dei seruitio supplere quod ipsis deest, *exultare*, quia gloriam & honorem ab omnibus ei tribui exoptant, in secula seculorum, Amen.

Sancti cõ gaudent Deo & B. Virg.

MEDITATIO IX.

DE IPSA INCARNATIONIS EXECVTIONE & aliquibus eius quoad Christi Domini nostri Corpus, circumstantijs.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM PRIMVM: Quo *momento* sanctissima Virgo suum expressit consensum, eodem Spiritũ sanctum ex purissimo eius sanguine perfectissimum corpus effinxisse, excellentissimamque animam rationalem creasse; eaq; inter se & cũ verbo ita coniunxisse, vt Deus maneret homo factus, & homo Deus: Deusq; cũ natura humana in virgineo illo thalamo despõsatus: ipsa deniq; virgo ad matris Dei dignitatem euecta. In opere hoc admirando perpendenda est personarum, quæ ei interfuerunt, lætitia, sanctissimæ TRINITATIS præcipuè, cùm antiquam suam promissionem vidit impletam, ac suam omnipotentiam, bonitatem, & charitatem euidentiùs hominibus patefactam. Quam fuerit lætus æternus PATER, quòd Filium suum nobis dedisset! quanto infantem hunc, Deum verum & hominem, amore prosecutus! quàm super omnia creata in eo sibi complacuerit! siquidem (teste S. Thoma) multò amplius Deus Christum solum amat, quàm Angelos, homines, & creaturas omnes simul: cui propterea a *nomen dedit super omne nomen*, quod est, nomen & esse Dei. Ideoq; eius aspectu, præ rebus omnibus, siue creatis, siue creandis, delectatur.

D. Thom. 3. p. q. 32. & 33.

Ioan. 1. 14.

Lætitia SS. Trinitatis

I. Pater

3. p. q. 20. a. 4. ad. 1.

a *Phil. 2. 9.*

HAC consideratione congaudebo æterno Patri, simul pro collato

nobis tanto hoc benficio gratias agens: & per eundem filium, quem tam
a *Psal.* 83. 10 Oratio sibi charum habet supplicabo, me quoque amare dignetur, suumque amorem mihi impertire. O Pater æterne, a ***Protector noster respice in*** nouam ***faciem Christi tui***, in quo tibi tantoperè complaces: & ei, qui in nostra natura nobis similis factus est, nos fac similes in gratia.

II. Verbum

DEINDE VERBI ipsius æterni gaudiũ, cũ se vidit hominem factum perpendam; & simul eius intimum aduersus humanitatem sanctissimam amorem: quo ita arctè eam complectebatur, vt statueret, nunquam dimittere, quam semel assumpsit. cuius intuitu omnes homines tanquam sibi cognatos cõplecti, & in intima sua viscera immittere optabat. Quare
b *Ruth.* 3. 9. Oratio confidentissimè dicere illi possumus, quod Ruth aliquando Boozio dixit: b ***Extende pallium tuum super me, quia propinquus es.*** O diuinum verbum, verus Booz & fortitudo Patris, qui cognationem cum hominibus contraxisti: extende super me diuinæ tuæ protectionis pallium, meque tibi
c *Cant.* 1. 1. d 2 6. in fide & charitate coniunge. Da mihi c ***osculetur me osculo***, pacis ***osculum***; & d ***dextera*** omnipotentiæ tuæ ***amplectere me:*** ne res vlla creata separare me possit ab amicitia tua.

III. S. Spiritus

SPIRITVS etiam SANCTI lætitia, ex absoluto tanto hoc opere, est perpendenda: quod ei propterea tribuitur, quòd eius personæ proprietas sit bonitas & amor; tuncque desiderium suum expleuisse videatur, cùm maximi amoris opus, quod facere potuit, perfecerit. Ob quod dixit Isaiae: c ***Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus Domini.*** Quoniam in æterno hoc Verbo incarnato, quod virga Iesse, eiusq; flore significatur, inuenit Spiritus sanctus requiem, gaudiumque perfectum, tanquam in re præ alijs omnibus chara sibi, atque dilecta.

IV. Humanitas

HINC transitus fiet ad sanctissimæ illius HVMANITATIS exultationem, cùm se ad tantam dignitatem vidit euectam, vt ex profunditate Nihili, ad altissimum diuini esse culmen ascenderit. Dixerit tunc procul dubio, maxima exultatione, illud sponsæ: f ***Inueni quem diligit anima mea: tenui, nec dimittam.*** O HVMANITAS sanctissima, con-
f *Cant.* 3. 4. Oratio gratulor tibi de tam felici sorte, & tam iusto ex ea orto gaudio: cumque adeò sis tuo dilecto deuincta, oramus, vt eius nos amoris participes facias, quo illum prosequeris; vt simul tecum, eo frui mereamur.

V. B. Virgo

IPSIVS tandem VIRGINIS lætitiam perpendam, qua ipso Incarnationis momento perfusa est. Communicauit enim tunc illi Deus insolitam copiosamq; lucem, qua etiam modum, quo mysterium ipsum in visceribus suis peractum fuit, assequeretur. Videns itaq; Deum ipsum intra se hominem factum, se verò Virginem, simulq; tanti filij matrem, ineffabili fuit gaudio repleta. O quas gratiarum actiones, quas laudes, quos iubilos persenserit! O quantam bonorum plenitudinem eo momento ac-

ceperit?

ceperit! Vt enim *ſol* hic aſpectabilis, ſtatim atq; creatus fuit, in hoc mundo, lumine ſuo illum repleuit, caloremque & alias Influentias ei impertiuit: ita iuſtitiæ ſol *Chriſtus* noſter, eodem, quo fuit cenceptus inſtanti, & in abbreuiato matris ſuæ mundo efformatus, copioſiſsima eam luce, cœleſti calore, atque æternæ vitæ influxibus repleuit: & quæ antè plena erat gratia, multò tunc plenior, omnibuſque gratijs ſupereffluens effecta eſt; & inenarrabili ex earum poſſeſsione gaudio perfuſa. O Virgo ſanctiſsima, quàm felix fauſtumque eſt, quòd incarnati Dei ſis mater effecta: ac quoniam etiam hominum incipis eſſe mater, communica nobis aliquid iſtius lucis gaudijque, quod accepiſti; quò & noſſe, & amare eum poſsimus eique ſeruire, quem feliciter concepiſti.

Simile

Oratio *D. Thom. 3. p. q. 27. a. 5. ad 2.*

POSTREMO cauſas expendam, ob quas tanta felicitate contenti eſſe debeamus: cùm ad eam dignitatem euectos, ipſiuſq; Dei conſanguineos effectos nos eſſe videamus. Quamobrem maximas illi gratias agere, Angeloſque inuitare oportet, qui nos in hac gratiarum actione iuuent, nouumq; par eſt nos, ac generoſum cor aſſumere: ſtatuentes, (vt S. Leo Papa dixit) vitam noſtram, vt tanti Regis cognatos decet, inſtituere, nulla re admiſſa; quæ nos faciat à tanta nobilitate degenerare.

VI.

Cognati Chriſti *Serm. 1. de Natuit.*

PVNCTVM II.

CONSIDERANDAE ſunt deinde INCARNATIONIS circumſtantiæ, quo ad ipſius Dei & hominis corpus: attendendo, quod *patibile* ſit ac *mortale*; & quæ huius ſint cauſæ. Si.n. quod ipſius Chriſti perſonę ſua natura, debebatur, ſpectemus, nec mortale illud eſſe oportuit nec patibile: idq; ob duas cauſas. PRIMA, quòd Chriſtus ipſe Dominus vniuerſim fuerit, ab *originis* culpa immunis, non ex gratia aut priuilegio, ſed *iure*: quia filius Dei naturalis erat, nec viri opera, ſed Spiritus ſancti virtute conceptus: ac propterea nihil ad illum ſpectabat mortalitatis & patibilitatis pœna, originis culpæ tantum inflicta. Voluit tamen ſponte ſua hic Dominus, ad ſuam *humilitatem* & *charitatem* oſtendẽdam, nõ quidem culpam, ſed culpæ pœnam ſubire: & cum reuera peccator non eſſet, voluit (vt Apoſtolus ait) a *in ſimilitudine carnis peccati* venire, quò morte propria, alijſq; pœnis ſuſceptis, noſtras lueret culpas. Benèdicta ſit immenſa hæc *charitas*, ex qua tam profunda fluxit *humilitas*. O quàm iuſtè ob ſuperbiam meam erubeſcam, qui contra huius Domini exẽplum, culpam eligo, cuins pœnam refugio: ſum peccator, & peccatorum pœnis ſubiacere nollem. Reſume ſpiritum, *anima mea*, ad tãtum humilitatis exemplum imitandum: & quæ peccato ſubijcere te voluiſti; ne commeritam propterea pœnam refugito, ſed ſponte ſubito.

I.

Chriſtus immortalis & impaſſibilis eſſe debuit quia Originali culpæ non fuit obnoxius a *Rom. 8. 3.*

Colloquiũ

SECVNDA cauſa, cur Chriſti corpus, mortale eſſe non debuit, ea eſt; quòd eius anima, glorificata eſſet ac beata, ac propterea corpus quatuor

illas

illas dotes habere debuit: Claritatem, impatibilitatem, ſubtilitatem, agilitatem: quas etiam nunc habet in cœlo. Voluit tamen charitate pleniſsimus hic Dominus, non ſine miraculo, huic iuri ſuo renunciare, & horum gloriæ ornamentorum loco, quæ iure ſibi debebantur, mortalitatem, ignominiam, ceteraſque miſerias noſtras ſuſcipere: quò ipſius b *corpus* (vt in Pſalmo eſt, & apud Apoſtolum) ad *hoſtiam & ſacrificium* in ara crucis, pro noſtris peccatis *aptum eſſe poſſet*. Benedicant te, Domine, Angeli tui, & anima mea laudet ſemper, pro tanta nobis exhibita charitate, qua inueniſti modum illum prodigioſum, mortem pro nobis ſubeundi, reiectis omnibus, quæ te iure poterant à patiendo eximere. Erubeſco vehementer, cùm video, me adeò ſollicitè pœnas commeritas fugere, vt etiam miracula ad eas euadendas exigere à te audeam. Deſidero ex nunc honori omni ac voluptati renunciare, quò te, in ferendis ignominijs, pœniſq; alijs tolerandis, imitari poſsim: tu qui hoc mihi deſiderium ſuggeris, gratiam, illud etiam exequendi, ne denega.

II. Immortalis eſſe debuit quia *Beatus*

Oratio

b *Pſal.* 39.7. *Hebr.* 10.5.

PVNCTVM III.

EXPENDENDAE ſunt etiam cauſæ, ob quas Deus a *Paruulus* infans fieri, & in fœminæ b *vtero concipi* voluerit, qui potuit, perfecti viri corpus aſſumere, quemadmodum Adami c *corpus formauerat*.

Cur Deus Infans

a *Iſaia* 9.6.

b *Luc.* 1.31.

c *Gene.* 2.7.

HVIVS cauſæ (illis prætermiſsis, quas Meditatione 3. attigimus) hæ ſunt. *Prima*, vt (quod Apoſtolus dixit) d *per omnia fratribus* ſuis, hominibus *aſſimilaretur*: quò ad teneriorem ſui amorem magis eos obſtringeret. O *dulciſsime Deus*, qui matris inſtar in tuis nos geſtas viſceribus: quis te infantulum fecit, & maternis incluſit viſceribus! Charitas procul dubio tua id effecit, ingenſque deſiderium, quo à nobis amari cupis: vt, ſi id à nobis non impetraueris ob maieſtatem, quam præfers vt Deus, obtineas ſaltem ob teneritudinem, quam infans nobis oſtendis.

I. Vt magis amaretur Oratio

d *Hebr.* 2.17

SECVNDA fuit cauſa, vt *humilitatis* nobis eſſet exemplo, ad eamque nos alliceret, oculis fidei videntes Deum maieſtatis factum infantulum: & e *quem cœli cœlorum capere non poſſunt*, vtero virginis contineri. Ex quo, magnitudine Dei cum tanta hac paruitate collata, in admirationis & imitationis affectus prorumpam dicens: O diuinum Verbum quod quà Deus es, in immenſo Patris ſinu ſubſiſtis, quà homo in anguſtum matris tuæ vterum te conſtrinxiſti: clarifica, quæſo, mentis meæ oculos, quò magnitudine, quam in altero ſinu habes, & paruitate quam habes in altero, benè perpenſis, vtramque admiratus, illam cum tremore venerer, hanc amplectar cum humilitate & amore.

II. Humilitatis exẽplũ

e 3. *Reg.* 17. Oratio

TERTIA fuit cauſa, vt mũdum ingreſſus, exemplũ ſtatim *patientiæ*, &

III. Patientiæ ſpeculum

mortificationis perfectissimæ nobis præberet; dum nouẽ integros menses, durum illum, obscurum & angustum in matris vtero carcerem tolerauit; in quo infans strictus, itaque compressus tenetur, vt huc illucve flectere, aut pedem vel manum mouere non valeat; non videre, audire, olfacere, aut rem aliquam gustare illi liceat. Et quamuis infantes cæteri, vtpotè rationis vsu carentes, hæc non sentiant incommoda: hic tamen benedictus infans, qui perfectissimum illum vsum habebat, sentiebatque, libẽter carcerem illum, sensuumque mortificationem tolerabat, vt nos ab æterno carcere liberaret; Euæque libertatem, qua huc illucque in paradiso discurrens, vetitæ arboris fructum curiosè aspexit, & contra diuinam prohibitionem etiam gustauit, in se ipso lueret: imò vt sensuum quoque meorum libertatem ac leuitatem in se castigans, exemplo mihi esset, ad eos in posterum mortificandos, & ad reclusionem aliquam, ac in cubili, strato, aliisque rebus ad carnis laxitatem pertinentibus, angustias aliquas sponte amplectendas excitaret.

Patientiæ speculum.

GRATIAS tibi, Verbum æternum Incarnatum, ob tuum hunc in mũdum ingressum; cum strictæ adeo custodiæ, horrendique carceris tolerãtia; cum diuturna adeò prolixaq; carnis mortificatione, eius intuitu supplico, vt ab æterno inferni carcere me liberare; & importunis vitiorum meorum vinculis expedire velis: passiones meas mortificare, sensuumq; meorum inordinatum vsum strenuè refrenare iuues, Amen.

Oratio

MEDITATIO X.

DE SANCTISSIMAE CHRISTI DOMINI nostri Animæ *præstantia: Heroicisque virtutum actibus, quos ipso Incarnationis momento exercuit.*

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM PRIMVM. Quoniam Christi Domini nostri anima diuinitati coniuncta erat, immensis ei fuisse communicatas *gratias* & excellentias. Nam vt eius Præcursor dixit: a *Non ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater enim diligit filium; & omnia dedit in manu eius.* quasi diceret: reliquis *iustis* datur spiritus in certa *mensura*: ita enim Apostolus ait: b *Diuisiones gratiarum sunt*: & his hæc, illæ illis dantur: at *Christo* Domino dedit Pater spiritum *absq;* limite

D. Tho. 3. p. q. 34. & q. 7 &c.

a Ioan. 3. 34.

b 1. Cor. 12. 4

Christo data absq; mensura & aliis communicaret.

& mensura: imò omnes ei gratias dedit, non solum vt ipse eas haberet; sed cum potestate etiam aliis eas distribuendi, c *cuique iuxta mensurā* suā: quia inenarrabili ipsum amore, tanquam vnigenam suum, prosequitur. Ideoque tantam sapientiæ & gratiæ plenitudinem illi contulit, quanta talis filij gloriam decebat. & propterea S. Ioannes dixit: d *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Præterea, cùm diuinum verbum animæ huic sanctissimæ summum quod habebat, communicauerit, diuinum videlicet suum esse *personale*; ad ipsius honorem spectabat, gratiarum donorumque immensitatem eidem imperrire, quam eum habere par erat, qui nobili adeò esset naturæ coniunctus. Quas gratias ad septem velut capita reducere possumus.

Ephe. 4. 7
Ioan. 1. 14

I. Puritas

I. PRIMA gratia fuit immensa PVRITAS adeò, vt non solùm nunquam e *peccauerit*; sed nec peccare vllo modo potuerit; nec errare, aut decipi; aut imperfectionem vel minimam admittere quæ ab hac puritate & cordis munditia degeneraret. Erat enim f *Agnus Dei* non terrenus; sed cœlestis: Agnus innocentissimus absque macula: cuius aduentus cum fuerit ad tollenda peccata mundi iure ipso erat ab omnibus liber.

c 2. Pet. 2. 22
f Ioan. 1. 38.

II. Sanctitas

II. SECVNDA fuit gratia SANCTITATIS, qua omnium hominū & Angelorum simul sanctitatem incomparabiliter excessit: quo etiam gradu charitatem, humilitatem, obedientiam, cæterasque virtutes habebat ita, vt per excellentiam g *Sanctus Sanctorum* diceretur: in quo Spiritus sanctus septem donorum suorum immensa plenitudine eum replens, h *requieuit.*

g Dan. 9. 24
Isa. 11. 2.

III. Beatitudo

III. TERTIA fuit GRATIA CONSVMMATA, hoc est, Beatitudo & visio beatifica: quia à primo conceptionis suæ instanti, anima eius vidit essentiam diuinam, maiori claritate, quàm beati omnes simul: qua etiam perfectione tum Deum dilexit, tum gaudio summo affectus est. De quo propterea dictum est: i *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.*

i Psal. 44. 8.

IV. Sapientia

Ex his quarta profluxit gratia, quæ thesauros SAPIENTIAE & SCIENTIAE Dei complectitur: eosque non diuisos, sed (vt Apostolus loquitur) simul omnes. k *In quo sunt*, inquit, *omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*, quò res omnes creatas præteritas, præsentes, & futuras, nulla prorsus excepta, cognoscere: quarum erat iudex futurus, & præmio bonas, pœnâ malas affecturus.

k Coloss. 2. 3.

V. Potestas miraculorum

V. QVINTA fuit POTESTAS, ad quæuis miracula sine limite aut termino patranda, sola voluntate sua, qua mortuis vitam, infirmis omnibus sanitatem conferre; Dæmones è corporibus pellere; ventos, mare, omniaque Elementa compescere pro arbitratu suo posset: omnibus sese, illius imperio omnino subijcientibus.

VI. Matt. 9. 2.

SEXTA fuit POTESTAS EXCELLENTIAE, ad l *dimittenda peccata*,

conuer-

conuertendos peccatores, eorum corda transmutanda; ad Sacrificia, & Sacramenta instituenda, gratiasq; & spiritualia dona hominibus impertienda.

SEPTIMA est GRATIA m CAPITIS tam Militantis, quàm Triumphantis Ecclesiæ, hominum & Angelorum: quibus omnibus superior est, & fons benedictionũ omnium cœlestium, & donorum, quæ procedunt à n *Patre luminum*, in corporis mystici, cuius ipse caput est, vtilitatẽ. Ex quo intelligemus, hunc Dominum, primum ac præcipuum fuisse omnium prædestinatorum, vt multos socios haberet in gloria, ipse verò esset nominatim o *Primogenitus* (vt Apostolus ait) *in multis fratribus*, ipsi in donis gratiæ similibus & conformibus; sicut erant in natura. Ideoque ante alios omnes in hanc gloriam ingressus, diuinam vidit essentiam, cœli portas reserans, quò reliqui, ad eandem videndam, sequerentur.

6. &c. vlt. 18.
Potestas Excellẽtiæ
VII. Gratia Capitis.
m Col. 2. 10 Ephe. 1. 10 7.
n Iaco. 1. 17.
o Rom. 8. 29

Ex hac septem donorum & gratiarum, quas Christi Domini nostri anima accepit, consideratione, varios affectus deducere studebo: Nunc Patrem æternum, ob tot filio suo, quà homo est, collata dona, laudando; nunc de eisdem apud me gaudendo; nunc eidem Domino gratulando; nunc vt eorundem donorum me participem facere velit obsecrando: siquidem p *de eius plenitudine omnes accipiunt*. Quare amantissimè illi dicere licebit: O FILI DEI viui, gaudio exulto, quòd te q *speciosum forma* videam *præ filiis hominum*: r *candidum & rubicundum, electum ex milibus*. s O *lapis* viuus Angularis, quàm *septem* his immenti splendoris *oculis* factus es spectabilis, quos paterna in te manus collocauit! O fili hominis, quàm aptè conueniunt tibi t *stellæ illæ septem*, tibi quidem ad gloriam, sed vt earũ lumen mundo ipsi communicaretur, collatæ. u O *Verbum Incarnatum gratiæ & veritatis plenum!* quandoquidem ex tua ista *plenitudine omnes* homines *gratiam pro gratia accipiunt* quisque sua: eâdem gratiâ meam imple animam, qua tibi placere, & gloriæ præmium promereri valeam, Amen.

p Ioan. 1. 16.
Oratio
q Psal. 44. 3
r Can. 5. 10.
s Zach. 3 9.
t Apoc. 1 16.
u Ioan. 1. 14

Quatuor hosce affectus in hac consideratione exercebo, perpendens Fidei lumine, infinitam Dei bonitatem, & beneficiorum multitudinem, quæ is in me contulit immeritum.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDI Secundo loco sunt heroici virtutum actus, quos sanctissima Christi anima in primo illo instanti, erga Deum exercuit. Cùm enim tanta claritate diuinam essentiam vidisset, aliaque innumera beneficia gratis & absque præcedentibus suis meritis in se collata cerneret, in momento eximios quatuor affectus eructauit, quatuor instar fluminum, quæ fluunt ex paradiso. *Inflammatissimum*, inquam, *Dei amorẽ*, maximam *beneficiorũ gratitudinem*, profundissimã *humilitatẽ*, cùm oculos in suũ nihilum conijceret, & promptissimã *sui oblationem*, ad obe-

Quatuor affectus Heroici

diendum in omnibus, quæ Deus ab ipsa præstari voluisset: vehementer cupiens, venire tandem occasionem, in qua reipsa hæc omnia præstaret. O quàm dulcia habuisse credenda est, ter beneficta anima, cùm tota Trinitate colloquia! nunc cum Patre, qui filio eam suo coniunxit; nunc cum ipsomet Filio, cui hypostatice coniuncta erat; nunc cum Spiritu S. qui vnitionem illam peregerat: cælestem quandam *quatuor vocum* ex quatuor illis affectibus concinnatam *musicam* concinens; Verbo ipso æterno, tanquam *chori magistro*, eam dirigente ac gubernante. O diuinum Verbum, partem aliquam lucis illius, quam animæ tuæ dedisti, meæ quoque impartire; & charitatis vnitione eidem coniungere: quò similem huic tuæ, musicam etiam decantem: cor meum humilitate ad infimum vsque locum deprime; sed erige gratitudine ad altissimum: amore illud in spiritu attenua; & in omnibus eius operibus, obedientiæ promptitudine dispone: quò te semper glorificet, & voluntatem tuam exequatur. Amen.

Animæ Christi in primo Instanti erga Deum

Musica Christi Oratio

PVNCTVM. III.

CONSIDERANDI Tertiò sunt excellentissimi virtutum actus, quos eodem momento idem Christus Dominus erga proximos exhibuit. PRIMVM enim, videns hominum scelera, & grauissimas in Deum iniurias, & propterea dæmonem mundo dominari, infernumque animabus repleri, graui pœna doloreque afficiebatur: tùm quòd æternũ suum Patrem, quem tam impensè amabat, cuiusque gloriam tam ardenter desiderabat, tot iniuriis affectum cerneret: tùm quod tot homines, am fratres suos, qua homo ipse erat, perire videret. Qui internus eius olor, maximus fuit omnium, qui in hac vita aut fuerunt, aut vnquam runt. mirè concurrentibus in eadem anima summâ ex Dei aspectu lætitiâ & summo ex aspectu nostrorum peccatorũ dolore. O Incarnatum Verbum, quis hic dolor est, qui te premit? Si a *musica in luctu est importuna narratio*: cur tanto gaudio tantam misces tristitiam? vix materna viscera ingressus es, *& iam* b *zelus Domus Dei tua comedit*? fac etiam, quæso, vt mea comedat, torqueatque dolore, quòd te offenderim; atque consumat quidquid amplius te offendendi occasio esse potest.

I. Erga proximum

Dolor de offensa Dei & perditione hominis

Oratio

a *Eccl. 22. 6.*

b *Psal. 68. 10*

HINC intelligam, quàm horrendum sit malum, lethale peccatum; cũ etiam non proprium; sed alienum tantam in sanctissima illa anima, immenso aliàs gaudio repleta, tristitiam excitarit: & quàm sit æquius, me ob propria mea tristari ac dolere; ob quæ ipse Christus adeò est tristatus. Quòd verò eum dolorem Christus non in vitæ suæ finem reiecerit; sed in ipso statim aditu locum ei dederit, me docet non differre peccatorum meorum pœnitentiam; sed mox, atque lapsum me in ea deprehendero, dolorem, vt par est, de eis concipere.

Peccati horror

Pœnitentia non differenda

CONSIDE-

CONSIDERA deinde: Eundem Dominum eodem momento vidisse & cognouisse, eam Patris sui æterni voluntatem esse, vt ipse tot hominum malis allatâ medicinâ, eorum esset Redemptor: nam ea ratione velle sibi tot in ipsum collata beneficia compensari; ita scilicet homines diligendo, vt eorum vulneribus sanandis, remedium inueniret; propterea quę sibi patibile mortaleque corpus esse tributum, vt mortem pro iis posset oppetere. Quare statim, ac Patris hanc esse voluntatem cognouit; eâdem, qua ipsum amabat, charitate, nos etiam dilexit: atque ad nos etiam propria morte redimendos, se ipsum promptissimum obtulit; exultans animo, quòd talis occasio, futura esset, tum amoris sui erga Patrem, Zelique eiusdem glorię, quo vrgebatur, certissimum signum; tum ad fratribus suis benefaciendum opportuna. Adiecitque illud Psalmi: c *Sacrificium & oblationem* antiquorum *noluisti*, d *Corpus autem aptasti mihi*: *Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata*, & quia corpus mihi aptasti, vt sacrificari possit, libentissimè ad id me offero: *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam* DEVS. In mundũ, inquit, veni, vt in omnib. sanctissimam tuam voluntatem amplectar; e & *legem tuam in medio cordis mei* statuam. Quàm hæc filij *oblatio* Patri æterno fuerit grata! f *In qua* (vt Apostolus ait) *sanctificati sumus per oblationem corporis IESV Christi*, qua nobis gratiam & sanctificationem promeruit. Vt autem, ob tam generosam hanc Christi oblationem, qua se in nostrum Redemptorem obtulit, gratum animum ostendam, offeram, & ego vicissim illi adeò promptam ei seruiendi voluntatem, vt ad sanctificationem, quam ipse mihi promeritus est, suscipiendam, me disponam: eiusque exemplo dicam: *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Optarem hoc ipsum illo momento feciſſe, quò rationis vsum accepi, sicut video te feciſſe in eo, quo vitam accepisti: sed quod tunc non feci, ecce nunc facio: quia g *Nunc cœpi*: volo enim, & certò statuo, tibi fideliter vsque ad vitæ terminum seruire.

II. Oblatio ad mortem

c *Psal.* 39.7.
d *Heb.* 10.5.
e *Psal.* 39.9.
f *Heb.* 10.10.
Oratio
g *Psal.* 76.11.

PVNCTVM IV.

VLTIMÒ, ad perfectiùs cognoscendam charitatis & obedientiæ Christi, quam eo instanti exhibuit, magnitudinem. PERPENDENDVM EST; æternum Patrem omnes, quos ab ipso Incarnationis puncto, vsque ad expirationem in cruce labores erat perpessurus, eidem reuelasse, ac dixisse: Fili mi, hæc mea est voluntas vt ad homines redimendos, & virtutis omnis exempla eis danda, in paupere porticu & præsepio nascaris; circumcidaris; ab Herode, & Iudæis persecutionem patiaris, capiaris, flagelleris, spinis coroneris, magnisque alijs doloribus, & opprobrijs cruci affixus, vitæ tuæ finem imponas: quare, si me amas, hæc omnia

I. Oratio Patris ad verbum Incarnatum.

mei amore, & in fratrum tuorum vtilitatem amplectere. Cui Patris voluntati (quam ipse a *mandatum* & præceptũ mortis suæ appellat) è vestigio respondit, ad omnia illa promptissima voluntate toleranda se offerens. Illud est enim quod Apostolus de eo dixit, b *qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta.* Tunc etiam efficaci voluntate amarissimum Passionis suæ c *calicem* bibit, & dolorum c *baptismo* est baptizatus: idque fecit continuè (vt ipsemet fatetur) omnibus vitæ suæ diebus, vsque ad vltimum, quò illud exhauliti vt omnia, quæ Pater ordinauerat, exactissimè impleret.

a *Ioan.*10. 18.*a.*& 14. 31.
b *Heb.*12.2. Filii promptitudo.
c *Marc.*10. 38.

II.

Sed vlteriùs adhuc eius charitas & obedientia progressa est. Nam non contentus ijs, quæ toleranda proponebantur, generosissimo animo sitisque ardentissima, ad multò plura toleranda, si æterno suo Patri ita placeret, & in commodum nostrum cederet, se obtulit. Si enim Apostolus, dicente Agabo Prophetа: d *Hæc dicit Spiritus S. virum, cuius est Zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi.* respondit: *Ego non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen Domini* IESV. quantò magis existimandum est; dulcissimum Iesum aperienti Patri labores vitæ mortisque suæ, respondisse, se non illa solùm, quæ proponebantur, libenter laturum; sed eius amore etiam multò maiora.

d *Act.*21.11. 13.

III.

Pro omnibus, & pro me in specie mortuus.

Qvò autem melius adhuc intelligam, quàm de me sit Christus optimè meritus, perpendam, eodem tempore præsentes sibi habuisse in memoria sua omnes homines, & meipsum cum eis: & ad talia pro singulis, & pro me ipso, atque si tali remedio solus ego opus haberem, sese obtulisse. Tunc itaque impleuit Christus, quòd sibi Apostol. applicauit, cùm dixit: e *Qui dilexit me, & tradit semetipsum pro me:* hoc est, mei amore sese ad mortem oppetendã obtulit. O TENERRIME INFANS, sed simul Gigas fortissime, quid ego pro alacri fortique isto animo offeram, quo te hodie ad currendam viam tuam offers, acceptans simul omnia, quæ in toto eius decursu erunt tibi perferenda! Laudent te Angeli omnes pro insigni hoc, quo homines affecisti, beneficio; & anima mea glorificet te, pro amore, quem erga me tunc concepisti: cuius causa me quoque ad subeundum offero, quidquid toto vitæ meæ decursu, pro gloria tua euenerit; adsistente tamen mihi gratia tua, ne in ea deficiam.

e *Gal.*2.20.

Oratio

MEDITATIO XI.

DE VERBI AETERNI, MATERNIS VISCERIBUS INCLUSI, AD ZACHARIÆ DOMUM PROFECTIONE, VT PRÆCURSOREM SUUM IOANNEM SANCTIFICARET.

PVNCTVM I.

PRIMVM hic considera, æternum VERBVM maternis adhuc visceribus clausum, ex interno illo, quo tenebatur, Salutis hominũ desiderio statim, benignitatis suæ oculos in *Ioannem*, in matris etiam vtero latentem, & Præcursorem suum futurum, coniecisse; dolentemque, quòd Originis culpæ esset obnoxius, statuisse, ipsum statim ab ea miseria liberare, ac sanctificare: vt hoc facto, officij *Redemptoris*, quod sibi incumbebat, possessionem acciperet. Quare matri suæ efficaciter inspirauit, vt a *cum festinatione ascenderet in Montana, cognatam suam Elisabetham visitatura*: vt eadem ipse operâ, quod de Ioanne statuerat, perficeret.

Festinatio Christi.

a *Luc.1.39.*

In quo PRIMVM perpendam, ingens infantis huius de salute nostra desiderium: pro quo tum illi gratias agam; tum de meo tepore, circa eandem, erubescam.

I. Zelus animarum.

DEINDE: quàm sit idem de suorum Electorum bono solicitus, & in Officio Redemptoris vigilans; quod, ne vel ad momentum otiosus esset, ab ipso ventre auspicatus est.

II. Cura Electos Redimendi.

TERTIÒ: quantum malum sit *culpa*, & quantoperè Deo displiceat, electos suos vel ad momentum sub eo onere videre: qui hac potissimùm de causa matri suæ eam profectionem, cum tanta festinatione, suggesserit, vt electum illum suũ ab ea culpa eriperet. O *diuinum Verbum*, quod, vt nos à peccato liberares, homo factum, tanta festinatione id muneris exequi cupuisti vt nomen propterea acceperis; b *Accelera spolia detrahere: Festina prædari.* & quoniam tua nomina inania non sunt, sed plena; accelera, quæso, à peccatis me liberare: festina, me gratia tua sanctificare: prædare, & coge cor meum in obsequium tuum: accipe illud in prædam victoriæ tuæ, quò ex nunc incipiam feruenter seruire tibi.

III. Malum culpæ, oratio

b *Isai. 8.3.*

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM Secundò: Et si Dominus noster ex *loco*, in quo fuit conceptus, S. Ioannem à culpa liberare potuisset:

Ad Ioannẽ iuit Christus.

eo

SECVNDVM VERBVM TVVM.

NEQVE iſtud myſterio caret: quòd B. Virgo non dixerit; FIAT in me, quod Deus mandat, aut vult; ſed FIAT mihi *Secundum verbum tuum*: ſic enim fidei & obedientiæ ſuæ perfectionem magis oſtendit. *Fides* enim perfecta æquè, quod per alios reuelat Deus, credit, atque quod per ſeipſũ; & perfecta *obedientia* æquè obedit Dei *miniſtris*, cùm aliquid iubent, atque Deo, cùm iubet per ſe. Nam [n] *qui vos audit*, inquit ipſe Chriſtus, *me audit*. Licet tamen eandem virginem etiam inſpicere, quaſi ſe ſupra ſeipſam in hoc momento, etiam ſupra Angelos, & quicquid creatum eſt, eleuaſſet; & reſponſionem ſuam non tam ad Angelum ipſum, cùm quo loquebatur; quàm ad ipſum Deum, legationis auctorem direxiſſet. Atque ſi expreſſè ſic locuta eſſet: Pater æterne, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*: non ſolum iuxta verbum, quod mihi Angelus proponit; ſed iuxta *Verbi*, quod tu in æternitate tua intra te ipſum loqueris, deſiderium: quòd, cùm tuus ſit filius, meus etiam eſſe cupit: quod, quia ipſe vult fiat mihi, vt ipſe iubet. Ad huius verò Virginis imitationem, dicam & ego ſæpiùs Deo, eodem quo illa ſenſu: Ecce ſeruus Domini, fiat mihi ſecũdum verbum tuum: paratus ſum enim opere exequi, quicquid diuino tuo verbo mihi præſcripſeris.

Fides & obedientia erga Dei Miniſtros

[n] Luc 10.16

B. Virgo Deo reſpõdet

Oblatio B. Virginis

Oratio

PVNCTVM III.

I. Angelus lætatus de virtute B. Virg. & Dei voluntate expleta

AVDITA Virginis reſponſione, *diſceſſit ab ea Angelus*. Perpendendũ hic *primum* eſt: quàm iucundus hilariſque ille fuerit, tali Virginis accepto reſponſo: eius *prudentia*, excelſæque virtutis admiratione affectus gaudio ingenti; exultabat, quòd tantam ſibi à Deo legationem commiſſam, tam *feliciter* expediuiſſet. Hæc enim *duo* ſummæ conſolationi ſunt Angelis & iuſtis; neque vlla alia animi oblectatio conferri poteſt cum ea, quæ ex diuinæ *voluntatis* executione proficiſcitur; & ex eo, quòd *alios* videamus eandem auidè amplecti: a *vita* enim, ait Dauid, *in voluntate eius*.

[a] Pſal. 29 6.

II. Mox redit.

CONSIDERANDVM deinde: Angelum nec ad momentum, poſt acceptum Virginis reſponſum, moras traxiſſe; ſed cælum *mox* repetiuiſſe. Ex quo diſcemus: quemadmodum Angeli, expedito cõmiſſo ſibi à Deo miniſterio in terra, ſtatim in cœlum, tanquam in centrum ſuũ remeant; ita nos, Religioſos præcipuè, decere, cùm noſtrum erga proximos miniſterium expedierimus; non diutiùs inter illos morari, ſed ſtatim ad noſtrũ Oratorium, quod cœlum noſtrum eſt, nos recipere: vt cum Deo ibi quieſcamus.

Dilige ſtare domi

III. Paratus ad maiora.

ET vt modo noſtro cogitare licet, Angelum, cùm cœlum ingreſſus eſt non ſolùm ſuæ legationis rationem Deo reddidiſſe; ſed *promptum* etiam ac paratum ſe ad iterum exeundum, & quicquid iniungeretur, exequen-

dum, ob-

um, obtulisse: ita merito nos facturos, si ijs expletis, ad quæ obligamur, Deo nos promptos exhibeamus, ad exequendum, quod nobis vlteriùs iniungere, & imponere dignabitur, iuxta illud quod ipse Deus dixit sancto Iob: b *Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus?* O Rex aterne, & omnipotens, fac me vt vnum ex his fulguribus cœlestibus, luce tua splendentem, amoris tui igne incensum, & ad obediendum diuinæ tuæ voluntati expeditum, vt grato animo, post executionem, tibi gratias agam.

b *Iob.38.35.* Oratio

IV. Angelus narrat laudes B. Virginis

LICEBIT demùm, piè meditari, eundem S. Angelum Gabrielem, ex legatione sua reuertentem, socijs suis humilitatem, sapientiam, sanctitatem Virginis sanctissimæ *prædicasse*, magna omnium congratulatione, quòd talis tamque Deo grata virgo esset in terra, atque sunt ipsius cœli incolæ. Proprium est enim Sanctorum, cùm alios vident in amore & feruenti Dei seruitio supplere quod ipsis deest, *exultare*, quia gloriam & honorem ab omnibus ei tribui exoptant, in secula seculorum, Amen.

Sancti cõgaudent Deo & B. Virg.

MEDITATIO IX.

DE IPSA INCARNATIONIS EXECVTIONE & aliquibus eius quoad Christi Domini nostri Corpus, circumstantijs.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM PRIMVM: Quo *momento* sanctissima Virgo suum expressit consensum, eodem Spiritũ sanctum ex purissimo eius sanguine perfectissimum corpus effinxisse, excellentissimamque animam rationalem creasse; eaq; inter se & cũ verbo ita coniunxisse, vt Deus maneret homo factus, & homo Deus: Deusq; cũ natura humana in virgineo illo thalamo despõsatus: ipsa deniq; virgo ad matris Dei dignitatem euecta. In opere hoc admirando perpendenda est personarum, quæ ei interfuerunt, lætitia, sanctissimæ TRINITATIS præcipuè, cùm antiquam suam promissionem vidit impletam, ac suam omnipotentiam, bonitatem, & charitatem euidentiùs hominibus patefactam. Quam fuerit lætus æternus PATER, quòd Filium suum nobis dedisset! quanto infantem hunc, Deum verum & hominem, amore prosecutus! quàm super omnia creata in eo sibi complacuerit! siquidem (teste S. Thoma) multò amplius Deus Christum solum amat, quàm Angelos, homines, & creaturas omnes simul: cui propterea a *nomen dedit super omne nomen*, quod est, nomen & esse Dei. Ideoq; eius aspectu, præ rebus omnibus, siue creatis, siue creandis, delectatur.

D. Thom. 3. p.q.32. & 33.

Ioan.1.14.

Lætitia SS. Trinitatis

I. Pater

1.p.q.20.a 4.ad.1.

a *Phil.2.9.*

HAC consideratione congaudebo æterno Patri, simul pro collato

nobis tanto hoc beneficio gratias agens: & per eundem filium, quem tam
a *Psal.* 8. 10 sibi charum habet supplicabo, me quoque amare dignetur, suumque
Oratio amorem mihi impertire. O Pater æterne, a *Protector noster respice in* nouam *faciem Christi tui*, in quo tibi tantoperè complaces: & ei, qui in nostra natura nobis similis factus est, nos fac similes in gratia.

II. Verbum

DEINDE VERBI ipsius æterni gaudiũ, cũ se vidit hominem factum perpendam; & simul eius intimum aduersus humanitatem sanctissimam amorem: quo ita arctè eam complectebatur, vt statueret, nunquam dimittere, quam semel assumpsit. cuius intuitu omnes homines tanquam sibi cognatos cõplecti, & in intima sua viscera immittere optabat. Quare
b *Ruth.* 3. 9. confidentissimè dicere illi possumus, quod Ruth aliquando Boozio dixit: b *Extende pallium tuum super me, quia propinquus es.* O diuinum verbum, verus Booz & fortitudo Patris, qui cognationem cum hominibus contraxisti: extende super me diuinæ tuæ protectionis pallium, meque tibi
c *Cant.* 1. 1. d 2 6. in fide & charitate coniunge. Da mihi c *osculo tuo oscule*, pacis *osculum*; & d *dextera* omnipotentiæ tuæ *amplectere me*: ne res vlla creata separare me possit ab amicitia tua.

III. S. Spiritus

SPIRITVS etiam SANCTI lætitia, ex absoluto tanto hoc opere, est perpendenda: quod ei propterea tribuitur, quòd eius personæ proprietas sit bonitas & amor; tuncque desiderium suum expleuisse videatur, cùm maximi amoris opus, quod facere potuit, perfecerit. Ob quod dixit Isaias: c *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus Domini.* Quoniam in æterno hoc Verbo incarnato,
c *Isaiæ* 11. 1. quod virga Iesse, eiusq; flore significatur, inuenit Spiritus sanctus requiem, gaudiumque perfectum, tanquam in re præ alijs omnibus chara sibi, atque dilecta. HINC transitus fiet ad sanctissimæ illius HVMANITATIS exultationem, cùm se ad tantam dignitatem vidit euectam, vt ex profunditate Nihili, ad altissimum diuini esse culmen ascenderit. Dixe-
IV. Humanitas
f *Cant.* 3. 4. Oratio rit tunc procul dubio, maxima exultatione, illud sponsæ: f *Inueni quem diligit anima mea: tenui, nec dimittam.* O HVMANITAS sanctissima, congratulor tibi de tam felici sorte, & tam iusto ex ea orto gaudio: cumque adeò sis tuo dilecto deuincta, oramus, vt eius nos amoris participes facias, quo illum prosequeris; vt simul tecum, eo frui mereamur.

V. B. Virgo

IPSIVS tandem VIRGINIS lætitiam perpendam, qua ipso Incarnationis momento perfusa est. Communicauit enim tunc illi Deus insolitam copiosamq; lucem, qua etiam modum, quo mysterium ipsum in visceribus suis peractum fuit, assequeretur. Videns itaq; Deum ipsum intra se hominem factum, se verò Virginem, simulq; tanti filij matrem, ineffabili fuit gaudio repleta. O quas gratiarum actiones, quas laudes, quos iubilos persenserit! O quantam bonorum plenitudinem eo momento ac-

ceperit

ceperit! Vt enim *ſol* hic aſpectabilis, ſtatim atq; creatus fuit, in hoc mundo, lumine ſuo illum repleuit, caloremque & alias Influentias ei impertiuit: ita iuſtitiæ ſol *Chriſtus* noſter, eodem, quo fuit conceptus inſtanti, & in abbreuiato matris ſuæ mundo efformatus, copioſiſsima eam luce, cœleſti calore, atque æternæ vitæ influxibus repleuit: & quæ antè plena erat gratia, multò tunc plenior, omnibuſque gratijs ſupereffluens effecta eſt; & inenarrabili ex earum poſſeſsione gaudio perfuſa. O Virgo ſanctiſsima, quàm felix fauſtumque eſt, quòd incarnati Dei ſis mater effecta: ac quoniam etiam hominum incipis eſſe mater, communica nobis aliquid iſtius lucis gaudijque, quod accepiſti; quò & noſſe, & amare eum poſsimus eique ſeruire, quem feliciter concepiſti.

Simile

Oratio *D. Thom. 3. p. q. 27. a. 5. ad 2.*

POSTREMO cauſas expendam, ob quas tanta felicitate contenti eſſe debeamus: cùm ad eam dignitatem euectos, ipſiuſq; Dei conſanguineos effectos nos eſſe videamus. Quamobrem maximas illi gratias agere, Angeloſque inuitare oportet, qui nos in hac gratiarum actione iuuent, nouumq; par eſt nos, ac generoſum cor aſſumere: ſtatuentes, (vt S. Leo Papa dixit) vitam noſtram, vt tanti Regis cognatos decet, inſtituere, nulla re admiſſa; quæ nos faciat à tanta nobilitate degenerare.

VI.

Cognati Chriſti *Serm. 1. de Natiuit.*

PVNCTVM II.

CONSIDERANDAE ſunt deinde INCARNATIONIS circumſtantiæ, quo ad ipſius Dei & hominis corpus: attendendo, quod *patibile* ſit ac *mortale*; & quæ huius ſint cauſæ. Si.n. quod ipſius Chriſti perſonę ſua natura, debebatur, ſpectemus, nec mortale illud eſſe oportuit nec patibile: idq; ob duas cauſas. PRIMA, quòd Chriſtus ipſe Dominus vniuerſim fuerit, ab *originis* culpa immunis, non ex gratia aut priuilegio, ſed *iure*: quia filius Dei naturalis erat, nec viri opera, ſed Spiritus ſancti virtute conceptus: ac propterea nihil ad illum ſpectabat mortalitatis & patibilitatis pœna, originis culpæ tantum inflicta. Voluit tamen ſponte ſua hic Dominus, ad ſuam *humilitatem* & *charitatem* oſtendédam, nó quidem culpam, ſed culpæ pœnam ſubire: & cum reuera peccator non eſſet, voluit (vt Apoſtolus ait) a *in ſimilitudine carnis peccati* venire, quò morte propria, alijſq; pœnis ſuſceptis, noſtras lueret culpas. Benedicta ſit immenſa hæc *charitas*, ex qua tam profunda fluxit *humilitas*. O quàm iuſtè ob ſuperbiam meam erubeſcam, qui contra huius Domini exẽplum, culpam eligo, cuius pœnam refugio: ſum peccator, & peccatorum pœnis ſubiacere nollem. Reſume ſpiritum, *anima mea*, ad tãtum humilitatis exemplum imitandum: & quæ peccato ſubijcere te voluiſti; ne commeritam propterea pœnam refugito, ſed ſponte ſubito.

I. Chriſtus immortalis & impaſſibilis eſſe debuit quia Originali culpæ non fuit obnoxius a *Rom. 8. 3.*

Colloquiũ

SECVNDA cauſa, cur Chriſti corpus, mortale eſſe non debuit, ea eſt; quòd eius anima, glorificata eſſet ac beata, ac propterea corpus quatuor

illas

illas dotes habere debuit: Claritatem, impatibilitatem, ſubtilitatem, agilitatem: quas etiam nunc habet in cœlo. Voluit tamen charitate pleniſsimus hîc Dominus, non ſine miraculo, huic iuri ſuo renunciare, & horum gloriæ ornamentorum loco, quæ iure ſibi debebantur, mortalitatem, ignominiam, ceteraſque miſerias noſtras ſuſcipere: quò ipſius b *corpus* (vt in Pſalmo eſt, & apud Apoſtolum) ad *hoſtiam & ſacrificium* in ara crucis, pro noſtris peccatis *aptum eſſe poſſet*. Benedicant te, Domine, Angeli tui, & anima mea laudet ſemper, pro tanta nobis exhibita charitate, qua inueniſti modum illum prodigioſum, mortem pro nobis ſubeundi, reiectis omnibus, quæ te iure poterant à patiendo eximere. Erubeſco vehementer, cùm video, me adeò ſollicitè pœnas commeritas fugere, vt etiam miracula ad eas euadendas exigere à te audeam. Deſidero ex nunc honori omni ac voluptati renunciare, quò te, in ferendis ignominijs, pœniſq; alijs tolerandis, imitari poſsim: tu qui hoc mihi deſiderium ſuggeris, gratiam, illud etiam exequendi, ne denega.

II. Immortalis eſſe debuit quia *Beatus*

Oratio b *Pſal* 39.7. *Hebr.* 10.5.

PVNCTVM III.

EXPENDENDAE ſunt etiam cauſæ, ob quas Deus a *Paruulus* infans fieri, & in fœminæ b *vtero concipi* voluerit, qui potuit, perfecti viri corpus aſſumere, quemadmodum Adami c *corpus formauerat*.

Cur Deus Infans a *Iſaiæ* 9.6. b *Luc.* 1.31. c *Gene.* 2.7.

HVIVS cauſæ (illis prætermiſsis, quas Meditatione 3. attigimus) hæ ſunt. *Prima*, vt (quod Apoſtolus dixit) d *per omnia fratribus* ſuis, hominibus *aſſimilaretur*: quò ad teneriorem ſui amorem magis eos obſtringeret. O *dulciſsime Deus*, qui matris inſtar in tuis nos geſtas viſceribus: quis te infantulum fecit, & maternis incluſit viſceribus! Charitas procul dubio tua id effecit, ingenſque deſiderium, quo à nobis amari cupis: vt, ſi id à nobis non impetraueris ob maieſtatem, quam præfers vt Deus, obtineas ſaltem ob teneritudinem, quam infans nobis oſtendis.

I. Vt magis amaretur Oratio d *Hebr.* 2.17

SECVNDA fuit cauſa, vt *humilitatis* nobis eſſet exemplo, ad eamque nos alliceret, oculis fidei videntes Deum maieſtatis factum infantulum: & e *quem cœli cœlorum capere non poſſunt*, vtero virginis contineri. Ex quo, magnitudine Dei cum tanta hac paruitate collata, in admirationis & imitationis affectus prorumpam dicens: O diuinum Verbum quod quà Deus es, in immenſo Patris ſinu ſubſiſtis, quà homo in anguſtum matris tuæ vterum te conſtrinxiſti: clarifica, quæſo, mentis meæ oculos, quò magnitudine, quam in altero ſinu habes, & paruitate quam habes in altero, benè perpenſis, vtramque admiratus, illam cum tremore venerer, hanc amplectar cum humilitate & amore.

II. Humilitatis exẽplũ c 3. *Reg.* 17. Oratio

TERTIA fuit cauſa, vt mũdum ingreſſus, exemplũ ſtatim *patientiæ*, &

III. Patientiæ ſpeculum

mortifica

mortificationis perfectiſsimæ nobis præberet; dum nouē integros menſes, durum illum, obſcurum & anguſtum in matris vtero carcerem tolerauit; in quo infans ſtrictus, itaque compreſſus tenetur, vt huc illucve ſeſe, aut pedem vel manum mouere non valeat; non videre, audire, olfacere, aut rem aliquam guſtare illi liceat. Et quamuis infantes cæteri, vtpotè rationis vſu carentes, hæc non ſentiant incommoda: hic tamen benedictus infans, qui perfectiſsimum illum vſum habebat, ſentiebatque, libēter carcerem illum, ſenſuumque mortificationem tolerabat, vt nos ab æterno carcere liberaret; Euæque libertatem, qua huc illucque in paradiſo diſcurrens, vetitæ arboris fructum curioſè aſpexit, & contra diuinam prohibitionem etiam guſtauit, in ſe ipſo lueret: imò vt ſenſuum quoque meorum libertatem ac leuitatem in ſe caſtigans, exemplo mihi eſſet, ad eos in poſterum mortificandos, & ad recluſionem aliquam, ac in cubili, ſtrato, aliiſque rebus ad carnis laxitatem pertinentibus, anguſtias aliquas ſponte amplectendas excitaret.

Patientiæ ſpeculum.

GRATIAS tibi, Verbum æternum Incarnatum, ob tuum hunc in mūdum ingreſſum; cum ſtrictæ adeo cuſtodiæ, horrendiſque carceris tolerātia; cum diuturna adeò prolixaq; carnis mortificatione, eius intuitu ſupplico, vt ab æterno inferni carcere me liberare; & importunis vitiorum meorum vinculis expedire velis: paſsiones meas mortificare, ſenſuumq; meorum inordinatum vſum ſtrenuè refrenare iuues, Amen.

Oratio

MEDITATIO X.

DE SANCTISSIMAE CHRISTI DOMINI noſtri Animæ *præſtantia: Heroiciſque virtutum actibus, quos ipſo Incarnationis momento exercuit.*

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM PRIMVM. Quoniam Chriſti Domini noſtri anima diuinitati coniuncta erat, immenſis ei fuiſſe communicatas *gratias* & excellentias. Nam vt eius Præcurſor dixit: a *Non ad menſuram dat Deus Spiritum. Pater enim diligit filium; & omnia dedit in manu eius.* quaſi diceret: reliquis *iuſtis* datur ſpiritus in certa *menſura*: ita enim Apoſtolus ait: b *Diuiſiones gratiarum ſunt*: & his hæc, illæ illis dantur: at *Chriſto* Domino dedit Pater ſpiritum *abſq;* limite & men

D. Tho. 3. p. q. 34. & q. 7 &c.

a Ioan. 3. 34.

b 1. Cor. 12. 4.

Christo gratia data absq; mensura; vt & aliis communicaret.

& mensura: imò omnes ei gratias dedit, non solum vt ipse eas haberet; sed cum potestate etiam aliis eas distribuendi, c *cuique iuxta mensurã* suã: quia inenarrabili ipsum amore, tanquam vnigenam suum, prosequitur. Ideoque tantam sapientiæ & gratiæ plenitudinem illi contulit, quanta talis filij gloriam decebat. & propterea S. Ioannes dixit: d *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Præterea, cùm diuinum verbum animæ huic sanctissimæ summum quod habebat, communicauerit, diuinum videlicet suum esse *personale*; ad ipsius honorem spectabat, gratiarum donorumque immensitatem eidem impertire, quam eum habere par erat, qui nobili adeò esset naturæ coniunctus. Quas gratias ad septem velut capita reducere possumus.

c *Ephe.* 4. 7
d *Ioan.* 1. 14.

I. Puritas

PRIMA gratia fuit immensa PVRITAS adeò, vt non solùm nunquam e *peccauerit*; sed nec peccare vllo modo potuerit; nec errare, aut decipi; aut imperfectionem vel minimam admittere quæ ab hac puritate & cordis munditia degeneraret. Erat enim f *Agnus Dei* non terrenus; sed cœlestis: Agnus innocentissimus absque macula: cuius aduentus cum fuerit ad tollenda peccata mundi iure ipso erat ab omnibus liber.

e *1 Pet.* 2. 22.
f *Ioan.* 1. 38.

II. Sanctitas

SECVNDA fuit gratia SANCTITATIS, qua omnium hominũ & Angelorum simul sanctitatem incomparabiliter excessit: quo etiam gradu charitatem, humilitatem, obedientiam, cæterasque virtutes habebat ita, vt per excellentiam g *Sanctus Sanctorum* diceretur: in quo Spiritus sanctus septem donorum suorum immensa plenitudine eum replens, h *requieuit.*

g *Dan.* 9. 24.
h *Isa.* 11. 2.

III. Beatitudo

TERTIA fuit GRATIA CONSVMMATA, hoc est, Beatitudo & visio beatifica: quia à primo conceptionis suæ instanti, anima eius vidit essentiam diuinam, maiori claritate, quàm beati omnes simul: qua etiam perfectione tum Deum dilexit, tum gaudio summo affectus est. De quo propterea dictum est: i *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.*

i *Psal.* 44. 8.

IV. Sapientia

Ex his quarta profluxit gratia, quæ thesauros SAPIENTIAE & SCIENTIAE Dei complectitur: eosque non diuisos, sed (vt Apostolus loquitur) simul omnes. k *In quo sunt*, inquit, *omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*, quò res omnes creatas præteritas, præsentes, & futuras, nulla prorsus excepta, cognoscere: quarum erat iudex futurus, & præmio bonas, pœnã malas affecturus.

k *Colos.* 2. 3.

V. Potestas miraculorum

QVINTA fuit POTESTAS, ad quæuis miracula sine limite aut termino patranda, sola voluntate sua, qua mortuis vitam, infirmis omnibus sanitatem conferre; Dæmones è corporibus pellere; ventos, mare, omniaque Elementa compescere pro arbitratu suo posset: omnibus sese, illius imperio omnino subijcientibus.

VI.

SEXTA fuit POTESTAS EXCELLENTIAE, ad l *dimittenda peccata*,

l *Matt.* 9. 2.

conuer-

conuertendos peccatores, eorum corda transmutanda; ad Sacrificia, & Sacramenta instituenda, gratiasq; & spiritualia dona hominibus impertienda.

SEPTIMA est GRATIA m CAPITIS tam Militantis, quàm Triumphantis Ecclesiæ, hominum & Angelorum: quibus omnibus superior est, & fons benedictionũ omnium cœlestium, & donorum, quæ procedunt à n *Patre luminum*, in corporis mystici, cuius ipse caput est, vtilitatẽ. Ex quo intelligemus, hunc Dominum, primum ac præcipuum fuisse omnium prædestinatorum, vt multos socios haberet in gloria, ipse verò esset nominatim o *Primogenitus* (vt Apostolus ait) *in multis fratribus*, ipsi in donis gratiæ similibus & conformibus; sicut erant in natura. Ideoque ante alios omnes in hanc gloriam ingressus, diuinam vidit essentiam, cœli portas reserans, quò reliqui, ad eandem videndam, sequerentur.

Ex hac septem donorum & gratiarum, quas Christi Domini nostri anima accepit, consideratione, varios affectus deducere studebo: Nunc Patrem æternum, ob tot filio suo, quà homo est, collata dona, laudando; nunc de eisdem apud me gaudendo; nunc eidem Domino gratulando; nunc vt eorundem donorum me participem facere velit obsecrando: siquidem p *de eius plenitudine omnes accipiunt*. Quare amantissimè illi dicere licebit: O FILI DEI viui, gaudio exulto, quòd te q *speciosum forma* videam *præ filiis hominum*: r *candidum & rubicundum, electum ex millibus*. s O *lapis* viuus Angularis, quàm *septem* his immensi splendoris *oculis* factus es spectabilis, quos paterna in te manus collocauit! O fili hominis, quàm aptè conueniunt tibi t *stellæ illæ septem*, tibi quidem ad gloriam, sed vt earũ lumen mundo ipsi communicaretur, collatæ. u *O Verbum Incarnatum gratia & veritatis plenum!* quandoquidem ex tua ista *plenitudine omnes* homines *gratiam pro gratia accipiunt* quisque suam: eâdem gratiâ meam imple animam, qua tibi placere, & gloriæ præmium promereri valeam, Amen.

Quatuor hosce affectus in hac consideratione exercebo, perpendens Fidei lumine, infinitam Dei bonitatem, & beneficiorum multitudinem, quæ is in me contulit immeritum.

6. &c. vlt. 18.
Potestas Excellẽtiæ
VII. Gratia Capitis.
m Col. 2. 19 Ephe. 1. 10 7.
n Iaco. 1. 17.
o Rom. 8. 29
p Ioan. 1. 16.
Oratio
q Psal. 44. 3
r Can. 5. 10.
s Zach. 3 9.
t Apoc. 1 16.
u Ioan. 1. 14

PVNCTVM II.

CONSIDERANDI Secundo loco sunt heroici virtutum actus, quos sanctissima Christi anima in primo illo instanti, erga Deum exercuit. Cùm enim tanta claritate diuinam essentiam vidisset, aliaque innumera beneficia gratis & absque præcedentibus suis meritis in se collata cerneret, in momento eximios quatuor affectus eructauit, quatuor instar fluminum, quæ fluunt ex paradiso. *Inflammatissimum*, inquam, *Dei amorẽ*, maximam *beneficiorũ gratitudinem*, profundissimã *humilitatẽ*, cùm oculos in suũ nihilum conijceret, & promptissimã *sui oblationem*, ad obe-

Quatuor affectus Heroici

hristo
:atia data
)sq; men-
ira;
: & aliis
)mmuni-
ret.
*Ephe.*4. 7
*Ioan.*1. 14.

& mensura: imò omnes ei gratias dedit, non solum vt ipse eas haberet; sed cum potestate etiam aliis eas distribuendi, c *cuique iuxta mensurã* suã: quia inenarrabili ipsum amore, tanquam vnigenam suum, prosequitur. Ideoque tantam sapientiæ & gratiæ plenitudinem illi contulit, quanta talis filij gloriam decebat. & propterea S. Ioannes dixit: d *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Præterea, cùm diuinum verbum animæ huic sanctissimæ summum quod habebat, communicauerit, diuinum videlicet suum esse *personale*; ad ipsius honorem spectabat, gratiarum donorumque immensitatem eidem impertire, quam eum habere par erat, qui nobili adeò esset naturæ coniunctus. Quas gratias ad septem velut capita reducere possumus.

I.
uritas
*Pet.*2.22
*Ioan.*1.38.

PRIMA gratia fuit immensa PVRITAS adeò, vt non solùm nunquam *e peccauerit*; sed nec peccare vllo modo potuerit; nec errare, aut decipi; aut imperfectionem vel minimam admittere quæ ab hac puritate & cordis munditia degeneraret. Erat enim f *Agnus Dei* non terrenus; sed cœlestis: Agnus innocentissimus absque macula: cuius aduentus cum fuerit ad tollenda peccata mundi iure ipso erat ab omnibus liber.

II.
inctitas
*Dan.*9.24
*Isai.*12.

SECVNDA fuit gratia SANCTITATIS, qua omnium hominũ & Angelorum simul sanctitatem incomparabiliter excelsit: quo etiam gradu charitatem, humilitatem, obedientiam, cæterasque virtutes habebat ita, vt per excellentiam g *Sanctus Sanctorum* diceretur: in quo Spiritus sanctus septem donorum suorum immensa plenitudine eum replens, h *requieuit.*

III.
Beatitudo
*Psal.*44.8.

TERTIA fuit GRATIA CONSVMMATA, hoc est, Beatitudo & visio beatifica: quia à primo conceptionis suæ instanti, anima eius vidit essentiam diuinam, maiori claritate, quàm beati omnes simul: qua etiam perfectione tum Deum dilexit, tum gaudio summo affectus est. De quo propterea dictum est: i *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.*

IV.
Sapientia
*Coloss.*2.3.

Ex his quarta profluxit gratia, quæ thesauros SAPIENTIAE & SCIENTIAE Dei complectitur: eosque non diuisos, sed (vt Apostolus loquitur) simul omnes. k *In quo sunt*, inquit, *omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*, quò res omnes creatas præteritas, præsentes, & futuras, nulla prorsus excepta, cognoscere: quarum erat iudex futurus, & præmio bonas, pœnâ malas affecturus.

V.
otestas
aculo-
um

QVINTA fuit POTESTAS, ad quæuis miracula sine limite aut termino patranda, sola voluntate sua, qua mortuis vitam, infirmis omnibus sanitatem conferre; Dæmones è corporibus pellere; ventos, mare, omniaque Elementa compescere pro arbitratu suo posset: omnibus sese, illius imperio omnino subijcientibus.

VI.
*Matt.*9.2.

SEXTA fuit POTESTAS EXCELLENTIAE, ad l *dimittenda peccata*,

conuer-

conuertendos peccatores, eorum corda transmutanda; ad Sacrificia, & Sacramenta instituenda, gratiasq; & spiritualia dona hominibus impertienda.

SEPTIMA est GRATIA m CAPITIS tam Militantis, quàm Triumphantis Ecclesiæ, hominum & Angelorum: quibus omnibus superior est, & fons benedictionũ omnium cœlestium, & donorum, quæ procedunt à n *Patre luminum*, in corporis mystici, cuius ipse caput est, vtilitatẽ. Ex quo intelligemus, hunc Dominum, primum ac præcipuum fuisse omnium prædestinatorum, vt multos socios haberet in gloria, ipse verò esset nominatim o *Primogenitus* (vt Apostolus ait) *in multis fratribus*, ipsi in donis gratiæ similibus & conformibus; sicut erant in natura. Ideoque ante alios omnes in hanc gloriam ingressus, diuinam vidit essentiam, cœli portas reserans, quò reliqui, ad eandem videndam, sequerentur.

Ex hac septem donorum & gratiarum, quas Christi Domini nostri anima accepit, consideratione, varios affectus deducere studebo: Nunc Patrem æternum, ob tot filio suo, quà homo est, collata dona, laudando; nunc de eisdem apud me gaudendo; nunc eidem Domino gratulando; nunc vt eorundem donorum me participem facere velit obsecrando: siquidem p *de eius plenitudine omnes accipiunt*. Quare amantissimè illi dicere licebit: O FILI DEI viui, gaudio exulto, quòd te q *speciosum forma* videam *præ filiis hominum*: r *candidum & rubicundum, electum ex millibus*. s O *lapis* viuus Angularis, quàm *septem* his immensi splendoris *oculis* factus es spectabilis, quos paterna in te manus collocauit! O fili hominis, quàm aptè conueniunt tibi t *stellæ illæ septem*, tibi quidem ad gloriam, sed vt earũ lumen mundo ipsi communicaretur, collatæ. u *O Verbum Incarnatum gratiæ & veritatis plenum!* quandoquidem ex tua ista *plenitudine omnes* homines *gratiam pro gratia accipiunt* quisque sua: eâdem gratiâ meam imple animam, qua tibi placere, & gloriæ præmium promereri valeam, Amen.

Quatuor hosce affectus in hac consideratione exercebo, perpendens Fidei lumine, infinitam Dei bonitatem, & beneficiorum multitudinem, quæ is in me contulit immeritum.

6. &c. vlt. 18. Potestas Excellẽtiæ

VII. Gratia Capitis.

m *Col.* 1. 18 *Ephe.* 1. 10 7.

n *Iacob.* 1. 17.

o *Rom.* 8. 29

p *Ioan.* 1. 16. Oratio

q *Psal.* 44. 3

r *Cant.* 5. 10.

s *Zach.* 3 9.

t *Apoc.* 1 16.

u *Ioan.* 1. 14

PVNCTVM II.

CONSIDERANDI Secundo loco sunt heroici virtutum actus, quos sanctissima Christi anima in primo illo instanti, erga Deum exercuit. Cùm enim tanta claritate diuinam essentiam vidisset, aliaque innumera beneficia gratis & absque præcedentibus suis meritis in se collata cerneret, in momento eximios quatuor affectus eructauit, quatuor instar fluminum, quæ fluunt ex paradiso. *Inflammatissimum*, inquam, *Dei amorẽ*, maximam *beneficiorũ gratitudinem*, profundissimã *humilitatẽ*, cùm oculos in suũ nihilum conijceret, & promptissimã *sui oblationem*, ad obe-

Quatuor affectus Heroici

diendum in omnibus, quæ Deus ab ipsa præstari voluisset: vehementer cupiens, venire tandem occasionem, in qua reipsa hæc omnia præstaret. O quàm dulcia habuisse credenda est, ter beneficta anima, cùm tota Trinitate colloquia! nunc cum Patre, qui filio eam suo coniunxit; nunc cum ipsomet Filio, cui hypostaticè coniuncta erat; nunc cum Spiritu S. qui vnitionem illam peregerat: cælestem quandam *quatuor vocum* ex quatuor illis affectibus concinnatam *musicam* concinens; Verbo ipso æterno, tanquam *chori magistro*, eam dirigente ac gubernante. O diuinum Verbum, partem aliquam lucis illius, quam animæ tuæ dedisti, meæ quoque impartire; & charitatis vnitione eidem coniungere: quò similem huic tuæ, musicam etiam decantem: cor meum humilitate ad infimum vsque locum deprime; sed erige gratitudine ad altissimum: amore illud in spiritu attenua; & in omnibus eius operibus, obedientiæ promptitudine dispone: quò te semper glorificet, & voluntatem tuam exequatur. Amen.

Animæ Christi in primo instanti erga Deum

Musica Christi Oratio

PVNCTVM. III.

CONSIDERANDI Tertiò sunt excellentissimi virtutum actus, quos eodem momento idem Christus Dominus erga proximos exhibuit. PRIMVM enim, videns hominum scelera, & grauissimas in Deum iniurias, & propterea dæmonem mundo dominari, infernumque animabus repleri, graui pœna doloreque afficiebatur: tùm quòd æternũ suum Patrem, quem tam impensè amabat, cuiusque gloriam tam ardenter desiderabat, tot iniuriis affectum cerneret: tùm quod tot homines, am fratres suos, qua homo ipse erat, perire videret. Qui internus eius olor, maximus fuit omnium, qui in hac vita aut fuerunt, aut vnquam runt. mirè concurrentibus in eadem anima summâ ex Dei aspectu lætitiâ & summo ex aspectu nostrorum peccatorũ dolore. O Incarnatum Verbum, quis hic dolor est, qui te premit? Si a *musica in luctu est importuna narratio*: cur tanto gaudio tantam misces tristitiam? vix materna viscera ingressus es, & *iam* b *zelus Domus Dei tua comedit*? fac etiam, quæso, vt mea comedat, torqueatque dolore, quòd te offenderim; atque consumat quidquid ampliùs te offendendi occasio esse potest.

I. Erga proximum

Dolor de offensa Dei & perditione hominis Oratio

a *Esth. 11. 6.*

b *Psal. 68, 10*

HINC intelligam, quàm horrendum sit malum, lethale peccatum; cũ etiam non proprium; sed alienum tantam in sanctissima illa anima, immenso aliàs gaudio repleta, tristitiam excitarit: & quàm sit æquius, me ob propria mea tristari ac dolere; ob quæ ipse Christus adeò est tristatus. Quòd verò eum dolorem Christus non in vitæ suæ finem reiecerit; sed in ipso statim aditu locum ei dederit, me docet non differre peccatorum meorum pœnitentiam; sed mox, atque lapsum me in ea deprehendero, dolorem, vt par est, de eis concipere.

Peccati horror

Pœnitentia non differenda

CONSIDERA deinde: Eundem Dominum eodem momento vidisse & cognouisse, eam Patris sui æterni voluntatem esse, vt ipse tot hominum malis aliatâ medicinâ, eorum esset Redemptor: nam ea ratione velle sibi tot in ipsum collata beneficia compensari; ita scilicet homines diligendo, vt eorum vulneribus sanandis, remedium inueniret; propterea quę sibi patibile mortaleque corpus esse tributum, vt mortem pro iis posset oppetere. Quare statim, ac Patris hanc esse voluntatem cognouit; eâdem, qua ipsum amabat, charitate, nos etiam dilexit: atque ad nos etiam propria morte redimendos, se ipsum promptissimum obtulit; exultans animo, quòd talis occasio, futura esset, tum amoris sui erga Patrem, Zelique eiusdem glorię, quo vrgebatur, certissimum signum; tum ad fratribus suis benefaciendum opportuna. Adiecitque illud Psalmi: c *Sacrificium & oblationem* antiquorum *noluisti*, d *Corpus autem aptasti mihi*: *Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata*, & quia corpus mihi aptasti, vt sacrificari possit, libentissimè ad id me offero: *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam* DEVS. In mundū, inquit, veni, vt in omnib. sanctissimam tuam voluntatem amplectar; e & *legem tuam in medio cordis mei* statuam. Quàm hæc filij *oblatio* Patri æterno fuerit grata! f *In qua* (vt Apostolus ait) *sanctificati sumus per oblationem corporis IESV Christi*, qua nobis gratiam & sanctificationem promeruit. Vt autem, ob tam generosam hanc Christi oblationem, qua se in nostrum Redemptorem obtulit, gratum animum ostendam, offeram, & ego vicissim illi adeò promptam ei seruiendi voluntatem, vt ad sanctificationem, quam ipse mihi promeritus est, suscipiendam, me disponam: eiusque exemplo dicam: *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Optarem hoc ipsum illo momento fecisse, quò rationis vsum accepi, sicut video te fecisse in eo, quo vitam accepisti: sed quod tunc non feci, ecce nunc facio: quia g *Nunc cœpi*: volo enim, & certò statuo, tibi fideliter vsque ad vitæ terminum seruire.

II. Oblatio ad mortem

c *Psal.* 39.7.
d *Heb.* 10.5.
e *Psal.* 39.9.
f *Heb.* 10.10.

Oratio

g *Psal.* 76.11.

PVNCTVM IV.

VLTIMÒ, ad perfectiùs cognoscendam charitatis & obedientiæ Christi, quam eo instanti exhibuit, magnitudinem. PERPENDENDVM EST; æternum Patrem omnes, quos ab ipso Incarnationis puncto, vsque ad expirationem in cruce labores erat perpessurus, eidem reuelasse, ac dixisse: Fili mi, hæc mea est voluntas vt ad homines redimendos, & virtutis omnis exempla eis danda, in paupere porticu & præsepio nascaris; circumcidaris; ab Herode, & Iudæis persecutionem patiaris, capiaris, flagelleris, spinis coroneris, magnisque alijs doloribus, & opprobrijs cruci affixus, vitæ tuæ finem imponas: quare, si me amas, hæc omnia

I. Oratio Patris ad verbum Incarnatum.

MEDITATIO XI.

DE VERBI AETERNI, MATERNIS VISCERIBUS inclusi, ad Zachariæ domum profectione, vt Præcursorem suum Ioannem sanctificaret.

PVNCTVM I.

PRIMVM hic considera, æternum VERBVM maternis adhuc visceribus clausum, ex interno illo, quo tenebatur, Salutis hominũ desiderio statim, benignitatis suæ oculos in *Ioannem*, in matris etiam vtero latentem, & Præcursorem suum futurum, coniecisse; dolentemque, quòd Originis culpæ esset obnoxius, statuisse, ipsum statim ab ea miseria liberare, ac sanctificare: vt hoc facto, officij *Redemptoris*, quod sibi incumbebat, possessionem acciperet. Quare matri suæ efficaciter inspirauit, vt a *cum festinatione ascenderet in Montana, cognatam suam Elisabetham visitatura*: vt eadem ipse operâ, quod de Ioanne statuerat, perficeret.

Festinatio Christi.

a *Luc.1.39.*

In quo PRIMVM perpendam, ingens infantis huius de salute nostra desiderium: pro quo tum illi gratias agam; tum de meo tepore, circa eandem, erubescam.

I. Zelus animarum.

DEINDE: quàm sit idem de suorum Electorum bono solicitus, & in Officio Redemptoris vigilans; quod, ne vel ad momentum otiosus esset, ab ipso ventre auspicatus est.

II. Cura Electos Redimendi.

TERTIÒ: quantum malum sit *culpa*, & quantoperè Deo displiceat, electos suos vel ad momentum sub eo onere videre: qui hac potissimùm de causa matri suæ eam profectionem, cum tanta festinatione, suggesserit, vt electum illum suũ ab ea culpa eriperet. O *diuinum Verbum*, quod, vt nos à peccato liberares, homo factum, tanta festinatione id muneris exequi cupiuisti vt nomen propterea acceperis; b *Accelera spolia detrahere: Festina prædari.* & quoniam tua nomina inania non sunt, sed plena; accelera, quæso, à peccatis me liberare: festina, me gratia tua sanctificare: prædare, & coge cor meum in obsequium tuum: accipe illud in prædam victoriæ tuæ, quò ex nunc incipiam feruenter seruire tibi.

III. Malum culpæ. oratio

b *Isai. 8.3.*

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM Secundò: Et si Dominus noster ex *loco*, in quo fuit conceptus, S. Ioannem à culpa liberare potuisset:

Ad Ioannẽ iuit Christus.

eo

eo tamen medio, vt mater ad Elisabethæ domum proficisceretur, vbi Sanctificationem illam admirandam ipse perficeret, vsum fuisse, ob insignes aliquot causas, eruditioni nostræ perutiles. PRIMA fuit, vt nova *humilitatis* & *charitatis* suæ signa mundo daret: Nam quemadmodum hæ potissimùm virtutes eum de *cælo* in mundum traxerunt, vt è tenebris eum & vmbra mortis, in qua iacebat, educeret: sic eædem è *Nazareth* deduxerunt, vt ipse, qui Ioanne maior erat! ad eum visitandum veniens, eundem honoraret; & qui medicus erat, ægrotanti adferret sanitatem.

I. Ex humilitate & charitate.

Beda in Luc. cap. 1.

ALTERA fuit causa: vt sanctissima eius *mater* partem quoque suam ad pium hoc opus conferret; esseteque primæ sanctificationis, quam ipse post suam Incarnationem, in hoc mundo perficeret, veluti *instrumentum*: cuius operâ tum *Ioannem* in peccato iacentem erigeret, ac sanctificaret; tũ eius *matrem*, quæ iusta iam erat, Spiritu S. repleret. Vt ex hoc *peccatores* intelligeremus, ipsam Virginem sanctissimam, futuram apud ipsum *mediatricem* ad veniam impetrandam; *iustos* verò, ad Spiritus S. plenitudinem, virtutes, ac dona, quæ de cælo descendunt, obtinenda. Quamobrem par esse, *vtrosque* eam amare, eidem seruire, eiusque piæ deuotioni sedulam operam dare; ac intercessioni plurimùm fidere, & tribuere. O *Virgo suprema*, quæ hodie simul cum filio, commissi ad nostrum bonũ muneris possessionem accepisti, prosequere illud erga me in hoc die, peccatorũ meorum veniam mihi impetrans, & diuinarum gratiarum copiam. Amen.

II. Virgo sanctificationis instrumentũ & mediatrix.

Oratio

TERTIA causa fuit: quia id in more habet Christus, vt animæ, ad quã ingreditur, *virtutum* exercitationem inspiret; eamque ad *perfectionis* celsitudinem vrgeat. Nunc. n. ad *orationis* & cõtemplationis reliquarumque virtutum vitæ *contemplatricis* exercitationem; nunc, vt, ea quiete intermissa, ad *Actiuæ* erga proximos opera exeat, mouere consueuit. Id quod hic apparet: nam statim atque Virginis matris viscera fuit ingressus, eam permouit ad Iudææ montana conscendenda; quò insignia charitatis, misericordiæ, & obedientiæ opera exerceret. Dixerit illi fortè illud Canticorum: b *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* O columba mea fœcunda, quæ nidum tuum in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ collocasti, diuinitatis & humanitatis meæ secreta rimata, sub mea semper degens protectione; surge velociter, locũ hunc secretum nunc desere, & Iudææ montana festinans conscende, vt ibi me charitatis operibus confecta, in animarum, quas condidi, bonum glorifices.

III. Christus ad progressũ impellit.

b Cant. 2. Christi ad B. Virginẽ inspiratio.

EX quo illud quoque ratione deducam: eundem Dominum, cùm ad iustos venit in sacra *Communione*, similia eis virtutum exercitamenta suggerere: quò ad vtriusque vitæ Contemplatiuæ, & Actiuæ perfectionẽ conscendant: cuique, quod ei magis expedit, inspirans: quas inspirationes quod ego, dum communico, non experiar mea indispositio & tepor facit,

Et Communicantes.

quo

quo me tantæ gratiæ indignum constituo. quamobrem tum erubescam meritò; tum, vt benignè mecum agat, supplicabo; efficaciter mihi, quæ sanctissimæ ipsius voluntati consentanea sunt, suggerendo.

PVNCTVM III.

CONSIDERANDVM etiam est, quàm perfectam sanctissima Virgo, huiusmodi inspirationibus exhibuerit obedientiam; quam Euangelista verbis illis indicauit: a *Exurgens autem Maria abijt in montana cum FESTINATIONE in ciuitatem Iuda.*

Perfecta obedientia diuinis inspirationibus.

a *Luc.* 1. 39.

IN PRIMIS enim non expectauit præceptum expressum; sed mox atque Deo gratum fore cognouit, vt cognatam suam ipsa inuiseret, id satis ei fuit, vt exequeretur. Perfectus enim obediens, quiduis exequitur, quod magis Deo, & Superiori suo placere intelligit.

I. Non expectauit præceptum.

DEINDE prompta & ad nutum fuit: nullas moras in executione trahēs: quia, quam primùm licuit, perfecit: idq; cum FESTINATIONE. ita enim efficaciter ab spiritu ad expeditam executionem mouebatur: quia *non scit tarda molimina Spiritus sancti gratia.*

II. Festinauit. *S. Ambr. lib 2. in Luc.*

TERTIÒ fuit eadem obedientia in intentione pura, Dei tantùm gloriam, & voluntatis eius executionem quærens, absque terreni cuiuspiam finis admixtione, quæ huiusmodi visitationibus esse solet: non enim *curiositate* mota, (ait Ambrosius) aut *explorandi* causa, verumnè esset, quod Angelus dixerat, profecta est; sed quum id certum haberet, accessit, vt inspecto opere, quod Deus fecerat, ipsum glorificaret.

III. Intentione pura

QVARTÒ *charitatis, patientiæ, & humilitatis* plurimū eadem obedientia habuit. Nihil enim accepta matris Dei dignitas eam remorata est, quò minus se inferiorem inuiseret, ei seruiret, de collato ipsi beneficio gratularetur: & quamuis iter prolixum esset & asperum, ipsaque tenera, nec tali assueta labori, nihil dubitauit, quiete sua relicta, in publicum prodire, quòd ita Christum ipsum velle intelligeret.

IV. Charitas Humilitas Patientia obedientia.

DENIQVE profectionis ipsius modum expendam. Erat enim rara in ea *modestia*, nunquam in transeuntes oculos curiosè coniiciens: potiùs, qui suos in eam conijcerent, ad sanctitatem & puritatem excitabantur. Cor suum in filium, quem in ventre gerebat, confixum habens, dulcissima cum eo toto itinere *colloquia* miscebat: adeoq; his erat intenta iucundaque, vt nec itineris, nec paupertatis molestiam sentiret. O VIRGO suprema quàm proficisceris plena Deo! quàm læta gaudēsque in eius explenda voluntate! Aptissimè illud tibi in hac profectione accommodatur, quod b *Ferculum* is *Salomonis de lignis Libani, columnas* habens *argenteas, Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constratum propter filias Ierusalem.* Vere enim tu es *ferculum Salomonis*, miro fabricatum opere, ad

V. Modestia.

Colloquia cū Christo.

Oratio

b *Cant.* 3. 9.

Ferculum Salomonis.

verum Salomonem hinc inde gestandum. *Argentea columnæ*, virtutes sunt tuæ: *Reclinatorium aureum*, contemplatio: *Ascensus purpureus*, humilitas & patientia: *Medium* autem quod est cor tuum, ornatum est *charitate*, quia intra te est ipsemet DEVS, qui charitas est, & cùm hæc omnia *propter Filias Ierusalem* (quæ sunt animæ debiliores) collata sint tibi, ob sacro, MATER PIISSIMA, similem mihi ornatum impetra, quò tuas imitans virtutes, possit & anima mea *Ferculum* esse filij tui, in quo ipse requiescat, totique mundo se præbeat cognoscendum. Amen

MEDITATIO XII.

DE GESTIS IN VISITATIONE Virginis apud Elisabetham.

PVNCTVM I.

PRIMVM, considerandus hîc ipsius Virginis in Elisabethæ domum *ingressus*; & ingens, quæ cum ipsa veniebat *felicitas*. Virgo enim, vtpotè humilior, *prior* salutauit; cuius *verbis* tanquam instrumento vtebatur Incarnatum Verbum, ad stupenda opera erga infantulum, qui Elisabethæ vtero tenebatur efficienda. Mundauit enim illum ab Originis culpa, iustificauit gratiâ suâ, impleuit Spiritu sancto, accelerauit illi vsum rationis; Prophetam suum fecit; Incarnationis suæ mysterium reuelauit; tantoque affecit gaudio, vt in ipso matris vtero exultaret, manifestans, quo licebat modo, ineffabiliter se ex Domini sui aduentu affectum esse. Idque totum momento vno est peractum. In quo facto duo eminent magnæ consolationis, & meritò expendenda.

Verba B. Virginis multa dona S. Ioanni attulere.

I. Potentia & liberalitas Christi

PRIMVM est, Saluatoris huius omnipotentia & liberalitas; qui ex tempore, mera sua gratia tam grandia effecit; nullis eius, in quem illa conferebat, meritis præcedentibus. In quo illud sapientis locum habet. a *Rex qui sedet in solio Iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Hic enim verè Rex Regum, in throno Virginalis vteri sedens, misericordiæ suæ oculis suum aspexit Præcursorem: quo solo aspectu, quidquid mali in eo erat culpæ, dissipauit. Ex quo fiduciâ magnam concipiam, fore vt & mei aliquandò misereatur, cui, vt Ecclesiasticus ait, b *facile est subitò honestare pauperem.* O *Rex omnipotens*, ostende tuam in me omnipotentiâ, à malis me omnib. eruens;

a *Prou.* 20.8

b *Eccl.* 11.23.

Oratio

uens; bonis verò tuis replens: vt quò ego tuarum misericordiarum sum indignior, eò illæ magis emineant & manifestentur. Da igitur mihi, vt Præcursori tuo dedisti, peccatorum veniam, Incarnationis tuæ cognitionem, & spiritualem in tuo obsequio lætitiam. Amen.

EXPENDAM deinde verborum B. Virginis, quâ Dei mater est, efficacitatem: per quam tot simul bona ex tempore sunt collata Baptistæ, velut primitiis Christi, & primo Redemptionis eius fructui; quem, ante eius præfinitum tempus, media matre sua, voluit ad maturitatem peruenire: quo fiduciam in nobis excitaret, futurum, vt, eiusdem matris intercessione, à diuina misericordia præueniamur & adiuuemur. II.

Cultus B. Virginis.

QVARE rogandа mihi est suprema hæc Regina, vt potestatem, quam à filio habet, in me exercens; aliquid ex multis illis, quæ, ipsa mediante, felici illi Præcursori sunt concessa, mihi velit impetrare.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM postea est: Sanctam quoque *Elisabetham*, eadem Virginis Salutatione, fuisse Spiritu sancto repletam: à quo huius mysterii cognitionem, & Prophetiæ donum accepit, quo mirè patefecit quatuor horum donorum in se effectus, tanquam quatuor visitationis Christi, & præsentiæ Spiritus sancti in anima cum donis suis illam replet, proprietates.

Interna Dei visitationis proprietates

PRIMVS EFFECTVS fuit, quòd ab Spiritu sancto excitata sancta Elisabetha, statim in Dei, matrisque eius laudes, elata voce, ingentique affectu proruperit: dicens: d *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* atque si distinctiùs dixisset: Verè te Angelus benedictam inter mulieres appellauit: cui ego addo; benedictum quoque esse fructum ventris tui, filium, quem vtero gestas: imò, quia ille benedictus est, tu etiam es benedicta: ab eo enim tanquam à fonte, cœlestes fluunt benedictiones. Ex quo intelligimus, Spiritus sancti proprium esse, nos ad Christum eiusq; matrem, feruore magno glorificandum, excitare, quòd is multùm his laudibus delectetur. I

Laus Dei & B. Virg.

d *Luc. 1. 42.*

SECVNDVS EFFECTVS fuit, insignis humilitatis, dum hinc suam vilitatem respiciens, inde visitantis Virginis excellentiam admirans, illa verba adiecit: e *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Moxque Dei Magnalia gratitudinis affectu confessa, apud ipsam Beatam Virginem aperuit: quam sciebat, statim etiam Deum laudaturam & glorificaturã, quare dicit: f *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo.* II.

Humilitas

e *Luc. 1. 43.*

f *Luc. 1. 44.*

VBI etiam Spiritus sancti proprietatem TERTIVMQVE *eius* EFFECTVM agnoscam, ad humilitatem & gratitudinem in medijs ipsis donis, quæ nobis confert, excitantis: quò nobis vtiliora illa sint; securiusque ser- III.

Gratitudo

ueritus: dum nos eorum tum indignos iudicamus; tum in conferentem gratos ostendimus.

Affectus humilitatis in Sacra Communione.

QVARE par erit, cum me Deus interiùs visitare dignabitur; aut cum ad sacram accedo communionem, vtramque hanc cognitionem, huius Sanctæ exemplo in me excitare, Vilitatis meæ, & ipsius Maiestatis, respiciens verò ipsius Dei bonitatem, ex qua tanta bona mihi proueniunt, stupore plenus dicam: *Vnde hoc mihi vt veniat Dominus meus ad me?* ad me, inquam, vile mancipium; ad me adeò ingratum, & miserrimum peccatorem! ad me venit Dominus meus, Dominus infinitæ Maiestatis! vt me visitet! vt pauperem domum meã ingrediatur! vnde mihi tantus Dei mei fauor? Num ex meritis aut obsequiis meis? ex natura aut industria propria mea? O benedicta sit tanta, tamq; immensa Dei charitas, quæ vilem adeò abiectamque non dedignatur visitare creaturam ex sola sua misericordia infinita!

IV. Prophetia. g *Luc.1.45*

QVARTO denique, S. Elisabetha B. Virginem in proposito & fide sua confirmauit, dicens: g *Beata, quæ credidisti: quia perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.* Quibus verbis, insigne *Prophetiæ* donum, quod acceperat, patefecit. Agnouit enim quæcunque B. ipsam Virginem concernebant; tam *præterita* quæ Angelus ei fuerat locutus; quàm *præsentia*; quòd verè esset iam Dei mater; & *futura*, quæ implenda erant. Ex quo licet coniicere, quam in more habeat Spiritus sanctus, iustis, in quibus habitat, inspirare, vt ipsius donis in proximorum vtilitatem vtantur; eos tum in fide, tum in charitate, quæ Deo debetur, confirmando. In his omnib. affectibus studebo sanctam Elisabetham pro viribus imitari: eandem rogans, vt ab ipso Domino gratiam ad id præstandum, mihi velit impetrare.

Zelus animarum.

Mater Dei.

VLTIMO perpendam, hoc die promulgatum fuisse excellentissimum B. Virginis nomen, quod est MATER DEI, quod ipsa, magnâ quidem humilitate, sed magno simul gaudio audiuit: & ideò meritò eodem nomine eam salutabo, & congratulabor; eum simul laudans, à quo fuit impositum.

PVNCTVM III.

In quo Meditatio instituitur, circa B. Virginis Canticum, MAGNIFICAT.

TERTIO consideranda est B. Virginis ad S. Elisabetham responsio: Nam & ipsa, altissimo prophetiæ spiritu repleta, statim atq; Elisabetha loquendi finem fecit, in admirandum illud Canticum MAGNIFICAT, &c. erupit.

CIR-

CIRCA quod, illud in primis obſerua: Etſi B. Virgo multa de propriis laudibus à S. Eliſabetha audiuiſſet, non tamen reſponſum in laudantem, vulgari hominum more, qui gratitudinis intuitu eos vicißim laudare ſtudent, à quibus laudes ſuas audiuerint; ſed omnia ſua verba ad DEVM Dominum noſtrum direxiſſe: vt nos doceret, qua ratione cum iis nos gerere debeamus, qui nos aut noſtra extollunt. Optimum enim nobisque ſecuriſsimum eſt, ſermonem ad alia conuertere; loquique cum Deo, à quo bona illa, ob quæ laudamur, proueniunt.

I. Laudata Deum laudat à quo omnia non laudãtem.

DEINDE perpendendum: eandem Beatam Virginem, quæ, ſiue cum Angelis, ſiue cum hominibus loqueretur, parciſsima ſemper ac moderatiſsima fuit in verbis; liberaliorem ſe cum Deo & de ipſius Magnalibus loquentem oſtendiſſe: vt enim prius illud à *prudentia* & circumſpectione; ita hoc ab *amoris* exceſſu, gratoque animo proficiſcitur, iuxta illud Sapientis: a *Benedicentes Deum exaltate illum, quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude.* & ſicut qui Deo eſt plenus, eius ſermones nõ ſolùm de eo ſunt omnes, ſed *affectu* etiam tali, vt in omnibus, quæ habet, ipſum exaltet atque glorificet: (b *ex abundantia enim cordis os loquitur*) ita B. Virgo, vtpotè Deo plena, ſupremum hoc canticum, Dei affectibus pleniſsimum, ore ſuo protulit. In quo decẽ ſunt verſus tanquã decẽ chordæ in c *Pſalterio* aut *Cithara*, ei ſimili, in qua Dauid ad DEVM glorificandum cantare nos iubet. Eritq; propterea è re noſtra, ſingula eius verba meditari: quò diſcamus, illud etiã ſpiritu recitare, ad ipſius Virginis honorem: ſingulis item verbis, aut verſibus ſanctum aliquem affectum adiungere, aut gaudium de eiuſdem Virginis virtutibus; petitione aliqua & colloquio circa eaſdem additis.

II. Cum creaturis parcè loquitur cum & de Deo prolixè.

a *Eccl.* 43. 33

Et magno affectu

b *Matt.* 12. 34.

c *Pſal.* 48. 5. 91. 4. 143. 9

MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM.

IN hoc verſu nos docet B. Virgo, quo ſpiritu ſit Deus laudandus; altè videlicet atque *magnificè* de eo ſentiendo; omniaque eius, quantum poſſibile eſt, extollendo, bonitatem, miſericordiã, ſapientiam, charitatem, atque rationem eius dominandi præſtantiſsimam: nec id tantùm ore, ſed animo & internis eius facultatibus: omnes illas ad Dei laudes, exemplo d Dauidis, inuitando. Et obſeruandum: non dixiſſe B. Virginem: *Magnificauit*, aut *magnificabit* anima mea; ſed MAGNIFICAT, quo oſtenderet, principale ſuum officium & perpetuam occupationem eſſe, Deum magnificare; faciẽs, adhuc in terra exiſtens, quod Angeli faciũt in cœlo. O ſi anima mea Dominum Deum ſuum ita magnificaret! O DEVS *maieſtatis infinitæ*, parum ego poſſum te meis laudibus extollere; ſed quo poſſum tamen modo, laudo & exalto te, humiliter confitens, te e *maiorem eſſe omni laude*, ſuprà quàm vel dicere vel ſentire poſsim. O VIRGO excelſiſsima, cuius ſemper anima Dominum magnificabat, omnesque ad idem

III. Magnificè Deus laudandus

d *Pſal.* 101. 1. & 103. 1. Semper & nunc Oratio ad Deum

e *Eccl.* 43. 33 ad *B. Virg.*

præstandum, vt alter Dauid, inuitabat! impetra mihi, quæso, vt & mea idem faciens, semper se in eiusdem laudibus decantandis occupet, in sæcula, Amen.

ET EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS IN DEO salutari meo.

Ratio Deo congaudēdi.

His verbis aperit nobis B. Virgo, qua ratione Deo congaudere possimus: *quinque* ad gaudij huius puritatem requisitas conditiones insinuans.

PRIMA est, quòd non in corporeis, sed in *spiritualibus* rebus sit collocandum. DEINDE, non tam in donis, quæ nobis confert, quàm in ipso largitore. TERTIO, quamuis gaudendum meritò sit in Deo, quà creator noster est; præcipuè tamen, gaudere decet in eo, quà *Saluator* & sanctificator noster est: eo enim nomine, spiritualis nostræ lætitiæ, quæ in sanctitate & animæ nostræ salute fundatur, fons est & origo. QVARTA, idem gaudium, in *spiritu* præcipuè, siue superiore animæ parte, esse oportet, quò ab omni etiam carnis odore (quem sensibile corporis gaudium inuoluere solet) sit purior: quamuis etiam spiritus exultatio in *carnem* interdum redundet, iuxta illud Dauidis: f *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* DENIQVE spiritus noster non in se ipso, quasi propriis meritis dona, ob quæ gaudet, accepisset; sed in Deo salutari suo, qui illa donauit, & cui tota nostra lætitia inniti debet, exultet, cum Dauide dicens: g *Anima mea exultabit in Domino; & delectabitur super salutari suo.* Ascende igitur anima mea spiritu supra teipsam, sicut Virgo hæc sanctissima; & exulta purè in Deo salutari tuo: in solo, inquam, ipso totum gaudium tuum colloca, si exultare cupis; in Deo exulta: ille enim desideria & h *petitiones cordis tui* implebit; i *vt gaudium tuum sit plenum, & nemo illud tollat à te, donec* k *intres in* æternum *gaudium Domini tui.*

1. In Spiritualibus.
2 in Deo
3 Salutari
4 Spiritus interdum & Caro
f *Psal.* 83. 3. & 15. 9.
5 Deo adscribe
Colloquiū
h *Psal.* 36. 4.
i *Ioan.* 16. 24 22.
k *Matt.* 25. 21

QVIA RESPEXIT HVMILITATEM ANCILLAE SVAE.

IV. BENEFICIA B.V. Virg. Tria propria

DECEM insignia beneficia in hoc & sequentibus versibus commemorat B. Virgo, *tria* sibi propria, SEPTEM aliis etiam communia, tanquam præcipuas causas, propter quas Deum magnificet, in eo exultet, eique se gratam exhibeat.

I. A Deo respici. Fontes duo beneficiorum Primarius Bonitas Dei Alter ceu dispositio Cognitio sui

PRIMVM BENEFICIVM ipsi proprium est, quòd *ancillæ suæ humilitatem respexerit.* Quibus verbis duplicem insinuat causam & originem diuinorum beneficiorum; alteram præcipuam ex parte Dei; ex nostra alterā. Ex parte Dei illa est, quòd nos benignis oculis dignetur respicere, nostrique meminisse, vt benefaciat. Etsi enim verissimè omnia videat; nō tamen illa dicitur respicere aut curare, quæ in eorum nihili abyssо, aut in miseriæ profundo relinquit; sed ea tantùm, quæ ideò respicit, vt benè illis faciat. Ex parte nostra ea est, quòd, paruitatem nostram agnoscentes, ad largitatis diuinæ dona percipienda, disponamur. Quare optimè, à

Deo

Deo illuſtrata B. Virgo vtranque hanc cauſam coniungens, Deum magnificat, quòd *ancillæ ſuæ humilitatem reſpexerit*. qua tamen ſententia, non tam ſe humilitatis virtutem habere agnoſcit, quàm eius reipſa ſpecimen præbet. Nam, quæ verè humilis erat, non ſe talem exiſtimabat; aut certe ſilentio id inuoluiſſet: ſed ipſam humilitatem exercens, paruam, vilem, & vt ancillam abiectam ſe eſſe fatetur: & quoniam talem Deus reſpicere non eſt dedignatus, illum magnificat; docens, verum ac ſolidum diuinarum laudum, & gratiarum animi fundamentum pro acceptis beneficiis, noſtræ paruitatis & indignitatis cognationē eſſe: qua nō ſolùm omnes vanæ cōplacentiæ periculum euadimus; (l in quod ſuperbus ille Phariſæus incidit) ſed tanquam incitamento vtimur, ad impetrandum à Deo, vt benignis oculis nos reſpiciens, maiora conferat beneficia: qui (vt aſſerit Dauid) m *humilia reſpicit in cælo & in terra. Suſcitans à terra inopem; & de ſtercore erigens pauperem.* Quod ipſe Dauid expertus dicebat: n *Quoniã reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.* O DEVS altiſſime, cœlorum habitans altitudinem, reſpice vilis huius ſerui paruitatē, & conſuetam exhibe miſericordiam; o *educens eum de lacu miſeriæ, & de luto fæcis: ſuſcitans à terra inopem; & de ſtercore erigens pauperem: vt colloces eum cum principibus*, & ſanctis tuis, ſanctum eum, ſicut illos, faciens. Amen.

l *Luc.* 18.11.

m *Pſa.* 112.6

n *Pſal.* 30.8

Oratio.

o *Pſal.* 118.6

ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME DICENT *omnes generationes.*

II.

Beatam ab omnibus prædicari

Non gaudet de ſuis laudibus ſed Dei donis & laudantium lucris

SECVNDVM B. Virgini proprium BENEFICIVM, cuius intuitu Deū magnificat, illud eſt, quòd ab eo tempore, quo Deus, ipſius humilitatem reſpicere dignatus eſt, *omnes* hominum *generationes* ſiue præſentes ſiue futuræ, quæ in Chriſtum crederent, *beatam* ipſam felicemque *dicerent*. Quâ ſententiâ non accepit huiuſmodi proprias laudes, tanquā gaudij ſui materiam; ſed tum *magnalia* illa, quæ à Deo acceperat, quibus laudes illæ innituntur; tùm bona illa & ſpiritualia lucra, quæ illi conſequuntur, qui ipſi ſeruient, beatamque pronuntiabunt. O *excelſiſſima virgo*: ego partes meas iuxta hanc tuā prophetiā, explere auco, & inter eos numerari, qui p *Beatam te dicant, Beata es, quæ*, vt cognata tua dixit, credidiſti: Beata, cuius *venter* Saluatorem mundi *portauit*: multoque beatior, quòd q *Dei verbum audiueris, & cuſtodieris*. Beata es propter cētō illa, quæ filius tuus Beatitudinis encomio, in mōte apud diſcipulos ſuos, exornauit. Es enim r PAVPER SPIRITV: ideoque tuum eſt, *Regnum cælorum*: Es MITIS, quæ viuentium *poſſides terram*; Huius mundi mala LVXISTI: & ideò meritò *cōſolaris*; ESVRIISTI & SITIVISTI IVSTITIAM: nunc ergo *ſaturaris*. fuiſti *miſericors*: es itaque *miſericordiam conſecuta*; fuiſti PACIFICA: ideo eminenter *Dei filia vocaris*; fuiſti MVNDO CORDE: vides ergo nunc

p *Luc.* 1. 45.

q *Luc.* 11. 28

r *Matt.* 5. 3. &c.

Digitized by Google

tendat, cuiuſcunque tandem illi fortunæ nationis. Eſt enim ſanctorum id proprium, vt cum accepta à Deo recognoſcunt dona, *maiora* alia de ipſius miſericordia expectēt, iuxta illud Apoſt. x *Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit; in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet.* Eſt etiā eorundē Sanctorum, non exiſtimare, ſolem iuſtitiæ ſibi tantùm, non etiam aliis illucescere; ſed altiſsimè de eius miſericordia ſentire: quod ſeſe ad multos alios & per ſæcula extendat, & reuelet: quo etiam nomine & ipſi gratias agunt, omnium hominum beneficia, vt propria reputantes; totoque corde exultantes quòd tam benignum Deum habeant, qui nemini ipſum timenti deneget miſericordiam. Id quod Dauid toto Pſalmo centeſimo ſecundo fecit. Nihil enim in eo aliud agit, quàm vt vtroque hoc nomine, miſericordiæ ſcilicet in ſe, & alios iuſtos effuſæ, Deum glorificet.

Maiora ſperare iubet. 2. Cor. 1. 10.

Etiam pro aliis

FECIT POTENTIAM IN BRACHIO SVO.

QVINTVS titulus ratioque Deū magnificandi, fuerunt *omnipotentiæ* eius opera, quæ virtute ac fortitudine ſua abſque vllius auxilio perfecit, quæ memoriâ ſuâ Virgo B. reuoluit, recordata creationis huius vniuerſitatis, conſeruationis, ac tam prouidæ gubernationis; Prodigiorum item in eductione populi Iſrael ex Aegypto, & ad promiſsionis terram per deſertum deductionis; ac reliquorum, quæ ſacra ſcriptura refert. Nominatim verò *Incarnationis* verbi diuini ſtupendum & recentiſsimum opus præſenti memoria commemorans, in quo verè potentiam & brachij ſui virtutem maximè oſtendit. Propter quæ omnia Deum magnificauit, vno hoc verbo complexa, quicquid Dauid prolixè & minutim de omnibus his magnalibus recenſuit,

V.

Opera omnipotentiæ Dei.

Pſalm. 135. toto.

PRAETEREA in hoc & ſequentibus verſibus, non ſolùm B. Virgo refert, quæ fecit Deus, ſed etiā quæ facere conſueuit, vel in more habet facere conſona bonitati ſuæ. laudat itaque illum quòd potenter, & maxima quæque brachio ſuo operari conſueuerit, quando, quomodo, & erga quē magis illi placet. qui vt talia olim; etiam nunc facit, ac facturus eſt in poſterum. Ex quibus magna mihi in Deo gaudendi orietur occaſio; ſperādiquę futurum, vt magna etiam, brachij ſui virtute, in me aliquando operetur.

Nō modo facta ſed & futura.

DISPERSIT SVPERBOS MENTE CORDIS SVI.

SEXTA cauſa Deum magnificandi fuit, non ſolùm omnipotentia, quam in beneficiis & miſericordiæ operibus oſtendit; ſed quam etiā in *iuſtitiæ* ſuæ ſeueritate, manifeſtauit; ſuperbos ſeueriſsimè caſtigans, illorum machinas, & cordium diſsipans cogitationes. Recolebat itaque B. Virgo, quo pacto Deus, ſuperbiſsimi *Luciferi* machinamēta illa diſſoluit, quæ ſine fundamento in mente ſua fabricare cęperat, cùm diceret: y

VI.

Iuſtitia Dei in ſuperbos Luciferum

ſuriunt, tantopere ſauet. O mi ſpiritus: exulta in Deo ſalutari tuo, ii *qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus: qui replet in bonis deſiderium tuum.* gloriare, quòd paruus ſis, eſuriens & egens; quò à Deo exalteris, ſatieris, & tua deſideria impleantur: caue verò, ſuperbus, diues, ac faſtidioſus ſis, ne ex tua ſede deiiciaris, eiusque ſpolieris gratiâ. ii *Pſal.* 102. 4.

SVSCEPIT ISRAEL PVERVM SVVM, RECORDATVS miſericordiæ ſuæ: Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula.

DVos alios titulos cauſasve duo hi vltimi verſus complectuntur, ad nos exhilarandos, Deumque laudandum efficaciſsimas. *Altera* eſt, ipſius cura & prouidentia, quã de iis gerit, quos ſemel in domeſticos & filios ſuſcepit, accurrẽs ipſemet ad eos iuuandos. Etſi enim interdũ eorũ videatur obliuiſci; maturè tamẽ, miſericordiæ ſuæ recordatus, adeſt ſicut B. Virgo hic prædicat, quòd Iſraelis, & in eo mũdi totius memor, factus ſit homo, vt ei remedium adferret. *Altera cauſa* eſt, inſignis eiuſdem Dei fidelitas in promiſsis, Parentibus noſtris factis, adimplens ea filiis eorum vſque ad mundi finem. Quemadmodum id quod Abrahamo Dauidique promiſerat, hoc inſigni Incarnationis ſuæ opere adimpleuit. Vtriuſque huius cauſæ conſideratione accenſa. B. Virginis anima, Dominũ magnificauit, *exultante* eius *ſpiritu in Deo ſalutari* ſuo. Eiſdem cauſis par eſt, & meum ſpiritum ad ſimiles affectus accendi: cùm huiuſmodi prouidentiã Dei erga eius filios; & fidelitatẽ in iis, quæ Apoſtolis Patribus noſtris promiſit, experiamur quotidie; meritoque ſperemus, eum, vſque ad mundi finem, non defuturum fidelibus, Apoſtolorum filiis & poſteris.

IX. Prouidentia Dei circa electos

X. Veritas & Fidelitas in promiſsis

HAE decem ſunt cauſæ ſiue tituli, quos in hoc ſuo Cantico B. Virgo allegauit: ad magnificandum Deum, ipſius Incarnati Verbi inſpiratione, quod viſceribus ſuis incluſum gerebat, excitata. Ex quibus & mihi licet Pſalterium aliud decem chordarum, ad Deum, nunc hoc, nunc illo modo, laudandum, conſtruere. Sed quoniam ego id, vt oportet, præſtare neſcio; Verbum ipſum incarnatum orabo, velit me, vt matrem ſuam docuit, inſtruere; ipſam verò, vt interceſsione ſua, ad impetrandum iuuare dignetur, ad maiorem filij ſui gloriam.

PVNCTVM IV.

VLTIMÒ conſiderandum, quanta bona B. Virgo, dum tribus quaſi menſibus apud cognatam ſuam commorata eſt, omnibus in eadem domo manentibus attulerit, ſanctiſsimâ ſuâ conuerſatione; raræque modeſtiæ, humilitatis & charitatis exẽplo. Quæ enim in ipſo aditu

Aedificatio omnium

tanta fecit, fas est credere, trium mentium spatio, eadem auxisse; præcipuè in S. Elisabetha, sapiùs cum ea de his mysteriis conferendo; & porrò ambas ad Orationem, familiaritatemque cum Deo, & variis virtutũ exercitijs sese mutuò exhortatas esse. Quod si verum est, Deum ob commorantem in domo Obededom *Arcam Testamenti*, ipsi totique eius domui benedixisse, ac bonis multis ita repleuisse, vt Rex Dauid, æmulatione quadam sancta, quo benedictionem à Deo acciperet: ibo, dixerit, *& reducam arcam cum benedictione in domum meam*: quantò magis credendum est, tam diuturnam diuinæ huius noui Testamenti Arcæ (qua ipsemet Christus continebatur) in ea domo mansionem, mille eam benedictionibus repleuisse: quas, si viua ego fide intelligerem, mox eam in meã domum transferri; excelsæque huius Virginis deuotionem in anima mea, non mentibus tribus tantùm, sed vita morari exoptarem, quò cælestibus me benedictionibus repleret.

Arcę benedictio

Deuotio erga B. Virginem

NON est prætereundum tamen, quod, cùm media B. Virgine Deus tãtis misericordiis Ioannem Baptistam & Elisabetham repleuisset, *Zachariæ* tamen, Ioannis parenti, non reddiderit sanitatem; nec in sententia Angeli dispensare voluerit, qua prædixerat illum, donec filius nasceretur, mutum futurum. cùm enim Deus sit iustus: expediebat ad iustitiæ ordinem, ita fieri, vt Angelus prædixerat; misericordiam verò in commodius tempus differri. Ex quo discam, secreta Dei iudicia venerari; meipsum diuinæ dispositioni subijcere; & conueniens visitationis eius tempus expectare: quia nullus est rei præfixus terminus, qui non aliquandò tandem perueniat: Nã, quod hoc die S. Elisabethæ; alio tribuit Zachariæ, & quidem cumulatiùs.

Deus & si misericors sed simul Iustus Omnia tribuit in tempore suo.

MEDITATIO XIII.

DE S. IOANNIS CHRISTI DOMINI Præcursoris Natali.

PVNCTVM I.

Pro festo S. Ioannis Baptistæ.

DEMITTENDA est eorum consideratio, quæ S. Ioannis conceptionem præcesserunt. Quem enim Deus in suum Præcursorem elegerat, voluit honorare; quòtum *misericordiæ* suæ magnitudinem, tum *officij*, quod illi committebat, excellentiam, ad ipsius Christi gloriam, cuius ille præcursor erat, manifestaret.

S. Ioannes miraculosè nascitur. *Lib. 1. Dial. cap. 8.*

PRIMVM itaque voluit, eum *miraculo* concipi à parentibus sterilibus, sed sanctis, qui orationibus & piis desideriis eum impetrarent. Oratio enim (teste Sancto Gregorio, dum de Isaac natiuitate differit) est aptissimũ, quo Deus nos vult vti, vt, quæ in æterna sua prædestinatione dare

decreuit

decreuit impetremus. Ex quo ad Orationis maiorem affectum meritò excitabimur; & ad magnam in ea spem, etiam in rebus quæ difficiliores videntur, collocandam: quia ad omnia reuera valet.

Oratio impetrat omnia.

VOLVIT etiam Deus, huius sancti conceptionē per eundem Gabrielem Archangelum nunciari, per quem filij etiam sui erat Incarnatio annuncianda: qui eodem obedientiæ spiritu ad vtranque descendit; quia idem Dominus mittebat ad vtranque: quemadmodum Raphael ad Thobiam descendit, vt etiam in vilioribus inseruiret eadem animi promptitudine, qua ad altissima ministeria missus fuisset. Omnes enim Angeli id maximæ sibi gloriæ ducunt; quò Dei in omnibus exequantur voluntatem.

Ab Angelo denunciatur.

Indifferentia Angelorum.

Mox grandia illa perpendam, quæ S. Gabriel de nascituro Infante prædixit, quò ab omnibus magni æstimaretur; parentemque doceret rationem eum educandi dignè, ad munus quod erat obiturus.

Prædicta ab Angelo

QUARE PRIMVM, nomen, quod, iubente Deo, erat habiturus, aperuit. a *Et vocabis*, inquit, *nomen eius* IOANNEM. quod interpretatur GRATIA: ad significandum, ipsum quantumquantum, veluti exemplar quoddam futurum, in quo diuinæ gratiæ diuitiæ elucerent, quam in Dei conspectu verè inuenisset; à quo, nullis suis meritis exigentibus, electus vocatusque esset: b *cuius* etiam *nominis de ventre matris eius est recordatus.*

I. Ioannes Gratia.

a *Luc.1.14.*

b *Isai. 49.1.*

SECVNDÒ prædixit Angelus: *Erit magnus coram Domino*, in iis videlicet rebus, quas ille magnas iudicat, quales sunt virtutes & sanctitatis dona. Magnus itaque futurus erat in humilitate, magnus in obedientia, patientia, Oratione, contemplatione, & in officio, quod magni præstant in domo Domini.

II. Magnus coram Domino

TERTIÒ, quòd futurus esset temperantissimus: *Vinum & siceram non bibet*, sicut legitimus *Nazaræus*, diuino seruitio penitus dedicatus. & quoniam Dei promissa, inania non sunt, sed plena, quia simul largitur necessaria ad executionem, adiecit Angelus QVARTAM illam excellentiam: *Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* idque ea plenitudine, quam dignitas officij, ad quod eligebatur, exigebat: vt ab ipso ventre incipiens, ad finem vsque vitæ proficiendo pergeret. QVINTÒ prædixit: *Et ipse præcedet ante illum*, scil. Dominum, *in spiritu & virtute Eliæ*: huius enim zelo *multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum, parabitque eidem plebem perfectam*, & ad legem nouam, quam Dominus ipse veniens traditurus est, amplectendam disponet.

III. Nazaræus Temperãs Deo dicatus

IV. Plenus S. Spiritu.

V. Præcursor Christi

Ex qua tota Angeli prædictione apparet, Infantem hunc omnibus modis perfectionis; *perfectum* futurum; erga Deum, seipsum & proximos. Erga DEVM, propter dona gratiæ ei conferenda; erga *seipsum*, ob seueram mortificationem, & pœnitentiam; erga *proximos*, ob zelum salutis eorum:

Perfectus erga Deum, se & proximos.

tanta fecit, fas est credere, trium mentium spatio, eadem auxisse; præcipuè in S. Elisabetha, sapiùs cum ea de his mysteriis conferendo; & porrò ambas ad Orationem, familiaritatem que cum Deo, & variis virtutũ exercitia fese mutuò exhortatas esse. Quod si verum est, Deum ob commorantem in domo Obededom *Arcam Testamenti*, ipsi totique eius domui benedixisse, ac bonis multis ita repleuisse, vt Rex Dauid, æmulatione quadam sanctæ, quo benedictionem à Deo acciperet: ibo, dixerit, *& reducam arcam cum benedictione in domum meam*: quantò magis credendum est, tam diuturnam diuinæ huius noui Testamenti Arcæ (qua ipsemet Christus continebatur) in ea domo mansionem, mille eam benedictionibus repleuisse: quas, si viua ego fide intelligerem, mox eam in meã domum transferri; excelsæque huius Virginis deuotionem in anima mea, non mensibus tribus tantùm, sed vita morari exoptarem, quò cælestibus me benedictionibus repleret.

Arcę benedictio

Deuotio erga B. Virginem

NON est prætereundum tamen, quod, cùm media B. Virgine Deus tãtis misericordiis Ioannem Baptistam & Elisabetham repleuisset, *Zachariæ* tamen, Ioannis parenti, non reddiderit sanitatem; nec in sententia Angeli dispensare voluerit, qua prædixerat illum, donec filius nasceretur, mutum futurum. cùm enim Deus sit iustus: expediebat ad iustitiæ ordinem, ita fieri, vt Angelus prædixerat; misericordiam verò in commodius tempus differri. Ex quo discam, secreta Dei iudicia venerari; meipsum diuinæ dispositioni subijcere; & conueniens visitationis eius tempus expectare: quia nullus est rei præfixus terminus, qui non aliquandò tandem perueniat: Nã, quod hoc die S. Elisabethæ; alio tribuit Zachariæ, & quidem cumulatiùs.

Deus & misericors sed simul Iustus Omnia tribuit in tempore suo.

MEDITATIO XIII.

DE S. IOANNIS CHRISTI DOMINI Præcursoris Natali.

PVNCTVM I.

Pro *festo S. Ioannis Baptist.*

DEMITTENDA est eorum consideratio, quæ S. Ioannis conceptionem præcesserunt. Quem enim Deus in suum Præcursorem elegerat, voluit honorare; quò tum *misericordiæ* suæ magnitudinem, tum *officij*, quod illi committebat, excellentiam, ad ipsius Christi gloriam, cuius ille præcursor erat, manifestaret.

I. Ioannes miraculosè nascitur. *Lib. 1. Dial. ap. 8.*

PRIMVM itaque voluit, eum *miraculo* concipi à parentibus sterilibus, sed sanctis, qui orationibus & piis desideriis eum impetrarent. Oratio enim (teste Sancto Gregorio, dum de Isaac natiuitate differit) est aptissimũ, quo Deus nos vult vti, vt, quæ in æterna sua prædestinatione dare

decreuit

decreuit impetremus. Ex quo ad Orationis maiorem affectum meritò excitabimur; & ad magnam in ea ſpem, etiam in rebus quæ difficiliores videntur, collocandam: quia ad omnia reuera valet.

Oratio impetrat omnia.

VOLVIT etiam Deus, huius ſancti conceptionẽ per eundem Gabrielem Archangelum nunciari, per quem filij etiam ſui erat Incarnatio annunciãda: qui eodem obedientiæ ſpiritu ad vtranque deſcendit; quia idem Dominus mittebat ad vtranque: quemadmodum Raphael ad Thobiam deſcendit, vt etiam in vilioribus inſeruiret eadem animi promptitudine, qua ad altiſsima miniſteria miſſus fuiſſet. Omnes enim Angeli id maximæ ſibi gloriæ ducunt; quò Dei in omnibus exequantur voluntatem.

Ab Angelo denunciatur.

Indifferentia Angelorum.

Mox grandia illa perpendam, quæ S. Gabriel de naſcituro Infante prædixit, quò ab omnibus magni æſtimaretur; parentemque doceret rationem eum educandi dignè, ad munus quod erat obiturus.

Prædicta ab Angelo

Quare PRIMVM, nomen, quod, iubente Deo, erat habiturus, aperuit. a *Et vocabis*, inquit, *nomen eius* IOANNEM. quod interpretatur GRATIA: ad ſignificandum, ipſum quantumquantum, veluti exemplar quoddam futurum, in quo diuinæ gratiæ diuitiæ elucerent, quam in Dei conſpectu verè inuenisſet; à quo, nullis ſuis meritis exigentibus, electus vocatusque eſſet: b *cuius* etiam *nominis de ventre matris eius eſt recordatus.*

I. Ioannes Gratia.

a *Luc.1.14.*

b *Iſai. 49.1.*

SECVNDÒ prædixit Angelus: *Erit magnus coram Domino*, in iis videlicet rebus, quas ille magnas iudicat, quales ſunt virtutes & ſanctitatis dona. Magnus itaque futurus erat in humilitate, magnus in obedientia, patientia, Oratione, contemplatione, & in officio, quod magni præſtant in domo Domini.

II. Magnus coram Domino

TERTIO, quòd futurus eſſet temperantiſsimus: *Vinum & ſiceram non bibet*, ſicut legitimus *Nazaræus*, diuino ſeruitio penitus dedicatus. & quoniam Dei promiſſa, inania non ſunt, ſed plena, quia ſimul largitur neceſſaria ad executionem, adiecit Angelus QVARTAM illam excellentiam: *Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* idque ea plenitudine, quam dignitas officij, ad quod eligebatur, exigebat: vt ab ipſo ventre incipiens, ad finem vſque vitæ proficiendo pergeret. QVINTÒ prædixit: *Et ipſe præcedet ante illum*, ſcil. Dominum, *in ſpiritu & virtute Eliæ*: huius enim zelo *multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum, parabitque eidem plebem perfectam*, & ad legem nouam, quam Dominus ipſe veniens traditurus eſt, amplectendam diſponet.

III. Nazaræus Temperãs Deo dicatus

IV. Plenus S. Spiritu.

V. Præcurſor Chriſti

Ex qua tota Angeli prædictione apparet, Infantem hunc omnibus modis perfectionis, *perfectum* futurum; erga Deum, ſeipſum & proximos. Erga DEVM, propter dona gratiæ ei conferenda; erga *ſeipſum*, ob ſeueram mortificationem, & pœnitentiam; erga *proximos*, ob zelum ſalutis eorum:

Perfectus erga Deum, ſe & proximos.

non enim propriâ contentus, aliorum etiam procuraturus erat perfectionem. Omnia ad illius gloriam dirigens, quem, vt Præcursor, præcederet. Quod perfectionis exemplar meritò mihi ob oculos ad imitandũ constituam, iuxta illud Michææ: c *Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* Quòd cùm omnibus sit à Propheta dictum, ex his tamen huius sancti excellentiis, quas Deus tanti facit, eas etiã habere contendam, quæ statui & conditioni meæ conueniunt, orans diuinam bonitatem, eas vt mihi largiri dignetur illius amoris intuitu, quo suum hunc Præcursorem est prosecutus, cui tam liberaliter eas est elargitus.

c Mic. 6. 8

PVNCTVM II.

In visitatione data

CONSIDERANDAE deinde sunt singulares gratiæ infanti huic, adhuc in matris vtero latenti, sexto post conceptionem mense, à Christo impertitæ, dum & ipse in Virginis matris suæ vtero ad eum visitandum & sanctificandum venit, vt meditatione proxima retulimus: ex qua tres huius sancti prærogatiuas colligimus.

I. Primitiæ Sanctorũ eminentes

PRIMA, quòd ipse S. Ioannes fuerit Sanctorum *Primitiæ*, quos post Incarnationem suam Christus sanctificauit: vt par sit credere, *eminenter* eum sanctificasse, insigni sanctitate, gratijs gratis datis, perfectissimò excellentique modo impertitis; rationis & liberi arbitrij vsu, tantillo infantulo concesso; menteque ita illustrata, vt Incarnationis mysterium caperet; voluntate denique feruentissimis amoris admirationisque affectibus inflammata, ac iubilis & gaudijs in Spiritu sancto repleta.

II. Rationis vsus perpetuus. a *Rom. 11. 29. in Luc 1.* Progressus in virtute

SECVNDA prærogatiua fuit, quòd quoniam (Apost. teste) a *Dei dona sunt sine panitentia*, par sit credere, (vt S. Ambr. ait) rationis vsum semel concessum, ampliùs illi ablatum non fuisse; ac porrò, vt B. Virgo tribus illis mensibus, quibus apud S. Elisabetham commorabatur, eã, vt in virtute cresceret, iuuabat; ita infantem IESVM, ex materno vtero, Ioannẽ iuuisse, vt in accepta sanctitate proficeret, nouis libori arbitrij actibus, charitatis Spiritus sancti, quo plenus erat, inflammatis.

III. Matri obtinuit multa dona. *S. Amb. & Beda in Luc.*

TERTIA fuit, quòd (vt sancti sentiunt) ipsius infantis intuitu Deus eius matrem multis etiam gratijs, donisque, nominatim Prophetiæ, & Spiritu S. repleuerit: quo nobis, quanti eum faceret, ostenderet; ac spem faceret, magna, eodem intercedente, nos impetrare posse. Quare magnum erga eum meritò amorem concipiã, ei congaudens, ob tot fauores, quibus Deus est eum prosecutus: & eodem nomine gratias ipsi Deo agam: Sanctũ verò ipsum, vt pro me intercedere, aliquamque eorum partem impetrare velit, instantiùs rogabo.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM III.

TERTIO, insigniora quædam sunt consideranda, quæ in ipsa S. Ioannis natiuitate contigerũt. PRIMVM: Quod cum ad eum circumcidendum ventum esset, eius parentes à Deo inspirati, contra omnium cognatorum sententiam, dixerint, eius nomen esse IOANNEM: quod *gratia* interpretatur. quò significaretur, licet ob Circumcisionem grauissimo legis veteris onere grauaretur, collatam ei à Deo fuisse copiosam ad illud ferendum gratiam; & simul, ad nouæ legi, quæ gratiæ erat, initium quodammodo dandum; dicente Euangelista: a *Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem: ex eo Regnum Dei euangelizatur:* Quare aliqua eius legis pars illi contigit, in qua gratia hæc omnibus datur. Quamobrem Deum orabo, vt, qui legis suæ me iugo subiecit, det etiam gratiam ad ferendum.

In Natiuitate I.

Gratiæ exordium

a Luc. 16. 16

SECVNDVM fuit, quod parens eius Zacharias, loquendi facultate recepta, mox Spiritu S. repletus, & Prophetiæ dono accepto, in Canticũ illud eruperit: *Benedictus Dominus Deus Israel*, in quo à Dei laudibus inchoans, qui tam liberalem se, nos visitando, ostendit, ad ipsius Præcursoris encomia delabitur. Est enim diuini Spiritûs proprium, Dei laudes, ob eius beneficia; sanctorum verò, ob eis cõmunicata dona, spirare. Sed eminet illa eiusdem Infantis excellentia, singularisque Dei in ipsum amor; quòd eam parenti eius gratiam concesserit, statim ac ille IOANNIS nomen in pugillaribus scripsit, vt appareat, qua gratia studioque eos Deus prosequatur, qui piè Sancti huius nomẽ venerabuntur. O *Infans sanctissime*, gaudeo te à Deo tantoperè diligi: & quoniam, iuxta nominis tui etymologiam, gratia plenus es: obtineas mihi, obsecro, ab eodem Domino, mevt illa etiã repleat: quò æternum ei seruiens, eodem tecum fruar per secula. Amen.

II. Patri obtinet Prophetiam, & loquelam.

S. Ioannis veneratio

Oratio

TERTIVM, contigit insignis omnium, ad quorum notitiam hæc gesta perueniebant, lætitia reuerentiaque plena admiratio, iuxta verbum Angeli: b *Et in natiuitate eius multi gaudebunt*; & Euangelistæ dicentis: *mirati sunt vniuersi; & factus est timor super omnes vicinos eorum.* Quò significaretur datum eum esse à Deo Ecclesiæ, tanquam spiritualis eius *lætitiæ aduocatum*, quæ est deuotionis effectus, & pignus æternæ vitæ.

III

b Luc. 1. 14. 63 65. Aduocatus lætitiæ.

VLTIMVM idque excellentissimum fuit, quod de eius vitæ exordio ait Euangelista: *Et enim manus Domini erat cum illo.* Nam eius potentia illi fauebat, admiranda per eum operabatur, mouebat, dirigebat in omnibus, in necessitatib. protegebat. Quapropter Ecclesia illud de Isaia dictũ, sancto huic accommodat: c *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. In vmbra manus suæ protexit me: & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra abscondit me.*

IV. Manus Domini cũ eo.

c Isai. 49. 1.

OFELICEM SAGITTAM, quæ non proprio, sed omnipotentis ebaOratio

uemus: dum nos eorum tum indignos iudicamus; tum in conferentem gratos oſtendimus.

Affectus humilitatis in Sacra Communione.

QVARE par erit, cum me Deus interiùs viſitare dignabitur; aut cum ad ſacram accedo communionem, vtramque hanc cognitionem, huius Sanctæ exemplo in me excitare, Vilitatis meæ, & ipſius Maieſtatis, reſpiciens verò ipſius Dei bonitatem, ex qua tanta bona mihi proueniunt, ſtupore plenus dicam: *Vnde hoc mihi vt veniat Dominus meus ad me?* ad me, inquam, vile mancipium; ad me adeò ingratum, & miſerrimum peccatorem! ad me venit Dominus meus, Dominus infinitæ Maieſtatis! vt me viſitet! vt pauperem domum meã ingrediatur! vnde mihi tantus Dei mei fauor? Num ex meritis aut obſequiis meis? ex natura aut induſtria propria mea? O benedicta ſit tanta, tamq; immenſa Dei charitas, quæ vilem adeò abiectamque non dedignatur viſitare creaturam ex ſola ſua miſericordia infinita!

IV. Prophetia. g *Luc. 1. 45*

QVARTO denique, S. Eliſabetha B. Virginem in propoſito & fide ſua confirmauit, dicens: g *Beata, quæ credidiſti: quia perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino.* Quibus verbis, inſigne *Prophetiæ* donum, quod acceperat, patefecit. Agnouit enim quæcunque B. ipſam Virginem concernebant; tam *præterita* quæ Angelus ei fuerat locutus; quàm *præſentia*; quòd verè eſſet iam Dei mater; & *futura*, quæ implenda erant. Ex quo licet coniicere, quam in more habeat Spiritus ſanctus, iuſtis, in quibus habitat, inſpirare, vt ipſius donis in proximorum vtilitatem vtantur; eos tum in fide, tum in charitate, quæ Deo debetur, confirmando. In his omnib. affectibus ſtudebo ſanctam Eliſabetham pro viribus imitari: eandem rogans, vt ab ipſo Domino gratiam ad id præſtandum, mihi velit impetrare.

Zelus animarum.

Mater Dei.

VLTIMO perpendam, hoc die promulgatum fuiſſe excellentiſsimum B. Virginis nomen, quod eſt MATER DEI, quod ipſa, magnâ quidem humilitate, ſed magno ſimul gaudio audiuit: & ideò meritò eodem nomine eam ſalutabo, & congratulabor; eum ſimul laudans, à quo fuit impoſitum.

PVNCTVM III.

In quo Meditatio inſtituitur, circa B. Virginis Canticum, MAGNIFICAT.

TERTIO conſideranda eſt B. Virginis ad S. Eliſabetham reſponſio: Nam & ipſa, altiſsimo prophetiæ ſpiritu repleta, ſtatim atq; Eliſabetha loquendi finem fecit, in admirandum illud Canticum MAGNIFICAT, &c. erupit.

CIR-

CIRCA quod, illud in primis obſerua: Etſi B. Virgo multa de propriis laudibus à S. Eliſabetha audiuiſſet, non tamen reſponſum in laudantem, vulgari hominum more, qui gratitudinis intuitu eos viciſsim laudare ſtudent, à quibus laudes ſuas audiuerint; ſed omnia ſua verba ad DEVM Dominum noſtrum direxiſſe: vt nos doceret, qua ratione cum iis nos gerere debeamus, qui nos aut noſtra extollunt. Optimum enim nobisque ſecuriſsimum eſt, ſermonem ad alia conuertere; loquique cum Deo, à quo bona illa, ob quæ laudamur, proueniunt.

I. Laudata Deum laudat à quo omnia non laudãtem.

DEINDE perpendendum: eandem Beatam Virginem, quæ, ſiue cum Angelis, ſiue cum hominibus loqueretur, parciſsima ſemper ac moderatiſsima fuit in verbis; liberaliorem ſe cum Deo & de ipſius Magnalibus loquentem oſtendiſſe: vt enim prius illud à *prudentia* & circumſpectione; ita hoc ab *amoris* exceſſu, gratoque animo profici ſcitur, iuxta illud Sapientis: a *Benedicentes Deum exaltate illum, quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude.* & ſicut qui Deo eſt plenus, eius ſermones nõ ſolùm de eo ſunt omnes, ſed *affectu* etiam tali, vt in omnibus, quæ habet, ipſum exaltet atque glorificet: (b *ex abundantia enim cordis os loquitur*) ita B. Virgo, vtpotè Deo plena, ſupremum hoc canticum, Dei affectibus pleniſsimum, ore ſuo protulit. In quo decẽ ſunt verſus tanquã decẽ chordæ in c *Pſalterio* aut *Cithara*, ei ſimili, in qua Dauid ad DEVM glorificandum cantare nos iubet. Eritq; propterea è re noſtra, ſingula eius verba meditari: quò diſcamus, illud etiã ſpiritu recitare, ad ipſius Virginis honorem: ſingulis item verbis, aut verſibus ſanctum aliquem affectum adiungere, aut gaudium de eiuſdem Virginis virtutibus; petitione aliqua & colloquio circa eaſdem additis.

II. Cum creatutis parcè loquitur cum & de Deo proliciè.

a *Eccl.* 43. 33

Et magno affectu

b *Matt.* 12. 34.

c *Pſal.* 48. 5 91. 4. 143. 9

MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM.

IN hoc verſu nos docet B. Virgo, quo ſpiritu ſit Deus laudandus; altè videlicet atque *magnificè* de eo ſentiendo; omniaque eius, quantum poſſibile eſt, extollendo, bonitatem, miſericordiã, ſapientiam, charitatem, atque rationem eius dominandi præſtantiſsimam: nec id tantùm ore, ſed animo & internis eius facultatibus: omnes illas ad Dei laudes, exemplo d Dauidis, inuitando. Et obſeruandum: non dixiſſe B. Virginem: *Magnificauit*, aut *magnificabit* anima mea; ſed MAGNIFICAT, quo oſtenderet, principale ſuum officium & perpetuam occupationem eſſe, Deum magnificare; faciẽs, adhuc in terra exiſtens, quod Angeli faciũt in cœlo. O ſi anima mea Dominum Deum ſuum ita magnificaret! O DEVS *maieſtatis infinitæ*, parum ego poſſum te meis laudibus extollere; ſed quo poſſum tamen modo, laudo & exalto te, humiliter confitens, te e *maiorem eſſe omni laude*, ſuprà quàm vel dicere vel ſentire poſsim. O VIRGO excelſiſsima, cuius ſemper anima Dominum magnificabat, omnesque ad idem

III. Magnificè Deus laudandus

d *Pſal.* 102. 1. & 103. 1. Semper & nunc Oratio ad Deum

e *Eccl.* 43. 33 ad *B. Virg.*

præstandum, vt alter Dauid, inuitabat! impetra mihi, quæso, vt & mea idem faciens, semper se in eiusdem laudibus decantandis occupet, in sæcula, Amen.

ET EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS IN DEO salutari meo.

Ratio Deo congaudēdi.

His verbis aperit nobis B. Virgo, qua ratione Deo congaudere possimus: *quinque* ad gaudij huius puritatem requisitas conditiones insinuans.

1. In Spiritualibus.

PRIMA est, quòd non in corporeis, sed in *spiritualibus* rebus sit collocandum. DEINDE, non tam in donis, quæ nobis confert, quàm in ipso largitore. TERTIO, quamuis gaudendum meritò sit in Deo, quà creator noster est; præcipuè tamen, gaudere decet in eo, quà *Saluator* & sanctificator noster est: eo enim nomine, spiritualis nostræ lætitiæ, quæ in sanctitate & animæ nostræ salute fundatur, fons est & origo. QVARTA, idem gaudium, in *spiritu* præcipuè, siue superiore animæ parte, esse oportet, quò ab omni etiam carnis odore (quem sensibile corporis gaudium inuoluere solet) sit purior: quamuis etiam spiritus exultatio in *carnem* interdum redundet, iuxta illud Dauidis: f *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* DENIQVE spiritus noster non in se ipso, quasi propriis meritis dona, ob quæ gaudet, accepisset; sed in Deo salutari suo, qui illa donauit, & cui tota nostra lætitia inniti debet, exultet, cum Dauide dicens: g *Anima mea exultabit in Domino; & delectabitur super salutari suo.* Ascende igitur anima mea spiritu supra teipsam, sicut Virgo hæc sanctissima; & exulta purè in Deo salutari tuo: in solo, inquam, ipso totum gaudium tuum colloca, si exultare cupis; in Deo exulta: ille enim desideria & h *petitiones cordis tui* implebit; i *vt gaudium tuum sit plenum, & nemo illud tollat à te, donec* k *intres in* æternum *gaudium Domini tui.*

2. In Deo.

3. Salutari.

4. Spiritus interdum & Caro

5. Deo adscribe

Colloquiū

f *Psal.* 35. 3. & 15. 9.

g *Psal.* 36. 4.

h *Ioan.* 16. 24 22.

i *Ioan.* 16. 22.

k *Matt.* 25. 21

QVIA RESPEXIT HVMILITATEM ANCILLAE SVAE.

IV. Beneficia B. V. Virg. Tria propria

DECEM insignia beneficia in hoc & sequentibus versibus commemorat B. Virgo, *tria* sibi propria, SEPTEM aliis etiam communia, tanquam præcipuas causas, propter quas Deum magnificet, in eo exultet, eique se gratam exhibeat.

1. A Deo respici. Fontes duo beneficiorum Primarius Bonitas Dei

PRIMVM BENEFICIVM ipsi proprium est, quòd *ancillæ suæ humilitatem respexerit.* Quibus verbis duplicem insinuat causam & originem diuinorum beneficiorum; alteram præcipuam ex parte Dei, ex nostra alterā. Ex parte Dei illa est, quòd nos benignis oculis dignetur respicere, nostrique meminisse, vt benefaciat. Etsi enim verissimè omnia videat; nō tamen illa dicitur respicere aut curare, quæ in eorum nihili abyssо, aut in miseriæ profundo relinquit; sed ea tantùm, quæ ideò respicit, vt benè illis faciat. Ex parte nostra ea est, quòd, paruitatem nostram agnoscentes, ad largitatis diuinæ dona percipienda, disponamur. Quare optimè, à

Alter ceu d spositio Cognitio sui

Deo

Deo illustrata B. Virgo vtranque hanc causam coniungens, Deum magnificat, quòd *ancillæ suæ humilitatem respexerit*. qua tamen sententia, non tam se humilitatis virtutem habere agnoscit, quàm eius reipsa specimen præbet. Nam, quæ verè humilis erat, non se talem existimabat; aut certe silentio id inuoluisset: sed ipsam humilitatem exercens, paruam, vilem, & vt ancillam abiectam se esse fatetur: & quoniam talem Deus respicere non est dedignatus, illum magnificat; docens, verum ac solidum diuinarum laudum, & grati animi fundamentum pro acceptis beneficiis, nostræ paruitatis & indignitatis cognationē esse: qua nō solùm omnes vanæ cōplacentiæ periculum euadimus; (l in quod superbus ille Pharisæus incidit) sed tanquam incitamento vtimur, ad impetrandum à Deo, vt benignis oculis nos respiciens, maiora conferat beneficia: qui (vt asserit Dauid) m *humilia respicit in cœlo & in terra. Suscitans à terra inopem; & de stercore erigens pauperem.* Quod ipse Dauid expertus dicebat: n *Quoniã respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.* O DEVS altissime, cœlorum habitans altitudinem, respice vilis huius serui paruitatē, & consuetam exhibe misericordiam; o *educens eum de lacu miseriæ, & de luto fæcis: suscitans à terra inopem; & de stercore erigens pauperem: vt colloces eum cum principibus,* & sanctis tuis, sanctum eum, sicut illos, faciens. Amen.

l *Luc.* 18.11.

m *Psa.* 112.6

n *Psal.* 30.8

Oratio.

o *Psal.* 112.6

ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME DICENT *omnes generationes.*

SECVNDVM B. Virgini proprium BENEFICIVM, cuius intuitu Deū magnificat, illud est, quòd ab eo tempore, quo Deus, ipsius humilitatem respicere dignatus est, *omnes* hominum *generationes* siue præsentes siue futuræ, quæ in Christum crederent, *beatam* ipsam felicemque *dicerent*. Quâ sententiâ non accepit huiusmodi proprias laudes, tanquâ gaudij sui materiam; sed tum *magnalia* illa, quæ à Deo acceperat, quibus laudes illæ innituntur; tùm bona illa & spiritualia lucra, quæ illi consequentur, qui ipsi seruient, beatamque pronuntiabunt. O *excelsissima virgo:* ego partes meas iuxta hanc tuã prophetiã, explere auco, & inter eos numerari, qui p *Beatam te dicant, Beata es, quæ,* vt cognata tua dixit, credidisti: Beata, cuius *venter* Saluatorem mundi *portauit:* multoque beatior, quòd q *Dei verbum audieris, & custodieris.* Beata es propter eēto illa, quæ filius tuus Beatitudinis encomio, in mōte apud discipulos suos, exornauit. Es enim r PAVPER SPIRITV: ideoque tuum est, *Regnum cœlorum:* Es MITIS, quæ viuentium *possides terram;* Huius mundi mala LVXISTI: & idcò meritò *cōsolaris;* ESVRIISTI & SITIVISTI IVSTITIAM: nunc ergo *saturaris,* fuisti *misericors:* es itaque *misericordiam consecuta;* fuisti PACIFICA: ideo eminenter *Dei filia vocaris;* fuisti MVNDO CORDE: vides ergo nunc

Humilis nec credit nec prædicat se talē.

II.

Beatam ab omnibus prædicari Non gaudet de suis laudibus sed Dei donis & laudantium lucris

Oratio

p *Luc.* 1. 45.

q *Luc.* 11. 28

r *Matt.* 5. 3. &c.

tendat, cuiuſcunque tandem illi ſint nationis. Eſt enim ſanctorum id proprium, vt cum accepta à Deo recognoſcunt dona, *maiora* alia de ipſius miſericordia expectēt, iuxta illud Apoſt. x *Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit; in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet.* Eſt etiā eorundē Sanctorum, non exiſtimare, ſolem iuſtitiæ ſibi tantùm, non etiam aliis illucescere; ſed altiſſimè de eius miſericordia ſentire: quod ſeſe ad multos alios & per ſæcula extendat, & reuelet: quo etiam nomine & ipſi gratias agunt, omnium hominum beneficia, vt propria reputantes; totoque corde exultantes quòd tam benignum Deum habeant, qui nemini ipſum timenti deneget miſericordiam. Id quod Dauid toto Pſalmo centeſimo ſecundo fecit. Nihil enim in eo aliud agit, quàm vt vtroque hoc nomine, miſericordiæ ſcilicet in ſe, & alios iuſtos effuſæ, Deum glorificet.

Maiora ſperare iubet. 2.Cor. 1. 10.

Etiam pro aliis

FECIT POTENTIAM IN BRACHIO SVO.

QVINTVS titulus ratioque Deū magnificandi, fuerunt *omnipotentiæ* eius opera: quæ virtute ac fortitudine ſua abſque vllius auxilio perfecit, quæ memoriâ ſuâ Virgo B. reuoluit, recordata creationis huius vniuerſitatis, conſeruationis, ac tam prouidæ gubernationis; Prodigiorum item in eductione populi Iſrael ex Aegypto, & ad promiſsionis terram per deſertum deductionis; ac reliquorum, quæ ſacra ſcriptura refert. Nominatim verò *Incarnationis* verbi diuini ſtupendum & recentiſsimum opus præſenti memoria commemorans, in quo verè potentiam & brachij ſui virtutem maximè oſtendit. Propter quæ omnia Deum magnificauit, vno hoc verbo complexa, quicquid Dauid prolixè & minutim de omnibus his magnalibus recenſuit,

V. Opera omnipotentiæ Dei.

Pſalm. 135. toto.

PRAETEREA in hoc & ſequentibus verſibus, non ſolùm B. Virgo refert, quæ fecit Deus, ſed etiā quæ facere conſueuit, vel in more habet facere conſona bonitati ſuæ. laudat itaque illum quòd potenter, & maxima quæque brachio ſuo operari conſueuerit, quando, quomodo, & erga quē magis illi placet. qui vt talia olim, etiam nunc facit, ac facturus eſt in poſterum. Ex quibus magna mihi in Deo gaudendi orietur occaſio; ſperādique futurum, vt magna etiam, brachij ſui virtute, in me aliquando operetur.

Nō modo facta ſed & futura.

DISPERSIT SVPERBOS MENTE CORDIS SVI.

SEXTA cauſa Deum magnificandi fuit, non ſolùm omnipotentia, quam in beneficiis & miſericordiæ operibus oſtendit; ſed quam etiā in *iuſtitiæ* ſuæ ſeueritate, manifeſtauit; ſuperbos ſeueriſsimè caſtigans, illorum machinas, & cordium diſsipans cogitationes. Recolebat itaque B. Virgo, quo pacto Deus, ſuperbiſsimi *Luciferi* machinamēta illa diſſoluit, quæ ſine fundamento in mente ſua fabricare cęperat, cùm diceret: y

VI. Iuſtitia Dei in ſuperbos Luciferum

ſuriunt, tantopere fauet. O mi ſpiritus: exulta in Deo ſalutari tuo, ii *qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus: qui replet in bonis deſiderium tuum.* gloriare, quòd paruus ſis, eſuriens & egens; quò à Deo exalteris, ſatieris, & tua deſideria impleantur: caue verò, ſuperbus diues, ac faſtidioſus ſis, ne ex tua ſede deiiciaris, eiusque ſpolieris gratiâ. ii *Pſal.* 102. 4.

SVSCEPIT ISRAEL PVERVM SVVM, RECORDATVS miſericordiæ ſuæ: Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula.

DVos alios titulos cauſasve duo hi vltimi verſus complectuntur, ad nos exhilarandos, Deumque laudandum efficaciſsimas. *Altera* eſt, ipſius cura & prouidentia, quã de iis gerit, quos ſemel in domeſticos & filios ſuſcepit, accurrẽs ipſemet ad eos iuuandos. Etſi enim interdũ eorũ videatur obliuiſci; maturè tamẽ, miſericordiæ ſuæ recordatus, adeſt ſicut B. Virgo hic prædicat, quòd Iſraelis, & in eo mũdi totius memor, factus ſit homo, vt ei remedium adferret. *Altera cauſa* eſt, inſignis eiuſdem Dei fidelitas in promiſsis, Parentibus noſtris factis, adimplens ea filiis eorum vſque ad mundi finem. Quemadmodum id quod Abrahamo Dauidique promiſerat, hoc inſigni Incarnationis ſuæ opere adimpleuit. Vtriuſque huius cauſæ conſideratione accenſa. B. Virginis anima, Dominũ magnificauit, *exultante* eius *ſpiritu in Deo ſalutari* ſuo. Eiſdem cauſis par eſt, & meum ſpiritum ad ſimiles affectus accendi: cũm huiuſmodi prouidentiã Dei erga eius filios; & fidelitatẽ in iis, quæ Apoſtolis Patribus noſtris promiſit, experiamur quotidie; meritoque ſperemus, eum, vſque ad mundi finem, non defuturum fidelibus, Apoſtolorum filiis & poſteris.

IX. Prouidentia Dei circa electos

X. Veritas & Fidelitas in promiſsis

HAE decem ſunt cauſæ ſiue tituli, quos in hoc ſuo Cantico B. Virgo allegauit: ad magnificandum Deum, ipſius Incarnati Verbi inſpiratione, quod viſceribus ſuis incluſum gerebat, excitata. Ex quibus & mihi licet Pſalterium aliud decem chordarum, ad Deum, nunc hoc, nunc illo modo, laudandum, conſtruere. Sed quoniam ego id, vt oportet, præſtare neſcio; Verbum ipſum incarnatum orabo, velit me, vt matrem ſuam docuit, inſtruere; ipſam verò, vt interceſsione ſua, ad impetrandum iuuare dignetur, ad maiorem filij ſui gloriam.

PVNCTVM IV.

VLTIMÒ conſiderandum, quanta bona B. Virgo, dum tribus quaſi menſibus apud cognatam ſuam commorata eſt, omnibus in eadem domo manentibus attulerit, ſanctiſsimâ ſuâ conuerſatione; raraque modeſtiæ, humilitatis & charitatis exẽplo. Quæ enim in ipſo aditu

Aedificatio omnium

tanta fecit, fas est credere, trium mentium spatio, eadem auxisse; præcipuè in S. Elisabetha, sæpiùs cum ea de his mysteriis conferendo; & porrò ambas ad Orationem, familiaritatem que cum Deo, & varia virtutũ exercitia sese mutuò exhortatas esse. Quod si verum est, Deum ob commorantem in domo Obededom *Arcam Testamenti*, ipsi totique eius domui benedixisse, ac bonis multis ita repleuisse, vt Rex Dauid, æmulatione quadam sancta, quo benedictionem à Deo acciperet: ibo, dixerit, *& reducam arcam cum benedictione in domum meam*: quantò magis credendum est, tam diuturnam diuinæ huius noui Testamenti Arcæ (qua ipsemet Christus continebatur) in ea domo mansionem, mille eam benedictionibus repleuisse: quas, si viua ego fide intelligerem, mox eam in meã domum transferri; excelsæque huius Virginis deuotionem in anima mea, non mentibus tribus tantùm, sed vita morari exoptarem, quò cælestibus me benedictionibus repleret.

Arcę benedictio

Deuotio erga B. Virginem

NON est prætereundum tamen, quod, cùm media B. Virgine Deus tãtis misericordiis Ioannem Baptistam & Elisabetham repleuisset, *Zachariæ* tamen, Ioannis parenti, non reddiderit sanitatem; nec in sententia Angeli dispensare voluerit, qua prædixerat illum, donec filius nasceretur, mutum futurum. cùm enim Deus sit iustus: expediebat ad iustitiæ ordinem, ita fieri, vt Angelus prædixerat; misericordiam verò in commodius tempus differri. Ex quo discam, secreta Dei iudicia venerari; meipsum diuinæ dispositioni subijcere; & conueniens visitationis eius tempus expectare: quia nullus est rei præfixus terminus, qui non aliquandò tandem perueniat: Nã, quod hoc die S. Elisabethæ; alio tribuit Zachariæ, & quidem cumulatiùs.

Deus & misericors sed simul Iustus Omnia tribuit in tempore suo.

MEDITATIO XIII.

DE S. IOANNIS CHRISTI DOMINI Præcursoris Natali.

PVNCTVM I.

Pro *festo S. Ioannis Baptist.*

DEMITTENDA est eorum consideratio, quæ S. Ioannis conceptionem præcesserunt. Quem enim Deus in suum Præcursorem elegerat, voluit honorare; quòtum *misericordiæ* suæ magnitudinem, tum *officij*, quod illi committebat, excellentiam, ad ipsius Christi gloriam, cuius ille præcursor erat, manifestaret.

S. Ioannes miraculosè nascitur. *Lib 1. Dial. ap. 8.*

PRIMVM itaque voluit, eum *miraculo* concipi à parentibus sterilibus, sed sanctis, qui orationibus & piis desideriis eum impetrarent. Oratio enim (teste Sancto Gregorio, dum de Isaac natiuitate differit) est aptissimũ, quo Deus nos vult vti, vt, quæ in æterna sua prædestinatione dare

decreuit

decreuit impetremus. Ex quo ad Orationis maiorem affectum meritò excitabimur; & ad magnam in ea ſpem, etiam in rebus quæ difficiliores videntur, collocandam: quia ad omnia reuera valet.

Oratio impetrat omnia.

VOLVIT etiam Deus, huius ſancti conceptionē per eundem Gabrielem Archangelum nunciari, per quem filij etiam ſui erat Incarnatio annuncianda: qui eodem obedientiæ ſpiritu ad vtranque deſcendit; quia idem Dominus mittebat ad vtranque: quemadmodum Raphael ad Thobiam deſcendit, vt etiam in vilioribus inſeruiret eadem animi promptitudine, qua ad altiſsima miniſteria miſſus fuiſſet. Omnes enim Angeli id maximæ ſibi gloriæ ducunt; quò Dei in omnibus exequantur voluntatem.

Ab Angelo denunciatur.

Indifferentia Angelorum.

Mox grandia illa perpendam, quæ S. Gabriel de naſcituro Infante prædixit, quò ab omnibus magni æſtimaretur; parentemque doceret rationem eum educandi dignè, ad munus quod erat obiturus.

Prædicta ab Angelo

QUARE PRIMVM, nomen, quod, iubente Deo, erat habiturus, aperuit. a *Et vocabis*, inquit, *nomen eius* IOANNEM. quod interpretatur GRATIA: ad ſignificandum, ipſum quantumquantum, veluti exemplar quoddam futurum, in quo diuinæ gratiæ diuitiæ elucerent, quam in Dei conſpectu verè inueniſſet; à quo, nullis ſuis meritis exigentibus, electus vocatusque eſſet: b *cuius* etiam *nominis de ventre matris eius eſt recordatus.*

I. Ioannes Gratia. a *Luc.1.14.*

b *Iſai. 49.1.*

SECVNDÒ prædixit Angelus: *Erit magnus coram Domino*, in iis videlicet rebus, quas ille magnas iudicat, quales ſunt virtutes & ſanctitatis dona. Magnus itaque futurus erat in humilitate, magnus in obedientia, patientia, Oratione, contemplatione, & in officio, quod magni præſtant in domo Domini.

II. Magnus coram Domino

TERTIO, quòd futurus eſſet temperantiſsimus: *Vinum & ſiceram non bibet*, ſicut legitimus *Nazaræus*, diuino ſeruitio penitus dedicatus. & quoniam Dei promiſſa, inania non ſunt, ſed plena, quia ſimul largitur neceſſaria ad executionem, adiecit Angelus QVARTAM illam excellentiam: *Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* idque ea plenitudine, quam dignitas officij, ad quod eligebatur, exigebat: vt ab ipſo ventre incipiens, ad finem vſque vitæ proficiendo pergeret. QVINTÒ prædixit: *Et ipſe præcedet ante illum*, ſcil. Dominum, *in ſpiritu & virtute Eliæ*: huius enim zelo *multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum, parabitque eidem plebem perfectam*, & ad legem nouam, quam Dominus ipſe veniens traditurus eſt, amplectendam diſponet.

III. Nazaræus Temperãs Deo dicatus

IV. Plenus S. Spiritu.

V. Præcurſor Chriſti

Ex qua tota Angeli prædictione apparet, Infantem hunc omnibus modis perfectionis; *perfectum* futurum; erga Deum, ſeipſum & proximos. Erga DEVM, propter dona gratiæ ei conferenda; erga *ſeipſum*, ob ſeueram mortificationem, & pœnitentiam; erga *proximos*, ob zelum ſalutis eorum:

Perfectus erga Deum, ſe & proximos.

PVNCTVM III.

TERTIO, insigniora quædam sunt consideranda, quæ in ipsa S. Ioannis natiuitate contigerũt. PRIMVM: Quod cum ad eum circumcidendum ventum esset, eius parentes à Deo inspirati, contra omnium cognatorum sententiam, dixerint, eius nomen esse IOANNEM: quod *gratia* interpretatur. quò significaretur, licet ob Circumcisionem grauissimo legis veteris onere grauaretur, collatam ei à Deo fuisse copiosam ad illud ferendum gratiam; & simul, ad nouæ legi, quæ gratiæ erat, initium quodammodo dandum; dicente Euangelista: a *Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem: ex eo Regnum Dei euangelizatur:* Quare aliqua eius legis pars illi contigit, in qua gratia hæc omnibus datur. Quamobrem Deum orabo, vt, qui legis suæ me iugo subiecit, det etiam gratiam ad ferendum.

In Natiuitate I.

Gratiæ exordium

a Luc. 16. 16

SECVNDVM fuit, quod parens eius Zacharias, loquendi facultate recepta, mox Spiritu S. repletus, & Prophetiæ dono accepto, in Canticũ illud eruperit: *Benedictus Dominus Deus Israel*, in quo à Dei laudibus inchoans, qui tam liberalem se, nos visitando, ostendit, ad ipsius Præcursoris encomia delabitur. Est enim diuini Spiritûs proprium, Dei laudes, ob eius beneficia; sanctorum verò, ob eis cõmunicata dona, spirare. Sed eminet illa eiusdem Infantis excellentia, singularisque Dei in ipsum amor; quòd eam parenti eius gratiam concesserit, statim ac ille IOANNIS nomen in pugillaribus scripsit, vt appareat, qua gratia studioque eos Deus prosequatur, qui piè Sancti huius nomẽ venerabuntur. O *Infans sanctissime*, gaudeo te à Deo tantoperè diligi: & quoniam, iuxta nominis tui etymologiam, gratia plenus es: obtineas mihi, obsecro, ab eodem Domino, mevt illa etiã repleat: quò æternum ei seruiens, eodem tecum fruar per secula. Amen.

II. Patri obtinet Prophetiam, & loquelam.

S. Ioannis veneratio

Oratio

TERTIVM, contigit insignis omnium, ad quorum notitiam hæc gesta perueniebant, lætitia reuerentiaque plena admiratio, iuxta verbum Angeli: b *Et in natiuitate eius multi gaudebunt*; & Euangelistæ dicentis: *mirati sunt vniuersi; & factus est timor super omnes vicinos eorum.* Quò significaretur datum eum esse à Deo Ecclesiæ, tanquam spiritualis eius *lætitiæ aduocatum*, quæ est deuotionis effectus, & pignus æternæ vitæ.

III

b Luc. 1. 14. 63 65. Aduocatus lætitiæ.

VLTIMVM idque excellentissimum fuit, quod de eius vitæ exordio ait Euangelista: *Et enim manus Domini erat cum illo.* Nam eius potentia illi fauebat, admiranda per eum operabatur, mouebat, dirigebat in omnibus, in necessitatib. protegebat. Quapropter Ecclesia illud de Isaia dictũ, sancto huic accommodat: c *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. In vmbra manus suæ protexit me: & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra abscondit me.*

IV. Manus Domini cũ eo.

c Isai. 49. 1.

OFELICEM SAGITTAM, quæ non proprio, sed omnipotentis ebaris

Oratio

ris impuli! O electa ab Spiritu sancto sagitta, ad res magnas destinata, nunquam à potenti eius manu relicta! O manus omnipotentis, sicut præcursorem tuum dirigebas; me quoque impulsu tuo dirige ad tuam semper requirendam voluntatem; mihique assiste semper, quem nihil sine te posse, nosti.

MEDITATIO XIV.

DE IIS QVAE CONTIGERVNT, CVM S. Ioseph sponsam suam B. Virginem uterum gestare animadvertit; ac de huius Mysterij reuelatione ei ab Angelo facta.

PVNCTVM I.

MEDITATIONI huius historiæ præmittenda est tanquam eius fundamentum, *S. Iosephi* sanctitas, virtutes, & gratiæ à Deo Domino nostro ei collatæ, quò dignus esset matris eius sponsus, ipsius verò Christi educator, ita vt ab omnibus, eius parens existimaretur; atque reipsa id muneris in eius educatione & sustentatione subiret. Si enim Præcursorem suum a *Ioan. Baptistam*, & ipsos postea b *Apostolos Spiritu S. repleuit* eâ abundantiâ, quam iniuncta illis officia exigebant; operæ precium fuit, S. Iosephum excellentissimis gratijs ac donis replere: quò posset pro dignitate, commissa sibi ministeria adimplere. Qui quòd acceptis donis nosset sedulò negotiari, illa quotidie adauxit. Ideò enim Iosephi nomen habuit, quòd c *Accrescens* interpretatur; siue quòd ipsemet crescat, siue quòd augeat.

PRIMVM sanctitatem suam supra omnes sanctos, qui ipsum præcesserant, auxit: Fide enim & obedientia, excelluit *Abrahamum*; laborum tolerantia, *Iacobum*; castitate, alterum illum *Iosephum*; familiaritate cum Deo, *Moysen*; charitate erga populum suum, *Samuelem*; humilitate & mansuetudine, *Dauidem*. In quibus & alijs virtutib. & eluebat, & ita quotidiè crescebat, vt optimè illi accommodetur illud Dauidis: d *Beatus vir cuius est auxilium abs te: Ascensiones in corde suo disposuit*; Ascendens *de virtute in virtutem*, donec *videatur Deus Deorum in Sion.*

Nominatim autem crescebat felicissimus hic sanctus, ascendens mysticam Iacob scalam LECTIONIS, MEDITATIONIS ORATIONIS, &

CON-

a Luc. 1. 15. b Act. 2. 4.

c Gen. 49. 22.

d Psal. 83. 6. 8.

I. Sanctos omnes V. T. superauit.

II.

CONTEMPLATIONIS, quam ſuprà dictum eſt, ſponſam eius accendere conſueuiſſe: cuius exemplo tum ipſe iuuabatur; tum duo hi Seraphini mutuò ſeſe alis ſuis ad volandum, ſanctumq; Sanctorum orationib. ſuis glorificandum, prouocabant. Atque vt maiori ſpiritus libertate hæc præſtare Spiritûs S. inſtinctu, voto ſe CASTITATIS obſtrinxit, *eque* (Apoſt. teſte) *facultatem præbet ſine impedimento Dominum obſecrandi.* In cuius cultu cuſtodiaque tantum poſuit conatum, vt ſpeciali Dei fauore, nec motum aliquem malum perſentiret, etiamſi cum pulcherrima aliàs Virgine verſaretur: quæ adeò etiam erat pudica, vt ſolus eius aſpectus, deſideriũ caſtitatis ingeneraret. Et hoc ipſo magnitudinem oſtendit ſui AMORIS in Deum, quod matrimonij onera acceptans, eius voluptatibus Dei amore renunciauerit. His virtutes alias, de quibus mox dicemus, adiunxit. In quibus eum imitari ſtudebo, orans, vt cum ſponſa ſua meus ſit apud Chriſtum aduocatus, vt qui, procul omni dubio, plurimum apud vtrunque valeat, ob magna & fidelia erga eoſdem præſtita ſeruitia. O præſtantiſsime *Patriarcha*, cuius pulchritudinem cæleſtes mirantur Hierarchiæ, orã *f deſideratum* illum *collium æternorum*, qui ſuper *caput* tuum copioſam effudit *benedictionem*, vt ſuper meum etiam effundat, quò, te imiter, bonis operibus creſcam, virtutibus augear, & in eiſdem vſque ad coronæ conſecutionem iugiter perſeuerem. Amen.

Meditat. 4. punct 4. Scalalacob

Mutuum incendium B. Virginis & Ioſephi. *c 1. Cor. 7. 35.*

Caſtitatis votum III.

Oratio *f Gen. 49. 26.*

PVNCTVM II.

REDIENS B. Virgo ex domo Zachariæ, *a inuenta eſt* ab ſponſo ſuo *in vtero habens de Spiritu S. Ioſeph autem vir eius*, cauſæ ignarus, & vehementer anxius, *cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Circa hiſtoricam hanc veritatem expendenda ſunt occulta Dei iudicia, qui myſterium hoc Ioſepho reuelare, hucusque diſtulerit; quod tamen Zachariæ & Eliſabethæ aperuerat. Voluit enim hac occaſione non minus ipſam B. Virginem, quàm ſponſum eius exercere. Hic enim ſponſam ſuam prægnantem cernens, potuit ſine culpa (quod multi Sancti affirmant) exiſtimare, id ex adulterio accidiſſe; aut certè, in re adeò ſibi noua, dubitare: quæ res, quòd graue dedecus ſibi adferret, multum affligebat. Nec minor ſponſam cura premebat, quam Ioſephi ſolicitudo anxietasque non latebat: erat enim & ipſi puriſsimæ & innocentiſsimæ grauiſsima infamia, à ſponſo proprio adulteram haberi; ac propterea in periculo eſſe, ne ab eo deſereretur. Quæ tamen omnia ita diſpoſuit Deus, quòd in huiuſmodi tribulationibus & humiliationibus ingens bonum contineatur; quibus clariſsimos illos ſanctos perficere & ad maiora præparare diſponebat. Quam enim Deus inſigni fauore tum Angeli annunciatione, tum apud Eliſabetham erat proſecutus; eandem apud ſponſum voluit hanc infamiæ notam ſubire: vt ſic in humilitate proficiens, ad

a Matt. 1. 18

Exercentur B. Virgo & Ioſephe

S. Auguſt. Chryſoſt. & alij.

ampliores, quas in Bethlehem paulò pòst esset gratias, honoresque acceptura, præpararetur. Est enim humiliatio, exaltationis veluti præambulum; & tribulatio, felicis paschatis. Et hac fortè ratione permota Ecclesia, Euangelium hoc, in Natalis Domini peruigilio statuit decantandum. Eádem etiam causa Deus S. Iosephum exercuit, vt ad altissimi huius mysterij reuelationem suscipiendam magis disponeretur; essetque eius testis, omni exceptione maior.

Ex quibus illud intelligam, nemini quantumuis sancto, & cum sanctis semper versanti, bonisque operibus occupato, defuturas in hac vita afflictiones & tribulationes, vel ex ipsis interdum pijs occupationibus ortas. b *Est enim militia, vita hominis; & eius statt in iustitia & timore: & præparat animam suam ad tentationem:* quas propterea tribulationes, beneficij potiùs loco habere debet; cum præcipuè nulla sua culpa eueniunt; & multò etiam magis, cum ex tali causa proueniunt, ob quam honorem laudemque merebatur: quod B. Virgini hic accidisse videmus: cum ob id, quod eximium in ipsa erat, infamiæ notam sustinuit; & simile quid eius filius postea non semel est passus. Quibus exemplis spiritum sumam dicendi Domino cum Dauide: d *Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos, & complacui in veritate tua.* Atque si diceret: exerce me varijs corporis & animæ tentationibus & afflictionibus: explorata enim mihi est misericordia & fidelitas tua, quæ eas meis viribus attemperabis, conuertesque in nouorum donorum augmentum.

S. Bernard. serm. 34 in Cant. Humiliatio præambulum exaltationis. Cur in Vigilia Natalis hoc mysterium cantetur.

Nemo liberatentatione.

b Iob. 7. 1.

c Eccl. 2. 1. Tribulationes sunt beneficiũ si sine culpa imo ex merito proueniant

d Psal. 25. 2

PVNCTVM III.

MOx excellentes illas virtutes expendam, quas clarissimum hoc par Sanctorum, hac occasione & probatione exercuerunt; quò illas discant imitari: nam etiam propterea Deus illam eis misit tribulationem.

PRIMVM enim S. Ioseph & patientiam & prudentiam insignem ostendit. PATIENTIAM, dum tantam iniuriam silentio inuoluit, nec de vindicta cogitans, quam iure quærere licuisset; nec apud parentes aut cognatos eius querelas deponens; nec mu murans, aut aculeatis vel iniurioſis verbis sponsam perstringens: potiùs vt *iustus*, non licitis tantùm contentus, sed quod perfectius esset quærens, statuit tacens, pœnam suam intra seipsum tolerare. PRVDENTIAM ostendit, dum medium quæsiuit & inuenit, quo ita Sponsæ famæ consuleret, vt eam tamen, quæ de adulterio suspecta esset, in domum suam non traduceret: sed vel libello Repudii, quod antiqua lex permittebat; vel, iusto aliquo prætextu ipse aliò migrans, se ab ea separaret. Accessit & ad prudentiam, quòd neq; hoc ipso, etiãsi ad rem accommodato, medio præcipitanter aut

I. Ioseph patientia

Et Prudentia

Cunctatio

temerè

temerè fit vſus ; ſed rem priùs maturè cogitare expendereque voluiſſe, quod verba illa ſatis indicant: *Hæc autem eo cogitante.* Habuit enim religioni non ſolũ ei cohabitare, quæ adultera eſſe videretur; ſed etiam eam dimittere, quæ tantam præ ſe ferret ſanctitatem. Cuius conſideratione mei pudorem concipiam, tùm ob exiguam in tolerandis iniurijs patientiam, magnamque in inferentes indignationem, facilitatem ad murmurandũ,& proximis detrahendum, occultis eorum defectib. reuelatis: tùm de impetu impotente, quo me abſque deliberatione matura in huiuſmodi interdum præcipito,& hoc pudore affectus, orabo Dominum, vt me propter huius merita, iuuare velit, ad inſigne hoc eius exemplum ſequendum.

II. B. Virgini Humilita

SED VIRGO ſanctiſsima, vt quæ ſanctitate excelleret, clariores virtutes patefecit ; quatuor tamen potiſsimas, Perfectorum in tali occaſione proprias; raram nimirum humilitatem, ſilentium, confidentiam de prouidentia diuina,& continuam orationem. HVMILITATE enim tacuit, nolens occulta Dei myſteria, ex quibus tantus ei proueniret honor, patefacere; nec permiſit ab Eliſabetha, vel Zacharia manifeſtari ; Nec ipſa, recepto inter coniuges (qui ſe inuicem aliàs diligunt) more, ſecretũ hoc Ioſepho aperuit: quamuis coniiceret, quid ſeuenturum eſſet, ſi, quod res erat, ille ignoraret. Humil: etiam SILENTIO, cũ apud ſponſum ſuum ſuſpectã ſe eſſe cognoſceret, tacuit; nullâ vſa excuſatione, aut innocentiæ ſuæ teſtibus adhibitis, quò malam illam de ſe conceptam opinionem auerteret: ſed maxima CONFIDENTIA ſe totam diuinæ prouidentiæ commiſit; honoremque ſuum in Dei manibus depoſuit: continuò interim ORATIONI vacans, vt maieſtas diuina, quomodo magis expediret, remedium adhiberet. Quo exemplo, rubore ſuffundar ob ſuperbiam & iactantiam meam, qua manifeſtare conſueui, quæ ad meum faciunt honorem;& proteruiam, qua meas culpas conor excuſare, meumq; honorẽ vanè tueri; exiguã deniq; in Deo confidentiã;& rarũ ad orationẽ recurſum. Quare exiſtimare meritò poſſum, mihi dici illud Ezech.a *Tu aũt Fili hominis, oſtende domui Iſrael templũ,& confundantur ab iniquitatib. ſuis;& metiantur fabricã,& erubeſcant, ex omnib. quæ fecerunt* O *anima mea,* aſpice templũ hoc Dei viuũ, quod eſt B. Virgo: admirandas eius virtutes contemplare, quibus illa ornata eſt; quò ruborem concipias, ob illa, in quæ lapſus es, vitia, metire ſtupendam eius fabricã, perpendẽs præſtantiã & operũ eius ordinẽ; quò de vilibus,& præpoſteris tuis erubeſcas. O Incarnati Verbi templũ, ora magnum hunc Deũ, quem tuis in viſcerib. geſtas, me vt iis virtutib. ornet, quib. templũ dignũ, quod ipſe gratia ſua inhabitet, efficiar. O anima mea, aduerte, iuſtos grano ſinapis ſimiles eſſe debere, quod dũ teritur, latentem aliàs in ſe virtutem manifeſtat: Quare, ſi Deus te afflictionibus atterit; te ipſum ad ſimilium virtutum feruens exercitium excitare ne prætermittas.

Silentiun

Confidẽti

Oratio

a Ezech 4: 10.

S. Greg. 24 Moral. c.

Colloqu i

Oratio

Colloquii

PVNCTVM IV.

Matt. 1.20

a HAEC *autem eo*, S. Ioſepho, *cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, non viri alicuius opera, ſed de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium; & vocabis nomen eius IESVM: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

I
Prouidentia Dei per Angelum reuelantis

HIC PRIMVM diuinæ prouidentiæ fidelitas eſt perpendēda, quæ ſuorum afflictionibus leniendis, poſtquam ad culmen illæ peruenisſe, nec humana media valere videntur, diuinis adhibitis conſulit. Videns enim S. Ioſephum in grauiſsimo negotio hærentem, nec poſſe humanis viribus cauſam attingere, qua eius ſponſa concepiſſet; Angelum ſuum miſit, qui rem totam ſuauiſsimè ei reuelaret. Nam & proprio eum compellauit nomine; & familiæ cognomen expreſsit, FILI DAVID: quò, in memoriam reuocata Dauidi à Deo facta promiſsione, quòd ex eius familia Meſsias venturus eſſet, attentior ad reliqua audienda redderetur: ac propterea etiam adiecit: *Ne timeas*: vt ſcrupulum anxietatemque, qua turbabatur, deponeret. (quod Angelorum bonorum eſt proprium) Dicit: Virginem de *Spiritu ſancto* concepiſſe; vt conceptam ſuſpicionem repelleret, tantæq; Virginis honorem tueretur: Demùm, quò totum eius mœrorem in gaudium verteret, concluſit: *Pariet autem Filium*, cuius ipſe tantam eſſet curam habiturus, atque ſi proprius ipſius filius eſſet: ac propterea ipſi incumbere nomen IESV illi imponere, quod Saluatorem ſignificat: erat enim mundi Saluator futurus. Quæ omnia ita clarè diſtinctéque Angelus reuelauit, vt mox integram fidem S. Ioſeph adhibuerit.

II.
S. Ioſephi gaudium & progreſſus.
Iob. 11. 17.

FACILE hinc ad S. Ioſephi gaudium, ex ea reuelatione ortum, conſiderandum gradus fiet. In eum enim illud Iob optimè quadrat: a *Cùm te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer.* Quantum illud fuit gaudium, à tali ſuſpicione ſe liberum videre! licet nonnihil eum ſuppuderet, quòd locum ei aliquem, quamuis ex ignorantia, & abſque culpa aliqua, dediſſet. Quàm verò cautus euaſerit, ne de quoquam male ſuſpicaretur in poſterum! Quàm Deo gratus, ob ſponſam adeò ſanctam, tantæque dignitatis ſibi conceſſam; & ob officium ſibi educatoris talis filij commiſſum! Ac demùm, quanto perfuſus fuerit gaudio, cernens mundi redemptionem iam in proximo eſſe!

III.
B. Virginis lætitia.

CONSIDERARE ſimiliter licebit B. Virginis lætitiam, dum animi tranquillitatem ſponſo redditam cerneret: quàm ſcilicet illa fuerit ex eo in fiducia diuinæ prouidentiæ confirmata! quā grata Deo, quòd honoris ſui rationē paternè habuerit. In ea.n. locum habuit, quod idē Dominu

dixerat per Prophetam: b *Et dabo ei Vallem Achor, ad aperiendam spem.* in valle afflictionis ait, illam constituam, vt in spem iterum conformem. *Et cantet ibi iuxta dies iuventutis suæ*; cùm à pœnis suis se viderit expeditam. Gratias tibi, Deus æterne, pro ea cura, quam de vtroque isto sancto gessisti, conuertens, pro more tuo, vallem Achor, in pastum & augmentum spiritus eorum per vtriusque merita supplico, vt me dignum facias, qui paternæ tuæ prouidentiæ fructum percipiam, omninò secura è me in medio tribulationum illi committendo, remedium opportunum certo certius allaturæ.

b *Osea.* 2. 15

Oratio

PVNCTVM V.

EXVRGENS *autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini & accepit coniugem suam: & non cognoscebat eam donec peperit filium suum*, multò verò minus pòst. In quo non tam consideranda est S. Ioseph obedientia, (neque enim magnum erat, sponsam adeò eximiam in domum suam deducere) quàm eius modus; reuerentia, inquâ, illa, qua B. Virginem deduxit, similia forte illis S. Elisabethæ vsurpans verba: VNDE HOC MIHI, VT MATREM DOMINI MEI in domum meam deducam! O quantò ampliorem erga eam amorem conceperit! quantam eius curam gesserit! quàm sanctos inuicem miscuerint sermones! quanta vitæ plusquàm angelicæ inter eos puritas! quanta voluntatum conformitas! quanta VIRGINIS erga sponsum, tanquam caput, subiectio! tunc particularia omnia, quæ vel ab Angelo in Annũtiatione acceperat, vel in Zachariæ domo contigerant, ei proculdubio aperuerit: iam enim erat loquendi tempus, vt de tota mysterij serie Ioseph plenè edoceretur, ad eius gloriam qui illud erat operatus. O felicẽ Iosephum, cui talis obtigit sponsa! O felicem animam, quæ vtrique seruiens, eorundem obediẽtiam discit & charitatem! O terrestres Seraphini, æquè, ac cælestes illi, puri, qui vestris alis ad voluntatem Dei amplectendam velociter volatis, accendite cor meum huius Domini, quem tantoperè vos diligitis, amore; vt eidem obediens, sicut vos, meos etiam fratres ea charitate diligam, qua vos mutuò dilexistis.

S. Ioseph erga B. Virginem veneratio.

MEDITATIO XV.

DE EXPECTATIONE PARTVS, ET PRAEPARATIONE ad Christi Domini Natiuitatem.

QVONIAM *consuevit in Hispania festum* Expectationis *partus B. Virginis celebrari, octauo ante ipsum Christi Natalem die, hanc Meditationem diei illi & sequentibus accommodatam subijciam: in quibus viua & accensa huius partus desideria, quibus tres personæ, Infantulus* IESVS, *B. Virgo, & Ioseph tenebantur, sunt perpendenda. In quibus personis etiã fideles intelliguntur, qui huius mysterij fide instructi ad eorum imitationem præparare se studeant, quò dignè festum illum diem celebrent.*

PVNCTVM I.

PRIMVM igitur, ipsius Infantis IESV Christi ardentissimum desiderium est perpendendum, quò, adhuc in materno latens vtero, tenebatur, redemptionem nostram ad exitum perducendi; & porrò, in mundum prodeundi, quò, iuxta Patris æterni præscriptum, illam auspicaretur. Nam à ventre matris vera fuit illa sententia, quam postea ipse protulit. a *Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor donec perficiatur!* Quãtumuis autem corpus angustijs vteri plurimùm arctaretur; magis tamen vehementis huius desiderij vi, cor eius premebatur; (quo nomine tum infinitas illi gratias debeo; tum intimo eidem seruiendi desiderio par est respondere) quod tamen desiderium ita continuit, vt ante nonum à cõceptione mensem (quod tempus reliquis infantibus est constitutum,) in hanc lucem prodire noluerit. Idque PRIMVM, vt se *communi* reliquorũ consuetudini accommodans, carcerem illum integrè, ne vnico quidem dempto die, toleraret; vbi enim aliquid *patiendi* erat occasio, nulla dispensatione, indulgentia aut priuilegio secum vti voluit. DEINDE, totum hoc tempus quasi pro *recollectione* sui, ante quam in mundum prodiret, accepit: continuæ illud orationi & contemplationi tribuens, sicut, ante quàm se mundo, prædicatione sua, manifestaret; quadraginta dies sese in desertum locum recepit. His nos docens exemplis, collectionem nostri præmittere; tempusque aliquod segregatæ orationi soliíque Deo tribuere, priùs quàm in publicum prodeamus, aut aliqua negotia grauia auspicemur: Ideinque meritò, ad sanctum eius Natalem piè celebrandum, faciendum esse.

PVN-

Expectatio partus B. Virginis

Desiderium Natiuitatis

IESV desiderium.

Luc. 12. 50

Christus desiderium nascendi ostendit

I. Ne à communi vita recederet

II. Vt collectionis præberet exemplum

PVNCTVM II.

B. Virginis desiderium.

SECVNDÒ, considera etiam incensa B. Virginis desideria, vt felicissima partus sui hora appropinquaret, qua infantem suum natum videret. PRIMVM enim eum, qui non tantùm eius erat filius, sed etiam Deus, oculis ipsis cernere, & Sacrosanctæ illius humanitatis, quam ex ipsius visceribus ille assumpserat, pulchritudine frui vehementer optabat. DEINDE eundem adorare, fouere, ipsi seruire, omneque maternum erga eum munus exercere cupiebat, in gratiarum actionem, quod ipsam ad id diligere dignatus esset: ideoque tenerrimè illud Canticorum identidē repetebat: a *Quis mihi det, vt inueniam te filium meum foris; & deosculer te,* foueam, tibique pro meritis seruiā. TERTIÒ, partus sui horam desiderabat, quò mundus bono, in ipsa latente frueretur. Nā etsi plurimū filium diligeret; non tamen sibi soli retinere, sed omnibus communicare volebat, pro quibus sciebat fuisse incarnatum. Et quoniam b *spes quæ differtur affligit animam*: singulos moræ illius dies, totidem annos reputabat, quamuis eo nomine esset pacatissima, quod ei, quem intra se habebat, eam moram sciret esse gratam.

I. Vt videret IESVM

II. Vt eidem seruiret

a *Cant.* 8.1.

III. Vt aliis eū communicaret

b *Prou.* 13. 12.

His considerationibus accensa in corde meo excitabo desideria, vt filius hic Dei spiritualiter in meo & omnium animis nascatur: quò is ab omnibus adoretur, ametur; fideliterque eidem seruiatur. Ad hoc faciet vsus aliquot versuum Psalmorum & Prophetarum, quibus Ecclesia tempore Aduentûs vti consuevit. c *Excita Domine potentiam tuam & veni; vt saluum me facias.* Et d *vtinam dirumperes cœlos, & descenderes: à facie tua montes defluerent*, & vitia mea euanescerent. Item: e *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet Saluatorem.* Offende Domine misericordiā tuam & da mihi benignè salutem. Ad eundem finē inuenerit, iaculatorias aliquas orationes vsurpare, illis similes, quas eodem tēpore Ecclesia adhibet in septem illis Antiphonis, quæ ad Vesperas cantātur: quibus Christum Dominum iis nominibus compellat, quæ illi, vel quà Deus est, vel quà homo, competunt, iuxta effectum, quem in animabus, quas visitat, efficere consueuit. Dicere itaque potero: O SAPIENTIA infinita, *quæ ex ore altissimi prodijsti*, VENI, ad me in cœlesti via gubernandum. *O oriens* SPLENDOR, *lucis aternæ*, VENI, & Virtutum tuarū splendore illustra me. O SOL IVSTITIAE, *veni, illumina*, & vitalem calorem adfer *sedenti in tenebris, & vmbra mortis.* Et, *O Rex Regum, veni* ad me regendum. *O gentium* MAGISTER, *veni* ad me docendum. *O mundi* SALVATOR, *veni*, ad me saluandum. & in hunc modum petitiones aliæ fieri possunt, Ecclesiæ spiritui hoc tempore conformes.

c *Psal.* 79.3

d *Isaiæ* 64.1

e *Isai.* 45.8

Desideria Patriarchatum & Ecclesiæ

LICEBIT etiā & B. Virginis & filij eius desideria spiritualiter accipere, desideriūq; meū excitare, vt bona proposita, quæ, Spiritu sancto inspi-

Desideriū inspirationibus parendi

rante

rante, concepi, citiùs in lucem prodeant; & opportuno tempore, loco, & occasione, iuxta Dei beneplacitum, executioni mandentur: me in omnibus sanctissimæ Dei voluntati accommodando. Nam vt conceptus in vtero infans, naturâ suâ cupit in lucem suo tempore prodire; & nisi prodeat, matrem ipsam grauiter torquet, ipseque tandem interit, nec sine simili matris periculo: sic conceptum de Spiritu sancto propositum, de vitæ statu, aut de ipsa vita in melius commutanda, quasi clamat; foras prodire, & executioni mandari cupiens: quod, si ignauia nostra aut contemptus impediat, torquet, remordetque conscientiam ita, vt nisi exequamur, grauium sæpè sit causa ruinarum, Deo ita, in f *extincti spiritus*, neglectique propositi pœnam, permittente. Quò etiam eiusdem Spiritus sancti dictum illud spectat: g *Desideria occidunt pigrum.* Desideria, inquam, illa, quæ Dei virtute concipiuntur, si nostrâ ignauia in opus & lucem non prodeant, eum, qui concepit, occidunt.

Simile

Væ parturientibus in illis diebus

f 1. Thess. 4, 10.

g Prou. 21, 25.

PVNCTVM III.

I. Virginitatis conseruandæ certitudo

TERTIÒ considera, B. Virginem certissimam spem habuisse pacatoque omninò fuisse animo, quòd nec in ipso quidem partu, Virginitatis esset iacturam factura: quòd firmissimè crederet, quemadmodũ virginitate illæsa, filium Dei concepisset; se absque eiusdem detrimento eundem parituram. Confirmabatq; eam in hac spe, Isaiæ prophetia, quæ non minus partum, quàm conceptionem virgini tribuit. a *Ecce*, inquit, *Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* b *quod est interpretatum: Nobiscum Deus.* Quæ dum ipsa mente reuolueret, stupore plenam dixisse credibile est: Vnde tantum mihi bonum, vt illa ego admiranda & prophetica virgo sim! Itane verò est, quòd eundem ego in visceribus meis filium cõceperim, quem Pater æternus habet in suis! Et mecum illum esse Emanuelem, quem tot ante me secum habere desiderarũt! quique nulla meæ integritatis iactura, proditurus à me sit, vt possit esse cum omnibus! O si tandem felix illa hora illucescæret, qua nascereris! Etsi enim à me, quà homo es, prodeas; manebis tamen semper mecum quà Deus. Huiusmodi animi affectibus feruebat B. Virgo illo tempore: ingẽtique ex tali spe lætitia perfundebatur, propter suæ virginitatis amorem, & æstimationem. Gratias tibi *Emanuel* benedictẽ, quod humilem istam virginem in matrem elegeris; eiusque integritatem illæsam seruauẽris.

a Matt. 1, 23

b

Admiratio B. Virg nis.

Oratio

II. Præparatio ad Natalem.

HINC etiam oriebatur, vt, quoniam à timore, quo prægnantes aliæ corripiuntur, & partus solicitudine, qua illæ vehementer anguntur; immunis omnino erat; animæ tantum suæ præparationi, altissimis virtutum actibus editis, intenderet: quò aptiùs iam iam nascituro filio ministrare placereque posset; & quæ, ad eum excipiendum necessaria essent,

pro

pro tenuitate sua respicere. Cuius exemplo, me quoque præparare studebo ad filij Dei natalem, quem expecto; impedimentis, si quæ animo obreperent, semotis; actibus verò virtutum, ad eum exornandum adhibitis, iuxta ea, quæ proximis punctis indicata sunt, & quæ ipsa Ecclesia hisce diebus, verbis illis S. Ioannis Baptistæ commendat: c *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prauа in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei.* Quasi distinctiùs hortaretur: auferte à vobis vitia, nascenti Saluatori contraria, & virtutibus, quas secum ipse adfert, similibus, vos ipsos ornate. Amouete pusillanimitatis profunda, alea superbiæ, intentionum curuitatem, mores asperos: studete pro viribus, spiritum vestrum confidenter in *altum* erigere, sed *demissè* eúdem deprimere; *intentiones* vestras ad cælestia, sine terrenorum admixtione, dirigere: *mites* vos ad omnes præbete, nemini dantes vllam offensionem: talis enim est, qui nascitur, Saluator, talibusque animi dispositionibus excipiendus. Quatuor hasce virtutes aduersus quatuor contraria vitia quærere me oportet, ad finem prædictum, ipsius B. Virginis interuentu, eidem dicendo: O VIRGO SANCTISSIMA, quæ feruentibus desiderijs, filij tui Natalem præstolabaris, eximijsque virtutum actionibus ad eum videndum, amplectendumque teipsam præparabas, age, Domina, apud eundem, vt eius ad me aduentus impedimenta amoliar, magnaque ad eundem suscipiendum diligentiâ me præparem.

c *Luc.* 3. 4. *Isai.* 40. 3.

Alta Profunda Curua Aspera

Oratio

MEDITATIO XVI.

DE B. VIRGINIS EX NAZARETH IN Bethlehem profectione.

PRIMVM *pro insequentium Meditationum fundamento cõsidera*, Incarnatum Verbum ex matris vtero proditurum, adeò inusitato, stupendo, sanctoque modo in mũdum ingredi voluisse, vt ei similis nec fuisset antè vnquam, nec futurus esset in posterum; & qui sibi quidem permolestus, nobis autem esset vtilissimus: quò fundamenta iaceret Euangelicæ perfectionis, quam erat postea mundo prædicaturus: idem que eius in mundum ingressus, (vt sanctus Cyprianus ait) nostri, quo ad Christianá Religionem accedimus exemplar esset; eandemque discipuli eius viam tenerent, qua ipse magister venit, &, quas exercuit ille virtutes imitarentur, & in hunc finem, omnia reiecit, quæ mundus amat, quæritque; amplexatus quicquid ille horret, fugitque. Quapropter etiam, ad diem suum Natalem, rem omnem ita disposuit, vt exi-

S. *Thom.* 3. *p. q.* 35. *a.* 7 & 8.

1. Natiuitas Christi noua sibi molesta nobis vtilis *Serm. de Natiuit.*

Mundi horror

Commoditatum fuga.

Molestiarũ desiderium

Oratio.

ens ex Nazareth, illas qualescúque commoditates sibi subtraheret, quas in materna domo, & apud cognatos & notos habere potuisset: vbi habitationis saltem, curarumque commoditas & solatiolum aliquod non defuisset, quale Baptistæ in paterna domo nascenti non defuit. Sed hæc omnia Verbum hoc reiecit, vt nos doceret, quantopere carnis illecebras abhorreret, amaret verò paupertatem, qui modicum illud etiã reliquerit, quod domi mater habebat; & vt peregrinus in Bethlehẽ, ea temporis incõmoditate, nasci voluerit, qua omnia si deessẽt. Quo exemplo rubore suffundar, quod meas cõmoditates, carnisq; indulgentiã tuâ solicitè quærã; vt nõ modò eas, cùm adsunt, nõ fugiã, sed anxiè, cum non adsunt, procurem; &, nisi obtineam, molestè feram. O Iesu Nazarene, floride, cælestium virtutum floribus ornate, qui desertis Nazareth, vt commoditatũ terrenarum flores effugias: huius tui egressus meritò, debilitatem meam adiuua, vt carnis meæ floribus & blanditiis omninò renunciem, optem verò procuremque tuarum duntaxat flores virtutum; quibus & animam meam exornare, & in eadem nasci digneris, Amen.

PVNCTVM II.

a *Luc.* 2. 1. &c.

OCCASIO deinde expendenda est, ob quam Christus hanc profectionem in Bethlehem susceperit, & quem *finem* quæsierit. a *In diebus illis*, ait Euangelista, *Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et ibant omnes, vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eò quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.* Quæ in re considera, quantum distent Dei cogitationes ab hominum cogitationibus; quàm alia sint cœlestis Regis, & Regum terræ consilia. Nam edictum illud *Cæsaris* ex elatione animi, ambitione, iactantia, & auaritia oriebatur; vltra iuris sui limites se extendebat: *vt describeretur vniuersus orbis* imperitans, atque si totus ille subesset: omnesque eius essent subditi, qui propterea vectigal soluerent, etiam pauperes & egeni. Contrà *Christus* Rex cœlestis, cogitationes suas omnes in humilitate, paupertate, suique subiectione ponebat, & in calcandis pompis, diuitiis, & mundi huius vanitatibus. Non imperare venit aut ministrari: sed obedire, & seruire toti mundo. Cuius voluntatis hic habes testimonium. dum enim edicto Cæsaris matrem suam obtemperare voluit: & se, & illam eius subditos esse protestatus est: & imperatum tributum, vt reliqui subditi, soluit: vt superbiam & concupiscentiam mundi, hoc suo exemplo confunderet. Si enim Rex Regum & omnis creaturæ Monarcha, in mundum veniens, sese abiicit, & Regi terreno ac iniquo subiectionem profitetur: quid magnum, si ego

Consilia Dei & hominum diuersa.

Cæsaris fastus

Christi demissio.

Christus Cæsari tributum soluit

Tu Deo

me

me b *omni ſubijciam humanæ creaturæ propter Deum*? Et quanta erit inſolentia, vel ipſi Deo me non ſubiicere, nec eius ſubditũ agnoſcere, nec debitũ obedientiæ tributum ſoluere? O REX COELI, prohibe, quæſo, talem in me ſuperbiam, quam vt diſſolueres, te tantoperè abiecisti.

SECVNDO perpende: Etſi edictum illud ſuperbia & cupiditas imperaſſet, voluiſſe tamen Deum omnes ſuos illi parere: quia placet illi, ſingulos ſuperioribus ſuis in omnibus licitis obedire (etiam cùm in proprium commodum ea iubent) & in eis Deum ipſum, c cuius locum illi tennent, agnoſcere. Supra modum itaque Chriſtus obedientiam ſuam extulit, dum profectionem hanc ſuam inſtituit, quò æterno ſuo Patri, qui in d *Bethlehem* ipſum naſci ſtatuerat, obtemperaret: quamuis eius prouidentia, hac edicti Cæſarei occaſione, ad id perficiendum vſa ſit: qui enim e *non venichat in mundum, vt ſuam, ſed eius, qui eum miſerat, voluntatem perficeret*, eo loco naſci, ipſe voluit, vbi ille decreuerat: & obediendo naſci, ſicut obediendo etiam mortuus eſt: vt omnes ab eo diſceremus obedire. O DILECTE MI, quoniam vita mea in tua volũtate poſita eſt: ſit, quæſo, omnis meus ingreſſus, & exitus ſemper illi conformis, Amen.

b 1. *Pet.* 2. 13. Oratio

II. Obediendum Magiſtratui & Deo.

c *Matt.* 10. 40. & 23. 2. *Luc.* 10. 16. *Ioan.* 13. 20.

d *Mich.* 5. 2. *Matt.* 2. 6.

e *Ioan.* 6. 38. Oratio

PVNCTVM III.

CONSIDERANDA TERTIÒ eſt ipſa B. Virginis profectio, eius modus, & virtutes, quas in ea exercebat; vt eas imitemur. Nam cum ipſa pauper eſſet: iter verò prolixum, & tempus brumale ac aſperum non defuerunt illi *moleſtiæ*: quas tamen mirâ patientiâ & alacritate tolerabat oculorum inſignem modeſtiam præ ſe ferebat: corde, in Deum filiumque ſuum, quem in vtero geſtabat, defixo: cum quo pia colloquia miſcebat, *vt ſuprà dictum eſt*. Quod ſi cum ſuo ſponſo Ioſeph interdum loquebatur: Deus colloquij erat argumentum, idque magna vtriuſque iucunditate. Nec tamen eundo, quamuis vterum geſtaret, defatigabatur; cò quòd filius eam non grauaret; & ſpe citò eundem videndi, valdè recrearetur. quæ etiam propterea è Nazareth exire gaudebat; quòd maiori animi tranquillitate, filio ſuo frui liceret, ſi *extra* naſceretur. O Virgo ſanctiſsima, nihil neceſſe eſt illud tibi, ſicut ſponſæ occinere: f *Surge, propera amica mea: iam enim hyems tranſiit, imber abiit & receſſit: Flores apparuerunt in terra noſtra*. deſiderium enim patiendi, & obediendi, ſatis te vrget, vt vel ipſo hyemis rigore properes; quo flos ille Ieſſe tandem oriatur: in quò noſtra eſt poſita requies. Vtinam excellentes illas, quas in ea profectione exercuiſti, virtutes imitari mihi liceret; ſpiritu greſſus tuos comitando, cui, corpore comitari, non licuit.

B. Virginis Moleſtiæ itineris Modeſtia Pia colloquia Meditat. 10. punct. 3. Leuamen itineris Solitudo oratio

f *Can.* 2. 10.

PVNCTVM IV.

CONSIDERANDVS vltimo loco eſt, ipſe B. Virginis in Bethlehem ingreſſus, vbi propter magnum hominum concurſum, nec qui

hospitio eam exciperet, inuentus est, nec in diuersorio locus ei datus: vt propterea, ad publicum animalium stabulum diuertere, sit coacta: ita diuina prouidentia disponente, quò Dei filius, mendicans & incommoda patiens, in mundum ingrederetur, nemine illius incommodis compatiente. Perpende excellentiam eius, qui hospitium nunc quærit, in quo nascatur, nec tamen inuenire potest; hominum verò, qui non solùm eum non excipiunt, sed neque agnoscunt, cæcitatem; & bona illa, quibus meritò propterea priuantur: ac demùm quo pacto Deus, id, quod in mundo abiectius est ac deterius, sibi elegerit. Ex quibus ad affectus, sensaque tenera, argumento consentaneo permouebere.

Christi demissio
Hominum cæcitas
Deus elegit abiectissima

I. Homines quærunt commoditates.

EXPENDE itaque primùm, quomodo huius mundi homines palatia sua domosque sibi commodas habeant; & diuites Bethlehemitici benè hospitati & habiti sunt, quisque iuxta palatum suum: filius verò æterni patris omnium, quæ creata sunt, Dominus, a *in propriam veniens* ciuitatem ex qua erat oriundus, & inter eiusdem Tribus & familiæ homines, hospitium quærat, *& sui eum non recipiant*. O æternum incarnatum *Verbum*, quàm citò te incipit reijcere mundus, quem tu venisti redimere! Poteris omninò iam nunc illud vsurpare: b *Vulpes foueas habent*; *& volucres cæli nidos*, vbi ponant filios suos: *filius autem hominis*, & pauper eius mater, *non habet vbi caput* suum *reclinet*. Imò *Vulpes* te à foueis suis repellunt: quia astuti & diuites terræ paupertatem & simplicitatem tuam horrent; *Aues* te ad nidos suos non admittunt: quia nobiles ac superbi huius mundi, humilitatem & abiectionem tuam contemnunt: sicque ad vile ac sordidum stabulum confugere compelleris, in quo c *bos cognoscit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui*, quod cedet Domino suo. O Domine dominantium, & totius creaturæ possessor, pelle ex anima mea vulpinas omnes astutias, & superbiam volatilium, à quibus ea occupatur: vt in ea tibi pateat hospitium.

a *Ioan.* 1. 11.
Christus spernitur à suis.
Oratio
b *Luc.* 9. 58.
Auaris vulpibus
Superbis auibus
c *Isai.* 1. 3.

II. Ignorantia Dei, mater peccatorũ

HINC erigar, vt causam, cur Christus hospitium in Bethlehem inuenire non potuerit, intelligam, fuisse populi illius ignorantiam: nam etiã ad proprias ipsorum domos accedentem non agnouerunt: neque enim sciebant commodum, quod recipientibus euenisset; qui alios receperunt, à quibus parum aut nihil eis commodi accessit. O felicem illum, qui hũc Dominum cognouisset, hospitioque excepisset; vt in eius domo nasceretur! quas ille spirituales diuitias accepisset! quàm cumulatè hospitalitatem, hîc exceptus rependisset, qui Marthæ & Zachæo rependit amplissimè. O quàm esset anima mea felix, si tantum Dominum excipere nosset! locumque eidem concedere, quò spiritualiter in ea nasceretur! O Deus infinite, qui cordis mei d *ostiũ pulsans* circũis, clamasq; inspirationib. tuis, vt tibi, intrare, illudq; gratiæ tuæ donis ditare cupienti, aperiam: ne,

Oratio
d *Apoc.* 3. 20

quæso,

quæso, permitte, portas tibi claudi à non agnoscente; aut a non æstimante dimitti. Veni Domine, veni: clama, quia ego audiam; pulsa, aperiam; & optimam domûs meæ habitationem, quod ipsum est cor meum, tibi tradam, in quo pro voto requiescas.

DENIQVE B. Virginis & S. Ioseph non solũ patientiã, in tãta inhospitalitate ac desertione, considera; sed animi quoq; *tranquillitatem* in repulsa, quam, ob suam inopiam ab ijs tulerant, ad quos hospitij causa accesserant: imò & *lætitiam*, qua se ad stabulum, abiectissimum in terra locum, receperunt: *humilitatem, & egestatem* cum patientia & hilaritate, stupendo germanitatis nexu connectentes. Quorum exemplo conabor & ego, me ita componere, vt primùm voluntate, quod in mundo est abiectissimum, mihi *optem*; deinde, si quando tale quid fors tulerit, patienter illud reipsa & gaudenter *amplectar*. Neque enim fors alia felicior esse potest, quàm hos clarissimos sanctos proximè imitari; sicut ipsi Christum sunt imitati, *vt mox licebit videre.*

III. Patientia Tranquillitas Lætitia, Humilitas, Paupertas B. Virginis & Ioseph

MEDITATIO XVII.

DE CHRISTI DOMINI NOSTRI NAtiuitate in Angiportu Bethlehemica.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM hîc primũ est, quid Verbum Incarnatum, imminente iam hora ex materno vtero prodeundi, fecerit. In primis. n. vt consuetũ nascendi tempus præuenire noluit: sic nec vltrà differre: sed ipso momento, quo nonus à conceptione mensis expletbatur, prodire, & sese mundo, incredibili cordis affectu, manifestare voluit; vt viã suam magna animi exultatione auspicaretur, iuxta illud Dauidis: a *Exultauit vt Gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius; & occursus eius vsque ad summum eius.* Quamuis. n. viæ asperitatem, à sua natiuitate vsque ad mortem, non ignoraret: exultauit tamen fortitudine & alacritate, ad eam inchoandam: vt ex materno procedens vtero, qui eius cælum erat, pedes suos primùm in vilissimo & totius orbis abiectissimo loco collocaret. Quo nomine gratias agam, & orabo; vt & intelligere, & sentire mihi concedat, quod in hoc suo in mundum ingressu actum est. O Infantẽ Gigante fortiorẽ! qui, vt sol nouus & splendens, ab Oriente prodire gestis, vt cur-

In momento noui mensis prodiit exultãs ad humilitatem. a *Psal.* 18. 6.

sum ad Crucis vsque Occidentem teneas: illumina mentem meam, & voluntatem accende: quò egressum hunc tuum contemplari, & elucentes in eo virtutes imitari valeam.

II. *D. Thom. 3. p. q. 35. a. 6. Simile Dona pro hospitio B. Virgini a Christo relicta.*

DEINDE considerandum, quàm se liberalem erga matrem idem Infans ostenderit. Si enim potens ac diues quispiam, apud rusticum aliquem, non vtilitatis alterius quàm obsequij ex amore præstandi causa, hospitatus beneque tractatus, solet in discessu eam hospitalitatem cumulatè, pretioso aliquo oblato dono compensare, quod & suæ gratitudini, & hospitis necessitati respondeat: quanta dona par est credere, ditissimũ ac potentissimum hunc Infantem tali matri, in suo ex vtero eius egressu, reliquisse; quæ nouem integros menses, ingenti eidem seruiendi ac placendi desiderio, tam gratum præbuerit hospitium! quàm altam huius mysterij contemplationem! quos mentis inusitatos iubilos illa tunc sensit, pro doloribus, quos aliæ matres ea occasione perpeti solent! Neque enim par fuisset, eam, quæ nulla carnis voluptate conceperat, cum carnis dolore parere: neque ipse filius, quamuis, in ferendis doloribus, secum dispensare noluerit, matrem suam voluit aliquo sensus dolore tangi. Ad eundem modum cogitare licet, eundem Christum, cum animam piam in Eucharistiæ Sacramento ingreditur, initio quidem Sacramentalem ei gratiam conferre: quem, si ipsa, vt talem decet hospitem, tractet; insignia eũ, ante suum egressum, deuotionis & contemplationis dona, magnosque lætitiæ iubilos, quibus bonam hospitalitatẽ compensẽt, ei largiturũ. Quare age, anima mea, attende diligenter, quomodo cœlestem hunc hospitẽ, cùm ad te venire dignatur, tractes: quò te cœlestibus etiã donis ditet ac satiet.

Iubilus præ dolore

Matri parit natus sibi non parcens Fructus piæ Communionis. Colloquiũ

III. *Supra Medit. 14. punct. 3. Matri virginitatem seruauit. Sibi seruientes Deus etiam miraculose seruat. Oratio*

TERTIÒ perpende, eadem causâ Christum, illæsa matris integritate, miraculo prodire voluisse: quòd non deceret, cum tanto eius hospitij detrimento egredi, in quo tam diu & tam benè habitus fuisset: sed & singulari hoc honore matrem suã meritò affeciisse; quò nos doceret, se nunquam permissurum, vt ob exhibitum ipsi hospitium, & quoduis obsequij genus, detrimentum vllum rerum nostrarum faciamus; etiamsi, ad nos illæsos seruandos, miraculo sit opus. Et si enim, vt seipsum à passione, doloribus, & morte liberaret, miraculo vti noluerit; ad suos tamen electos præseruandos, solet, cum eis ita expedit, illud adhibere. O *supreme Magister*, quàm apertè hoc me doces exemplo, veri amoris conditionem; qui in seipsum seuerus, in alios blandus esse consueuit: seueritatem sibi eligit, qua se affligat; erga proximos indulgentiam adhibet, vt demulceat. Adiuua me, Domine, gratia tua, quò inflammatam charitatem tuam imiter in vtroque.

PVNCTVM II.

CONSIDERA deinde, quid B. Virgo fecerit, cùm ex animæ suæ iubilis agnouit, partûs horam imminere: expendes itaq; eius affectus.

facta,& verba. Nam in ſpeluncæ illius angulum vnum ſe ſe coniiciens, altiſsimæ contemplationi intenta, vnigenitum ſuum peperit:moxque eundem in vlnas accepit. Quis gaudij & lætitiæ illius magnitudinem aſſequi poterit, qua fuit anima illa affecta, primo illo filij ſui aſpectu, non in externa,quam cernebat,corporis elegantia,ſiſtens,ſed mente ad eius animæ, diuinitatisque pulchritudinem tranſiens, quantum hinc audebat eum, vt filium ingenti amore cõplecti & oſculari;tantùm inde humilitate,& reuerentia ſe retrahebat, aduertens eundem etiam eſſe Deus, his enim *duabus vlnis* charitate & humilitate, *amore & reuerentia*, vult Deus nos ad ſe accedere. Idem itaque & mihi ſpiritualiter faciendum eſſe intelligam, vt animæ meæ vlnis, amore, ſcil. & reuerentia eum amplectar: illo amanter appropians; hoc me reuerenter contrahens.

I. In Contẽplatione parit. Lætã Deũ complectitur

Duabus vlnis Amoris & Reuerentiæ.

Mox B. Virgo Infantulum filium ſuum pannículis, quos ad id parauerat,inuoluit, & in præſepio reclinauit: affectuque humilitatis, indignam ſe iudicans, quæ in vlnis ſuis eum teneret: flexis genibus eundem,vt Deũ, & Dominum ſuum adorauit; magnoque amore illi etiam locuta eſt, nihil dubitans, ſe ab eo intelligi. Gratias itaque illi egerit, tam pro beneficio,quod ſuo ad humanum genus reparandũ aduentu, in illud contuliſſet; quàm quòd ipſam ad id in matrem, nullis ſuis meritis, elegiſſet:ſimulque dubio procul ſe totam, ad fidelia obſequia,animo & corpore viribusque omnibus præſtanda, obtulerit. Quæ omnia tenerrimo affectu, ſuauiſsimisq; verbis eam dixiſſe,par eſt exiſtimare; & cogitatione potiùs ea percipi,quàm vllis noſtris verbis explicari, iucundius eſt.

II. Pannis humiliter inuoluit.

Colloquiũ B. Virginis ad Ieſulum.

Idem S. Ioſephum feciſſe,non eſt dubitandum: adoraſſe nimirum Infantulum; gratias ei egiſſe, tum pro collato, natiuitate ſua, toti mundo beneficio;tum ſibi nominatim, in ſuum educatorem ipſum eligendo :ad quod munus fideliter diligenterque præſtandum, & in omnibus ſeruiendum, ſe promptiſsimum obtuliſſe,credendum eſt. Idem verò & mihi faciendum eſſe intelligam,vt meipſum,cordis affectu, ſanctis hiſce coniungam; & animam,cum eius omnibus facultatibus, ad ſeruiendum promptiſsime offerens. O dulciſsime ſum neque *Domine*, quas tibi potero grates agere, pro tanto hoc beneficio, quod, Infans factus,& in tanta rerum egeſtate,vt me redimeres, contuliſti? Vtinam hora illa præſens adfuiſſem, vt in tua illa Infantia,obſequia tibi mea deferrem. Ecce nunc ſpiritu,quicquid ſum,poſſum,& valeo, Maieſtati tuæ lubens offero, vt me omniaque mea in ſeruitijs tuis ponã. Accepta, Domine, hanc voluntatem:& gratia tua me adiuua,vt eam reipſa expleam.

III. S. Ioſephi adoratio.

oratio

PVNCTVM III.

Tertiò ac præcipuè conſideranda ſunt ſtupenda illa & miraculi plena diuini huius Infantis in præſepio collocati magnalia, eius

per-

perſonæ dignitas, verba quæ corde proferebat, quæ faciebat, quæ & patiebatur, propter quos, & quomodo: heroicæ item virtutes, quas etiam tunc exercebat. Quæ omnia quemadmodum (B. Virginem feciſſe credendum eſt) attentiùs ſunt expendenda, in hunc modum.

I. *De perſona Infantis.*

PRIMVM circa *Infantis* perſonam, conferam ea, quæ habet, quà Deus eſt, cum ijs, quæ habet, quà homo: idque maiori, quo potero admirationis & amoris affectu. Eſt enim Infans hic Deus ille Maieſtatis, cuius a *Sedes calum* eſt; b *Thronus Cherubini*; famuli Angelorum Hierarchiæ, in quarum medio, Imperatoris inſtar ille ſedet, quę adorant omnes, ſeque ſubditos agnoſcunt. Ex altera verò parte idem ipſe, in viliſſimo iacet c *præſepio*, d *in media duorum animalium*. Et qui e *Verbum* æternum eſt Patris, *per quem omnia facta ſunt*, eademque propria virtute ſuſtentat ac ſeruat, is factus infans, pedes manusque ligatus, ita manet, vt nec mouere ſe valeat: & qui Diuinitatis f *amictus* eſt *lumine* infinito *ſicut veſtimento*; quia g *ſplender eſt gloria, & figura ſubſtantiæ* Patris; qui ſuas creaturas veſtit pulchritudine; & liberali manu ſuſtentat, atque conſeruat: ille ipſe, vilib. hic pannis, crepundiisque veſtitur; lacte materno indiget, quo nutriatur. O Infans excelſiſsime, & viliſsime; vbique venerande, vbique amande. Sed *quò pro me vilior, eò mihi charior*: & quò magis mei cauſa deſpectus, eò dignior es, qui à me diligaris; & quò abiectior, eò excelſior. At quis te pro meritis amabit! Vtinam meipſum deijcerem, atque vt par eſt, humiliarem! nam meipſum in me abijcere, erit in te exaltari. Quomodo non erubeſcis, ô anima mea, excelſiſsimam hãc perſonam adeò cernens humiliatam; tuam verò viliſsimam adeò inaniter elatã! Diſcas ab hoc Infante humiliare teipſam. h *qui* enim, ſicut ipſe, *humiliauerit ſe* in terra, ab ipſo *exaltabitur* in cælo.

a Iſai. 66. 1.
b c 37. 16.
b Matt. 5 35
c Pſal 79. 3.
d Habac. 3. iuxta 70.
e Ioan. 1. 3.
f Pſal. 103. 2.
g Heb. 1. 3

Oratio S. Bernard. ſerm. 1. in Epiphan.

Colloquiũ

h Matt. 23 11.

II. *Infantis verba.*

DEINDE verba, quæ Infans iſte nõ lingua, ſed ſpiritu: non voce, ſed exemplo tunc dixerit; perpende. Cùm æterno. n. Patre colloquens, gratias illi agebat; quod hora tandem illa aduenisſet; qua ipſum in præſepio illo voluiſſet reclinari; promptiſsimum ſeſe magnoque offerens amore, ad labores omnes, quos in mundo perpeſſurus eſſet, illud repetẽs (quod A poſt. expendit) i *Tunc* ingrediens mundum *dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuã*. Ad homines etiam, exemplo ſuo, ex præſepio clamabat, ea docẽs quæ verbo etiã poſtea prædicauit: k *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde*: & m *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli; non intrabitis in regnum cælorum*. Et *quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in Regno Cælorum*. Hæc & ſimilia exemplo ſuo prædicat ibi: quæ meritò audiam, deuotiſsimè ſupplicans, vt aures mihi cordis aperiat, quò linguam illam intelligam; & exequar intellectam. O celſiſsime *Infans*, qui ex iſto præſepi me, vt fiam infans, inuitas; quique paruulorum adeò ſemper fuiſti amans, vt eos etiam amanter n *amplecterere*: fac me

Ad Deum

i Heb. 10. 7. Pſal. 39. 8.

Ad homines

k Mat. 11. 29
m 18. 3. 4.

oratio

n Marc. 10. 16.

par-

paruulum in *innocentia*, ſicut tu es; paruulum in *humilitate*, infantem in *ſilentio*, & tenerum in *charitate*: in his enim *quatuor* poſita eſt ſimilitudo, qua paruuli hic effecti, in Dei oculis magni ſimus.

Innocentia
Humilitas
Silentium
Charitas

III. *Infantis actiones.* Vt agit quæ pueri.

STATIM ad opera conſideranda, quę idem Infans illic facit, pergam. In quibus vnum eſt admiratione digniſsimum: quod cùm intelligentiæ vſu tam eſſet tunc perfectus vir, atque cum triginta eſſet annorum: omnia tamen, quæ faciebat, & motus ipſi, ac vultus compoſitio, erant infantilia, non imitatione aut ſimulatione, ſed reipſa & veriſsimè, ſicut aliorum infantum; admirandâ quadam Symmetria, quam illi intelligunt, qui expendere nouerunt duarum iſtarum rerum in ipſo vnitionem. Nominatim verò nunc fletum, & lacrymarum eius cauſas expendam. Plorat enim ille, non tam quod incommoda ferat, quod alij faciunt infantes, quàm ob ea, quæ nos, peccatis noſtris exigentibus, patimur. amor enim, quo nos proſequitur, lacrymas illas expreſsit; quibus propterea internas feruentiſsimas iungebat, ad Patrem æternum, preces: iam tunc illud reipſa præſtans, quod de eo dixit Apoſtolus: o *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad Deum cum clamore valido & lacrymis, offerebat.* Credibile eſt autem, B. Virginem, cùm infantem ſuum lacrymantem videret, eiuſque cauſam Spiritu S. edocta aſſequeretur, ſuas quoque lacrymas coniunxiſſe. O dulciſsime IESV, cur tam amarè meas defles miſerias, tuarum oblitus? O anima mea, cur & tu non fles, infantem hunc pro te videns lacrymantem? plora ſaltem ex cõpaſsione pro te flentis; plora, quia tu ipſe planctus illius es cauſa, plora propter tua peccata, quæ illius cor tranſuerberant. quod ſi propter hæc nõ fles, tuam ſaltem defleas duritiem, qua flere, cùm maximè tibi expediret, non potes; etiam ſi flendi tot adſint cauſæ. O *Virgo* beatiſsima, donum mihi lacrymarum impetra, vt ſaltem te flentem comitari poſsim, ad filij tui conſolationem, quam ex noſtris ipſe haurit lacrymis, p *beatos* eos pronuntians, *qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.*

Fletus Chriſti cauſa Peccata mea

o *Heb.5.7.*

B. Virginis preces

Oratio Colloquiũ Oratio ad *B.* Virginẽ.

p *Mat.5.5.*

VLTIMÒ, quæ Infans hic patitur, conſiderabo: paupertatem, frigus, dolores, aliaque incommoda permulta: quæ omnia, non neceſsitate coactus, ſed voluntate & ſponte patitur. Ipſe enim elegit ad naſcendum feueriſsimum brumale tẽpus, & horam totius noctis rigidiſsimam; ſtabulum viliſsimum, & totius ciuitatis abiectiſsimum; egeſtatem maximam, deſertionem & obliuionem hominum, quæ potuit eſſe, maximam. Idque totum, ita diſſimulata humilitate ſubijt, vt cum verè ſponte illa amplecteretur, neceſsitate tamen ad id actus, ac porrò vilior ipſe abiectiorque eſſe videretur. Denique ab ipſo præſepi (quod ipſe aſſeuerauit, cùm dixit in Pſalmo: q *Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea*) egeſtatem, contemptum, labores, & dolores tanquam inſeparabiles ſibi ſocios ad vſque mortem aſciuit: mille in rebus omnibus incommodorum genera fe-

IV. *Quæ patitur Infans.*

S *Thom.3. p.q.35.a.8.*

S. *Bernard. ſerm 3. de Nat.*

Plurima & ſponte neceſsitatem fingẽs

q *Pſal.87. 16.*

Socij Chriſti Labor & dolor.

rens; eam vitæ rationem, quam mundus auerſatur, amplexus: quò mundi ſectatorum errores ſuo exemplo detegeret; de quibus S. Bernardus, *euidens* eſſe pronunciat, *mundum, diuitias, honores, & voluptates ſectantem errare, cùm Chriſtus ſapientia infinita, qui nec decipi poteſt, nec nos vult decipere, ijs contraria prætulerit.*

Mundo contrarius

HAC conſideratione, pudore in huius beatiſsimi Infantis conſpectu ſuffundar, cogitans, multò aliter me hactenus vixiſſe, quàm ipſe vixerit, ac docuerit: Ideoque ſtatuam, eum in poſterum ſequi, ea, quæ ipſe elegit, alijs omnibus præferendo: demiſsè ei ſupplicans, me dignum vt faciat, qui cum ipſo, & vt ipſe, non neceſsitate, ſed voluntate, ſponte, & ex amore patiar. O Infans ſupreme, r *qui* vt alter Dauid, *ſapientiſsimus es Princeps inter tres* (es enim trium diuinarum Perſonarum ſecunda, cui *ſapientia* tribuitur) quid in Cathedra iſta præſepij ſedens facis, tanquam mutus nihil nobis dicens? Es nimirum, *quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interficis impetu vno.* Nam contemptu & humiliatione, quam in carioſo præſepij iſtius ligno amplecteris, innumeros mundani amoris inſultus, diuini tui amoris impetu interficis. O Princeps *ſapientiſsime*, & fortiſsime qui tacendo doces, & tacendo occidis: doce me, in ſilentio ſequi tuos iſtos contemptus, occide in corde meo omnes huius mundi affectus: quò ad imitationem tui, *vermis* effectus, ad te in gloriæ tuæ throno videndum conſcendere merear. Amen.

Oratio 12. *Reg.* 23 8

Chriſtus vermis

Luc. 2. *D. Thom.* 3. *p. q.* 36.

MEDITATIO XVIII.

DE ANGELORVM IN CHRISTI NATALI Exultatione, & eius nuntio, quem Paſtoribus attulerunt.

PVNCTVM I.

AbAngelis omnibus in Cælo adoratur

CONSIDERANDVM primum hic, quid in cælo ageretur, cùm Chriſtus eſt natus in terra. Angelorum enim Hierarchiæ, hinc Dei Maieſtatem clarè videntes, inde humiliatum eundem, abſconditum, & apud homines incognitum cernentes, vehementer obſtupuerunt, ingentique deſiderio, eundem hominibus in honore & veneratione eſſe cupientes, mox omnes ad terras, ſi Deus annuiſſet eũ manifeſtaturi, deſcendiſſent. Tunc Aeternus Pater oẽs iuſsit facere (quod Apoſtolus aduertit) dicens: a *Cùm iterum introducit Primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius*: om-

a *Heb.* 1, 6.

nes

nes inquit, vt ne vnus desit. Quare omnes è cœlo cum summa reuerentia eum adorauerunt, ipso infantulo id è terra acceptante. Nam *Seraphin* amore licet inflammati, eum tamen aspicientes se frigidos profitebantur, profundeque inclinati Deum suum agnoscebant: *Cherubini* scientiâ pleni in huius infantuli conspectu ignaros se iudicantes, tremore magno adorabant, ac vt suum Dominum reuerebantur. Idem porrò reliqui Angelici chori faciebant. Gaudeo, animoque toto exulto, O *bonum omne meum*, cùm adorari te video ab Angelis tuis: simul & doleo in tanta te obliuione, apud homines, tamque incognitum esse: Ego autem Domine, cum beatis spiritibus te humillimè adoro, cupioq; ex animo, vt omnes te homines cognoscant & adorent. Quod si ad hanc tui notitiam hominibus adferendam, aliquid valeo. b *Ecce ego, mitte me*: alis enim, quas mihi ad id concedes, mox volabo, instarque Seraphinorum clamabo in mundo: b *Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua*: quamuis ea, humiliationis istius fumo, qua in spelunca ista te occultas, obscurata videatur.

Oratio

b *Isai. 6. 9 & 3.*

PVNCTVM II.

Pastoribus reuelatur

CONSIDERANDVM deinde, æternum Patrem, statim hanc filij sui Natiuitatem Pastoribus, qui in vicinia Bethlehem super gregum suorum custodia vigilabant, per vnum Angelum (qui *Gabriel* fuisse creditur) reuelasse, is splendens indutus corpus, cœlesti eos lumine circumfulgens, dixit. a *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: inuenietis Infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.*

a *Luc. 2. 10.*

I.

Non Sapientibus Diuitibus aut nobilibus Pastorum dispositiones

HIC primùm perpende: noluisse Deum manifestare hoc mysterium aut Angelũ suum ad *Sapientes* bethlehemiticos mittere: eò quod illi essent superbi; nec ad *diuites*, diuitiarum cupidos, nec *nobiles*, delicijs deditos: sed ad *Pastores*, pauperes, humiles, laboribus assuetos, & officio suo attendentes, & vigilantes. Tales enim dispositiones Deus in eis desiderat, quos mysteriorum suorum vult participes facere: quod si me non facit: id ex alicuius illarum qualitatum defectu prouenit. Propterea enim dixit ipse: b *Quia abscondisti hæc* mysteria & mirabilia fidei & veritatis a *sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

b *Matt. 11. 12.*

II.

Mihi & hominibus natus est nõ sibi nec Angelis

DEINDE perpende: summi gaudij materiam & occasionem esse, quod *Saluator* NOBIS *nascatur*. Non *sibi* nascitur, qui non indigebat salute, nec *Angelis*, quia non ad eos saluandos venit: sed nascitur *hominibus, & mihi*: quia, vt saluet me, venit, mihi nascitur, circumciditur: & quidquid

Oratio

fecit & perpeſſus eſt, mihi fecit : & quidquid in præſepio illo geritur, totum in meum commodum dirigitur : vt peccata mihi cõdonet, vt virtutum amore inflammet, vt ſuis me ditet meritis. O Iesv dulciſsime, quod tibi doloris, id mihi materia eſt magni gaudij. Gaudeo Deus, adeo te eſſe bonum, vt debitos mihi labores doloresque, in te ſuſcipias: quo tua mihi gaudia communices. Ne, quæſo, tam ſim ego infœlix, vt, cùm tu in commune omnium hominum bonum natus fueris; ego ita vitam meã inſtituam, atque ſi pro me natus non eſſes; qui alta ſuperbè quæram, humilis tuæ abiectionis oblitus.

S. *Bernard. ſerm. 4. de Reſurrect.*

III Oratio

Tertio perpende, ſigna ad Chriſtum natum inueniendum, *infantiam* eſſe. *faſcias. pannos, & præſepe.* O Dei infinita *altitudo*, quis vnquam cogitaſſet, res adeò viles, viam fore ac ſigna ad inueniendum & agnoſcendum Deum tantæ maieſtatis! Verùm, quando huiuſmodi vilibus tantoperè delectaris, vt teipſum in illorum medio colloces, quò me ad eadẽ inuites: eâdẽ quęſo operâ me doce, ſigna, quibus te in anima mea ſpiritualiter natũ intelligam, eſſe, infantis in vita *innocentiam*; *ſilentium* in lingua; *paupertatem* in habitu; *humilitatis* affectum in viliſimis & abiectiſsimis terræ pro me eligendis. Imprime, Domine, omnia hæc ſigna in anima mea: quò tibi ſimilis euadat; ideoque in eadem naſci, commorarique tibi complaceat.

Signa Chriſti præſentis. Innocẽtia Silentium Paupertas Humilitas

Pvnctvm. III.

Cvm Angelus hęc paſtoribus annuntiaſſet: *Subito facta eſt cum eo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Pater mittit Angelos, vt exaltet Filium & erudiat homines

Considera hic, quis Angelos iſtos mittat, quem in finem, & quem hymnum canticumve concinant. Qui Angelos mittit, æternus eſt Pater: mittit autem eos, vt filium ſuum, ipſius amore tantoperè humiliatum, in honore apud homines eſſe faciat: ſemper enim curæ illi fuit, filium, quoties ſe ille abijciebat, exaltare: Item, vt Angeli exemplo ſuo docerent homines, quid in tali occaſione eos facere par eſſet, in quorum vſum Deus factus eſſet homo. Gratias tibi, æterne Pater, quòd tam ſolicitus ſis in eo, qui ſe humiliat, exaltando: meritus quidem ille eſt honore affici, qui pro tuo honore ſe voluit humiliare. Cùm itaque ſit æquum, & tu ita velis, vt illum ego laudem & honorem: doce me, quæſo, hymnum illum Angelorum, eodem, quo illi, ſpiritu decantare.

Gloria in excelsis Deo.

Ob Incarnationem

His verbis nos Angeli docent, totum hoc opus Incarnationis, ita emi-

nenter

Deus maximè glorificandus

nenter esse *Dei gloriam*, vt nullum reliquorum eius operum tantam atque hoc illi adferat, propter quod merito est ab omnib. laudãdus, qui vitæ *perfectionem* profitentur. nam & in *cælo* ipso propter illud nominatim glorificatur; estque iustissimum, idem vt fiat in a *terra* nostra, quæ propter illud ipsum mysterium *plena est gloria Dei*; quod ipsi Seraphini testati sunt apud Isaiam, cùm huius Domini vidit gloriam. O REX gloriæ, trahe cor meum in excelsa; vt, sicut te illic Angeli glorificant, ita ego nomen tuum glorificem in terra; & quicquid fecero dixeroque, in tuam cedat gloriam; mea nunquam quæsita. Nunquam ex ore meo verbum hoc discedat; Gloria vni trinoque Deo: Gloria Patri & filio, & spiritui sancto: *Patri*: Gloria, qui filium suum mihi dedit; Gloria *Filio*, qui reparandi me causa, homo factus est; *Spiritui sancto* Gloria, de cuius amore opus hoc promanat.

a *Isaia. 6. 3.*

Oratio

Gloria Gloria. Gloria.

ET IN TERRA PAX.

Pax plena quadruplex

ADVENIT cum præcellenti hoc opere *pax* habitatoribus terræ, non limitata & qualiscũque, sed *plena*. Est enim pax cum *Deo*, cum *Angelis*, & cuique *secum*, & cum cæteris *hominibus*: quia natus iste Saluator, reconciliationem adfert mundi cum Patre suo; veniam peccatorum; victoriam de aduersarijs Dæmonibus; carnis spiritui subiectionem; voluntatum inter se, & cum Deo coniunctionem & concordiam: ex qua promanat conscientiæ lætitia, & b *pax* illa, *quæ exuperat omnem sensum*. O PRINCEPS pacis, de quo scriptum est: e *Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis donec auferatur luna*: humillimè supplico, vt omnem mundi huius inconstantiam à me auferas; stabilias verò me sanctitate & pace diuina.

Effectus pacis.

b *Phil. 4. 7.*
c *Psal. 71. 7*
Oratio

HOMINIBVS BONAE VOLVNTATIS.

Bonæ voluntatis Deus est

PERPENDE hic: pacem quidem à bona Dei voluntate, qua in nos ipse propendet, quamque omnib. offert, originem ducere: reipsa tamen ea nõ frui, nisi eos qui & ipsi bonæ sint volũtatis, recta intentione affectæ, Deo coniunctæ; eiusque legi subiectæ. Nõ itaque promittitur pax hominibus, quod boni sint iudicij, acuti ingenij, virium robustarum; quòd insignia alia habeant talenta, naturaliaque huiusmodi ornamenta: nam cum his omnibus pugnæ magnæ, discordiæ, & à Deo auersiones possunt esse coniunctæ: & quamuis illa absint, modò *voluntas bona* nõ desit, *pax* illa aderit: quare eius, quàm reliquorum, maiorem habere oportet rationem. *Nihil enim* (S. Gregorio teste) *ditius est bona voluntate* ideoque

Eandem à Te exigit

Non reliqua bona naturalia

Homil. 5. in Euang.

Encomiũ voluntatis bonæ:

nihil amabilius, nihil pacificum magis: sicut è contra, nihil miserabilius, magis turbatum, aut horrendum est quàm voluntas mala. Quare magno feruore ab hoc nato Domino efflagitandum est, vt à *mala* me liberet; donet verò *bonam*, quæ verè ipsius est donum quod distinctiùs alia lectio indicat, dicens: *Hominibus bona voluntas*. O SALVATOR dulcissime, da mihi, quam omnibus offers, voluntatem bonam, quò propria abnegata, tuam amplectar d *bonam, beneplacentem, & perfectam*. illa enim verè est ōnium bonorum origo; mea verò, si sibi ipsi relinquatur, omnium est malorum initium.

Oratio

d *Rom.* 12. 2.

PVNCTVM IV.

Angeli cãtu Deum in Præsepi adorant.

POST breuem apud Pastores moram, Angeli cælum repetiuerunt: piè tamen credi potest, eos locum Natiuitatis non prætermisisse, sed sine perceptibili strepitu eò diuertentes, idem Canticum renouasse ita, vt B. Virgo & S. Ioseph illud perciperent; adoratoque recens nato infantulo, tanquam Deo & Rege suo, ascendisse. O quantam animi lætitiam musica illa angelica B. Virgini attulit! & quàm se æterno Patri gratam exhibuit, ob delatum filio suo hunc honorem! quanto exultauit gaudio ex tanti exercitûs angelici conspectu! quàm est in fide confirmata, dum reuocat in memoriam quod scriptũ est: a *Et adorent eum omnes Angeli eius*. Ego, Deus meus, te vnà cum illis adoro, occinoq; *gloriam* etiam in isto tuo præsepio, cupiens ab vniuerso orbe intra Ecclesiam tuam decantari, quò ab omnibus in secula glorificeris, Amen.

B. Virginis gaudium

a *Psal.* 96. 8 *Hebr.* 1. 6. oratio

MEDITATIO XIX.

DE ACCESSV PASTORVM AD BETHLEhem, & ijs quæ illis ibi acciderunt, & alijs vsque ad Circumcisionem.

PVNCTVM I.

a *Luc.* 2. 15.

ET *factum* a *est; vt discesserunt ab eis Angeli in cælum pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes* vsque ad locum, vbi infans erat.

I. Non auditores sed factores iustificantur

PERPENDAM hic primum: Pastores non tradidisse obliuioni reuelationem Angelorum; sed mutua se charitate ad profectionem illã fuisse exhortatos. neque enim inspirationũ huiusmodi & mãdatorum Dei obliuisci nos decet: sed exequi, verbis exemplisq; ad id nos inuicem exhortantes, quatuor illorum animalium instar, quæ b *spiritus impetum* se-

b *Ezech.* 1. 12.

petum ſequentia, alis ſe c*altera ad alteram percutiebant*, quaſi inuicem ſe, ad ſpiritum maiori feruore ſequendum, prouocarent. c.3.13.

DEINDE, exactam paſtores ſeruaſſe obedientiam. Nam, etſi Angelus non expreſſe iuſſit eos ire Bethlehem, ſatis ſibi exiſtimarunt, inſinuatum eſſe, gratum Deo fore, ſi accederent: quia in eum finem myſterium reuelatum iudicabant. Perfectè enim obedienti, quæcunque diuinæ voluntatis inſinuatio ſufficit, vt eam exequi procuret, licet eius causâ proprios greges, (quod Paſtores illi fecerunt) & quæcunque alia dimittere, ſit neceſſe.

II. Ad nutum obediunt cum ſumma moleſtia

TERTIO, eoſdem feruorem magnum adhibuiſſe vt, quod Deo gratum eſſe cognouerant, exequerentur: id.n. ſignificat quod additur: *Venerunt feſtinantes*, moti videlicet ſpiritu diuino; &, quod Angelus annuntiauerit VERBVM DEI æternum, pro nobis CARO factum, videre cupientes. Qui feruor dignos illos fecit, quos Angelus ad locum deduceret, & inuenirent quod quærebant. Vtinam daretur, eam obedientiam, feruẽtemque diligentiam horum paſtorum imitari, in quærendo & inueniendo Saluatore. O ſupreme PASTOR, cuius oues reliqui ſunt paſtores, oſtẽde mihi locum, d *vbi paſcas, vbi cubes* ſanctiſsimæ natiuitatis tuæ tempore, quò te & quæram, & inueniã ita, vt etiam agnoſcã & amẽ in ſæcula, Amen.

III. Cum Fe more operantur.

Oratio d *Can.1.7*

PVNCTVM II.

ET *intrãtes inuenerunt Mariã, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.*

PERPENDENDVM hic eſt, quid Paſtores fecerint, cùm, quod quærebant, inuenerunt.

PRIMVM.n. fas eſt credere, ipſis locum ingredientib. proceſsiſſe ex ſãctiſsimi Infantis vultu ſplendorem & clariſsimam *lucem*, quæ eorum mẽtem penetrans, manifeſtauit Infantem illum, verum Deum & hominem eſſe; mundi Saluatorem, & Meſsiam in lege promiſſum: quod ipſi fide viua credentes, eiuſdem amore inflammati, humi proſtrati, ſumma eum reuerentia adorauerunt; gratias pro aduentu iſto in mundum egerũt; atque vt populi Iſrael miſertus, pergeret porrò inceptum redemptionis op⁹ ad finem perducere, ſupplicarunt: ſeſe verò ad omnia obſequia præſtanda verbis pijs & humilibus obtulerunt. Eſt verò fas credere, aliquid eos, ex paupertate ſua, infanti *obtuliſſe*, reuocãte ipſo infante, inſpiratione ſua, illis in memoriam, illud Deuteron. a *Non apparebis vacuus ante Dominũ*, ſed quo putamus affectu illud obtulerint! quo amore Infans illud acceptauerit! quàm propterea copioſa illis, gratiæ ſuæ dona impertiuerit; ne vacui ab ipſo recederent! Credibile eſt, etiam B. Virginem gratias illis egiſſe; ipſos verò, inſignẽ, quæ in ea elucebat, ſanctitatẽ admiratos; magna reuerẽtia eã alloquẽtes quæcũque cum Angelis ſibi eueniſſent, enarraſſe quod ipsũ magna lætitia B. Virgin. proculdubio affecit, propter filij ſui gloriã. O IESV dulciſsime, cũ ſanctis his paſtorib. te adoro cupiẽs eadẽ

I. Paſtores illuſtrati

Adorant

II. Offerunt a *Deuter.16 17.*

B. Virginis & paſtorũ Cloquiũ

Oratio

qua ipſi

hoſpitio eam exciperet, inuentus eſt, nec in diuerſorio locus ei datus: vt propterea, ad publicum animalium ſtabulum diuertere, ſit coacta: ita diuina prouidentia diſponente, quò Dei filius, mendicans & incommoda patiens, in mundum ingrederetur, nemine illius incommodis compatiente. Perpende excellentiam eius, qui hoſpitium nunc quærit, in quo naſcatur, nec tamen inuenire poteſt; hominum verò, qui non ſolùm eum non excipiunt, ſed neque agnoſcunt, cæcitatem; & bona illa, quibus meritò propterea priuantur: ac demùm quo pacto Deus, id, quod in mundo abiectius eſt ac deterius, ſibi elegerit. Ex quibus ad affectus, ſenſaque tenera, argumento conſentaneo permouebere.

Christi demiſſio
Hominum cæcitas
Deus elegit abiectiſsima

I.

Homines quærunt commoditates.

EXPENDE itaque primùm, quomodo huius mundi homines palatia ſua domosque ſibi commodas habeant; & diuites Bethlehemitici benè hoſpitati & habiti ſunt, quiſque iuxta palatum ſuum: filius verò æterni patris omnium, quæ creata ſunt, Dominus, a *in propriam veniens* ciuitatem ex qua erat oriundus, & inter eiuſdem Tribus & familiæ homines, hoſpitium quærat, *& ſui eum non recipiant.* O æternum incarnatum *Verbum*, quàm citò te incipit reijcere mundus, quem tu veniſti redimere! Poteris omninò iam nunc illud vſurpare: b *Vulpes foueas habent*; *& volucres cæli nidos*, vbi ponant filios ſuos: *filius autem hominis*, & pauper eius mater, *non habet vbi caput* ſuum *reclinet.* Imò *Vulpes* te à foueis ſuis repellunt: quia aſtuti & diuites terræ paupertatem & ſimplicitatem tuam horrent; *Aues* te ad nidos ſuos non admittunt: quia nobiles ac ſuperbi huius mundi, humilitatem & abiectionem tuam contemnunt: ſicque ad vile ac ſordidum ſtabulum confugere compelleris, in quo c *bos cognoſcit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*, quod cedet Domino ſuo. O Domine dominantium, & totius creaturæ poſſeſſor, pelle ex anima mea vulpinas omnes aſtutias, & ſuperbiam volatilium, à quibus ea occupatur: vt in ea tibi pareat hoſpitium.

Aduaris vulpibus
Superbis auibus
b *Luc.* 9.58.
c *Iſai.* 1.3.

II.

Ignorantia Dei, mater cæcatorũ

HINC erigar, vt cauſam, cur Chriſtus hoſpitium in Bethlehem inuenire non potuerit, intelligam, fuiſſe populi illius ignorantiam: nam etiã ad proprias ipſorum domos accedentem non agnouerunt: neque enim ſciebant commodum, quod recipientibus eueniſſet; qui alios receperunt, à quibus parum aut nihil eis commodi acceſsit. O felicem illum, qui hũc Dominum cognouiſſet, hoſpitioque excepiſſet; vt in eius domo naſceretur! quas ille ſpirituales diuitias accepiſſet! quàm cumulatè hoſpitalitatem, hîc exceptus rependiſſet, qui Marthæ & Zachæo rependit amplisſimè. O quàm eſſet anima mea felix, ſi tantum Dominum excipere noſſet! locumque eidem concedere, quò ſpiritualiter in ea naſceretur! O Deus infinite, qui cordis mei d *oſtiũ pulſans* circũis, clamasq; inſpirationib. tuis, vt tibi, intrare, illudq; gratiæ tuæ donis ditare cupienti, aperiam: ne,

Oratio
Apoc. 3.20

quæſo,

naſo, permitte, portas tibi claudi à non agnoſcente; aut a non æſtiman-
dimitti. Veni Domine, veni: clama, quia ego audiam; pulſa, aperiam; &
ptimam domûs meæ habitationem, quod ipſum eſt cor meum, tibi tra-
am, in quo pro voto requieſcas.

DENIQVE B. Virginis & S. Ioſephi non ſolũ patientiã, in tãta inhoſpi-
alitate ac deſertione, conſidera; ſed animi quoq; *tranquillitatem* in repul-
i, quam, ob ſuam inopiam ab ijs tulerant, ad quos hoſpitij cauſa acceſſe-
ant: imò & *lætitiam*, qua ſe ad ſtabulum, abiectiſsimum in terra locum,
eceperunt: *humilitatem*, & *egeſtatem* cum patientia & hilaritate, ſtupendo
ermanitatis nexu connectentes. Quorum exemplo conabor & ego, me
ta componere, vt primùm voluntate, quod in mundo eſt abiectiſsimum,
nihi *optem*; deinde, ſi quando tale quid ſors tulerit, patienter illud reipſa
& gaudenter *amplectar*. Neque enim ſors alia ſelicior eſſe poteſt, quàm
ios clariſsimos ſanctos proximè imitari; ſicut ipſi Chriſtum ſunt imitati,
t mox licebit videre.

III. Patientia Tranquillitas Lætitia, Humilitas, Paupertas B. Virginis & Ioſephi

MEDITATIO XVII.

DE CHRISTI DOMINI NOSTRI NATIVITATE in Angiportu Bethlehemica.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM hîc primũ eſt, quid Verbum Incarnatum, imminente iam hora ex materno vtero prodeundi, fecerit. In primis. n. vt conſuetũ naſcendi tempus præuenire noluit: ſic nec vltrà differre: ſed ipſo momento, quo nonus à conceptione menſis explebatur, prodire, & ſeſe mundo, incredibili cordis affectu, manifeſtare voluit, vt viã ſuam magna animi exultatione auſpicaretur, iuxta illud Dauidis: a *Exultauit vt Gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius; & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* Quamuis. n. viæ aſperitatem, à ſua natiuitate vſque ad mortem, non ignoraret: exultauit tamen fortitudine & alacritate, ad eam inchoandam: vt ex materno procedens vtero, qui eius cælum erat, pedes ſuos primùm in viliſsimo & totius orbis abiectiſsimo loco collocaret. Quo nomine gratias agam, & orabo; vt & intelligere, & ſentire mihi concedat, quod in hoc ſuo in mundum ingreſſu actum eſt. O Infanté Gigante fortioré! qui, vt ſol nouus & ſplendens, ab Oriente prodire geſtis, vt cur-

In momento nonî menſis prodiit exultãs ad humilitatem. a *Pſal.* 18. 6.

ſum ad Crucis vſque Occidentem teneas: illumina mentem meam, & voluntatem accende: quò egreſſum hunc tuum contemplari, & elucentes in eo virtutes imitari valeam.

II. *D Thom. 3. p. q. 35. a 6.* Simile Dona pro hoſpitio B. Virgini a Chriſto relicta.

DEINDE conſiderandum, quàm ſe liberalem erga matrem idem Infans oſtenderit. Si enim potens ac diues quiſpiam, apud ruſticum aliquem, non vtilitatis alterius quàm obſequij ex amore præſtandi cauſa, hoſpitatus beneque tractatus, ſolet in diſceſſu eam hoſpitalitatem cumulatè, pretioſo aliquo oblato dono compenſare, quod & ſuæ gratitudini, & hoſpitis neceſsitati reſpondeat: quanta dona par eſt credere, ditiſsimũ ac potentiſsimum hunc Infantem tali matri, in ſuo ex vtero eius egreſſu, reliquiſſe; quæ nouem integros menſes, ingenti eidem ſeruiendi ac placendi deſiderio, tam gratum præbuerit hoſpitium! quàm altam huius myſterij contemplationem! quos mentis inuſitatos iubilos illa tunc ſenſerit, pro doloribus, quos aliæ matres ea occaſione perpeti ſolent! Neque enim par fuiſſet, eam, quæ nulla carnis voluptate conceperat, cum carnis dolore parere: neque ipſe filius, quamuis, in ferendis doloribus, ſecum diſpenſare noluerit, matrem ſuam voluit aliquo ſenſus dolore tangi. Ad eundem modum cogitare licet, eundem Chriſtum, cum animam piam in Euchariſtiæ Sacramento ingreditur, initio quidem Sacramentalem ei gratiam conferre: quem, ſi ipſa, vt talem decet hoſpitem, tractet; inſignia eũ, ante ſuum egreſſum, deuotionis & contemplationis dona, magnoſque lætitiæ iubilos, quibus bonam hoſpitalitatẽ compenſet, ei largiturũ. Quare age, anima mea, attende diligenter, quomodo cœleſtem hunc hoſpitẽ, cùm ad te venire dignatur, tractes: quò te cœleſtibus etiã donis ditet ac ſatiet.

Iubilus præ dolore

Matri parcit natus ſibi non parcens fructus piæ Communionis. Colloquiũ

III. *Suprà Medit. 14. punct 3.* Mater virginitatem ſeruauit. Sibi ſeruientes Deus etiam miraculoſe ſeruat. Oratio

TERTIÒ perpende, eadem cauſâ Chriſtum, illæſa matris integritate, miraculo prodire voluiſſe: quòd non deceret, cum tanto eius hoſpitij detrimento egredi, in quo tam diu & tam benè habitus fuiſſet: ſed & ſingulari hoc honore matrem ſuã meritò affeciſſe; quò nos doceret, ſe nunquam permiſſurum, vt ob exhibitum ipſi hoſpitium, & quoduis obſequij genus, detrimentum vllum rerum noſtrarum faciamus; etiamſi, ad nos illæſos ſeruandos, miraculo ſit opus. Et ſi enim, vt ſeipſum à paſsione, doloribus, & morte liberaret, miraculo vti noluerit; ad ſuos tamen electos præſeruandos, ſolet, cum eis ita expedit, illud adhibere. O *ſupreme Magiſter*, quàm apertè hoc me doces exemplo, veri amoris conditionem; qui in ſeipſum ſeuerus, in alios blandus eſſe conſueuit: ſeueritatem ſibi eligit, qua ſe affligat; erga proximos indulgentiam adhibet, vt demulceat. Adiuua me, Domine, gratia tua, quò inflammatam charitatem tuam imiter in vtroque.

PVNCTVM II.

CONSIDERA deinde, quid B. Virgo fecerit, cùm ex animæ ſuæ iubilis agnouit, partûs horam imminere: expendes itaq; eius affectus.

fact.

facta,& verba. Nam in ſpeluncæ illius angulum vnum ſeſe coniiciens, altiſsimæ contemplationi intenta, vnigenitum ſuum peperit:moxque eundem in vlnas accepit. Quis gaudij & lætitiæ illius magnitudinem aſſequi poterit, qua fuit anima illa affecta, primo illo filij ſui aſpectu, non in externa,quam cernebat,corporis elegantia,ſiſtens,ſed mente ad eius animæ, diuinitatisque pulchritudinem tranſiens, quantum hinc audebat eum, vt filium ingenti amore cõplecti & oſculari;tantùm inde humilitate,& reuerentia ſe retrahebat, aduertens eundem etiam eſſe Deus, his enim *duabus vlnis* charitate & humilitate, *amore & reuerentia*, vult Deus nos ad ſe accedere. Idem itaque & mihi ſpiritualiter faciendum eſſe intelligam, vt animæ meæ vlnis, amore, ſcil. & reuerentia eum amplectar: illo amanter appropians; hoc me reuerenter contrahens.

I. In Contẽplatione parit. Lætꝰ Deũ complectitur

Duabus vlnis Amoris & Reuerentiæ.

Mox B. Virgo Infantulum filium ſuum panniculis, quos ad id parauerat,inuoluit, & in præſepio reclinauit: affectuque humilitatis, indignam ſe iudicans, quæ in vlnis ſuis eum teneret: flexis genibus eundem,vt Deũ, & Dominum ſuum adorauit; magnoque amore illi etiam locuta eſt, nihil dubitans, ſe ab eo intelligi. Gratias itaque illi egerit, tam pro beneficio,quod ſuo ad humanum genus reparandũ aduentu, in illud contuliſſet; quàm quòd ipſam ad id in matrem, nullis ſuis meritis, elegiſſet: ſimulque dubio procul ſe totam, ad fidelia obſequia,animo & corpore viribusque omnibus præſtanda, obtulerit. Quæ omnia tenerrimo affectu, ſuauiſsimisq; verbis eam dixiſſe,par eſt exiſtimare; & cogitatione potiùs ea percipi,quàm vllis noſtris verbis explicari, iucundius eſt.

II. Pannis humiliter inuoluit.

Colloquiũ B Virginis ad Iesulum.

Idem S. Ioſephum feciſſe,non eſt dubitandum: adoraſſe nimirum Infantulum; gratias ei egiſſe, tum pro collato, natiuitate ſua, toti mundo beneficio;tum ſibi nominatim, in ſuum educatorem ipſum eligendo :ad quod munus fideliter diligenterque præſtandum, & in omnibus ſeruiendum, ſe promptiſsimum obtuliſſe,credendum eſt. Idem verò & mihi faciendum eſſe intelligam,vt meipſum,cordis affectu, ſanctis hiſce coniungam; & animam,cum eius omnibus facultatibus, ad ſeruiendum promptiſsime offerens. O dulciſsime ſumneque *Domine*, quas tibi potero grates agere, pro tanto hoc beneficio, quod, Infans factus,& in tanta rerum egeſtate,vt me redimeres, contuliſti? Vtinam hora illa præſens adfuiſſem, vt in tua illa Infantia,obſequia tibi mea deferrem. Ecce nunc ſpiritu,quicquid ſum,poſſum,& valeo, Maieſtati tuæ lubens offero, vt me omniaque mea in ſeruitijs tuis ponã. Accepta, Domine, hanc voluntatem:& gratia tua me adiuua,vt eam reipſa expleam.

III. S. Ioſephi adoratio.

oratio

PVNCTVM III.

Tertiò ac præcipuè conſideranda ſunt ſtupenda illa & miraculi plena diuini huius Infantis in præſepio collocati magnalia, eius

per-

perſonæ dignitas, verba quæ corde proferebat, quæ faciebat, quæ & patiebatur, propter quos, & quomodo: heroicæ item virtutes, quas etiam tunc exercebat. Quæ omnia quemadmodum (B. Virginem feciſſe credendum eſt) attentiùs ſunt expendenda, in hunc modum.

I. *De perſona Infantis.*

PRIMVM circa *Infantis* perſonam, conferam ea, quæ habet, quà Deus eſt, cum ijs, quæ habet, quà homo: idque maiori, quo potero admirationis & amoris affectu. Eſt enim Infans hic Deus ille Maieſtatis, cuius a *Sedes cælum* eſt; b *Thronus Cherubini*; famuli Angelorum Hierarchiæ, in quarum medio, Imperatoris inſtar ille ſedet, quę adorant omnes, ſeque ſubditos agnoſcunt. Ex altera verò parte idem ipſe, in viliſſimo iacet c *præſepio*, d *in media duorum animalium*. Et qui e *Verbum* æternum eſt Patris, *per quem omnia facta ſunt*, eademque propria virtute ſuſtentat ac ſeruat, is factus infans, pecęs manusque ligatus, ita manet, vt nec mouere ſe valeat: & qui Diuinitatis f *amictus* eſt *lumine* infinito *ſicut veſtimento*; quia g *ſplendor eſt gloriæ, & figura ſubſtantiæ* Patris; qui ſuas creaturas veſtit pulchritudine; & liberali manu ſuſtentat, atque conſeruat: ille ipſe, vilib. hic pannis, crepundiisque veſtitur; lacte materno indiget, quo nutriatur. O Infans excelſiſsime, & viliſsime; vbique venerande, vbique amande. Sed *quò pro me vilior, eò mihi charior*: & quò magis mei cauſa deſpectus, eò dignior es, qui à me diligaris; & quò abiectior, eò excelſior. At quis te pro meritis amabit! Vtinam meipſum deijcerem, atque vt par eſt, humiliarem! nam meipſum in me abijcere, erit in te exaltari. Quomodo non erubeſcis, ô anima mea, excelſiſsimam hãc perſonam adeò cernens humiliatam; tuam verò viliſsimam adeò inaniter elatã! Diſcas ab hoc Infante humiliare teipſam. h *qui* enim, ſicut ipſe, *humiliauerit ſe* in terra, ab ipſo *exaltabitur* in cælo.

a *Iſai. 66.1.* b *c 37.16.* b *Matt. 5 35* c *Pſal 79.3.* HOMO *Luc 2.7.* *Habac. 3.* *iuxta 70.* *Ioan. 1.3.* f *Pſal. 103.2.* g *Heb. 1.3* Oratio S. *Bernard. ſerm. 1. in Epiphan.*

II. *Infantis verba.*

DEINDE verba, quæ Infans iſte nõ lingua, ſed ſpiritu: non voce, ſed exemplo tunc dixerit; perpende. Cùm æterno. n. Patre colloquens, gratias illi agebat; quod hora tandem illa aduenisſet; qua ipſum in præſepio illo voluiſſet reclinari; promptiſsimum ſeſe magnoque offerens amore, ad labores omnes, quos in mundo perpeſſurus eſſet, illud repetẽs (quod Apoſt. expendit) i *Tunc* ingrediens mundum *dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuã.* Ad homines etiam, exemplo ſuo, ex præſepio clamabat, ea docẽs quæ verbo etiã poſtea prædicauit: k *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde*: & m *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli; non intrabitis in regnum cælorum.* Et *quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in Regno Cælorum.* Hæc & ſimilia exemplo ſuo prædicat ibi: quæ meritò audiam, deuotiſsimè ſupplicans, vt aures mihi cordis aperiat, quô linguam illam intelligam; & exequar intellectam. O celſiſsime *Infans*, qui ex iſto præſepi me, vt fiam infans, inuitas; quique paruulorum adeò ſemper fuiſti amans, vt eos etiam amanter n *amplecterere*: fac me

i *Heb. 10.7.* *Pſal. 39.8.* Ad homines k *Mat. 11.29* m *18.3.4.*

oratio n *Marc. 10.16.*

par-

paruulum in *innocentia*, ſicut tu es; paruulum in *humilitate*, infantem in *ſilentio*, & tenerum in *charitate*: in his enim *quatuor* poſita eſt ſimilitudo, qua paruuli hic effecti, in Dei oculis magni ſimus.

Innocentia
Humilitas
Silentium
Charitas

III. *Infantis Actiones.* Vt agit quæ pueri.

STATIM ad opera conſideranda, quę idem Infans illic facit, pergam. In quibus vnum eſt admiratione digniſsimum: quod cùm intelligentiæ vſu tam eſſet tunc perfectus vir, atque cum triginta eſſet annorum: omnia tamen, quæ faciebat, & motus ipſi, ac vultus compoſitio, erant infantilia, non imitatione aut ſimulatione, ſed reipſa & veriſsimè, ſicut aliorum infantum; admirandâ quadam Symmetria, quam illi intelligunt, qui expendere nouerunt duarum iſtarum rerum in ipſo vnitionem. Nominatim verò nunc fletum, & lacrymarum eius cauſas expendam. Plorat enim ille, non tam quod incommoda ferat, quod alij faciunt infantes, quàm ob ea, quæ nos, peccatis noſtris exigentibus, patimur. amor enim, quo nos proſequitur, lacrymas illas expreſsit; quibus propterea internas feruentiſsimas iungebat, ad Patrem æternum, preces: iam tunc illud reipſa præſtans, quod de eo dixit Apoſtolus: o *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad Deum cum clamore valido & lacrymis, offerebat.* Credibile eſt autem, B. Virginem, cùm infantem ſuum lacrymantem videret, eiuſque cauſam Spiritu S. edocta aſſequeretur, ſuas quoque lacrymas coniunxiſſe. O dulciſsime IESV, cur tam amarè meas defles miſerias, tuarum oblitus? O anima mea, cur & tu non fles, infantem hunc pro te videns lacrymantem? plora ſaltem ex cõpaſsione pro te flentis; plora, quia tu ipſe planctus illius es cauſa, plora propter tua peccata, quæ illius cor tranſuerberant. quod ſi propter hæc nõ fles, tuam ſaltem defleas duritiem, qua flere, cùm maximè tibi expediret, non potes; etiam ſi flendi tot adſint cauſæ. O *Virgo* beatiſsima, donum mihi lacrymarum impetra, vt ſaltem te flentem comitari poſsim, ad filij tui conſolationem, quam ex noſtris ipſe haurit lacrymis, p *beatos* eos pronuntians, *qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.*

Fletus Chriſti cauſa Peccata mea

o *Heb.5.7.*

B. Virginis preces

Oratio Colloquiũ Oratio ad *B.* Virginẽ.

p *Mat.5.5.*

IV. *Quæ patitur Infans.*

VLTIMÒ, quæ Infans hic patitur, conſiderabo: paupertatem, frigus, dolores, aliaque incommoda permulta: quæ omnia, non neceſsitate coactus, ſed voluntate & ſponte patitur. Ipſe enim elegit ad naſcendum feueriſsimum brumale tẽpus, & horam totius noctis rigidiſsimam; ſtabulum viliſsimum, & totius ciuitatis abiectiſsimum; egeſtatem maximam, deſertionem & obliuionem hominum, quæ potuit eſſe, maximam. Idque totum, ita diſſimulata humilitate ſubijt, vt cum verè ſponte illa amplecteretur, neceſsitate tamen ad id actus, ac porrò vilior ipſe abiectiorque eſſe videretur. Denique ab ipſo præſepi (quod ipſe aſſeuerauit, cùm dixit in Pſalmo: q *Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea*) egeſtatem, contemptum, labores, & dolores tanquam inſeparabiles ſibi ſocios ad vſque mortem aſciuit: mille in rebus omnibus incommodorum genera fe-

S *Thom.3. p q.35.a.8.* S. *Bernard. ſerm 3.de Nat.* Primùm & ſponte neceſsitatem fingẽs

q *Pſal.87. 16.* Socij Chriſti Labor & dolor.

Digitized by Google

MEDITATIO PRIMA
DE CONSILIO IN CHRISTI NATALI CELEBRANDO.

PROLOGUS.

EXCELSUM, & ineffabile Dei Patris in Christi Natali celebrando consilium, quo ille Filium suum Unigenitum, Deum æquum, & consubstantialem, ex Virgine Matre, humanæ naturæ participem, & nostræ similem fieri voluit, ut nos ejus divinitatis participes faceret, quæ humanitatem ejus assumpserat, ut ejus humanitatis participes faceret, quæ nostram assumpserat, ut ejus humanitatis participes faceret, quæ nostram assumpserat, ut ejus humanitatis participes faceret, quæ nostram

nes inquit, vt ne vnus desit. Quare omnes è cælo cum summa reuerentia eum adorauerunt, ipso infantulo id è terra acceptante. Nam *Seraphin* amore licet inflammati, eum tamen aspicientes se frigidos profitebantur, profundeque inclinati Deum suum agnoscebant: *Cherubini* scientiâ pleni in huius infantuli conspectu ignaros se iudicantes, tremore magno adorabant, ac vt suum Dominum reuerebantur. Idem porrò reliqui Angelici chori faciebant. Gaudeo, animoque toto exulto, O *bonum omne meum*, cùm adorari te video ab Angelis tuis: simul & doleo in tanta te obliuione, apud homines, tamque incognitum esse: Ego autem Domine, cum beatis spiritibus te humillimè adoro, cupioq; ex animo, vt omnes te homines cognoscant & adorent. Quod si ad hanc tui notitiam hominibus adferendam, aliquid valeo. b *Ecce ego, mitte me*: alis enim, quas mihi ad id concedes, mox volabo, instarque Seraphinorum clamabo in mundo: b *Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua*: quamuis ea, humiliationis istius fumo, qua in spelunca ista te occultas, obscurata videatur.

Oratio

b *Isai. 6. 9 & 3.*

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM deinde, æternum Patrem, statim hanc filij sui Natiuitatem Pastoribus, qui in vicinia Bethlehem super gregum suorum custodia vigilabant, per vnum Angelum (qui *Gabriel* fuisse creditur) reuelasse, is splendens indutus corpus, cœlesti eos lumine circumfulgens, dixit. a *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: inuenietis Infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.*

Pastoribus reuelatur

a *Luc. 2. 10.*

I.

Non Sapientibus Diuitibus aut nobilibus Pastorum dispositiones

b *Matt. 11. 12.*

HIC primùm perpende: noluisse Deum manifestare hoc mysterium aut Angelũ suum ad *Sapientes* bethlehemiticos mittere: eò quod illi essent superbi; nec ad *diuites*, diuitiarum cupidos, nec *nobiles*, delicijs deditos: sed ad *Pastores*, pauperes, humiles, laboribus assuetos, & officio suo attendentes, & vigilantes. Tales enim dispositiones Deus in eis desiderat, quos mysteriorum suorum vult participes facere: quod si me non facit: id ex alicuius illarum qualitatum defectu prouenit. Propterea enim dixit ipse: b *Quia abscondisti hæc* mysteria & mirabilia fidei & veritatis a *sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

II.

Mihi & hominibus natus est nõ sibi nec Angelis

DEINDE perpende: summi gaudij materiam & occasionem esse, quod *Saluator* NOBIS *nascatur*. Non *sibi* nascitur, qui non indigebat salute, nec *Angelis*, quia non ad eos saluandos venit: sed nascitur *hominibus, & mihi*: quia, vt saluet me, venit, mihi nascitur, circumciditur: & quidquid

Oratio

fecit & perpeſſus eſt, mihi fecit : & quidquid in præſepio illo geritur, totum in meum commodum dirigitur :vt peccata mihi cõdonet,vt virtutum amore inflammet, vt ſuis me ditet meritis.O IESV dulciſsime, quod tibi doloris,id mihi materia eſt magni gaudij. Gaudeo Deus, adeo te eſſe bonum, vt debitos mihi labores doloresque, in te ſuſcipias: quo tua mihi gaudia communices. Ne,quæſo, tam ſim ego infœlix,vt,cùm tu in commune omnium hominum bonum natus fueris; ego ita vitam meã inſtituam, atque ſi pro me natus non eſſes; qui alta ſuperbè quæram,humilis tuæ abiectionis oblitus.

S. *Bernard. ſerm. 4 de Reſurrect.*

III Oratio

TERTIO perpende,ſigna ad Chriſtum natum inueniendum,*infantiam* eſſe.*faſcias.pannos,& præſepe*.O Dei infinita *altitudo*,quis vnquam cogitaſſet, res adeò viles, viam fore ac ſigna ad inueniendum & agnoſcendum Deum tantæ maieſtatis! Verùm,quando huiuſmodi vilibus tantoperè delectaris,vt teipſum in illorum medio colloces, quò me ad eadẽ inuites: eâdẽ quęſo operâ me doce,ſigna,quibus te in anima mea ſpiritualiter natũ intelligam,eſſe,infantis in vita *innocentiam*;*ſilentium* in lingua;*paupertatem* in habitu; *humilitatis* affectum in viliſsimis & abiectiſsimis terræ pro me eligendis. Imprime,Domine,omnia hæc ſigna in anima mea : quò tibi ſimilis euadat; ideoque in eadem naſci, commorarique tibi complaceat.

Signa Chriſti præſentis. Innocẽtia Silentium Paupertas Humilitas

PVNCTVM. III.

CVM Angelus hęc paſtoribus annuntiaſſet:*Subito facta eſt cum eo multitudo militiæ cæleſtis,laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Pater mittit Angelos, vt exaltet Filium & erudiat homines

CONSIDERA hic, quis Angelos iſtos mittat, quem in finem,& quem hymnum canticumve concinant. Qui Angelos mittit, æternus eſt Pater: mittit autem eos,vt filium ſuum,ipſius amore tantoperè humiliatum ,in honore apud homines eſſe faciat :ſemper enim curæ illi fuit,filium,quoties ſe ille abijciebat,exaltare:Item,vt Angeli exemplo ſuo docerent homines,quid in tali occaſione eos facere par eſſet, in quorum vſum Deus factus eſſet homo. Gratias tibi, æterne Pater,quòd tam ſolicitus ſis in eo, qui ſe humiliat,exaltando:meritus quidem ille eſt honore affici,qui pro tuo honore ſe voluit humiliare.Cùm itaque ſit æquum,& tu ita velis,vt illum ego laudem & honorem:doce me,quæſo,hymnum illum Angelorum,eodem,quo illi,ſpiritu decantare.

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

Ob Incarnationem

HIS verbis nos Angeli docent,totum hoc opus Incarnationis,ita emi-

nenter

nenter esse *Dei gloriam*, vt nullum reliquorum eius operum tantam atque hoc illi adferat, propter quod merito est ab omnib. laudãdus, qui vitæ *perfectionem* profitentur. nam & in *cælo* ipso propter illud nominatim glorificatur; estque iustissimum, idem vt fiat in a *terra* nostra, quæ propter illud ipsum mysterium *plena est gloria Dei*; quod ipsi Seraphini testati sunt apud Isaiam, cùm huius Domini vidit gloriam. O Rex gloriæ, trahe cor meum in excelsa; vt, sicut te illic Angeli glorificant, ita ego nomen tuum glorificem in terra; & quicquid fecero dixeroque, in tuam cedat gloriam; mea nunquam quæsita. Nunquam ex ore meo verbum hoc discedat; Gloria vni trinoque Deo: Gloria Patri & filio, & spiritui sancto: *Patri*: Gloria, qui filium suum mihi dedit; Gloria *Filio*, qui reparandi me causa, homo factus est; *Spiritui sancto* Gloria, de cuius amore opus hoc promanat.

Deus maximè glorificandus

a *Isaiæ*. 6. 3.

Oratio

Gloria Gloria. Gloria.

ET IN TERRA PAX.

Pax plena quadruplex

Effectus pacis.

Advenit cum præcellenti hoc opere *pax* habitatoribus terræ, non limitata & qualiscũque, sed *plena*. Est enim pax cum *Deo*, cum *Angelis*, & cuique *secum*, & cum cæteris *hominibus*: quia natus iste Saluator, reconciliationem adfert mundi cum Patre suo; veniam peccatorum; victoriam de aduersarijs Dæmonibus; carnis spiritui subiectionem; voluntatum inter se, & cum Deo coniunctionem & concordiam: ex qua promanat conscientiæ lætitia, & b *pax* illa, *quæ exuperat omnem sensum*. O Princeps pacis, de quo scriptum est: c *Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis donec auferatur luna*: humillimè supplico, vt omnem mundi huius inconstantiam à me auferas; stabilias verò me sanctitate & pace diuina.

b *Phil*. 4. 7.
c *Psal*. 71. 7

Oratio

HOMINIBVS BONAE VOLVNTATIS.

Bonæ voluntatis Deus est

Eandem à Te exigit

Perpende hic: pacem quidem à bona Dei voluntate, qua in nos ipse propendet, quamque omnib. offert, originem ducere: reipsa tamen ea nõ frui, nisi eos qui & ipsi bonæ sint volũtatis, recta intentione affectæ, Deo coniunctæ; eiusque legi subiectæ. Nõ itaque promittitur pax hominibus, quod boni sint iudicij, acuti ingenij, virium robustarum; quòd insignia alia habeant talenta, naturalia que huiusmodi ornamenta: nam cum his omnibus pugnæ magnæ, discordiæ, & à Deo auersiones possunt esse coniunctæ: & quamuis illa absint, modò *voluntas bona* nõ desit, *pax* illa aderit: quare eius, quàm reliquorum, maiorem habere oportet rationem. *Nihil enim* (S. Gregorio teste) *ditius est bona voluntate* ideoque

Non reliqua bona naturalia

Homil. 5. *in Euang*.

petum ſequentia, alis ſe c*altera ad alteram percutiebant*, quaſi inuicem ſe, ad ſpiritum maiori feruore ſequendum, prouocarent. c.3.13.

DEINDE, exactam paſtores ſeruaſſe obedientiam. Nam, etſi Angelus non expreſſe iuſſit eos ire Bethlehem, ſatis ſibi exiſtimarunt, inſinuatum eſſe, gratum Deo fore, ſi accederent: quia in eum finem myſterium reuelatum iudicabant. Perfectè enim obedienti, quæcunque diuinæ volunt. tis inſinuatio ſufficit, vt eam exequi procuret, licet eius causâ proprios greges, (quod Paſtores illi fecerunt) & quæcunque alia dimittere, ſit neceſſe. II. Ad nutum obediunt cum ſumma moleſtia

TERTIO, coſdem feruorem magnum adhibuiſſe VT, quod Deo gratum eſſe cognouerant, exequerentur: id .n. ſignificat quod additur: *Venerunt feſtinantes*, moti videlicet ſpiritu diuino; &, quod Angelus annuntiauerit VERBVM DEI æternum, pro nobis CARO factum, videre cupientes. Quì feruor dignos illos fecit, quos Angelus ad locum deduceret, & inuenirent quod quærebant. Vtinam daretur, eam obedientiam, feruẽtemque diligentiam horum paſtorum imitari, in quærendo & inueniendo Saluatore. O ſupreme PASTOR, cuius oues reliqui ſunt paſtores, oſtẽde mihi locum, d *vbi paſcas, vbi cubes* ſanctiſsimæ natiuitatis tuæ tempore, quò te & quæram, & inueniã ita, vt etiam agnoſcã & amẽ in ſæcula, Amen. III. Cum Fe more operantur. Oratio d *Can.1.7*

PVNCTVM II.

ET *intrãtes inuenerunt Mariã, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.*

PERPENDENDVM hic eſt, quid Paſtores fecerint, cùm, quod quærebant, inuenerunt.

PRIMVM. n. fas eſt credere, ipſis locum ingredientib. proceſsiſſe ex ſãctiſsimi Infantis vultu ſplendorem & clariſsimam *lucem*, quæ eorum mẽtem penetrans, manifeſtauit Infantem illum, verum Deum & hominm eſſe; mundi Saluatorem, & Meſsiam in lege promiſſum: quod ipſi fide viua credentes, eiuſdem amore inflammati, humi proſtrati, ſumma eum reuerentia adorauerunt; gratias pro aduentu iſto in mundum egerũt; atque vt populi Iſrael miſertus, pergeret porrò inceptum redemptionis op⁹ ad finem perducere, ſupplicarunt: ſeſe verò ad omnia obſequia præſtanda verbis pijs & humilibus obtulerunt. Eſt verò fas credere, aliquid eos, ex paupertate ſua, infanti *obtuliſſe*, reuocãte ipſo infante, inſpiratione ſua, illis in memoriam, illud Deuteron. a *Non apparebis vacuus ante Dominũ*, ſed quo putamus affectu illud obtulerint! quo amore Infans illud acceptauerit! quàm propterea copioſa illis, gratiæ ſuæ dona impertiuerit; ne vacui ab ipſo recederent! Credibile eſt, etiam B. Virginem gratias illis egiſſe; ipſos verò, inſignẽ, quæ in ea elucebat, ſanctitatẽ admiratos; magna reuerẽtia eã alloquẽtes quæcũque cum Angelis ſibi euenſſent, enarraſſe quod ipsũ magna lætitia B. Virgin. proculdubio affecit, propter filij ſui gloriã. O IESV dulciſsime, cũ ſanctis his paſtorib. te adoro cupiẽs eadẽ I. Paſtores illuſtrati

Adorant

II. Offerunt a *Deuter.16 17.*

B. Virginis & paſtorũ Cloquiũ

Oratio

qua ipſi

pastoresque *retulerant*, cum eo quod in præsepio *coram* se habebat: nec sterilis hæc erat conferentia; sed omninò tenera, & admiratione, feruentibusque deuotionis affectibus plenissima: Et in his considerandis, & expectandis, *octo* integros dies, vsque ad circumcisionem, expendit. Hanc autem Virginem illi censendi sunt imitari, qui dies aliquot in his mysteriis contemplandis ponunt omnia, quæ ad ea spectant, conferentes in cordib. suis. Felices qui hoc modo possunt & nouerunt infanti huic circa præsepium assistere! O *Virgo* sanctissima, doce me cõferre in corde, quæcunque me fides docet de filio tuo, quæq; tu in corde tuo de eo conferebas: vt eisdem benè cordi meo insculptis, ab eius præsentia nunquam recedam; sed me totum ei cognoscendo, amando, seruiendo impendã in sæcula, Amen.

In Meditatione XXVI. alius modus ponetur, hoc mysterium meditandi.

Quis nos separabit a charita te Christi! Bonum est nos hic esse

Oratio

MEDITATIO XX.

DE INFANTIS IESV CIRcumcisione.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM hîc primum accedente die ab ipso Natali *octauo*, statuisse B. Virginem, & S. Iosephum, infantem iuxta *a* legem, quæ id faciendi præceptum parentibus imponebat, circumcideret. PERPENDE ergo primum, exactam B. Virg. sanctique Iosephi circa hoc præceptum, *obedientiam*: qui etiamsi non ignorarent, eius executionem infantulo, quem tenerrimè diligebant, dolorẽ ac pœnam allaturam; non id tamen eos retardauit, quò minus Dei voluntatem præferrẽt. Quare B. ipsa Virgo (si opus fuisset) non dubitasset, propriis manibus arrepto cultello, sicut b *Sephora* illa, propriũ filiũ circumcidere. Nec desunt, qui dicant, ipsam *B. Virginem* circumcisionem peregisse; licèt alij *S. Iosepho* eam tribuant. Illud certum est: vtrunque promptum fuisse ad id præstandum, quod Deo gratissimum fore intelligerent.

S. Thom 3. p. q. 37. a 3. a Leuit. 12.

I. Obedientia dura b Exo. 4. 25. A quo Iesus circumcisus!

DEINDE, B. Virginis charitatem & *pietatem* perpende, quæ omni dubio procul, huic actioni præsens interfuit: tum vt filium foueret eiusque *vulneri*, quem tantoperè diligebat, mederetur: tũ vt precioſissimũ, qui effluueret, *sanguinem*, & ipsum *præputiũ* conseruaret: sciens, sanguinẽ esse Dei, immensique valoris. O quanta pietate & reuerentiâ illum in pectore suo

II. Pietas B. Virginis Colloquia cum sanguine.

lis esse posset: voluit tamen talis *haberi*, cùm se Circumcisioni subiecit: quæ peccatorum infantum indicium erat: vt ita quicunq; circundi eum videret, peccatorē esse reputaret. Quo ruborē nobis iniicit: qui, cū reipsa peccatores simus, videri tamen nolumus, sed iustorum operimenta quęrimus, Quare, *anima mea*, cùm te *veritas* humiliet, quia reipsa peccatrix es: humiliet & *charitas*, vt, quæ ob scelera tua humiliatione te dignā iudicas, optes, exēplo tui Domini, humiliari: etiamsi innocens omninò esses.

haberi voluit, non esse.

TERTIÒ, PATIENTIAM insigniter exercuit. Nam infantes cæteri, rationis vsu carentes, circumcisionem non timent: nec cultrum, aut eius vulnus & ictū sentiunt, donec reipsa infligatur; sed infans hic innocentissimus, vt qui iudicii vsu vir esset perfectus, quid sibi immineret nouerat, & cultri vulnus naturaliter pertimescebat: sed ita nihilominus quietus immotusq; mansit, atq; si nihil tale nouisset, & cū ictum accepit, etsi, vt infans, *plorauit*, (attulit.n. illi intensum dolorē ob tenerā complexionē) in corde tamen *exultauit* potiùs, ob sanguinē tanto suo dolore effusum; complacēs sibi in eo, quod æterni Patris voluntatē, ad vtilitatem nostram impleret.

S Bern. ser. 4. in Can. Colloquiū III. Patientia in apprehensione

Plorat, puer vir exultat

QVARTÒ, ardentissimam exercuit CHARITATEM, dum tantillum illum sanguinē tanto amore fudit; vt, si fuisset è re nostra, totū statim effudisset: sicut, si expediuisset, plura & acerbiora tunc vulnera excipere; promptū se ad ea excipiēda, ob Patris amorē, nostrumq; cōmodū obtulisset. O Charitas immensa! ô patientia inuicta! ô humilitas profunda, & exactissima Redemptoris mei obedientia! ô virtutes altissimæ quib. sacerdotalis texitur vestis: preciosior illa multò, c *ex hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto & byssa retorta*. O Sacerdos summe, qui hanc hodie vestem induisti, d *vt Sacrificium* offerres *Matutinum*; quam etiam indues in ipsa cruce, vt offeras Vespertinum. Indue me, oro Domine, alia simili, quo & e *corpus* & animam *exhibeam* hostiam viuentem, sanctā, Maiestati tuæ *beneplacentē*. Erubesco Domine, *quatuor* his virtutibus me nudum & vacuum cernens: Iuua me gratia tua, vt eas induens, f *nuditatem* meam operiam, Amen.

IV. Charitas prompta ad maiora.

c Exo. 39. 1
Oratio d Exod. 29 41.
Num. 28. 8
e Rom. 12. 1
f Apoc. 3. 18

PVNCTVM III.

TERTIÒ pergendo vlterius intelligam, Christum, sæ corporalis circumcisionis exemplo, spiritualem a *circumcisionem* à me exigere: docet.n. hortaturque, vt superflua in me omnia, delicias, honores & reliqua carnis commoda circuncidam & abscindam; vitia & inordinatos affectus mortificem, quò Dei legi satisfaciam, etiamsi ad hoc, *sanguinem* fundere ut necesse: hac.n. ratione *spiritum* obtineri, dixit quidam Sanctus (teste S. Dorotheo) singulari illa sententia: b *Da sanguinem & accipe spiritum*: Spiritus n. perfectio sine sanguine non acquiritur: mortificatis nimirum ac circuncisis omnibus carnis & sanguinis affectionibus.

I. Circumcisio spiritualis

a Rom. 2. 29

Sanguinē pro spiritu

b Serm. 10

DE BEO præterea æquo animo accipere, quod alij me circumcidant, iuuentque exuere superflua mea; siue id rectâ siue minus rectâ intentione faciant, vt scilicet iniuriâ aliqua me afficiant; siue honorem, siue commoditates alias auferant, etiam vsque ad sanguinem. Siquidem (Apostolo teste) non magnum quid præstare censendus est, c *qui nondum vsque ad sanguinem restitit, aduersus peccatum repugnans:* Quare Christo, qui suo nos ad id inuitat exemplo, illud dicere licet: d *Sponsus sanguinis tu mihi es:* quia tui gratia libenter quamcunque aduenientem circumcisionem & mortificationem, feram etiam vsque ad sanguinem.

c Heb. 12. 4.
d Exo. 4. 25.

AD hæc, iuuerit considerare, tribus in locis Christum Dominum, & apud tria hominum genera, sanguinem suum fudisse. PRIMVM, in Circumcisione manu *ministri* Dei, qui sancta intentione eius effudit sanguinẽ. DEINDE, in horto, per seipsum, consideratione instantis sibi passionis, quæ sanguinem fudare ipsum coegit. TERTIO, apud *Pilatum*, & in Caluariæ monte, *carnificum* & Satharæ ministrorum manibus: vt ex his discam, id sanguinem meum dandum, & quidnis tribus his modis & occasionibus patiendum, paratum me esse debere. PRIMVM meipsum ministrorũ Dei iussis ita subiiciendo, vt liberè circumcidant & scindant, etiam quæ mihi sint charissima. DEINDE, meipsum vindicem & vltorem mei ipsius constituendo, in pœnitentiæ & mortificationis operibus, carnis castigatione, & eorũ spoliatione atque abiectione, quæ in diuino obsequio mihi sunt impedimento, licet in his dolorem ferre oporteat. DENIQVE dolores & incommoda quæque ferendo, à meis aduersariis iniquè illata. O IESV, per sanguinem illum *tribus* occasionibus à te effusum supplico, excita cor meum, vt promptum se offerat, vbicunq; similes occurrant occasiones, ad proprium effundendum: nam etsi plurima habeat meritò circumcidenda, à proprio tamen amore, ne manum admoueat, impeditur: tu ergo, Domine, tuam adhibe, circuncide, & rem ita dispone, vt & alij circumcidant: nequid in ipso superflui remaneat, quod diuinæ tuæ maiestati displiceat.

III
Sanguinẽ dedit
1 Sacerdoti
2 Sibi
3 Carnifici
Tu te
1 Superiori
2 Tibi
3 Carnifico
Oratio

De effusione sanguinis in Circumcisione construi & alia potest meditatio eo modo, quo in 4. Parte Meditatione 23. fiet circa sanguinem ab eodem Christo Domino in Passione effusum.

MEDITATIO XXI.

DE NOMINIS IESV IMpositione.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM circa nomen IESV, *quis* illud imponat, quam ob *causam*, & *quomodo* ipse id acceptet. PRIMVM perpende primarium huius nominis auctorem, nec B. Virginem, nec Angelum, sed æternum *Patrem* fuisse. Tanta est enim Infantis huius dignitas, vt creatura nulla siue terrena, siue cælestis, per se ipsam potuerit aptum ei nomen imponere: sed illic solus, qui *eum* nouit; & *finem*, ob quem homo fiebat; & *officium*, quod, quà homo, erat obiturus: ac propterea cùm alia multa imponere potuisset, hoc elegit, quod *Saluator* interpretatur: cùm enim ad nos saluandos veniret, & hoc eius esset officium: aptissimum erat nomen, quod ei imponeretur. Licèt autem aliqui alij eo nomine fuerint compellati, id tamen fuit *figura* tantùm & vmbra celsissimi huius Infantis, qui ore pleno & eminenter IESVS meretur vocari, & Saluator seu Liberator, non corporum tantùm, sed etiam animarum: quod ipse triplici admiranda excellentia præstat.

IESV nomen

Pater imponit

Saluator Veritas

Reliqui Figura.

PRIMA excellentia est, quòd ab omni *malorum* genere nos liberet; ab ignorantia, erroribus, culpis, pœnis temporalibus & æternis; nullum est enim malum, à quo Saluator hic non possit nos liberare.

I. Ab omni malo liberat.

SECVNDA quòd non solùm à malis liberet, sed eximia quoque impertiat bona; quò saluatio nostra & copiosa sit & perfectissima. Quare gratiam, sapientiam cœlestem, virtutes ac dona Spiritûs sancti, meritorum abundantiam, ad gloriæ coronam consequendam impertitur: donec in Promissionis terram introducat, non illam IESV Naue a *lacte & melle* delitiarum temporalium, quibus corpus tantùm reficitur, *manantem*; sed eam, quæ lacte & melle æternarum delitiarum manat, quibus anima reficitur & satiatur æternùm.

II. Magna bona largitur ad terram viuentium ducit a Deut. 31. 20. 23.

TERTIA excellentia in modo Saluationis est posita, cuius causa nomẽ hoc IESV nec soli Deo, nec homini, aut Angelo, aut alicui ex omnibus creatis conuenire potest, sed Christo soli, cuius propterea propriũ est, quod simul sit Deus verus & homo. Solus enim homo non poterat nos saluare: Deus solus potuisset quidem; sed merâ misericordiâ: at Deus & homo, saluat etiam de rigore iustitiæ. b *in gladio & arcu* suo; meritis scilicet suis

III. Soli Christo propriũ saluare ex Iustitia Deo & homini. b Gen. 48. 22.

de manu Amorrhæi Saluationem, iuxta nominis IESV ethymologiam, nobis promerendo. Et ideò interrogatus hic Dominus: quis esset: respondit: c *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandũ.* Sit fœlix faustũq; dulcissime IESV, nomen adeò glorioſum, quod, Patre tuo iubẽte, hodie tibi imponitur: gaudeo quod illud non sit inane & vmbratile, quale habuerunt alij; sed rei veritate & omni perfectione plenum. Gaude *anima mea* ob eximij huius Saluatoris excellẽtiam: & cum Propheta Regio dic: d *Ego autem in Domino gaudebo; & exultabo in Deo IESV meo*, & Saluatore meo. *DEVS Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi cervorum*: quibus peccata me insequentia euadã: *& super excelsa deducet me victor*, cum sanctis scilicet suis in cœlum *in* hymnis & *Psalmis canentem.* Amen.

c *Isai.* 63. 1. Oratio

Colloquiũ d *Hab.* 3. 18

IV. B. Virgo indit nomen Sua & omnium lætitia.

Sed attendendum hic est: *B. Virginem* nomen ipsum, filio suo in Circũcisione imponendum, aperuisse: quæ omnium mortalium optimè filij excellentias nouerat: quas in corde suo, postquam Angelus ei reuelauerat, ruminans conferebat. Quare hoc die summâ reuerentiâ nomen illud ore suo protulit, dicens: IESVS erit nomen tuũ, sed quanta in dulcissimo hoc nomine primùm proferendo animi eius lætitia! Nec tamen sola, sed & sanctus Ioseph, & quotquot aderant, eo nomine audito, suauitatem & cœlestem quandam fragrantiam perceperunt. Nam tunc illud Canticũ cœpit impleri: e *Oleum*, & suauissimi odoris vnguentum, *effusum nomen tuum: ideò adolescentulæ dilexerũt te.* Hactenus nomen hoc, etsi suauissimum, nullum emittebat odorem, eò quòd incluſum esset: nunc manifestatum, suauissimam spargens fragrantiam, lætificat, confortat, & ad se puras castasq; animas trahit, quæ illud vel audiunt, vel proferunt: eiusdemque amore exardescunt. Præ cæteris porrò beatissima eius mater, quò purior ac mundior, nominisque huius altissimorum mysteriorum gnara magis, eò altiori gaudio perfusa, Canticum illud suum repetebat: d *Magnificat anima mea Dominum; & exultauit spiritus meus in Deo IESV meo, salutari meo: quia fecit in me magna qui potens est, & sanctum* NOMEN *eius.* O *Virgo B.* imprimat dulcissimus Filius tuus cordi meo, Augustissimi huius nominis sui debitam æstimationem & amorem sicut impressit tuo. O *nomen* suauissimum effunde in me cœlestem fragrantiam, quò debilis, infirma, ac misera anima mea confortata, & à miseriis, quæ illam premunt, liberetur, & tam copiosæ saluationis fructus percipiat.

e *Cant.* 1. 3. Oleum ostensum nomen IESV

d *Luc.* 1. 46

oratio ad B. Virg. ad IESVM

Iesus hoc nomen grataner acceptat.

Deinde perpende, qua ratione Infans sanctissimus, nomen hoc Saluatorisque officium acceptauerit, & in eo exultauerit: & porrò Patri suo, voluptate summâ obtulerit se huius nominis honorem, vsque ad mortem, propugnaturum; & quidquid eo significatur, in hominum commo-

dum ple-

dum pleniſsimè impleturũ. Gratias tibi, IESV bone, ſummas ago, pro hac tua nos ſaluandi accenſa voluntate; & officio, nomineque IESV & Saluatoris acceptato. Imple, quæſo Domine, in me efficaciter voluntatem illã vt qui verè es IESVS, mihi IESVS ſis, & Saluator. Oratio

PVNCTVM. II.

PERPENDENDA ſecundo loco ſunt cauſæ, cur *octauo* die, & in *Circũciſione* hoc ei nomen fuerit impoſitum. Nam, etſi ante Incarnationẽ Angelus illud Beatæ Virgini aperuit, & poſt eam etiam Sancto Ioſepho, ob duas tamen præcipuas cauſas non fuit ante ipſam Circumciſionem manifeſtatum.

PRIMA, propter Infantis ipſius honorem. Cùm enim Pater adeò illum videret humiliatum, & in forma peccatoris, voluit eo ipſo tempore, & occaſione eundem exaltare, impoſito ei *a* IESV nomine, quod eſt ſuper omne nomen; vt ſic maximè conſtaret, cum non modo peccatum non habere; ſed b *peccatores potiùs ſaluare*; ac condonare peccata. Hoc meritò me impellet, ad gratias æterno Patri agendas, ob delatum huic filio ſuo honorem, ipſius amore humiliato: quo mihi etiam pignus certum & arrhabonem offert, fore, vt, ſi ipſius gratiâ me humiliauero, ab ipſo exalter; recipiamque c *nomen nouum* ita honorificum, *vt nemo, antequam recipiat*, illud nouerit æſtimare, aut eius præſtantiam, donec illud Deus in æterna gloria communicet. I. Circumciditur Ieſus a *Luc.* 2. 21. b *Matt.* 1. 31 Humilians ſe exaltatur c *Apo.* 2. 17.

SECVNDA cauſa fuit, vt oſtenderetur, & nomen, & officium Saluatoris, ſanguinis effuſione ab ipſo velut comparari. d *ſine ſanguinis enim effuſione* (ait Apoſtolus) *non fit remiſſio* peccatorum. Quare dulciſsimus IESVS dum Redemptoris nomen aſſumit, arrham dat pretij, quod pro Redemptione futura ſit ſoluturus, paruam illam pretioſi ſui ſanguinis portionẽ, quem in Circumciſione effundit: ſimul ſtatuens, integrum poſtea pretium in paſsione, toto effuſo ſanguine, perſoluturum. Quamuis vel hæc ipſa ſanguinis eius portio ſufficeret pro totius mundi, & millle aliorum, ſi eſſent, redemptione; quia ſanguis eſt Dei. Sed eius tanta eſt charitas & liberalitas, vt totum voluerit effundere. Ideoque inſtrumentis omnibus quæ ad ſanguinem extrahendum apta ſunt in terra, locum dedit, vt quidquid in eius fuit corpore, magno licet dolore, ignominiaque ſua exhauirent, & *cultro* quidem hodie primum ſanguinis fontem aperuit: qui mox tamen fuit occluſus: reliqua vt flagella, ſpinæ, claui, lancea, alios poſtea fontes aperuerunt, qui non prius ſunt clauſi, quam ſanguis totus exhauriretur. O SALVATOR fortiſsime, cuius fontes, etſi *ſanguinem* magno tuo dolore manent; ſunt tamen etiam *aqua* viuæ ingentium II. d *Heb.* 9. 22 Ieſus nomen ſanguine ſuo emit. Totum voluit ſanguinem. *Iſai.* 12. 3. Oratio

gratiarum

gratiarũ,quæ cum exultatione magna & amore accipi debent.Laudet te Domine anima mea pro infinita hac charitate, qua fontes iſtos aperiens, iubes,me cum exultatione accedere, & frui pretio, quod tanto tuo effundis labore. O anima mea, quid par eſt præſtare te ſalutis tuæ causâ, pro qua tanta facit ipſe Saluator. Si ille ſanguinem ſuum pro ea fundit: quid mirum ſi & tu effundas proprium? Ecce me Domine, ad meum amoris tui gratia effundendum, paratum; ſi tui pro me effuſi feceris participem. Amen.

Colloquiũ

PVNCTVM. III.

TERTIÒ, dulciſsimi huius nominis *excellentiæ* ſunt expendendæ; & *commoda*, quæ ex illo nobis proueniunt; *modusq́*, & ratio huiuſmodi commoda fructusque ex eo percipiendi. Priùs tamen, quam ipſam conſiderationem aggrediar, rogandus mihi eſt ipſe Pater æternus, vt propter ſanctiſsimi huius nominis gloriam, diuinam ſuam lucem ad huius nominis excellentias aſſequẽdas,mihi velit impertire. Si enim (Apoſtolo teſte) a Nemo poteſt dicere: Dominus IESVS niſi in Spiritu ſancto: quis æſtimare,ac in ſe ſufficiet ſentire, quæ in eodem nomine latent, niſi ab eodem Spiritu præueniatur & adiuuetur?

a 1. Cor. 12. 3.

I. IESVS compendium excellentiarum Chriſti

His præmiſsis, illud in primis perpendam: Nomen hoc IESVS *compendium* quoddam & monumentũ eſſe omnium, quæ in Chriſto Domino noſtro continentur, *excellentiarũ*, quæ ad tria velut capita referri poſſunt. Eſt enim PRIMVM, omnium perfectionum, quæ ei, quà *Deus* eſt, conueniunt, ſumma: omnium DEINDE gratiarum ac virtutum; quæ eidem, quà *homo* eſt, competunt: ac DEMVM officiorum omnium, quæ, quà *Deus* & *homo*, ſimul eſt, erga homines præſtat. Iure itaque licebit, ſic ratiocinari. Si IESVS eſt, eſt igitur infinitè bonus, ſanctus, ſapiens, omnipotens, miſericors, & ipſa bonitas, ſanctitas, & ſapientia Dei: hæc enim omnia ſunt neceſſaria vt nomini IESV ſatis fiat: b *qui* (vt Apoſtol. ait) *factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*. Item: Si eſt IESVS: eſt igitur ſummè humilis, manſuetus, patiens, fortis, modeſtus, obediens, charitate plenus: quia omnium harum virtutum exemplar nobis eſſe debet: quia d *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, accipientque omnes, gratias & virtutes, quibus ſaluentur. Denique ſi IESVS eſt, erit igitur magiſter, medicus, pater, iudex, paſtor, protector, & aduocatus noſter: itaq; in ſolo Ieſu habemus omnia: ideoque dicere licet: IESVS *meus, & omnia*. ſi infirmor, tu ſalus mea es; ſi eſurio, tu ſatietas mea; ſi pauper, tu abundantia mea; ſi debilis, tu fortitudo mea; ſi ignorans, tu ſapientia mea; ſi peccator, tu iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio mea es. O IESV *meus & omnia*, concede mihi te ſuper omnia amare: & in te ſolo requiem meam, & ſa-

I. quà Deus b 1. Cor 1. 20

2 quà homo d Ioan. 1. 16

3 quà Deus & homo. S. Amb. li. de Virgin. ad finem. Ieſus meus & omnia Oratio

tietatem

tietatem perfectam quare: in te ſiquidem vno ſimul ſunt omnia, quæ ſatiare me poſſunt: quia ſolus es vnicum, ſummum, & totum bonum meum, cui ſit honor & gloria per omnia ſecula. Amen.

II

HINC etiam ratiocinari poſſum: in dulciſsimo hoc nomine, illa omnia glorioſa & magnifica contineri, quibus prophetæ Meſsiam compellant, quæ refert Iſaias dicens: e *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis.* Expendam verò: DEI nomē, ideo IESV ipſi conuenire; quòd, niſi Deus eſſet, nos redimere non valeret; nomen FORTIS, illi propterea tribui; quod pugnaturus victurusque ſit Dæmones; non ADMIRABILIS; quòd quæcunque ſunt in ipſo, Incarnatio, vita, mors, vt noua, ita ſtupenda fuerunt. Eſt verò & CONSILIARIVS, magniq́ue conſilij Angelus: quia tota eius doctrina, admirādi eſt conſilij plena. Eſt etiam Ieſus PATER FVTVRI SECVLI; quia in ſtatum gratiæ nos generat, gloriæque hæreditatem nobis tribuit. Eſt denique PRINCEPS PACIS; quia cum Deo & aliis hominibus copioſa nos pace conciliat. O MAGNE IESV, quàm aptè horum hominum ſplendor tibi competit: quæ quoniam in te non inania, ſed plena ſunt, perfice, quæſo, in me id, quod hæc omnia, ſignificant: quò & ego ob prouenientē tibi ex eis gloriam ſemper te laudem & glorificem. Amen.

e Iſai. 6. 9. Deus

Fortis

Admirabilis

Conſiliarius

Pater futuri ſæcul.

Princeps pacis

Oratio

III.

HINC facilè gradum faciam, ad bona, & *vtilitates*, quas in dulciſsimo IESV nomine repoſitas habeo, perpendendas. Eſt enim vnicum mihi ac certiſsimum ad *peccatorum* veniam obtinendam medium; eſt optimus titulus, ob quē in meis *orationibus* exaudiar; eſt *ægritudinum* omnium ſpiritualium antidotum præſentiſsimum; eſt defenſiuum & offenſiuum telū aduerſus omnes dæmonum *tentationes*; eſt in *periculis* omnibus protectio, eſt in meis *ignorantijs* lux, & dux fidelis; eſt & mihi *virtutum* omnium exemplar; ac denique *ignis* & ſtimulus, qui me ad eas procurandas vrget atque inflammat.

1
2
3
4
5
6
7
8

HIS conſiderationibus magnum in me deſiderium excitabo, fixum in *memoria* mea ſanctiſsimum hoc nomen retinendi, vt eius ſemper recorder: in *intelligentia*, vt de eo cogitem; in *voluntate*, vt amem; in *corde* inſculptum, vt mihi coniunctum habens, eo me oblectem; in *lingua*, vt frequēter laudem ac benedicam eiusque excellentias cum voluptate manifeſtē: & initio & fine ſermonum & colloquiorum meorū, ſumma, qua potero, interna & externa reuerentia vſurpē: quandoquidē (Apoſt. teſte) f *In nomine* IESV *omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum*: nam & ij, qui in *Inferno* detinentur, etſi inuiti, coguntur tamen reuerentiam huic nomini exhibere. O dulciſsime IESV, eſto mihi in omnibus animæ meæ potentiis IESVS, officium IESV, Saluatoris in eis exercens, quò & illæ ſe exerceāt in omnib. quæ tuū concernunt honorem, in ſæcula. Amē.

IESV dulcis memoria.

f Phil 2. 10.

oratio.

MEDITATIO XXII.

DE MAGORVM REGVM AB ORIENTE discessu vsque ad ingressum in Ierusalem.

PVNCTVM I.

D. Thom. 3. p. q. 39. a. 7. & 8.

CONSIDERANDA hic est ipsius *stellæ* in oriente apparitio, & *tempus*, ac *finis* eius; *effectus* denique in trium Regum animis producti, perpendendi.

I Pater filium gentibus pandit

PRIMVM ergo perpende Patrem æternum, cùm vellet filium suum in Bethlehem natum, non solùm aliquibus *Iudæis*, Pastoribus videlicet, ad quos Angelum suum miserat; sed aliquibus etiam *Gentibus* innotescere, eodem die nouam stellam, pulchérrimam, & splendidissimam, in Oriente creasse, quæ, iuxta Balaam vaticinium, a *Nati Messiæ* & Regis Israel signum esset: vt, qui stellam viderent, ad eum Regem cognoscendum, adorandumque accederent, qui in commune omnium bonum natus esset. Gratias tibi, *Pater æterne*, pro cura ista, qua disponis, vt filius tuus innotescat, & à *Gentibus* adoretur; tam ob ipsius honorem & gloriam; quàm ob illorum, qui eum agnoscent & adorabunt, vtilitatem. Vtinam omnibus id contingeret, quò Aduentus eius participes fierent.

a *Num.* 24. 17.

oratio

II Soli tres Reges mox sequuntur

IN DE considera, & si plurimi Stellam illam in Oriente viderint; eiusque pulchritudinem admirati, quid significaret, cognouerint; solos tamen *tres Reges*, eius aspectu ita commotos, vt, domibus suis relictis, Regẽ eum quærere statuerent, quem stella natum indicabat: reliquos omnes eam cogitationem deposuisse; quòd graue reputarent, domos suas, vxores fortunas & amicos relinquere; de terra sua exire itineri adeò longo ac difficili se dare; in regiones alienas & locum non satis certum proficisci: quas difficultates, *carnis* sensus horrebat; *Dæmonque*, vt eos deterreret, adhuc magis amplificabat. In huiusmodi enim abiecti animi hominibus, locum habet quod ait Sapiens: b *Dicit piger: Leo est fortis, in medio platearũ occidẽdus sum.* Et iterum: c *Leo est in via & leæna in itineribus*: domi volo manere, vt periculum hoc euadam. Verùm miseri, dum d *fugiunt à facie leonis, occurrit eis vrsus.* & temporariam vitantes mortem, æternam fortè obierunt. Verendum est enim, ne ex hac ignauia, eorum vltima damnatio prouenerit: eò quòd in tenebris infidelitatis vitam finiuerint.

Reliqui abiecto animo refugiunt

b Prou. 22. 13.

c 26. 13.

d Amos. 5. 19

Hæc interim mihi applicans, perpendam; quoties diuinæ inspirationis *stella* animæ meæ illuxerit, excitans me ad quærendum Christũ eius paupertatem, humilitatẽ, cæterasq; virtutes amplectendas, & licèt, quid sibi

Inspirationibus parendum

stella

ſtella illa velit, intelligam; nec vel pedem mouere, vt id quæram, quod ſuggeritur: ne aut commoditates meas, aut quæ multum diligo, deſeram; aut laborem etiam exiguum ſubeam, efficiis excuſationis causâ difficultatibus, cùm reipſa ſint nullæ. Et ideo (vt ait Iob.) e *qui timeo pruinam*, hoc eſt, aliquem huius mundi laborem, *irruet ſuper me nix*, quæ eſt pœna cœleſtis: Deo me, glaciei inſtar frigidum, ac deſolatum pro meritis deſerente. Stella verò, quæ ſalutis meæ causâ fuit orta, teſtis mihi erit ad damnationem.

Difficultates ſuperandæ.

e Iob. 6. 16.

TERTIÒ, contrà perpendendum, quantum Deus beneficium tribus illis Regibus contulerit, interna illa luce & inſpiratione adeò efficaci, vt ſtatuerent, domibus ſuis patriaque relictis, Chriſtum quærere; tot aliis in cæcitate ſua, ignauia, miſeriaque derelictis. Ex quo diuinæ inſpirationis vim deprehendens, orabo Dominum, vt ea me præueniens, illud mihi ſuggerat, quod olim Abrahamo: f *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & veni in terram, quã monſtrabo tibi.* Quod ſi DEVS tali me iam gratiâ præuenerit, vt alterius ſtellæ lumine efficaciter de mũdo eduxerit, quò cum in *Religione* quæram, aliis multis in media confuſione Babylonica relictis; tum gratias propterea maximas agam: tũ, vt ſimiles animæ illuſtrationes immittat, quæ me ad omnia amoris & perfectæ ipſius imitationis impedimenta remouenda permoueant, ſupplex orabo.

III. Vis gratiæ efficacis.

f Gen. 12. 1.

Religionis beneficiũ agnoſce & perfice.

VLTIMÒ perpende attentiùs, locum hic habuiſſe tremendam illam Chriſti ſententiam. g *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Siquidem ex tot Orientalibus, qui, ſtella inuitante vocati fuerant, tres tantùm fuerint ad præclaram hanc expeditionem electi; quos Trinitas ſanctiſsima, tanquã Gentium primitias, elegit. O beatiſsima & adoranda *Trinitas*, coniũge me *trium* horum numero; quò diuinam vocationem ſequens, te confitear, adorem, & glorificem in ſecula. Amen.

IV. Tres è tot ſoli electi. Oratio

g Mat. 20. 16.

PVNCTVM. II.

CONSIDERANDVS deinde eſt Magorum ex Oriente egreſſus & ipſa Heroſolymam vſque profectio.

PERPENDE igitur primùm: Reges illos *fide* viua ſeſe in Dei manus proijcientes; & *munera*, quæ nato Regi offerrent, ſecum accipientes iter ſuum aggreſſos fuiſſe: atque in ipſo itineris ingreſſu, aduertẽtes ex tempore ipsã etiam *ſtellam* loco moueri, quaſi itineris ducem ſe ipſis præberet, vehementer exhilaratos, laudem & gloriam DEO, pro ea prouidentiâ & erga ſe curâ, dediſſe. Ex quo intelligam, ſi Deo confidens & viuæ fidei innitens, eũquærere incepero, eius mihi prouidentiam certò adfuturam; gratiaque & auxilio ſuo, vt cęptum iter perſequar, adiuturũ; diuinæ

I. Stella Reges ducit

Deus suos nocte dieque protegit.

vocationis spiritu gratiaque, stellæ instar, præcedente: Et, vt Israelitas per desertum duxit, eos præcedendo, viamque monstrando a *in die* quidem *columna nubis* eos à solis æstu protegente: *nocte verò columna ignis* lumen ad progrediendum præbente: sic me directurum, gressusque meos gubernaturum, in die prosperitatis, ab ardoribus sensuum & mundi huius tentationum protegendo: & in *nocte* aduersitatis à frigore & tepiditate pusillanimitatis defendendo.

II. Stellæ ductum firmiter tenent.

DEIN DE perpende, eosdem Reges in itineris progressu rectà semper, nec ad vnam aut alteram partem declinando, stellam ita secutos, vt cũ progrediente progrederentur: cum hærente, & ipsi hærerent: simul attẽdentes, ne quid eo Domino ac Rege, quem in stellà ipsa agnoscebant, indignum admitterent. Ad quorum exemplum ita me componere studebo, vt, quos Deus mihi duces in vitæ huius peregrinatione constituit, omninò sequar: *Rationis* nimirũ lumen naturale, & *fidei* supernaturale: diuini *spiritus* inspirationem, & illustrationem, ac meorum *Prælatorum* & Confessariorum directionem: quæ quatuor veluti stellæ ad vnam (*b* quæ *Deus* est, nos per illas dirigens) reducuntur. Incumbit verò mihi ita eum sequi, vt rectà omnino, nec ad dextram nec sinistram declinans, sequar: & solicitè caueam admittere, quod ipsius oculis displiceret.

4 Stellæ Ratio Fides S. Spiritus Prælatus

b *Apoc.* 1. 18 & 22. 16.

III. Stella se abdit.

TERTIÒ perpende, stellam, quæ toto itinere Reges illos præcesserat, iam Ierosolymam propinquantibus, repẽtè sese occultasse; magno quidem illorum animi sensu, sed Deo id ita disponente, tum ad fidei ac fidelitatis eorum probationem, & ad magnarum virtutum exercitationẽ: tũ, vt cœlesti illo deficiente, duces eos quærerent, quos Deus in terra sequendos constituit: qui sunt Sapientes & Legis Doctores, Prælati, ac Superiores in Ecclesia. Qui Magi, non propterea deceptos se fuisse existimauerunt, aut, animum abiicientes, quod Dux ille se subtraxisset, spartã suam, re infecta ad propria remeantes, neglexerunt: sed ipsam Vrbem ingredi statuerunt: spe inueniendi, quem tanto desiderio quærebant: hoc suo exemplo, quid mihi agendum sit, docentes; cum Deus sensibili deuotione deficiente, tenebris verò ac tentationibus obruentibus, sese subtrahit. Non enim propterea diffidentiæ locus dandus, aut à bene cœptis desistendum est: sed media, quæ licebit, adhibenda sunt, ad quærendum & inueniendum Deũ, ministros, & vicarios eius accedendo: sicut sponsa, hoc est anima iusta, in Cãticis fecisse dicitur, cũ, absente sponso, in tenebris & obscuritate noctis se esse deprehenderet. *c In lectulo*, inquit, *meo per noctes quæsiui, quẽ diligit anima mea: quæsiui illũ & nõ inueni. Surgã & circuibo ciuitatẽ: per vicos: & plateas quærã, quẽ diligit anima mea.* exercens nimirũ se sanctis ac piis operibus; cernensque aliorum iustorũ exempla, quærere pergit.

Reges non turbantur in desolatione ad Prælatos confugiẽdum

c *Gen.* 3. 1 & 3.

quæsiui,

quæsui, ait, *& non inueni: inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: num quem dilexit anima mea, vidistis?* Prælatos ergò & Pastores accedit Ecclesiæ, à quibus instruatur, & doceatur, vbi, & qua ratione dilectum suum inuenire possit. *Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Ecce viam, dilectum animæ sponsum inueniendi, quam & Magos tenere disposuit Deus; dum eorum aspectui subtraxit stellam: O *Deus æterne*, da mihi horum virorum fidem & constantiam, quò te eâdem, qua illi, fidelitate ac perseuerantia quæram; ad humana illa & ordinaria media, cùm diuina se subtrahunt, demisse accedens. Oratio

PVNCTVM III.

TERTIÒ considerandum, quid Magi, dum Hierosolymam sunt ingressi, primùm interrogarint. a *Vbi*, inquiunt, *est qui natus est Rex Iudæorum?* Qua interrogatione insignes aliquas virtutes prodiderũt. a *Matt. 2. 2*

PRIMVM FIDEM magnam, dum, quod non viderant, credunt; dum natũ fatetur infantẽ, qui Rex & Messias esset, Iudæis à Deo promissus; de quo nihil dubitantes, *lorum* tantum requirunt, in quo natus sit, qui enim illud *primum* eis reuelauit, occultauit *secundum*: MAGNANIMITATEM suam etiam ostenderũt & animi fortitudinem? Nam etsi vitæ periculum ab *Herode* propterea timere meritò poterant, quòd ciuitate illa, & ipsa Herodis Regis aula, nouum alium ipsi Regem quærerent: intrepidè tamen, nec occultè in angulis, sed palam & in ipsa Regia, de recens nato Rege Iudæorum interrogant. Heroicam certè fiduciã, & imperterritam animi fortitudinem, ab ipso recens nato Rege inspiratam, qui etsi spectabile illis stellæ lumen subtraxit; internum tamen & inuisibile fidei lumẽ potiùs auxit: cuius virtute b *sancti deuicerunt Regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Tene fidem viuam, anima mea, c *in Deum tuum*; cuius virtute *transgredieris muros*. resume animum ad perrumpendas occurrentes difficultates, & obeunda pericula: quia Rex ille, quem quæris, certò proteget, liberumque ex eis eripiet. Ex HAC fide & animi fortitudine manauit, quòd Herode, & tota cum ipso Hierosolyma, horum Magorum interrogatione turbatis, nihil ipsi turbarentur. Et Herodem quidem turbari, cùm tyrannus & ambitiosus vereretur, recens natum, qui quærebatur, infantem, regno ipsum deturbaturum, non adeò mirum erat; sed *Iudæos* ipsos ex eo turbari, quod maximam debuit pacem & lætitiam adferre; illud verò vehementer mirandum. Sed nimirum præsenti Regi, etsi tyranno, blandiri & placere potiùs volebant, quàm cœlesti, qui dudum promissus, iam præ foribus adesse dicebatur. Ex quo intelligam, quàm sit periculosum, arctam familiaritatem aut amicitiam cum Potentioribus scelestisque contrahere, qui odii, iræ, vindictæ & ambitionis pertur-

I. Fides Regem scinunt, lorum requirunt.

II. Magnanimitas. Stellã subtraxit, non gratiam.

b *Heb. 11. 33*

c *Psal. 17. 30*

Colloquiũ

III. Nil turbati turbant omnes.

Iudæi turbantur amore Herodis.

Ptaeorum societas.

seruarit! quam blanda cum ipso *sanguine* colloquia miscuerit! quomodo eius intuitu ab æterno Patre, vt mundo parceret, obsecrarit! imò addidisse credibile est, vt, si possibile esset, hac sanguinis effusione, quæ tanti valoris erat, contentus esset. Cum *spiritu* etiam *sancto*, cuius erat sponsa, colloquia alia miscebat, verbis vtens Sephoræ, quæ, cum filio suo in diuersorio existens, dixerat Moysi: O Spiritus sancte: c *quomodo mihi sponsus sanguinis es!* dum filij mei sanguinem vis effundi, quo sacri eius pedes perfundantur. Nec tamen propterea te deseram, sicut illa Moysen *dimisit*: quia voluntatem tuam meæ in omnibus præfero, etiam cùm eo nomine proprium meum sanguinem effundere oporteret.

Et S. Spiritu.

c Exo. 4. 26.

III. Compassio B. Virginis. Oratio

ALIVNDE tamen, dolor & compassio ipsius B. Virginis viscera penetrabat, cum filium talia patientem cerneret! flebat cum flente, & maximè ob fletus illius causam, dixit tunc in corde suo: O culpa originalis, quã & tas carè filio meo! O Adami terreni lapsus, quàm es amarus cœlesti! O Virgo beata, si mihi daretur te in fletu isto comitari, ac pro meis sceleribus flere, quò eorum veniam, virtute sanguinis filij tui impetrarẽ!

PVNCTVM II.

CONSIDERANDI deinde sunt heroici virtutum actus, quos in Circumcisione sua Christus ipse edidit: neque enim solùm *dolorẽ*, vt alij infantes, rationis vsu carentes, tolerabat, sed eximios *virtutũ* actus edebat. PRIMVM OBEDIENTIAE, quam legi præstitit. Nam etsi tanquam Deus, supremusque Legislator, potuisset secũ in ea lege dispensare, ad quod sufficiens nõ defuisset causa; aut certè in ea dispensandi nulla fuisset necessitas quod ea lex nullo modo eũ astringeret, vt qui sine viri opera, & absque vllo originalis culpæ debito conceptus esset: voluit tamen sponte sua præcepto illi, etiamsi aspero & pœnali, parere, simulque protestari, se vniuersam veterem legem seruaturum. Nam Apostolus, a *testificor* (ait) *omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ*, etiam si valde illa esset grauis: Quare adorandus & benedictus hic infans, cùm circumcidi voluit, ad totũ illud legis pondus ferendũ se obtulit. b *Legẽ* ipsam totã *in medio cordis sui* reponens, vt per Regiũ Prophetã ipsemet dixit. O *anima mea*, cur te non prõptam offers, ad suaue Nouæ & Gratiæ legis onus & iugũ ferendũ: cùm Christus, ad grauissimũ & intolerabile Veteris portandum, tui causa se offerat? Si is, etiam difficillima, & ad quæ omninò non tenebatur, tui causa amplectitur: cur tu facilia, quæ ipse iubet, refugis? Ignosce Domine, inobedientiæ meæ: & iuua, tuum sequi exemplum, in lege tua custodienda, sicut ipse custodisti.

I. Obedientia pœnalis & dura Totius legis implẽdæ. a Gal. 3. 5.

b Psal. 39. 9. Colloquiũ.

Oratio

II. Humilitas peccator

HVMILITATIS deinde insignem edidit actum: Nam infans hic cùm non posset se *peccatorem reputare*, vt qui nec esset, nec reipsa vllo modo ta-

lis esse posset: voluit tamen talis *haberi*, cùm se Circumcisioni subiecit: quæ peccatorum infantum indicium erat: vt ita quicunq; circundi eum videret, peccatorē esse reputaret. Quo ruborē nobis iniicit: qui, cū reipsa peccatores simus, videri tamen nolumus, sed iustorum operimenta quęrimus. Quare, *anima mea*, cùm te *veritas* humiliet, quia reipsa peccatrix es: humiliet & *charitas*, vt, quæ ob scelera tua humiliatione te dignā iudicas, optes, exēplo tui Domini, humiliari: etiamsi innocens omninò esses.

haberi voluit, non esse.

S Ber. ser. 14. in Can. Colloquiū

Tertiò, Patientiam insigniter exercuit. Nam infantes cæteri, rationis vsu carentes, circumcisionem non timent: nec cultrum, aut eius vulnus & ictū sentiunt, donec reipsa infligatur; sed infans hic innocentissimus, vt qui iudicii vsu vir esset perfectus, quid sibi immineret nouerat, & cultri vulnus naturaliter pertimescebat: sed ita nihilominus quietus immotusq; mansit, atq; si nihil tale nouisset, & cū ictum accepit, etsi, vt infans, *plorauit*, (attulit. n. illi intensum dolorē ob tenerā complexionē) in corde tamen *exultauit* potiùs, ob sanguinē tanto suo dolore effusum; complacēs sibi in eo, quod æterni Patris voluntatē, ad vtilitatem nostram impleret.

III. Patientia in apprehensione

Plora, puer vir exultat

Qvartò, ardentissimam exercuit Charitatem, dum tantillum illum sanguinē tanto amore fudit; vt, si fuisset è re nostra, totū statim effudisset: sicut, si expediuisset, plura & acerbiora tunc vulnera excipere; promptū se ad ea excipiēda, ob Patris amorē, nostrumq; cōmodū obtulisset. O Charitas immensa! ô patientia inuicta! ô humilitas profunda, & exactissima Redemptoris mei obedientia! ô virtutes altissimæ quib. sacerdotalis texitur vestis: preciosior illa multò, c *ex hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto & bysso retorta*. O Sacerdos summe, qui hanc hodie vestem induisti, d *vt Sacrificium* offerres *Matutinum*; quam etiam indues in ipsa cruce, vt offeras Vespertinum. Indue me, oro Domine, alia simili, quo & e *corpus* & animam *exhibeam* hostiam viuentem, sanctā, Maiestati tuæ *beneplacentē*. Erubesco Domine, *quatuor* his virtutibus me nudum & vacuum cernens: Iuua me gratia tua, vt eas induens, f *nuditatem* meam operiam, Amen.

IV. Charitas prompta ad maiora.

c *Exo. 39.* 2 Oratio d *Exod. 29. 41. Num. 28. 8.* e *Rom. 12. 1.* f *Apoc. 3. 18.*

PVNCTVM III.

Tertiò pergendo vlterius intelligam, Christum, suæ corporalis circumcisionis exemplo, spiritualem a *circumcisionem* à me exigere: docet. n. hortaturque, vt superflua in me omnia, delicias, honores & reliqua carnis commoda circuncidam & abscindam; vitia & inordinatos affectus mortificem, quò Dei legi satisfaciam, etiamsi ad hoc, *sanguinem* fundere ut necesse: hac. n. ratione *spiritum* obtineri, dixit quidam Sanctus (teste S. Dorotheo) singulari illa sententia: b *Da sanguinem & accipe spiritum*: Spiritus n. perfectio sine sanguine non acquiritur: mortificatis nimirum ac circuncisis omnibus carnis & sanguinis affectionibus.

I. Circumcisio spiritualis a *Rom. 2. 29*

Sanguinē pro spiritu b *Serm. 10.*

DEINDE præterea æquo animo accipere, quod alij me circencidant, iuuentúque exuere superflua mea; siue id rectâ siue minus rectâ intentione faciant, vt scilicet iniuriâ aliqua me afficiant; siue honorem, siue commoditates alias auferant, etiam vsque ad sanguinem. Siquidem (Apostolo teste) non magnum quid præstare censendus est, c *qui nondum vsque ad sanguinem restitit, aduersus peccatum repugnans:* Quare Christo, qui suo nos ad id inuitat exemplo, illud dicere licet: d *Sponsus sanguinis tu mihi es:* quia tui gratia libenter quamcunque aduenientem circumcisionem & mortificationem, feram etiam vsque ad sanguinem.

c Heb. 12. 4.
d Exo. 4. 25.

III Sanguinẽ dedit

1 Sacerdoti

2 sibi

3 Carnifici Tu te

1 Superiori

2 Pri:

3 Mihi Oratio

ADHÆC, iuuerit considerare, tribus in locis Christum Dominum, & apud tria hominum genera, sanguinem suum fudisse. PRIMVM, in Circumcisione manu *ministri* Dei, qui sancta intentione eius effudit sanguinẽ. DEINDE, in horto, per seipsum, consideratione instantis sibi passionis, quæ sanguinem fudare ipsum coegit. TERTIO, apud *Pilatum*, & in Caluariæ monte, *carnificum* & Sathanæ ministrorum manibus: vt ex his discam, quid sanguinem meum dandum, & quidquid tribus his modis & occasionibus patiendum, paratum me esse debere. PRIMVM meipsum ministrorũ Dei vltro ita subiiciendo, vt liberè circumcidant & scindant, etiam quæ mihi sint charissima. DEINDE, meipsum vindicem & vltorem mei ipsius constituendo, in pœnitentiæ & mortificationis operibus, carnis castigatione, & eorũ spoliatione atque abiectione, quæ in diuino obsequio mihi sunt impedimento, licet in his dolorem ferre oporteat. DENIQVE dolores & incommoda quæque ferendo, à meis aduersariis iniquè illata. O IESV, per sanguinem illum *tribus* occasionibus à te effusum supplico, excita cor meum, vt promptum se offerat, vbicunq; similes occurrant occasiones, ad proprium effundendum: nam etsi plurima habeat meritò circuncidenda, à proprio tamen amore, ne manum admoueat, impeditur: tu ergo, Domine, tuam adhibe, circuncide, & rem ita dispone, vt & alij circuncidant: nequid in ipso superflui remaneat, quod diuinæ tuæ maiestati displiceat.

De effusione sanguinis in Circumcisione construi & alia potest meditatio eo modo, quo in 4. Parte Meditatione 23. fiet circa sanguinem ab eodem Christo Domino in Passione effusum.

MEDITATIO XXI.

DE NOMINIS IESV IMpositione.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM circa nomen IESV, *quis* illud imponat, quam ob *causam*, & *quomodo* ipse id acceptet. PRIMVM perpende primarium huius nominis auctorem, nec B. Virginem, nec Angelum, sed æternum *Patrem* fuisse. Tanta est enim Infantis huius dignitas, vt creatura nulla siue terrena, siue cælestis, per se ipsam potuerit aptum ei nomen imponere: sed ille solus, qui *eum* nouit; & *finem*, ob quem homo fiebat; & *officium*, quod, quà homo, erat obiturus: ac propterea cùm alia multa imponere potuisset, hoc elegit, quod *Saluator* interpretatur: cùm enim ad nos saluandos veniret, & hoc eius esset officium: aptissimum erat nomen, quod ei imponeretur. Licèt autem aliqui alij eo nomine fuerint compellati, id tamen fuit *figura* tantùm & vmbra celsissimi huius Infantis, qui ore pleno & eminenter IESVS meretur vocari, & Saluator seu Liberator, non corporum tantùm, sed etiam animarum: quod ipse triplici admiranda excellentia præstat.

IESV nomen

Pater imponit

Saluator Veritas

Reliqui Figura.

PRIMA excellentia est, quòd ab omni *malorum* genere nos liberet; ab ignorantia, erroribus, culpis, pœnis temporalibus & æternis; nullum est enim malum, à quo Saluator hic non possit nos liberare.

I. Ab omni malo liberat.

SECVNDA quòd non solùm à malis liberet, sed eximia quoque impertiat bona; quo saluatio nostra & copiosa sit & perfectissima. Quare gratiam, sapientiam cœlestem, virtutes ac dona Spiritûs sancti, meritorum abundantiam, ad gloriæ coronam consequendam impertitur: donec in Promissionis terram introducat, non illam IESV Naue a *lacte & melle* delitiarum temporalium, quibus corpus tantùm reficitur, *manantem*; sed eam, quæ lacte & melle æternarum delitiarum manat, quibus anima reficitur & satiatur æternùm.

II. Magna bona largitur ad terram viuentium ducit a Deut. 31. 20. 23.

TERTIA excellentia in modo Saluationis est posita, cuius causa nomẽ hoc IESV nec soli Deo, nec homini, aut Angelo, aut alicui ex omnibus creatis conuenire potest, sed Christo soli, cuius propterea propriũ est, quod simul sit Deus verus & homo. Solus enim homo non poterat nos saluare: Deus solus potuisset quidem; sed merâ misericordiâ: at Deus & homo, saluat etiam de rigore iustitiæ, b *in gladio & arcu* suo; meritis scilicet suis

III. Soli Christo proprii saluare ex Iustitia Deo & homini.

b Gen. 48. 22.

de manu Amorrhæi Saluationem, iuxta nominis IESV ethymologiam, nobis promerendo. Et ideò interrogatus hic Dominus: quis esset: respondit: c EGO *qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandū.* Sit fœlix fauſtūq; dulciſsime IESV, nomen adeò glorioſum, quod, Patre tuo iubēte, hodie tibi imponitur: gaudeo quod illud non ſit inane & vmbratile, quale habuerunt alij; ſed rei veritate & omni perfectione plenum. Gaude *anima mea* ob eximij huius Saluatoris excellētiam: & cum Propheta Regio dic: d *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo* IESV *meo*, & Saluatore meo. DEVS *Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quaſi cernorum*: quibus peccata me inſequentia euadā: *& ſuper excelſa deducet me victor*, cum ſanctis ſcilicet ſuis in cœlum *in* hymnis & *Pſalmis canentem.* Amen.

c *Iſai.* 63. I. Oratio

Colloquiū d *Hab.* 3. 18

IV. B. Virgo indit nomen Sua & omnium lætitia.

SED attendendum hic eſt: *B. Virginem* nomen ipſum, filio ſuo in Circūciſione imponendum, aperuiſſe: quæ omnium mortalium optimè filij excellentias nouerat: quas in corde ſuo, poſtquam Angelus ei reuelauerat, ruminans conferebat. Quare hoc die ſummâ reuerentiâ nomen illud ore ſuo protulit, dicens: IESVS erit nomen tuū, ſed quanta in dulciſsimo hoc nomine primùm proferendo animi eius lætitia! Nec tamen ſola, ſed & ſanctus Ioſeph, & quotquot aderant, eo nomine audito, ſuauitatem & cœleſtem quandam fragrantiam perceperunt. Nam tunc illud Canticū cœpit impleri: e *Oleum*, & ſuauiſsimi odoris vnguentum, *effuſum nomen tuum: ideò adoleſcentulæ dilexerūt te.* Hactenus nomen hoc, etſi ſuauiſsimum, nullum emittebat odorem, eò quòd incluſum eſſet: nunc manifeſtatum, ſuauiſsimam ſpargens fragrantiam, lætificat, confortat, & ad ſe puras caſtaſq; animas trahit, quæ illud vel audiunt, vel proferunt: eiuſdemque amore exardeſcunt. Præ cæteris porrò beatiſsima eius mater, quò purior ac mundior, nominiſque huius altiſsimorum myſteriorum gnara magis, eò altiori gaudio perfuſa, Canticum illud ſuum reperebat: d *Magnificat anima mea Dominum; & exultauit ſpiritus meus in Deo* IESV *meo, ſaluatori meo: quia fecit in me magna qui potens eſt, & ſanctum* NOMEN *eius.* O *Virgo B.* imprimat dulciſsimus Filius tuus cordi meo, Auguſtiſsimi huius nominis ſui debitam æſtimationem & amorem ſicut impreſsit tuo. O *nomen* ſuauiſsimum effunde in me cœleſtem fragrantiam, quò debilis, infirma, ac miſera anima mea confortata, & à miſeriis, quæ illam premunt, liberetur, & tam copioſæ ſaluationis fructus percipiat.

e *Cant.* 1. 3. Oleum oſtenſum nomen IESV

d *Luc.* 1. 46 oratio ad B. Virg. ad IESVM

Ieſus hoc nomen gratanter acceptat.

DERIVM perpende, qua ratione Infans ſanctiſsimus, nomen hoc Saluatoris q; officium acceptauerit, & in eo exultauerit: & porrò Patri ſuo, voluptate ſummâ obtulerit ſe huius nominis honorem, vſque ad mortem, propugnaturum; & quidquid eo ſignificatur, in hominum commo-

dum ple-

dum pleniſsimè impleturũ. Gratias tibi, IESV bone, ſummas ago, pro hac tua nos ſaluandi accenſa voluntate; & officio, nomineque IESV & Saluatoris acceptato. Imple, quæſo Domine, in me efficaciter voluntatem illã vt qui verè es IESVS, mihi IESVS ſis, & Saluator. Oratio

PVNCTVM. II.

PERPENDENDA ſecundo loco ſunt cauſæ, cur *octauo* die, & in *Circũciſione* hoc ei nomen fuerit impoſitum. Nam, etſi ante Incarnationẽ Angelus illud Beatæ Virgini aperuit, & poſt eam etiam Sancto Ioſepho, ob duas tamen præcipuas cauſas non fuit ante ipſam Circumciſionem manifeſtatum.

PRIMA, propter Infantis ipſius honorem. Cùm enim Pater adeò illum videret humiliatum, & in forma peccatoris, voluit eo ipſo tempore, & occaſione eundem exaltare, impoſito ei *a* IESV nomine, quod eſt ſuper omne nomen; vt ſic maximè conſtaret, eum non modo peccatum non habere; ſed b *peccatores potiùs ſaluare*; ac condonare peccata. Hoc meritò me impellet, ad gratias æterno Patri agendas, ob delatum huic filio ſuo honorem, ipſius amore humiliato: quo mihi etiam pignus certum & arrhabonem offert, fore, vt, ſi ipſius gratiâ me humiliauero, ab ipſo exaltet; recipiamque c *nomen nouum* ita honorificum, *vt nemo, antequam recipiat*, illud nouerit æſtimare, aut eius præſtantiam, donec illud Deus in æterna gloria communicet. I. Circumciditur Ieſus

a *Luc.* 2. 21.

b *Matt.* 1. 31 Humilians ſe exaltatur

c *Apo.* 2. 17.

SECVNDA cauſa fuit, vt oſtenderetur, & nomen, & officium Saluatoris, ſanguinis effuſione ab ipſo velut comparari. d *ſine ſanguinis enim effuſione* (ait Apoſtolus) *non fit remiſſio* peccatorum. Quare dulciſsimus IESVS dum Redemptoris nomen aſſumit, arrham dat pretij, quod pro Redemptione futura ſit ſoluturus, paruam illam pretioſi ſui ſanguinis portionẽ, quem in Circumciſione effundit: ſimul ſtatuens, integrum poſtea pretium in paſſione, toto effuſo ſanguine, perſoluturum. Quamuis vel hæc ipſa ſanguinis eius portio ſufficeret pro totius mundi, & millle aliorum, ſi eſſent, redemptione: quia ſanguis eſt Dei. Sed eius tanta eſt charitas & liberalitas, vt totum voluerit effundere. Ideoque inſtrumentis omnibus quæ ad ſanguinem extrahendum apta ſunt in terra, locum dedit, vt quidquid in eius fuit corpore, magno licet dolore, ignominiaque ſua exhauirent. & *culter* quidem hodie primum ſanguinis fontem aperuit: qui mox tamen fuit occluſus: reliqua vt flagella, ſpinæ, claui, lancea, alios poſtea fontes aperuerunt, qui non prius ſunt clauſi, quam ſanguis totus exhauriretur. O SALVATOR fortiſsime, cuius fontes, etſi *ſanguinem* magno tuo dolore manent; ſunt tamen etiam *aqua* viuæ ingentium II. d *Heb.* 9. 22 Ieſus nomen ſanguine ſuo emit.

Totum voluit ſanguinem.

Iſai. 12. 3. Oratio

gratiarum

gratiarũ, quæ cum exultatione magna & amore accipi debent. Laudet te Domine anima mea pro infinita hac charitate, qua fontes istos aperiens, iubes, me cum exultatione accedere, & frui pretio, quod tanto tuo effundis labore. O anima mea, quid par est præstare te salutis tuæ causâ, pro qua tanta facit ipse Saluator. Si ille sanguinem suum pro ea fundit: quid mirum si & tu effundas proprium? Ecce me Domine, ad meum amoris tui gratia effundendum, paratum; si tui pro me effusi feceris participem. Amen.

Colloquiũ

PVNCTVM. III.

TERTIO, dulcissimi huius nominis *excellentiæ* sunt expendendæ; & *commoda*, quæ ex illo nobis proueniunt; *modusq́*, & ratio huiusmodi commoda fructusque ex eo percipiendi. Priùs tamen, quam ipsam considerationem aggrediar, rogandus mihi est ipse Pater æternus, vt propter sanctissimi huius nominis gloriam, diuinam suam lucem ad huius nominis excellentias assequẽdas, mihi velit impertire. Si enim (Apostolo teste) a Nemo potest dicere: Dominus IESVS nisi in Spiritu sancto: quis æstimare, ac in se sufficiet sentire, quæ in eodem nomine latent, nisi ab eodem Spiritu præueniatur & adiuuetur?

a 1. Cor. 12. 3.

I. IESVS compendium excellentiarum Christi

His præmissis, illud in primis perpendam: Nomen hoc IESVS *compendium* quoddam & monumentũ esse omnium, quæ in Christo Domino nostro continentur, *excellentiarũ*, quæ ad tria velut capita referri possunt. Est enim PRIMVM, omnium perfectionum, quæ ei, quà *Deus* est, conueniunt, summa: omnium DEINDE gratiarum ac virtutum; quæ eidem, quà *homo* est, competunt: ac DEMVM officiorum omnium, quæ, quà *Deus* & *homo*, simul est, erga homines præstat. Iure itaque licebit, sic ratiocinari. Si IESVS est, est igitur infinitè bonus, sanctus, sapiens, omnipotens, misericors, & ipsa bonitas, sanctitas, & sapientia Dei: hæc enim omnia sunt necessaria vt nomini IESV satis fiat: b *qui* (vt Apostol. ait) *factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*. Item: Si est IESVS: est igitur summè humilis, mansuetus, patiens, fortis, modestus, obediens, charitate plenus: quia omnium harum virtutum exemplar nobis esse debet: quia d *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, accipientque omnes, gratias & virtutes, quibus saluentur. Deniq; si IESVS est, erit igitur magister, medicus, pater, iudex, pastor, protector, & aduocatus noster: itaq; in solo Iesu habemus omnia: ideoque dicere licet: IESVS *meus, & omnia*. Si infirmor, tu salus mea es; si esurio, tu satietas mea; si pauper, tu abundantia mea; si debilis, tu fortitudo mea; si ignorans, tu sapientia mea; si peccator, tu iustitia, sanctificatio, & redemptio mea es. O IESV *meus & omnia*, concede mihi te super omnia amare: & in te solo requiem meam, & sa-

1 quà Deus
b 1. Cor 1. 30
2 quà homo
d Ioan. 1. 16
3 quà Deus & homo.
S. Amb. li. de Virgin. ad finem., Iesus meus & omnia Oratio

tietatem

tietatem perfectam quare: in te ſiquidem vno ſimul ſunt omnia, quæ ſatiare me poſſunt: quia ſolus es vnicum, ſummum, & totum bonum meum, cui ſit honor & gloria per omnia ſecula. Amen.

II

HINC etiam ratiocinari poſſum: in dulciſsimo hoc nomine, illa omnia glorioſa & magnifica contineri, quibus prophetæ Meſsiam compellant, quæ refert Iſaias dicens: e *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius. Deus, Fortis. Pater futuri ſæculi. Princeps pacis.* Expendam verò: DEI nomẽ, ideo IESV ipſi conuenire; quòd, niſi Deus eſſet, nos redimere non valeret; nomen FORTIS, illi propterea tribui; quod pugnaturus victurusque ſit Dæmones; non ADMIRABILIS; quòd quæcunque ſunt in ipſo, Incarnatio, vita, mors, vt noua, ita ſtupenda fuerunt. Eſt verò & CONSILIARIVS, magnique conſilij Angelus: quia tota eius doctrina, admirãdi conſilij plena. Eſt etiam Ieſus PATER FVTVRI SECVLI; quia in ſtatum gratiæ nos generat, gloriæque hæreditatem nobis tribuit. Eſt denique PRINCEPS PACIS; quia cum Deo & aliis hominibus copioſa nos pace conciliat. O MAGNE IESV, quàm aptè horum hominum ſplendor tibi competit: quæ quoniam in te non inania, ſed plena ſunt, perfice, quæſo, in me id, quod hæc omnia, ſignificant: quò & ego ob prouenientẽ tibi ex eis gloriam ſemper te laudem & glorificem. Amen.

e Iſai. 6. 9. Deus Fortis Admirabilis Conſiliarius Pater futuri ſæcul. Princeps pacis Oratio

III.

HINC facilè gradum faciam, ad bona, & *vtilitates*, quas in dulciſsimo IESV nomine repoſitas habeo, perpendendas. Eſt enim vnicum mihi ac certiſsimum ad *peccatorum* veniam obtinendam medium; eſt optimus titulus, ob quẽ in meis *orationibus* exaudiar; eſt *ægritudinum* omnium ſpiritualium antidotum præſentiſsimum; eſt defenſiuum & offenſiuum telũ aduerſus omnes dæmonum *tentationes*, eſt in *periculis* omnibus protectio, eſt in meis *ignorantijs* lux, & dux fidelis; eſt & mihi *virtutum* omnium exemplar; ac denique *ignis* & ſtimulus, qui me ad eas procurandas vrget atque inflammat. 1 2 3 4 5 6 7 8

HIS conſiderationibus magnum in me deſiderium excitabo, fixum in *memoria* mea ſanctiſsimum hoc nomen retinendi, vt eius ſemper recorder: in *intelligentia*, vt de eo cogitem; in *voluntate*, vt amem; in *corde* inſculptum, vt mihi coniunctum habens, eo me oblectem; in *lingua*, vt frequẽter laudem ac benedicam: eiusque excellentias cum voluptate manifeſtẽ: & initio & fine ſermonum & colloquiorum meorũ, ſumma, qua potero, interna & externa reuerentia vſurpẽ: quandoquidẽ (Apoſt. teſte) f *In nomine* IESV *omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum*: nam & ij, qui in *Inferno* detinentur, etiamſi inuiti, coguntur tamen reuerentiam huic nomini exhibere. O dulciſsime IESV, eſto mihi in omnibus animæ meæ potentiis IESVS, officium IESV, Saluatoris in eis exercens, quò & illæ ſe exerceãt in omnib. quæ tuũ concernunt honorem, in ſæcula. Amẽ.

IESV dulcis memoria.

f Phil 2. 10.

oratio.

MEDITATIO SEX DE MAGNITUDINE ET VALORE NUMERORUM.

ARGUMENT.

In hac Meditatione Author, ostendens, quomodo Numeri ex Characteribus componantur, docet, quomodo ex Numero dato Characteres inveniantur, qui illum exprimant. Et primo quidem, quomodo Numeri Characteres, qui Cyphræ dicuntur, ex Numero dato inveniantur, qui Cyphræ dicuntur, ex Numero dato inveniantur, qui illum exprimant. Et primo quidem, quomodo Numeri Characteres

ſtella illa velit, intelligam; nec vel pedem mouere, vt id quæram, quod ſuggeritur: ne aut commoditates meas, aut quæ multum diligo, deſeram; aut laborem etiam exiguum ſubeam, effictis excuſationis causâ difficultatibus, cùm reipſa ſint nullæ. Et ideo (vt ait Iob.) e *qui timeo pruinam*, hoc eſt, aliquem huius mundi laborem, *irruet ſuper me nix*, quæ eſt pœna cœleſtis: Deo me, glaciei inſtar frigidum, ac deſolatum pro meritis deſerente. Stella verò, quæ ſalutis meæ causâ fuit orta, teſtis mihi erit ad damnationem.

Difficultates ſuperandæ.

e Iob. 6. 16.

TERTIÒ, contrà perpendendum, quantum Deus beneficium tribus illis Regibus contulerit, interna illa luce & inſpiratione adeò efficaci, vt ſtatuerent, domibus ſuis patriaque relictis, Chriſtum quærere; tot aliis in cæcitate ſua, ignauia, miſeriaque derelictis. Ex quo diuinæ inſpirationis vim deprehendens, orabo Dominum, vt ea me præueniens, illud mihi ſuggerat, quod olim Abrahamo: f *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & veni in terram, quã monſtrabo tibi.* Quod ſi DEVS tali me iam gratiâ præuenerit, vt alterius ſtellæ lumine efficaciter de mũdo eduxerit, quò cum in *Religione* quæram, aliis multis in media confuſione Babylonica relictis; tum gratias propterea maximas agam: tũ, vt ſimiles animæ illuſtrationes immittat, quæ me ad omnia amoris & perfectæ ipſius imitationis impedimenta remouenda permoueant, ſupplex orabo.

III. *Vis gratiæ efficacis.*

f Gen. 12. 1.

Religionis beneficiũ agnoſce & perfice.

VLTIMÒ perpende attentiùs, locum hic habuiſſe tremendam illam Chriſti ſententiam. g *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Siquidem ex tot Orientalibus, qui, ſtella inuitante vocati fuerant, tres tantùm fuerint ad præclaram hanc expeditionem electi; quos Trinitas ſanctiſsima, tanquã Gentium primitias, elegit. O beatiſsima & adoranda *Trinitas*, coniũge me *trium* horum numero; quò diuinam vocationem ſequens, te confitear, adorem, & glorificem in ſecula. Amen.

IV. *Tres è tot ſoli electi. Oratio*

g *Mat. 20. 16.*

PVNCTVM. II.

CONSIDERANDVS deinde eſt Magorum ex Oriente egreſſus & ipſa Ieroſolymam vſque profectio.

PERPENDE igitur primùm: Reges illos *fide* viua ſeſe in Dei manus projicientes; & *munera*, quæ nato Regi offerrent, ſecum accipientes iter ſuum aggreſſos fuiſſe: atque in ipſo itineris ingreſſu, aduertẽtes ex tempore ipſã etiam *ſtellam* loco moueri, quaſi itineris ducem ſe ipſis præberet, vehementer exhilaratos, laudem & gloriam DEO, pro ea prouidẽtiâ & erga ſe curâ, dediſſe. Ex quo intelligam, ſi Deo confidens & viuæ fidei innitens, eũquærere incepero, eius mihi prouidentiam certò adfuturam; gratiaque & auxilio ſuo, vt cẽptum iter perſequar, adiuturũ; diuinæ

I. *Stella Reges ducit*

quæsiui, nec, & non inueni: inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: num quem dilexit anima mea, vidistis? Prælatos ergò & Pastores accedit Ecclesiæ, à quibus instruatur, & doceatur, vbi, & qua ratione dilectum suum inuenire possit. *Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Ecce viam, dilectum animæ sponsum inueniendi, quam & Magos tenere disposuit Deus; dum eorum aspectui subtraxit stellam: O *Deus æterne*, da mihi horum virorum fidem & constantiam, quò te eâdem, qua illi, fidelitate ac perseuerantia quæram; ad humana illa & ordinaria media, cùm diuina se subtrahunt, demisse accedens. Oratio

PVNCTVM III.

TERTIÒ considerandum, quid Magi, dum Hierosolymam sunt ingressi, primùm interrogarint. a *Vbi*, inquiunt, *est qui natus est Rex Iudæorum?* Qua interrogatione insignes aliquas virtutes prodiderũt.

a *Matt. 2. 2*

PRIMVM FIDEM magnam, dum, quod non viderant, credunt; dum natũ fatẽtur infantẽ, qui Rex & Messias esset, Iudæis à Deo promissus; de quo nihil dubitantes, *locum* tantum requirunt, in quo natus sit, qui enim illud *primum* eis reuelauit, occultauit *secundum*: MAGNANIMITATEM suam etiam ostenderũt & animi fortitudinem? Nam etsi vitæ periculum ab *Herode* propterea timere meritò poterant, quòd ciuitate illa, & ipsa Herodis Regis aula, nouum alium ipsi Regem quærerent: intrepidè tamen, nec occultè in angulis, sed palam & in ipsa Regia, de recens nato Rege Iudæorum interrogant. Heroicam certè fiduciã, & imperterritam animi fortitudinem, ab ipso recens nato Rege inspiratam, qui etsi spectabile illis stellæ lumen subtraxit; internum tamen & inuisibile fidei lumẽ potiùs auxit: cuius virtute b *sancti deuicerunt Regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Tene fidem viuam, anima mea, c *in Deum tuum*; cuius virtute *transgredieris muros.* resume animum ad perrumpendas occurrentes difficultates, & obeunda pericula: quia Rex ille, quem quæris, certò proteget, liberumque ex eis eripiet. Ex HAC fide & animi fortitudine manauit, quòd Herode, & tota cum ipso Hierosolyma, horum Magorum interrogatione turbatis, nihil ipsi turbarentur. Et Herodem quidem turbari, cùm tyrannus & ambitiosus vereretur, recens natum, qui quærebatur, infantem, regno ipsum deturbaturum, non adeò mirum erat; sed *Iudæos* ipsos ex eo turbari, quod maximam debuit pacem & lætitiam adferre; illud verò vehementer mirandum. Sed nimirum præsenti Regi, etsi tyranno, blandiri & placere potiùs volebant, quàm cœlesti, qui dudum promissus, iam præ foribus adesse dicebatur. Ex quo intelligam, quàm sit periculosum, arctam familiaritatem aut amicitiam cum Potentioribus sceleristisque contrahere, qui odii, iræ, vindictæ & ambitionis pertur-

I. Fides Regem scitur, locum requirunt.

II. Magnanimitas. Stellã subtraxit, non gratiam.

b *Heb. 11. 33*

c *Psal. 17. 30* Colloquiũ

III. Nil turbati turbant omnes

Iudæi turbantur amore Herodis.

Planorum societas.

ero *Iudæos*, qui tanto tempore venturum expectabant, cùm prope illum am haberent, nec mouere se loco voluisse, vt quærerent; cùm tamen lo- um, in quo inueniendus esset, Magis ipsis indicarent. In quibus propte- ea locum habuit, quod ipse Christus postea illis dixit: g ***Nemo potest venire d me, nisi Pater meus traxerit eum.*** Hos ergo miseros Pater non traxit ad fi- ium: quia Tyranno Herodi potiùs blandiri, quàm Regem suum verum uærere maluerunt. Distulerunt enim ad illum ire cum Magis, expectan- es eorum reditum; vt cum ipso fortè irent Herode: ita nunquam profecti unt. Ego igitur, si sapio, ex alieno periculo cautior factus, impedimenta onabor amouere, quæ me, quò minùs Patris inspirationibus obsequar, etardant; finamque, me ad filium trahi: nec in aliud differam tempus, si rahi me sentio, ne forte dilatio & mora, causa sint meæ damnationis. O PATER æterne, h *qui*, quamuis iustus, *terribilis es* tamen *in consiliis super fi- os hominum*, per amorem, quo filium tuum prosequeris, supplex oro, vt uem omnibus cupis innotescere, & ab omnibus adorari, ne me ob scele- a mea & in obsequio tuo tepiditatem, deseras; sed efficaciter ab eis extra- iens, ad te quærendum, inueniendum, agnoscendum, & adorandum per- rahas, ad tuam gloriam, Amen.

Gentes Iesum quærũt Iudæi spernunt g *Ioan.* 6. 44.

Vt Herodi placeant

Mora omnis noxia.

Oratio h *Psal.* 65. 5.

MEDITATIO XXIII.

DE MAGORVM E HIEROSOLYMA EXITV, & in Bethlehemiticam porticum ingressu.

PVNCTVM I.

VI MAGI *cùm audiuissent Regem* Herodem, *abierunt* in Bethlehem, vt recens natum Regem quærerent. *Et ecce, Stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos: & videntes, gauisi sunt gaudio magno valde.*

HIC primùm perpendenda, Regum Magorũ in itinere suo prosequendo, *solicitudo*. Statim enim ac cognouerunt, quod optabant; itineri se cæpto dederunt, Hierosolyma & Herodis aula relictis: strepitum, qui illic erat, fugientes. Quorum exemplo discimus, ad salutis nostræ negotium, sine omni cunctatione, & omni mundi huius strepitu ac tumultu reiectis, accedere; & ad locum, in quo Christus inueniendus est, confugere cũ Dauide dicente: a *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam.* Quod si Rex ipse Dauid, aulæ suæ strepitum fugere cupiebat, Magiq; isti festi-

I. Exeat aula qui cupit esse pius

a *Psal.* 54. 7.

nantes

Beatus ille qui procul negotiis.

nantes, Herodis curiam turbatam deseruerunt: quanto magis decebit me, si Religiosus sum, aut vir spiritualis esse cupio, Regum curias, & aulas fugere; nisi ipsa necessitas Deique voluntas in eis morari cogat.

Prouidẽtia Dei in affl ctis recreandis.

DEINDE amabilem perpende prouidentiam, & fidelitatem Dei, in præmiis deferendis iis, qui sincero ipsius inueniendi intuitu, labores subeunt. Nam, etsi noui Regis loco natiuitatis cognito, potuissent Magi ad eũ sine stella duce peruenire; voluit tamen Deus, stellam secundo eis apparere, & gaudium non qualecunque, sed *magnum valde* eisdem adferre; vt laboris ac periculorum, quæ Hierosolymis subierant; studiiq; adhibiti, in loco nati Regis quærendo, præmium quoddã esset; ac mæror præteritis in gaudium verteretur; iuxta illud Dauidis: b *Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* O magne DEVS, & amabilis Pater: quis non te anxiè quærat? quis non æquanimiter absentiam tuam toleret? qui tanto amore & tam benignè cum iis agis, qui te cum perseuerantia quærunt.

Stella secundo apparet

b Psal. 93. 19 oratio

PVNCTVM II.

CVM MAGI Bethlehem peruenissent, *stella*, quæ eos antecedebat, *stetit supra vbi erat puer: & ipsi intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.*

I. Admiratio Regum.

CONSIDERA hic primum, ingentem Magorum, ex recenti illa stellæ subsistentia, ad locum adeo pauperem, & vile stabulum, *admirationem*. Ipsi enim, qui homines & quidem Principes erant, existimassent, recentem Regem, si non in palatio quopiam, at in præcipua certè ciuitatis domo, in qua Reges aliàs hospitari solerent, fuisse nasciturum. Verùm, interiori lumine illustrati, statim agnouerunt, eius Regis maiestatem, non in huius mundi pompis & splendore cerni; quin potiùs in earundem contemptu: quare facilè iudicium & opinionẽ hanc suam, stellæ testimonio externo subiecerunt. O REX potentissime, qui statim & vix natus, de mundo incipis triumphare, sapientum iudicium captiuans in tuæ fidei obsequium: captiua, quæso, etiam magna vi meũ: vt & ipse de mundo triumphem, & quicquid in eo est, amoris tui causa contemnam.

Non in persuasilibus humanæ sapientiæ verbis Oratio.

II. IESVS & MARIA.

CONSIDERA Deinde, verborum illorum mysterium, *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius*: quæ etiam de Pastoribus dicta fuerunt: Quibus significatur, IESVM ordinariè non inueniri absque matre sua; neque matrem absque IESV, vt, qui IESV addictus est, mox etiam sit matri eius addictus: & qui matri deuotus est, facilè IESV amorẽ obtineat. Cùm igitur vterque tam arctè alteri cõiunctus inueniatur, meritò studebo in vtriusq. amore & seruitio excellere: quò alterius amor, in alterius me charitate perficiat.

Dominus cum.

IER-

TERTIO perpendam, statim ac Magi, in conspectum infantis peruenerunt, processisse, ex eius diuino vultu, cœlestis *lucis* radium, qui mentes illorum illustrans, aperuit illis, eum quem cernebant, infantem, simul esse verum Deum & hominem, Regem ac verum Messiam Iudæis promissum, & mundi Saluatorem. Ex quo, quanto interno gaudio eorum mentes affectæ fuerint; quis potest assequi? Si enim materialis illius stellæ aspectus *gaudio* illos *magno valde* affecerat: quantum putandum est, ipsius infantis IESV conspectum, illis gaudium attulisse? qui & a *Stella* est *matutina* iucundissimi splendoris; & stellarum omnium Dominus. In eis ex parte impletum videtur, quod aliquando Dauid cecinit: b *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* O PATRIS æterni gloria, stella splendens matutina; illustra me, quæso, luce tua, satia aspectu tuo; exhilara splendore; ac cœlesti tuo influxu bonis mereple. Felices qui te vel in præsepio inueniunt: quià loci vilitas, non obscurat tuæ gloriæ maiestatem: temperat potiùs splendoris tui immensitatẽ; quò fas sit maiori te voluptate contemplari.

III. Illustratio Regum.

a *Apoc.* 2. 28. & 22. 16

b *Psal.* 16. 15 Oratio

PVNCTVM III.

ET *procidentes adorauerunt eum & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham.*

TRIA notatu dignissima hic Magi fecerunt, in huius iufantis obsequium, quæ fuerant à Dauide prædicta. PRIMVM a *Procciderunt* in terram: quod internæ externæque summæ *reuerentiæ* est signum quam exhibere voluerunt. Nam vt *corpore*, quàm potuerunt maximè, hoc est vsque ad ipsam terram (cui se propemodum affixerunt) sese inclinarunt; ita *animo* se coram hoc Rege abiecerunt: seipsos in eius conspectu vt puluerem, & nihilũ agnoscentes: ac tũc Dauidis illa prophetia cæpit impleri. b *Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent.* DEINDE eundem Regẽ adorarunt non aliorum Regum more recepto, sed suprema adoratione, quæ soli tribuitur Deo, & *Latria* appellatur: fide viua agnoscentes, infantem illum verum esse Deum & Creatorem suum, natumq; esse pro mundi salute & redemptione. Et hac fide illustrati, cum eo loquentes, pro tãto hoc omnibus hominibus communi, & pro particulari ipsis collato beneficio, dum stella duce ad ipsum agnoscendum adorandumque deduxit, gratias, quas poterant maximas, egerunt; ac se ad perpetua obsequia in seruos perpetuos obtulerunt. Vbi illud Dauidis impletum est: a *Et adorabunt eum omnes Reges terræ; omnes Gentes seruient ei.* O *Rex Regum* summe, & Dominantium Domine: animo exulto, cùm te video ab his Regibus & terræ sapientibus adorari, & in veneratione esse: vtinã reliqui oẽs, idẽ quod isti facerẽt. Fac vt è vestigio illud impleatur, quod Prophetæ futu-

I. Reuerentia a *Psal.* 71. 9.

II. Latriæ adoratio

a *Psal.* 71. 11

Oratio

rum prædixerunt: b *Quia mihi curuabitur omne genu, ait Dominus.* c *Veniant*, veniant, *omnes gentes*, quas feciſti, & proſtratæ *adorent te*, ſanctumque nomen tuum glorificent, in ſæcula, Amen.

b *Iſai.* 45. 23 *Rom.* 14. 11.
c *Pſal.* 71. 11

III. Rex Deus Homo Amor Deuotio Mortificatio.

TERTIO, Theſaurorum ſcrinia, quæ eo itinere clauſa erant, aperientes, infanti Regi illos obtulerunt in ſignum ſubiectionis: quibus fidem quoque ſuam ſunt proteſtati. Obtulerunt enim AVRVM, vt Regi; THVS, vt Deo, & Sacerdoti ſummo; MYRRHAM, vt mortali homini. Sed interna alia munera externis precioſiora iungebant: Auro ſcilicet, *amorem*; Thuri *deuotionem*, Myrrhæ, ſui *mortificationem*: vt ſic Regi eſſent gratiora; illudque expleretur, quod Prophetæ de eis dixerant: d *Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent.* Et, e *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.*

d *Pſal.* 71. 10
e *Iſai.* 60. 6

IV. Affectus donantium

HINC æſtimare licebit, quàm fuerint puerulo IESV grata hæc virorũ iſtorum munera, quibus tanta fides, pietas, amorque coniuncta erant. Qui enim f *duo æra minuta, quæ* paupercula *vidua miſit in Gazophilatium*, propter affectum offerentis, tanti fecit, vt eam alijs omnibus præferret: quanti, par eſt credere, eum feciſſe, munera ab his Regibus, tanto ſibi affectu, ſicut ab illo olim g *Abel*, ex precioſiſsimis, quæ habebant, oblata? Quàm verò benignum ac liberalem ſe ipſe IESVS eis oſtenderit, non verbis externis, quæ necdum proferebat; ſed inſpirationibus internis cœleſtia dona gratiasq; referendo, non facilè eſt aſſequi. Fas tamen eſt conſiderare, loco trium, quæ ipſi obtulerant, munerum, tria alia excellentia dona recepiſſe: augmentum videlicet inſigne *auri* ſapientiæ & charitatis; *Thus* orationis ac deuotionis; & incorruptionis *myrrham*, quæ illos à lapſu in grauiores culpas præſeruans, in ipſius etiam amore conſeruaret. Horum Magorum exemplo, debeo in huius infantis conſpectu, quam fieri poterit profundiſsima humilitate procidere, eumque, vt ipſe vult, h *in ſpiritu & veritate adorare*: atque mei cordis Theſauros aperire, non in oculis hominum, vt eis placere quæram: ſed in ſolius Dei conſpectu, eidem ſoli placendi voluntate; & *ignitum* præſtantiſsimumque charitatis & amoris in ipſum, & in proximos meos affectum offerre; *Thus* item ſuaueolens orationis, cum excelſis deuotionis affectibus: denique electam perfectæ mei ipſius mortificationis *myrrham*; attendens, ne ſtudioſas virtutum actiones ita præſtem, vt ſuperbiæ & inanis gloriæ prædonibus pateant: ſed cuiuis, externę præcipuè actioni (vt benè illa fiat) tria hæc dona, tanquam eius comites ſiue circumſtãtias, me ritò adhibere contendam, amorem videlicet, orationem ſeu deuotionem, ac neceſſariam mortificationem: & tunc de huius Domini liberalitate confidam, quòd talem actionem & munus meum, ſine præmio non prætermitteret: ſed eadem amplius augebit dona. Propterea enim

f *Luc.* 21. 2.
g *Gen.* 4. 13.
Antidota Chriſti Charitas Oratio Incorruptio.
h *Ioan.* 4. 23

hortatur

hortatur Spiritus sanctus: i *In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Et iterum. k *Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit.*

i Eccl. 31. 27
k Prou. 22. 29.

PRAETEREA, si Religiosus sum, meritò vota mea renouabo: CASTITATIS quidem, in myrrha mortificatæ carnis; PAVPERTATIS, in auro rerum omnium temporalium, quæcunque in mundo sunt: desiderans eas omnes eidem infati IESV tradere, si meæ essent: OBEDIENTIAE autem, in abnegatione mei ipsius: quò diuini amoris igne, thuris instar, dissolutũ me totum illi tradam. Age igitur, *anima mea*, redde vota & dona tua Domino: eum intuens, non vt aliquando Dauid: l *terribilem, qui aufert spiritum Principum, & terribilem apud Reges terræ*; sed vt infantulum tenerum & amabilem, qui ipsis etiam regibus diuinum tribuit spiritum, humano reiecto. O *Rex cæli* accepta quæ obtuli vota ac dona, auferens à me spiritum proprium, qui me decipit; & tuum mihi donans, qui viuificat.

V. Castitas Paupertas

Obedientia

Colloquiũ

l Psal. 75. 13

Oratio

PVNCTVM IV.

I.

CONSIDERANDVM denique est dulcissimum, quod Magi cum B. Virgine habuerunt colloquium: narrantes ei, tum de stella, quam in Oriente viderant, cuius ductu Hierosolymam vsque peruenissent: tum quæ illic sibi cum Herode accidissent: Simul verò sanctitatem, quæ in ipsa virgine emicabat, locique, in quo manebat, vilitatem vehementer suspicientes, ad omne obsequiorum genus se promptissimos obtulerunt. Et quamuis ad primum ipsorum ingressum, S. Ioseph non adfuerit: (quò Magi intelligerent, infantem illum in terris patrem non habere) paulò tamen post accedenti, eadem ipsos retulisse par est credere. O quàm læta B. Virgo fuerit, talia cũ audiret! quomodo cordi suo omnia impresserit, vt secum ipsa postea pro more conferret! quàm gratũ sibi esse Magorum studium laboremque veniendi, adorandi filij sui causa, significauerit! quàm altis diuinisque verbis eos in fide confirmauerit! O Regina Saba, quæ in his Regibus filijs tuis, iterum *accedis cum muneribus videre* verum *Salomonem*: quàm obstupuisti, quàm defecit spiritus tuos *videns* infinitam *sapientiam* quæ in paupere eius casa, paupere & exiguo comitatu resplendebat! Quanto affectu Virginem ipsam & Iosephum intuens, diceres: *Beati sunt serui tui isti, qui stant coram te semper, & audiunt*, discuntque *sapientiam tuam! O Virgo excelsissima*, sapientior, quàm illa fuerit Regina Saba, quæ hodie tanquam Magistra, sapientes istos, cælestem docebas sapientiam, quam mundus non assequitur; me quoque illam doce, quò filio tuo seruire discam, sicut noui isti discipuli didicerunt, & reipsa seruiuerunt.

a 3. Reg. 10. 4. 1. 6.

Oratio

DEINDE perpendam: Magos hærentes, num propter verbum, quo se Herodi obstrinxerant, ad eum redire oporteret; & optantes diuinam in ea deliberatione voluntatē cognoscere: re tota Deo demisse, cōmendata se ad dormiendū recepisse: b *Responso autem accepto in somnis, ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersos esse in regionem suam.* Ex quo animaduertere licet Dei curam & prouidentiam erga eos qui ipsi seruiunt: cum videamus eum hos Magos de iis admonuisse quæ illis maximè expediebāt: idque non solùm, vt infantem ipsum, Herodis persecutioni subtraheret, sed vt ipsos etiam ab eiusdem crudelis Tyranni vexatione, si ad illum redirent, eriperet. Felix itaque ero, si tali Domino omninò confidam; certus enim meritò esse possum, ipsius prouidentiam in tribulationibus mihi non defuturam: sed pericula etiam ipsa ita prȩuenturam, vt in ea non incidam.

b Matt. 2. 12.

Prouidentia Dei Magorum reducis.

AVDITO Magi tali responso & mandato Dei, mox Deo potiùs obedire, quàm hominibus: pluriſque verbum facere, quod à Deo audiebant quàm quo se Herodi obstrinxerant, decreuerunt: neque enim maior prudentia esse potest, quàm Dei vocem sequi, & eiusdē se gubernationi cōmittere. Ita enim ipse Dominus per Isaiæ os dixit: c *Vtinam attendisses mādata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris:* nam verè omnia eius mandata, ad iustitiam & pacem nostram diriguntur. Quàm hilares lætiq; Magi reuertebantur? quàm benè collocatos suos labores iudicarint, quos eousque tulissent! Quæ enim sunt Dei, etsi initia grauia; fines tamen habent iucundos. Ideoque prudentiæ tribuitur, à *labores* inchoare, cuius exitus sit temporanea, & æterna *requies* in fruitione Dei, per omnia sæcula, Amen.

Verbum homini datum rescindunt annullante Deo.

c Isai. 48. 18

Post laborem requies.

MEDITATIO XXIV.

DE B. VIRGINIS PVRIFICATIONE, & PUERI Iesu in templum Præsentatione.

PVNCTVM. I.

LEx erat antiqua: a *Mulier, si suscepto semine, pepererit masculū, immunda erit septem diebus: & die octauo circumcidetur infantulus; ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis. Cumq; expleti fuerint dies Purificationis suæ, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato. Quod si non potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum: orabitq; pro ea sacerdos; & sic mundabitur.* Hanc legem admirandis editis virtutibus B. Virgo impleuit: sex præcipuè eminent, quæ quòd instar sint sex foliorum *Lilij* albissimi, optimè illi aptatur, quod cœlestis dixit sponsus, b *Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias*

a Leuit. 12. 2. 3. & 6.

Heroica B. Virginis virtutes.

b Cant. 2. 1.

PRIMA

PRIMA VIRTVS fuit, magnus *clauſuræ* amor, quæ tanta illam tranquillitate afficiebat, vt quamuis eam lex non imperaſſet, ipſa tamen ſib eam elegiſſet; atque in angulo illo totis illis 40. diebus magna ſua voluptate manſiſſet, contemplationi tantùm, filijque ſui nutritioni intenta: cum quo adeò contenta erat, eiuſque adeò ſatiabatur aſpectu, vt mundi totius communicationis facilè obliuiſceretur. I. Clauſura

SECVNDA fuit ingens PVRITATIS, & cordis munditiei amor, cùm enim reuera puriſsima eſſet, libuit nihilominus, iuxta legem ampliùs purificari; vt meritò illi dicere poſſet dilectus: c *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* II. Puritas c *Cant.* 4.

TERTIA fuit heroica OBEDIENTIA: nam cùm certò ipſi conſtaret, ſe illa purificationis lege non teneri, quæ viri operâ non concepiſſet: voluit tamen illi obtemperare, ſicut ipſe eius filius Circumciſionis legi obtemperauit: quò cæteris fœminis conformior eſſet, leges illis communes & ipſa ſeruans, nec ab ijs exemptionem, priuilegium, aut diſpenſationem quærens; nec Epicheia aut interpretationibus vtens, etiam in quibus id ei licuiſſet. Quare, expletis quadraginta diebus, abſq; alia mora ſingulari animi lætitia modeſtiaque exultans, Ieroſolymitano ſe commiſit itineri filiolum in vlnis geſtans: à quo hanc obedientiæ perfectionem didicerat. III. Obedientia

QVARTA virtus fuit rara HVMILITAS, animique demiſsio; nam eo facto oſtendit, ſe purificatione indigere, & more aliarum fœminarum peperiſſe: cum reipſa nec indigeret purificatione, nec vt aliæ, ſed virgo peperiſſet. cuius exemplo erubeſcam ego, qui cùm reuerà peccator ſim viliſsimus, & omnia mea opera, etiam quæ aliàs d *iuſta* videntur, *ſint quaſi pannus menſtruatæ*, quæ impuriſsimi ſanguinis maculis fœdatus, nauſeam mouet intuenti; adeo tamen ſuperbus ſim, vt mundus ſanctuſque haberi velim. IV. Humilitas d *Iſai.* 64 c

QVINTA virtus fuit magnus PAVPERTATIS amor, quæ humilitatis eſt ſoror germana. Nam cùm potuiſſet fortè, auro, quod Magi obtulerant, *agnum* emere, quem aliarum diuitum & nobilium matronarum more offerret: elegit tamen ipſa, pauperibus conſtitutum munus, hoc eſt, *duos turtures*, aut *columbarum pullos*, vt pauper offerre. V. Paupertas

SEXTA denique virtus fuit, inſignis DEVOTIO, *ac reuerentia*, qua munus ſuum obtulit Sacerdoti; demiſsè ab eo petens, vt pro ipſa Deum oraret, cum ipſa potiùs pro omnibus poſſet orare. Et quoniam lilium intra ſex candidiſsima folia, ſex alias virgulas cũ extremitatibus aureis cõplectitur, in hoc etiam B. Virgo meritò *ſicut lilium* eſſe dicitur, quæ prædictis virtutibus varios miſcebat *affectus*, puræ rectæque intentionis, gloriæ Dei, charitatis igne inflammatos, & aureo ſapientiæ cæleſtis colore ſplendentes. VI. Deuotio Affectus B. Virginis

Oratio

splendentes. O *Virgo sanctissima*, plurimùm gaudeo, quòd tot virtutibus te ditissimam video, & in eisdé perfectissimè exercendis diligentissimam. Nunc magis aduerto, quàm verè apteque sis e *lilium inter spinas*. tui enim comparatione omnes nos peccatorum nostrorum spinis denigrati fœdatique sumus; tu lilium candidissimum & purissimum, sex harum virtutum solijs ornatum. Apparet satis, ô excelsa Regina, te Regem in præsepio suo reclinatum, aut in gremio tuo quiescentem, continuè, & attentissimè contemplatam esse: siquidem, f *dum esset Rex in accubitu suo*, *Nardus tua*, spiritus tuus, *dedit odorem suum*, quò illum imitareris suauissimum puritatis, humilitatis, & obedientiæ odorem efflans, charitatis igne inflammatum. Impetra mihi, ô Domina, vt & ego in eundem Regem & teipsam eo spiritu affectuq; intendam, vt similem spirem odorem. Amen.

c *Cant.* 2. 1.

f *Can.* 1. 12

PVNCTVM II.

a *Exod.* 13. 2.

LEX alia iubebat: a *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filijs Israel*: Id autem fiebat in memoriam illius beneficij, quo populum suum Deus eduxit de Aegypto, b *percutiens omne primogenitum in terra Aegypti*. Hanc legem vt seruaret B. Virgo, filium suum *tulit in Ierusalem vt sisteret eum Domino*, & offerret æterno Patri.

b 11. 12. 29.

I. Oblatio B. Virginis

PRIMVM hic spiritum ac deuotionem considerabo, qua B. Virgo, suo & totius humani generis nomine, hanc fecit oblationem. *Dixerit enim*: Ecce, Pater æterne, vnigenitum tuum, quà Deus est, & meũ, quà homo: quem primogenita omnia, quę offerri tibi iussisti, & quæ hactenus tibi sunt oblata, significarunt, cuiusque oblationem tantoperè hactenus desiderasti: eum ego tibi toto corde offero, in gratiarum actionem, quod mihi eum dederis, siquidem nihil eo preciosius habeo quod offeram. *Tuus est*: accipe illum tibi, apud quem melius erit collocatus, quàm apud me. Eundem etiam pro totius mundi salute & redemptione offero in odorem suauitatis. Accipe, Deus meus, oblationem hanc, Abelis illa precioſiorem, Noe suauiorem, Abrahami sanctiorem & omnibus, quas Moyses offerri iussit, excellentiorem; per eam igitur supplico, vt mortalibus omnibus condones, eosque in gratiam amicitiamque recipias. O quàm fuit æternus Pater hac oblatione delectatus, tum ob pietatem offerentis; tum ob rei ipsius oblatæ præstantiam!

II. Oblatio Christi Domini

DEINDE, ipsius Infantuli spiritum, etiam perpendam, quo ipsemet æterno suo Patri in templo se obtulit. Ecce, *dixerit*, æterne Pater, vnigenitum tuum vt tibi obediret hominẽ factum; & vt te honoret, in templum venientem: hic me tuæ maiestati offero promptum, & ad voluntatem tuam semper exequendam paratum. Et quoniam nec mors tot c *primogenitorum in* Aegypto, nec oblatio d *primogenitorum* Israelis tibi accepta fuit

c *Exod* 11. 5. *Psal.* 135. 10. 104. 36.

d *Exo.* 13. 12

pro homi-

pro hominum ſalute, ego me pro ea ad mortem offero: quò morte mea & ſanguinis mei ſacrificio placatâ irâ tua, populum tandem tuum vindices à ſeruitute peccati. Hac ratione licet exiſtimare præſtitiſſe hic IESVM infantulum, quod de eo dixit Apoſtolus: e *Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum hoſtiam & oblationem Deo in odorem ſuauitatis.* Eſt etiam fas credere, hanc oblationem factam fuiſſe tempore matutino, cùm ex more f *Agni ſacrificium* offerretur, quod lex *matutinum* appellabat: vt figuræ figuratum mutuò ſibi reſponderent. Quàm itaq; ſuauis hæc oblatio fuit æterno Patri! quantum in ea conquieuit! vt qui eam diu concupiuiſſet! Aliorum enim primogenitorum oblationes, nullius in ſe erant momenti, niſi quatenus huius erant figuræ.

e Ephes. 5. 2

f Exod. 29. 39. Num. 28. 8.

Oblatio matutina

TERTIO, ad meipſum oblationem hanc applicans, cogitabo: etſi eam Chriſtus pro omnibus hominibus fecerit, pro me tamen in particulari ſe ſe obtuliſſe, quem in ſua memoria & corde præſentem habebat. Qua cogitatione, meipſum intra animæ meæ templum, æterno Patri in ſpiritu præſentabo; ſimulque cum B. Virgine & ipſomet infantulo, eum offeram in gratiarum actionem, quòd eundem mihi Redemptorem dederit ac Magiſtrum: & ſupplex petam, vt oblationem hanc acceptare, me per eam ſibi reconciliare, ac donorum ſuorum participem facere dignetur. O *Pater ſumme*, toto cordis mei affectu, tuum tibi offero vnigenitum filium: & licet ego, qui offero, repulſam merear: cùm tamen is, qui offertur, ſit talis, confido me vnà admittendum. Accipe illum, Domine, in odorem ſuauitatis & per eum mihi, peccatorum veniam concede; vt corde mundo valeam in templo gloriæ tuæ comparere.

III.

Oratio

PVNCTVM III.

EADEM lex iubebat: a *Omne primogenitum hominis de filijs Iſrael pretio redimi*, quod erat b *quinq; Siclorum.* Eos B. Virgo Sacerdoti dedit à quo filium ſuum recepit.

a Exo. 13. 13. & 34. 20.

b Num. 3. 47.

PERPENDENDVM hic, quis hanc Infantis IESV venditionem inſtituat, quis eum emat, quo pretio, cui ematur, & quæ ex ea oriantur bona.

PRIMVM: æternus *Pater*, cui hæc oblatio facta eſt, non ſibi eam retinere voluit; ſed quod oblatum erat, *mundo* & hominibus reddidit, idque *venditione*, ad maius ipſorum commodum, infinitam ſuam ea ratione liberalitatem & bonitatem confirmans: tantùm enim abeſt, vt prioris donationis pœniteat, vt nouis adinuentis ad redonandum titulis, eam ratificet, quò maiori vſui, mundo eſſe poſsit.

I. Pater mihi vendit

DEINDE, eum redimit *B. Virgo*, vt tanquam filium ſuum nutriat, non etiam vt ſibi ſeruet, ſed *nobis* eum nutrire vult: adhoc enim *redemit*, vt is in noſtrum commodum ſe totum impenderet.

II. Mater mihi emit.

CIRCA hoc punctum considera: Spiritum sanctum, qui Zachariam & Elisabetham, vt Christum, antequam nascerentur, annunciarent, prophetico spiritu repleuerat; nunc duos alios similiter repleuisse, qui iam natũ, & viderent, & alijs annunciarent. Alter fuit *Simeon* quẽ admirandis virtutib. ad id muneris adaptauit, quas refert Euangelista dicens: *Et homo iste iustus & timoratus.* Legis obseruator diligentissimus, nihil contra eius præscriptũ admittens. Neque.n. *timoratus* dicendus est, nisi qui minimas etiam culpas deuitat, iuxta illud sapientis: b *Qui timet Deum, nihil negligit*, nihil parui facit. Addit: *Expectans consolationem Israel.* feruentia scil. Aduentus Christi desideria & spem eius firmam habens; quibus feruẽtes & continuas preces adiungens, Christi Aduentum instantissimè petebat; ac fieri se dignum, qui illum, iam venisse, videre posset. Hæc vna eius cogitatio, in qua totam suam vitam expendebat. Quibus virtutum ornamentis dignum se reddidit, in quo Spiritus sanctus habitaret. Exemplum hoc docet, magnam vitæ puritatem & *sanctitatem*, adferre homini magnam *fiduciam* ad magna desideranda, & petenda à Deo: sicut etiam Moyses ausus est petere à Deo: c *Ostende mihi faciem tuã*, & iterum: d *Ostende mihi gloriam suam.* Et Sponsa: e *Indica mihi, quem diligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Sic ergò sanctus hic senex, Messiã prorijs oculis videre cupiebat; & obtinuit. Nã (S. Bernardo teste) *magna fides, magna meretur: & quò magis Cõfidẽtia pedẽ dilatauerit in bonis Domini, cò à liberali ipsius manu obtinebit maiora.*

DEINDE perpende: eundem Spiritum S. qui f *timentium se voluntatem facit, & deprecationem eorum* amantiumque se pauperum desideria *exaudit*, vt sanctum hunc senem consolaretur, probitatisque suæ premium ille ferret, eius desiderijs, suaui & amica illa responsione, *non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.* Vt ex hoc cognoscas, quantæ felicitatis sit, scire cum Spiritu S. tractare, & intra se illum cum gratiæ plenitudine habere. g *Nam ipse Spiritus* (ait Apost.) *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, dans nobis arrabonem, quòd oratio, quæ ab ipso procedit, audienda & suo tempore expedienda sit: quamuis interdum executio differatur; sicut sancto Simeoni hic euenit. Vult enim Deus, nos in spe esse longanimes; & sic ad ea, quæ petimus, accipienda disponi.

Tertiò perpendam; quod iustis omnibus promittitur, dandum post hanc vitam; id interdum in hac ipsa concedi feruentissimis, videre nimirum ipsum Christum oculis contemplationis iuxta beatitudinem illam, de qua Christus dixit: h *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* O Deus æterne, qui dixisti: i *Non me videbit homo, & viuet.* k *Moriar vt te videam, & videam, vt hic moriar.* videam te in hac vita cõtemplatione, vt mihi ipsi perfecta mortificatione moriar: & moriar hac felici morte, quò te posteà videam in æterna tua gloria. Amen.

I. Præcones Christi

Simeon

Timoratus

b *Eccl.* 7. 19

Desiderũ Christi,

Sanctitas parit Fiduciam.

c *Exo.* 33. 13. d 18.

e *Can.* 1. 7. *Serm.* 33. *in Cant.*

II. S. Sanctus exaudit orantes

f *Psal.* 144. 19.

g *Rom.* 8. 26

Etsi non semper statim.

III. Feruentissimi interdum hic vident quod iusti postea.

Oratio.

h *Mat.* 5. 8.

i *Exod.* 33. 20

k *August. in Soliloq. c.* 1.

pis videre? Si arcta eum *charitate* amplecteris; quid vis aliud possidere? & si eum tanquam tuum habes; quid potest tibi deesse? Concede mihi, ô bone IESV, huius sancti meritis, radium aliquem lucis illius, quam ei hodie dedisti: quò te agnoscã & amẽ, vt ipse nouit & amauit; in secula. Amẽ. Oratio

Ex Hoc S. Simeonis exemplo, duo ad bonam mortẽ obtinendã valdè vtilia colligã. PRIMVM, quòd sancti feruẽtes in hac ipsi vita experiantur, diuinas promissiones impleri, & recipere se v.g. *centuplum* pro eo, quod Christi Domini amore reliquerũt, exaudiri se in suis orationib.; protegi à diuina prouidentia in tribulationibus & periculis: quia experientia plurimùm in spe confirmãtur promissorum in futura vita: ideoque dissolui cupiunt, vt citiùs ad illa perueniant, dicentes cum Dauide: c *In pace in idipsum, dormiam, & requiescam: quoniam tu Domine in spe singulariter constituisti me.* I. Sanctis in hac vita merces redditur

c *Psal.* 4.5

SECVNDVM est, quòd sancti, cùm eò usque peruenerunt, vt Christum in contemplatione videant, eiusque excellentias agnoscant, & rerum æternarum suauitatem degustent; mox omnia terrena, tanquam vilia, & indigna, in quæ vel oculos suos coniiciant, fastidiunt: ideoque ipsum viuere, graue sibi esse iudicantes, voces illas Apostoli gementes vsurpant: d *Cupio dissolui & esse cum Christo*: vt tantum bonum videns, æternùm eo fruar. Quare, si chara tibi est, ô *anima mea*, pax illa, & animi tranquillitas, qua sancti mortem obeunt; illorum imitare feruorem, & spiritum illum concipe, quo vitam illi suam ducunt. *Feruens* enim *vita*, *quietam* consueuit *mortem* adferre.

d *Phil.* 1.23. Gustato spiritu desipit caro Colloquiũ Feruentis vitæ quieta mors.

DEMVM ipsius *B. Virginis* animi gaudium & exultationem perpendam, cum filium suum à tanto viro agnosci, & in veneratione esse cerneret; atque admiranda, quæ de eo ille dicebat, audiret. ita enim ait Euangelista: *Et erant Ioseph & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo*; Deum Patrem glorificantes, quòd eorum notitiam hominibus impertiret. III. B. Virginis gaudium a *Luc.* 2. 34

PVNCTVM III.

IN tanti huius gaudij medio constitutæ virgini sanctissimæ, a *Benedixit Simeon*, & spiritu prophetico *dixit ad Mariã matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionẽ multorũ in Israel, & in signũ cui contradicetur & tuã ipsius animam pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* I.

CIRCA quã Prophetiã perpendã PRIMVM Dei prouidentiã in B. V. consolationib. tẽperãdis. cùm. n. illa, ob delatũ filio honorẽ, maxima esset affecta cõsolatione, iubet Simeonẽ labores & persecutiones eidẽ filio paratas, doloresq. *gladiũ* qui ipsius Virginis animã transfixurus esset in mediũ adferre; quod etiã propterea Deus B. V. reuelari voluit, vt ab ipso statim exordio, passionis filij amaritudinẽ, proprijq; doloris gladiũ cordi suo infixum semper portaret. O *Deus* sapientissime ac benignissime quã tibi iucunda hæc est consolationũ ac desolationũ vicissitudo in tuis dilectis, vt nunc Oratio

b *Psal.* 106. 26.

b *ascendant ad cælos, nunc descendant vsque ad abyssos*; nunc *amoris* vulneribus, nunc *doloris* gladio eorum corda penetrentur: in vtroque autem *sapientiæ* tuæ profunditatem, & *charitatis* suauitatem ostendis. Cùm igitur, Domine, ita rem disposueris: ecce me ad vtrunque paratum. transfige, verba, pro libitu animam meam modò me inter tuos numeros electos. Amen.

II. Ruina & resurrectio multorum

DEINDE duo illa memoranda perpendam, quæ de puerulo IESV Simeon prædixit.

PRIMVM, quòd *positurus esset in ruinnam & resurrectionem multorum*: per eum enim multi ad magnam sanctitatem erant *resurrecturi*; alij hanc eius Aduentûs occasionem negligentes, in abyssum iniquitatis *descensuri*: cuius tamen culpæ ipsimet essent rei: Christus enim, quod in se erat nulli petra scandali, sed omnib. voluit esse resurrectio: SECVNDVM, quòd esset futurus adeò admirabile & prodigiosum signum, *cui* ab eius inimicis *contradiceretur*, eius *doctrinæ* resistentibus, *miracula* calumniantibus, viam denique persequentibus, donec illum cruci affigerent: vbi *Electis* vitæ; *Reprobis* damnationis erit c *signum*: cuius virtute *ex multis cordibus reuelabantur cogitationes*: quia discipulorum fidelitas patescet, quæ in eorum cordibus latebat. *Duo* hæc perpendens (quæ in diem hanc durant) obstupescam diuina in hoc negotio iudicia; vicè dolens tantæ infidelitû, & improborũ Christianorum multitudinis, in quorum ruinam, ipsorum culpâ, IESVS est positus: & hac ratione meam, vt B. Virginis, animam, doloris gladius pertranslibit: supplicabo autem eidem Domino, ne eius aduentus, in meã *ruinam*, sed in *resurrectionem* cedat; & in signum vitæ, cui credã, in quo speré, quem amem, & imiter ita, vt vnus sim eorum *discipulorum*, quos ipse per Isaiam, d *signum & portentũ in Israel* vocat; curemq; vt verba & opera mea sicut ipsius, admiranda sint. Quod si ex hoc euenerit, vt multi mihi contradicant, ac me persequantur, gaudendum mihi erit; & vt pignus fauoris & amoris Dei acceptandum, qui filio me suo tam similem facit.

Signum cõtradicitur omnes. c *Isai.* 11. 10, 12.

Compassio damnandorum gladius doloris.

d *Isai* 8. 16.

PVNCTVM IV.

Anna

EODEM tempore, etiam ANNAE reuelare voluit Spiritus sanctus IESVM infantulum. *Quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die*: *Et hæc*, Spiritûs sancti instinctu, *ipsa hora superueniens*, cœlestique lumine agnoscens, puerulum illum esse Messiam, *Confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel.*

I. Simeoni Deus ante promittit Annæ repente dat.

CONSIDERA hic, variis modis Deum seruis suis indulgere, eosque consolari. *Simeoni* enim, ante quàm Saluatorem videret, promiserat, id futurum: vt desiderium eum vidẽdi in eo foueret, & promissione cõtineret: *Annæ* autem, non constat talem promissionem factam; sed repente

in-

inſpirauit, vt IESVM viſura in templum ſe conferret: cuius aſpectu eam eſt conſolatus: & fidelia diuturnaque eius obſequia (quæ *octoginta quatuor* annorum ſpatio præſtiterat) hoc præmio affecit. 84. annis

DEINDE *ſex* huius S. Viduæ inſignes virtutes expendam, quibus hoc beneficio dignam ſe reddidit: *Caſtitatem* nimirum, *Orationem* continuam, *Ieiunium*, exactam diuinæ *legis obſeruantiam*, in Dei cultu *deuotionem*, cum longa per totam vitam in his omnibus *perſeuerantia*. In quibus meritò eam imitari cõtendam, ſi cupio id obtinere, quod ipſa. O *Rex gloriæ ſex* haſce *Seraphinorum*, qui tibi in templo ſeruiunt, *alas* mihi concede, quibus in tuo obſequio volare, & ad gloriæ tuæ templum peruenire poſsim, in ſæculorum ſæcula, Amen. II. Caſtitas oratio Ieiunium Obedientia Deuotio Perſeuerãtia Oratio

MEDITATIO XXVI.

IN QVA MODVS QVIDAM ORANDI PROponitur, quo ad myſteriorum quæ meditati ſumus, contemplationem internos animæ ſenſus adhibemus

IN Paragrapho 11. *Introductionis prime Partis, memini cuiuſdam modi orandi, qui fit applicatis ad fidei myſteria ſenſibus: quanuis ad contemplationem magis ille accedat, quàm ſit verè meditatio. Vt enim eodem loco Paragrapho* 10. *dictum eſt:* Meditatio, *ab vno in aliud ratiocinando, occultas quærit veritates; prout hactenus factum eſt: Sed* contemplatio *eſt ſimplex quidam veritatis intuitus, abſque ratiocinatione; in quo magni admirationis, & amoris affectus excitantur: qui quòd vt plurimum, poſt ratiocinationem in meditatione abhibitam, obtineantur: meritò poſtquam hæc Chriſti myſteria meditati ſumus, ad ſingula reuertemur, adhibita hac affectuoſa contemplationis methodo, quam* ſenſuum applicationem *vocamus. Nam vt externi ſenſus breuiſſimè, & abſque ratiocinationis ambitu, ſua percipiunt obiecta, delectantur, eiſq; afficiuntur: ita in contemplatione, interni animæ ſenſus (qui ſunt ipſæ animæ* facultates, *cum actuum ſuorum varietate) abſque nouo ambitu, ijs ſolum præmiſſis ratiocinationibus, quæ aliàs ſunt adhibitæ, has ſententias & expeditas veritates, cum admirandis deuotionis affectibus percipiunt; præueniente maximè eos Deo ſpeciali gratia ſua, ſine qua rationem, quæ ipſam contemplationem auſpicemur, nec attingemus quidem, ſicut allegato loco dictum eſt: quamuis ex parte noſtra, ea, quæ ſequitur, methodo nonnihil nos iuuare poſsimus.* Meditatio nis, & contemplationis differentia. Senſuum applicatio. Interni ſenſus animæ facultates.

culus

ffectus

oua lu-
ina o-
rrentia
on respu-
da.
raxis ap-
lication's
niuem
1
lum. litas
2
hatitas
3
Oblatio
oridis
4
Virtutum
fasciculus

1 *Can.* 1.13.
B. Virginis
imitatio

& aliorum
Sanctorũ

Auditus

PVNCTVM I.

PRIMVM erit, interno animæ nostræ OCVLO (siue *imaginatio* sit siue *intellectus*) personas illas, quæ in specu illa Bethlehemitica, aut in Hierosolymitano templo v.g. conueniunt intueri: & quid agãt: cæterasq; circumstantias, quæ videndi facultate percipiuntur, obseruare: & *affectus* admirationis, amoris, gaudij, compassionis, gratulationis, & imitationis ex eis haurire. Quòd si nouæ aliquæ considerationes, aut ratiocinationes (vt interdum Deus solet communicare) occurrent, non repellendæ sunt, sed admittendæ: & tamdiu in eis hærendum, quandiu lux durat oblata, *cuius hæc est praxis*. Cùm Deum hominem in stabulo inter bestias versari intueor, humeros meos cum admiratione, & stupore contraham, ob tantam in tanta maiestate *humilitatem*; cùm eundẽ infantulum tenerum cerno, quò mihi fiat amabilior, (infantes enim sunt amabiles) pretiosissimi & pulcherrimi infantuli *amore* liquescam: ac eidẽ vt fratri natu maximo, Patris mei primogenito: & ita meo, vt pro me ipso & in bonum meum nascatur, abblandiar: Intuẽs cor eius amore præ salutis meæ desiderio flagrans: lacrymas præ meorum scelerum dolore fundens: seque Patri æterno pro eisdẽ offerens: *cor* meum illi coniungam, vt amorem & dolorem ei reddam: colloquia cum eo miscebo, vt me sibi coniungat. Similiter eius aspiciens *virtutes*, paupertatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam: eas in vsum meum, illius instar, qui myrrhæ fasciculum conficit, colligam; quem ante pectus meum appensum, memoriæ causa, & in corde reconditum gestans; quàm potero tenerrimè illi dicam: a *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*. Idem verò fieri poterit, oculis in *B. Virginẽ* coniectis: inspecta enim eius modestia, deuotione, & in conspectu Infantuli reuerentia: admirationis, & eam pro viribus imitandi affectus, excitare licebit: sicut etiam conspectis eius, ex compassione infantuli lacrymis, desiderium concipiam, me illi coniungendi, simulque cum ea compatiendi. Similiter Sanctum *Ioseph*, *& Simeonem*, eorumque feruorem ac spiritum, aspiciens de tot in eos à Deo collatis beneficiis ac donis admirabor: excitaboque desiderium eos, quoad potero, ac debeo iuxta facultatem meam imitandi.

PVNCTVM II.

Auditus

SECVNDO, AVDITV animæ interno auscultanda sunt, quæ ibi proferuntur verba; & quæ Deus cordi meo dignabitur inspirare. Est verò obseruandum non pro hoc tantùm puncto, sed pro quauis etiã siue mentali, siue vocali oratione: (quod prædictæ Introductionis §. 3. insinuatum est) constitutis nobis coram Deo, & hæc mysteria intuentib. expedire, tantisper magna reuerentia & attẽtione expectare, atq; si *audire* vellemus aliquid à Deo nobis dicendũ, aut *eleemosynam* accipere, quæ eo

loci

loci distribui consueuit: collocantes nos ipsos, (vt Cananæa illa Christo dixit) sicut soleta *catellus* ante mensam domini sui, oculis in eos qui assident, confixis, expectans bolum aliquem sibi proijci, aut *cadentes è mensa micas*: aut, sicut Dauid dicebat, b *sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum*, expectantium ea, quæ à dominis imperentur. Ita enim Abacuch facere se fa ebatur dicens: c *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me*: quasi distinctiùs diceret: In contemplatione mea constitutus auscultabo, quid mihi Deus inspirare & ad cor loqui, dignabitur; siue ob mala mea arguat, & corripiat; siue consoletur, & exhortetur ad bona, quæ facere teneor; siue quid desideriis meis internè, vt Simeoni oranti, S. Spiritus respondeat. Post *breuem* in huiusmodi silentio & expectatione *moram*, si nullam Dei inspirationem sensero, non otiosus diutiùs hærebo; sed ipsum ad loquendum *prouocabo* dicens cum Samuele: d *Loquere, Domine, quia audit seruus tuus*: aut cum sponso ad sponsam: e *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis* mihi. O *Deus æterne*, qui per Prophetam tuum dixisti: f *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*, effice in spiritu meo interiorem hanc solitudinem à variis cogitationibus; vt solus soli mihi inspirationib. tuis loquaris; ego verò attentissimè, quæ dixeris, audiã; & exequar promptissimè.

Eleemosynam expectabo.
a *Mat.* 15. 27
b *Psal.* 122. 2
c *Abac.* 2. 1

Si moram fecerit, prouoca
d 2. *Reg.* 3. 10.
e *Can.* 2. 14
Oratio
f *Osea* 2. 14

Constitutus itaque in conspectu huius Infantuli audiam interiori animæ auditu, quæ verba ipse æterno suo Patri loquatur, dulciaque illa vtriusque *colloquia* in negotio nostræ salutis: gaudebitque anima mea, illos, & de re mea colloquentes, audiens; fructumque ex eo aliquem hauriam, simul etiam externos eius gemitus audiens, peccata mea gemere discam. Audiam, quæ idem mihi diceret puerulus, si eo loco & occasione mihi loqui voluisset. peramanter enim superbiam meam vanitatemque & in vestitu curiositatem reprehenderet, &, vt infans ego fierem, meque æterno suo Patri in fidelem seruum offerrem, exhortaretur. Hæc omnia verba audire, & hilari vultu excipere me decet; Deumque demissè orare, vt cordi in eo ea dignetur imprimere, ad illa exequenda parato. Similiter, quid B *Virgo* loquatur, attendam; quidque *Spiritus* S. *Simeoni* dixerit: & quid ipse Simeon, cùm suum vidit impletum desiderium: discamq; ex illorum verbis, loqui cum Deo.

Gemitus Monita

B. Virgini Simeonis

PVNCTVM III.

TERTIO, interiori ODORATV percipiendus est suauissimus ille odor cælestis fragrantiæ, quæ ab Infantulo eiusque virtutibus spirat: qua confortatus, ad eas virtutes imitandas animabor. Quod vt efficaciùs sentiam ATTENDAM primũ suauissimum illum odoré, qui ex operibus & virtutibus illius intantis prodibat, ita *Patrem* æternum recreare: vt

odoratus

I
Gratus Deo

potiori

potiori quã Isaac iure dicere posit: a *Odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* ATTENDAM DEINDE, qu ãtopere animæ *iusta* odore illo recreentur: quemadmodum illa dicebat: b *Post te curremus, in odorem unguentorum tuorum.* Christi enim paupertas, humilitas, mansuetudo, tantã ex se fragrantiam emittunt, vt deuotorum corda rapiant, trahantque post se, ad coniunctionem vsque cum ipso. DENIQVE attendam, quàm suauiter *Deo & hominibus* redoleãt, obedientia, modestia, humilitas, patiẽtia, & charitas in quacunque illæ anima eminenter appareant: & quàm ædificent *Ecclesiam* totam, & singulos *proximos.* Quamobrem Apostolus de iustis dicebat: c *Christi bonus odor sumus Deo.* Contrà verò quàm sordeant Deo & hominibus, superbia, inobedientia, immodestia, & aliud quodcunque vitium: aduertamque, quàm procul à sancto illo loco, in quo infans eiusque mater erant, talis fœtor abfuerit: & quàm porrò deceat, eũdem ab anima mea remotissimè abesse: ne, cui placere omni iure debeo: eidem in aliquo displiceam. O *Infans dulcissime*, cuius vestes (quæ tua sunt opera) instar sunt campi florũ odoriferorum: eis me, quæso, indue: vt & ego æterno tuo Patri odore bono fragrẽ: & benedictionem propterea mihi per te impertiat, quam eisdem tu ipse es promeritus. Sẽtiat anima mea diuinorum tuorum odorum fragrantiam, qua tractus post te, virtutum imitatione curram, donec ad earum præmium, & tui fruitionem perueniam, Amen.

a Gen. 27. 27
II. Iustis
b Can. 1. 4.
III. Virtutum odor gratus omnib.
c 2. Cor. 2. 15.
Vitiorum fœtor ingratissimus
Oratio

PVNCTVM IV.

Guſtus

QVARTO, interno animæ GVSTATV, suauitas dulcedoque benedicti infantis, eiusque virtutum est delibanda, attendendo, quàm illæ Deo ipsique infantulo sint iucundæ; imò & ipsis earum imitatoribus. Ideoque meipsum ad illud Dauidis experiendum accommodabo: a *Gustate & videte quàm suauis est Dominus.* O quàm sibi *Pater* æternus in tantis filij virtutibus complacebat! & ipse *filius* in eo, quòd æterno suo Patri in omnibus placeret! Quanta iucunditate *puerulus* afficiebatur, seipsum pauperem, despectum, in animalium præsepio iacentem cernens! quàm dulces suauesque illi erant ipsæ, quas fundebat lacrymæ! quamque gratum, in omnibus paternam voluntatem explere! gratiùs procul dubio ipso, quod ex materno fugebat pectore. Ad eius ego imitationem conabor, altè de hac ipsa dulcedine, & suauitate sentire, quam DEVS cõtemptui, labori, paupertati, lacrymis, infantis huius exemplo, dulcatis cõsueuit commiscere: eoque affectu excitabo in anima mea famem & appetitionem magnam, res huiusmodi gustandi, & spiritus sapores percipiẽdi: quò carnis mihi delitiæ displiceant. Eodem affectu ad illam dulcedinem, attendam, quam S. *Simeon* ex infantuli hausit aspectu: quæ adeo fuit excellens, vt tœdium illi statim attulerit videndi, gustandive rem ali-

a Psal. 33. 9.
Gratus Deo & sibi
Famem affer.
Simeoni

quam

qua huius vitæ; imò & ipſam illi mortem dulcem reddiderit. O Deus æterne, b *quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te*; quanto autem erit maior, te diligentibus! fac me vel eam delibare; vt omnibus, quæ in terra delectant, renuntians, cœleſtium tantùm guſtum diligentiùs requiram, Amen.

Oratio
b *Pſa.30.20*

CONTRA etiam licet æſtimare, quanta in *vitiis* ipſis lateat *acerbitas*; & in ea mente, quæ propriam ſequens voluntatem, eius ſe appetitionibus tradit. Reflectione autem facta ad ea, quæ in me geruntur, dum peccatũ admitto; acerbitatem illam guſtare nunc conabor, quam tunc experior; eamque mox deteſtans, exſpuam: & firmiter ſtatuam, nolle amplius iam deguſtare, illius memor Ieremiæ ſententiæ: *Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te: Scito & vide, quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum DEVM tuum.*

Vitiorum acerbitas

c *Ier. 2. 19.*

PVNCTVM V.

QVINTÒ, interno animæ TACTV continendæ ſunt Infantis IESV veſtes, præſepij fœnũ, ſpelũcæ pauimentũ, corde meo omnia amplectendo, & exoſculando: magnam hac ratione eorundem in me opinionem, amorem, & æſtimationem ingenerare, mihique propterea tãquam pretioſiſsima eligere ſtudens: & quaſi præſens adeſſem, Infantulum ipſum accedens, eius *pedes* tangendi, amplectendi & oſculandi facultatem petam: vbi ſimul peccata mea deflens, eorum veniam, ſicut altera *Magdalena* impetrem. maiori deinde fiducia etiam permitti mihi rogabo, *manus* exoſculari, & in eiſdem me oblectare, atque ab eis benedici: aut vlterius ſicut Simeon, eundem in *vlnas* meas accipiens, magno amplectar amore: petens, me vt ipſe ita amplecti dignetur, ne vnquã ab ipſo ſeparer. Quòd ſi ad ſponſæ peruenerim perfectionem, quæ dicere auſa eſt: a *Oſculetur me oſculo oris ſui*: tunc adſpirare licebit etiam ad diuini illius *vultus* contactũ; & ad vnitionem cum ipſa diuinitate in amore perfecto: vt me ſolo ipſius aſpectu & amore exſatiem. O quanta dulcedo ſuauitasque percipitur ex ſpirituali huiuſmodi contactu! quo (vt ipſa etiam dixit ſponſa) b *anima liqueſcit, vt dilectus loquitur & venter* ac interiora omnia, *intremunt ad tactum eius*, quem ad ſe introducere geſtiunt.

Tactu Exoſculãdi IESV

Pedes
Manus
Brachia
Os

a *Can.1.1.*

b *Can.5.46*

CONTINGENDA eodem modo ſunt lectuli infantis durities, frigoris rigor, (quo afficiebatur) pannorum quibus inuolutus & ligatus manebat anguſtiæ: ex quo deſiderium, duriora & aſperiora, Infantis huius amore contingendi & in me experiendi: fugiendi verò blanda & mollia, quæ idem Dominus adeò horruit excitabo.

Dura contrectanda.

MEDITATIONI huic finis imponetur colloquio cum Infante ipſo Ieſv Domino noſtro, eum orando, vt animæ meæ ſenſus purificare & cla-

rificare velit, quò eum & sentiam,&, vt ipse vult,amem : c *reformari* cupiens (vt ait Apostolus) *in nouitate sensus mei, vt probem*,approbemque,*voluntatem Dei bonam & perfectam*, ad eiusdem gloriam,in æterna sæcula, Amen.

c Rom. 12.2

MODVS ALTER EOSDEM ANIMAE SENsus in oratione applicandi, cum variarum virtutum actibus.

INTER eas virtutes, quæ intelligentiam & voluntatẽ nostram (qui spirituales sunt animi sensus) perficiunt, *quinque* sunt insigniores. quinque corporis sensibus respondentes: quorum actibus, modus quidam orandi, circa prædicta mysteria, valde vtiliter exercetur, sic: VISVS est lumen FIDEI, qui etsi tanquam in speculo & ænigmate,perspicimus tamen, quæ Deus in vnoquoque mysterio reuelauit: eius actus,admiratione & mora quadam, exercentes, (eo modo, qui in meditat. 34. primæ Partis est positus) ipsi Infantulo IESV dicentes: a *Domine adauge mihi fidem:* eamque viuifica, vt ita coram te viuam,atque si præsentem cernerem

S Bonauen. Itinr mẽtis ad Deũ cap. 4. Quinque virtutes

I. Fides

a Luc. 17 5.

AVDITVS, est virtus OBEDIENTIAE, qua audire decet, quæcunque Deus iubet,aut in eo mysterio verbo exemploue consulit : meipsum itaque ad id præstandum magna celeritate & promptitudine offeram : b *Paratum*, dicens, *cor meum Deus, paratum cor meum*, tibi obedire: iube quod vis; sed da quod iubes, vt eo modo exequar, quo tibi placeam.

II. Obediẽtia

b Psal. 56.8

Odoratus qui absentia percipit ac distantia, est Virtus SPEI, quæ nos diuinarum promissionum certitudine confortans, antequam eas videamus aut obtineamus, sperare iubet, quòd orationes nostras exaudiet, quod gratiæ suæ iuuabit auxiliis, quod mei rerumque mearum curã geret, & quod licebit eius exempla imitari, & assequi præmia; & alia, quæ in eo mysterio referuntur, ad huius virtutis obiectũ spectantia: vt proximè citato loco dictũ est. Quare illud dicã Apostoli: b *Deus spei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo vt abundetis in spe* & in omni *virtute* cumplenitudine *spiritus sancti*, Amen.

III. Spes

b Rom. 15.13

GVSTVS, est DEVOTIO cum amore, ad quam spectat saporem in Dei rebus inuenire. Gaudebo itaque, tum quòd Deus sit is, qui est: tum de excellentia & virtutibus eius, quæ in eo mysterio elucent: & studebo gustũ & oblectationem in eius imitatione & seruitio inuenire: omni qua licebit, animi deuotione, cum Propheta dicens: c *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo* IESV *meo.*

IV. Deuotio

c Abac. 3 18

TACTVS,

TACTVS, est *Charitas* perfecta, quæ dilecto suo coniungitur, vtrisque illum vlnis amplectens, Dei videlicet & proximi amore, omniumq; rerum, quæ illi placent: mihi verò in eo solùm complacens, quod ipsius spiritui meus coniunctus sit; eiusque cor, meo tanquam sigillum impressum. O DILECTE animæ meæ, qui iubes, vt d *ponam te vt signaculum super cor meum*, quò eius affectus & opera tuis sint quam simillima: coniunge te mihi, vt & ego tibi coniungar in sæcula, Amen.

1. Charitas.

Oratio d Can. 8. 6

MEDITATIO XXVII.

DE FVGA IN AEGYPTVM.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDA hic sunt: *Persecutio* in Christum Dominum recens natum excitata: eius *causa*: & *media*, ad euadendum accepta.

Matt. 2. 13

PRIMVM igitur perpende, permisisse Deum, vt Herodes Rex à diabolo instigatus; & in eius gratiam etiam Iudæi, Christum Dominum recens natum ad mortem persequerentur, diuersa licèt intentione. Nam *Herodes* id animo conceperat, quòd timeret se ab eo, Regno suo tẽporali, exturbandũ: *Iudæi*, quòd ipsi Herodi, tanquã suo tunc Regi assentarentur: *Diabolus* huius mundi Princeps, idem moliebatur, quod ab infante isto prodigioso, insigne aliquod detrimentum vereretur. Sed æternus *Pater* ad altiores hæc omnia fines dirigebat; volens filium suum, a *pauperem esse & in laboribus à iuuentute* sua: & vt Simeonis impleri inciperet prophetia, quòd esset b *in signum, cui contradiceretur*: & vt ostenderet, filium suum mundi conatibus & legibus aduersari: *mundus* n. nec horret nec persequitur eos, qui ab eius partibus stant; sed ipsi aduersantes: Item, vt in hoc filij Dei exemplo, quasi expressa viderentur, & *primitiæ Ecclesiæ* exordia, & animarum *sanctarum* pietas: quæ vt statim atque intra se Christum conceperunt, eundem *actionibus* pijs externis manifestare studeant: ita ab infernali Dracone *persecutiones* sustinere coguntur: ille. n. S. Ioanne teste, c *stat ante mulierem*, animã scil. iustã, *vt filiũ eius deuoret*, & Christi *Spiritum* extinguat, ne clarissimis virtutum exercitationibus adolescat. Hæc mihi & admonitioni & consolationi esse debent: cùm occasione virtutis, & boni acpij alicuius operis, persecutionem experiar, memor eiusdem Christi ad discipulos suos sententiæ: d *Non est seruus maior Domino suo. si me persecuti sunt; & vos persequentur*, & cùm Apost. vniuersalem legem statuisse videatur: e *Omnes qui volunt piè viuere in Christo* IESV, *persecutionem passuros*: non docet, me exemptionem ab ea quærere; sed, quas Dæmon per se, suosque ministros, huius mũdi homines, cõtra me excitauerit, moderatè sustinere

b Luc. 2. 34

c Apoc. 12.

d Ioã. 15. 20

e 2. Timo. 3. 12.

1 Contra Christum conspirant varij Herodes Iudęi Dæmon

a Psal 87. 16

PVNCTVM II.

ANGELVS *Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge', & accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptum: & esto ibi, vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.*

CIRCA hanc reuelationem considerandum, *quis* hoc fugiendi præceptum imponat, *quis* enuntiet, *cui* iniũgatur, & *quibus* verbis. QVI præcipuè mandat, PATER æternus est, vt prouidentiam erga vnigenam filiũ ostendat. Etsi enim statuisset, eum pro hominibus mori: quia tamen necdum tempus & hora ad id constituta peruenerat, curæ illi fuit, eum ab intempestiua morte liberare: vt nos etiam doceret, adoptiuos quoque filios sibi curæ esse, propter amorem, quo naturalem hunc prosequitur. QVI mandatum intimauit, ANGELVS fuit, eiusdem Dei, & æterni Patris voluntate ad id destinatus: vt hanc obediendi rationem discamus, qua vult Deus, sibi in ministris suis obtemperari; quibus non solùm in se diuinam exequi voluntatem incumbit; sed eandem etiam alijs, Dei nomine nuntiare. Quod postea Christus ipse distinctiùs docuit: a *Qui vos*, inquit, *audit, me audit:* & prius insinuauit per Prophetam. b *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.*

I. Pater curã gerit suorum.

II. Angelis diuina nuntiantib. parendum.

a *Luc.* 10. 16
b *Malac.* 2. 7

ET propterea IOSEPHO & non Virgini intimatur Dei mandatum, quia familiæ illius ille erat caput: volebatque Deus B. Virginem Iosepho in ijs obedire, quæ ab Angelo, Dei nomine se diceret accepisse, & permitteret se in eiusmodi ab eo gubernari, quod & fecit quam promptissimè; nihil morata, quòd non sibi, sed Iosepho sponso suo fuisset facta reuelatio: non enim eo spiritu ducebatur, quo altera illa Maria, quæ dixit: c *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est?* Discam itaque hanc humilitatis, & obedientiæ rationem à Virgine Beata, vt libenter ab alio guberner, & æquo accipiam animo, maiorem aliorum, quàm mei rationem haberi: eamque maximam felicitatem meam existimem, si diuinam cognoscam, & exequar voluntatem: siue ea mihi ab ipso Deo, aut eius Angeli reuelatione, siue ab homine, quem Dei loco habeam, innotuerit. Nam etsi primum videtur gloriosius; in secundo tamen exercetur magis humilitas: dum iudiciũ nostrum & voluntatem, non Deo tantùm, sed homini etiam propter Deum subiicimus. Nec minus claruit B. Virgo suo parẽs sponso, quã ille Angelo, aut Angelus ipse Deo. O Deus æterne, concede mihi: d *omni humanæ creaturæ propter se subiectum esse*; & omnibus, quæ per homines mihi iusseris parere, sicut in cœlis tibi Angeli ad nutum parent; & voluntatem tuam eo feruore in terra exequi, quo illi exequuntur in cœlo. Amen.

III. Mariæ veteris præsumptio

c *Num.* 12.

Maioris meriti Deo in homine obedire, oratio

d *Pet.* 2. 13.

PVN-

curiores, magisque contentos, & maiori cum spirituali profectu se in loco, in quo à Deo collocantur futuros, & etiamsi incommodus & periculo expositus ipsis videatur; quàm si locum ipsi sibi eligant, qui securior aptiorque ipsis esse videatur. Nam veram animæ securitatem non locus adfert aut angulus, sed protectio Dei; quæ me etiam in AEgypto tutabitur, si ex obedientia in ea versem; nō verò ita in terra Israel. si in ea ex mea volūtate hrẽā. Ideò Dauid: d *Beatus*, inquit *vir, cuius est auxiliū abs te: ascẽsiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarū, in loco, quẽ posuit.* fatetur beatū illū profeciſſe & creuiſſe, nō in loco, à se & arbitratu suo electo, sed à Deo cōstituto. QVARTÒ, quod ad tẽpus in exilio manẽdi, suspensū reliquit animo: nã solū dixit: *esto ibi, vsque dū dicam tibi.* neq; Deo placere potest (vt Virago illa & sancta Iudith optimè dixit) e *poni* à nobis *tempus miserationis eius, & in arbitrium nostrum diem sibi constitui*: maximè cùm de consolationibus & tribulationibus, de occupationibus & officiis nobis iniunctis, aut imponendis agitur: sed iure suo id à nobis requirit, vt nos ipsos abnegantes, in eo loco, & tãdiu esse velimus, in quo & quamdiu ipsi placere cognoscemus; qui multò melius nouit quàm nos, quid nobis expediat: idque cupit vehementer, vt ipsius prouidentiæ gubernationiq; fidamus. Cũ. n. dixit: *Esto ibi vsque dum dicam tibi*, apertè significauit, curæ sibi fore, in tempore id significare. Quid igitur securius, & magis ad rem meam esse potest, quàm posse me f *omnem solicitudinem* deponere, & pacatissimo esse animo de me rebusq; meis, scientẽ, *Deo* & Angelis eius, *me* & illas *curæ esse*. O DEVS, ad nostra omnia attentissimè, cur non totam meam solicitudinem in te coniiciam; cùm mihi constet, quàm sim tibi curæ?

d *Psal.* 38. 6.

IV.

e *Iud.* 8. 13. Deo tempus ne præfigas

f 1. Pet. 5. 7. Oratio

QVINTÒ, Rationẽ reddit Angelus mandati sui: *Futurum enim*, inquit, *est, vt Herodes quærat animam pueri, ad perdendum eum.* In quo etiam confirmat, quantam suorum curam gerat, qui ante pericula remouet, quàm eueniant; mediaq; inspirat, ea euadendi. Fit quãuis idẽ Dominus interdum aliqua seruis suis nō reddita mandati ratione, præcipiat: (sicut *Abrahamo* in prædictis occasionib.) quò discant, nō obrationes, propriasve cōmoditates; sed simpliciter ac purè, propterea quòd ipse iubeat, obedire: interdũ tamẽ rationẽ illis adfert, cur ita iubeat; (vt S. *Ioseph* hic fecisse apparet) vt maiori suauitate, quod in iũgitur, executioni mandetur. Nec propterea obedientiæ perfectioni aliquid decedere censendũ est, cũ is qui audit, propterea præcipuè obtẽperet, quod Deus iubeat: redditâ verò sibi ratione præcepti, maior accedit in executione iucunditas. Sicut enim *fides* diuina reuelationi præcipuè Dei nititur ita vt ijs, quę proponuntur, propterea credamus, quòd Deus illa reuelet: si tamen hoc iacto fundamento, ratio aliqua, cur ita se rem habere credamus, accedat; maiori suauitate creditur, & mens in fide roboratur. Ita, inquam, obedientia, præ-

V.

Mandati rationem nō semper dat Deus

Ratio Obedientiam ut Fidem nō enervat sed reddit suauiorem

QVARTÒ HILARIS fuit obedientia: existimare enim licet, quamuis iter prolixum esset, ac laboriosum ob temporalium rerũ inopiam, aliarumq; commoditatum defectum, alacri tamen illos animo illud peregisse, nec difficultates illas præ interioris gaudij magnitudine sensisse, quod ex duplici causa oriebatur. PRIMA, quòd eam scirent esse Dei voluntatem: quã pro summa consolatione ducebant: SECVNDA, quòd IESVM secum ducerent: qui comes sufficiens erat, eos in quacunque solitudine & desertione consolari etiam nullo leuamine eorum, quæ alij peregrini quærere solent, adhibito. O *Deus omnipotens*, qui dilectis hisce sanctis tuis talem dedisti obedientiæ perfectionem: eorundem intuitu meritisque peto, ita mihi gratia tua assistas, vt tum *iudicij* mei abnegatione; tum *voluntatis* promptitudine, executionis *celeritate*, animi, cordisque *lætitia*; eoque puro fine, vt tuã exequar voluntatẽ, tibi semper obediam, tuæ me totũ subiiciẽs prouidentiæ, quæ, ita perfectè tibi obtemperantis, semper curam paternam geret.

IV. In Hilaritate

1 Quia sic placitum erat Deo

2 Quia Iesum habebant

Oratio

PVNCTVM V.

DENIQVE considerandum, mansisse eos in AEgygto vsque ad obitum Herodis, quinque aut fortè septem annos; expendendaque insignia aliqua, quæ eo tempore circa illos gesta sunt.

PRIMVM, in quanta rerum inopia vitam ibi ducerent, qui se manuum labore sustentabant; in paupere casa, inter alienos & barbaros; & magno tamen omnia gaudio tolerantes.

I. Inopia;

EX quo tanta illis animi tranquillitas oriebatur, vt nec de Herodis obitu, nec de reditu suo essent solliciti: sed omnia sua prouidentiæ diuinæ simpliciter committerent.

II. Tranquillitas.

SED quoniam Dei honoris erant *zelantissimi*, grauissimum eis erat, gentis illius videre Idololatriam, ex qua certus ei sequebatur interitus. De vtroque illud dici posset, quod S. Petrus de Loth in Sodomis habitante dixit: a *Aspectu & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant*. Fas enim est credere. Beatã Virginẽ & S. Iosephum vehementer cruciatos in spiritu fuisse, ob AEgyptiorum peccata; quamuis ipsi in medio nationis prauæ suam seruarent puritatem & sanctitatem; eique tanquam cœlestes faces illucerent: sicut etiam est credibile, sanctitatem, modestiam, cœlestemque vtriusque conuersationem, barbarorum illorum corda emolliuisse; admirationemque, & erga sanctos ipsos reuerentiam illis attulisse; & aliquos, corũ exemplo adhortationeq; ad veri Dei cognitionem & cultum conuersos, ipsos postea sanctos, eleemosynis aliisque muneribus iuuisse; quæ ipsi vt pauperes, sustentationis intuitu acceptabant. Qui in eo fuissem exilio, vt filiũ & matrem

III. Zelus animarum

a 2. Pet. 2. 7.

Aedificatio proximi.

uenichat: iuxta illud Iob de Deo dictum. b *Ridet de pœnis innocentum.* recreatur enim, cùm aliquid illi temperate patiuntur, propter quod ampliſſima bona conſequuntur. Vtinam, Deus meus, aliquid amore tui paterer, vt pœna mea riſum tibi adferret ac lætitiam, & *me* quoq; ſicut hos infantes *craperes, ne malitia mutaret intellectum* meum, *aut ne fictio deciperet animam* meam: malo enim mori, quàm, vt te offendam, viuere.

b Iob 9. 23.

Oratio

c Sap. 4. 11.

PVNCTVM II.

DEfuncto autem Herode: Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in AEgypto, dicens: Surge. & accipe puerum & matrem eius, & vade in terrã Iſrael: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

PRIMVM perpende, quomodo Herodes voto ſuo fruſtratus, priùs obierit, quàm, quod quærebat, obtineret; & quidem infelici corporis & animæ morte. Iuſtitia enim Dei, etſi ad tẽpus diſſimulat; pro meritis tandẽ caſtigat: & iniquis, licèt pœna differtur, tandé peruenit; & cùm minimè opinantur, mors opprimit: vt ſimul omnia ſcelera luant. Quid Herodi profuit ambitio, quid crudelitas, ac regni conſeruandi ſolicitudo? omniũ die vno iacturam fecit, & ſimul animæ, quam abſque ſpe remedij æternũ flebit, ſicut cæteri damnati, qui dicunt: a *Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens, &c. in malignitate autẽ noſtra conſumpti ſumus.*

I. Herodes ante Chriſtum moriens omnibus excidit.

a Sap. 5. 8.

DEINDE, prouidentiam Dei perpendam, Angelum è veſtigio mittentis, ad hæc Ioſepho nuncianda; & ab exilio in eius patriam reuocandũ. O quàm is fuit in fiducia Dei confirmatus! quàm læto animo, curam ſolicitam de puero & de ſe geri animaduertit! Ex quo diſcam, poſſe me abſque ſolicitudine, rerum mearum curam in Deum coniicere, b *in cuius manibus ſortes meæ* & tempora, ſucceſſuſque proſperi & aduerſi; quos, vt magis mihi expediet, diſponere in ſe recipit. O *Pater benigniſſime*, quàm es pro filijs tuis ſolicitus! omnes curas meas in te coniicio, ſiquidem tibi ſum curæ, hanc ſolam curam deponere nolo, tibi ſeruiendi; vt tu viciſſim curam habeas, miſerijs meis remedium adferendi.

II. Cura Dei erga electos.

b Pſalm. 30. 16.

Oratio

TERTIÒ & illud expende, nec in hac, nec in priori reuelatione Angelum vſurpaſſe B. Virginis, aut proprium, aut ſponſæ nomen: ſed *puerum*, inquit, *& matrẽ eius* vt diſcamus, glorioſiſſimũ virginis huius nomen eſſe MATREM DEI: quo nomine etiã Euangeliſtæ, vt plurimum eam appellant, quos & nos meritò imitabimur, nominis huius excellentiã venerantes, & in eo exultantes. O *Mater Dei*, beata es felicisſimo hoc nomine: fac nos dignos eius filios, qui te voluit habere matrem.

III. Mater Dei titulus B. Virginis.

Oratio

PVNCTVM III.

SIoſeph conſurgens, accepit puerum & matrem eius & venit in terram Iſrael: Audiens autem, quod regnaret Archelaus in Iudea pro

Herode

Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazræus vocabitur.

I. Sui relinquunt desiderium

PRIMVM est considerandum, quid ciuitas illa senserit, in qua tam diu hi sancti manserant, cùm eos cernerent discedentes: quorum sancta vitæ consuetudine multùm recreabantur, illi maximè, quos ad veri Dei cognitionem conuersos fuisse, fas est credere.

II. In dubiis orationem consule.

DEINDE attende, S. Iosephum consueuisse in dubiis suis ad orationem recurrere: Deumque vel ad eius nutum paratum fuisse, vt eum exaudirer atque à dubiis expediret. Disce itaq; in dubiis tuis, confidenter ad eundem in *oratione* recurrere. si enim sincerè veritatem agnoscere cupis; Deus, ad eam assequendam, certò mentem illustrabit.

III. Nazarænus Sanctus Floridus.

TERTIÒ, perpendam, nomen illud Christi, *Nazarenus*, quòd à ciuitate, in qua fuit conceptus, & postea etiam enutritus, accepit: significat. n. *Sanctum*, vel *Floridum*, vt vel ipso nomine significetur, futurum ipsum eminenter *Sanctum*, & sanctum sanctorum; & *Floridum* in omni genere florum, admirabilium virtutum; Deo dicatum, qui nullam aliam in mortali hac vita occupationem admitteret, quàm circa diuinum obsequium: suo nos docens exemplo, esse verè spirituales Nazaræos, virtute ad ipsius imitationem claros. O dulcissime IESV, ex toto corde opto, vt te imiter, leges omnes seruare Spiritualium Nazaræorum. a *Abstinere* nimirum *ab omnibus, quæ* inordinato amore, *inbriare* me *potest*: *Non tangere morticina vlla*, quæ maculare possint animam meam: *Non admittere nouaculam in caput meum*, qua cogitationes cœlestes, & affectus spiritûs mei abradantur: sed omnes integrè ad diuinum tuum obsequium nutrire; &, vt magis ac magis crescant, procurare. O Nazaræe floridissime, ac sanctissime, iuua me, vt voti huius compos euadam: absque tuo enim auxilio, fateor, nec inchoare me posse; nec ad optatum finem peruenire.

Oratio a *Num. 6. 2. &c.*

Nazaræorum leges.

MEDITATIO XXIX.

DE CHRISTI AD IEROSOLYMITANVM TEMplum ascensu, & quemadmodum in eo remanserit.

PVNCTVM I.

Consuetudo visitadi

CVM factus esset IESVS annorum duodecim, ascendit cum matre sua & Ioseph Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi.

PRIMVM, perpendenda S. Iosephi & B. Virginis *consuetudo*, ascendendi

ceua: cum filio ſuo annis ſingulis ad templum Ieroſolymitanum, Paſchalis agni celebrandi cauſa; & quo id ſpiritu faciebant. Sanctus enim *Ioſeph*[b] aſcendebat, ſpiritu *obediendi:* obligabat enim lex: a *Omne maſculinum ter in anno apparere coram Domino*, ad prædictam præcipuè Agni paſchalis celebritatem. *Virgo* ſanctiſsima (quam lex illa non aſtringebat) *deuotionis* ſpiritu aſcendebat, vt ea celebritate Deum glorificaret. Puer IESVS, tum vt parentibus *obtemperaret*, qui ſecum accipere eum volebant; tum præcipuè *amoris* erga æternum ſuum Patrem, ſpiritu, libenter ad templũ proficiſcebatur, vt illum in eo glorificaret. Omnes denique ſpiritu *gratitudinis*, qui finis erat legis, ad aſcendendum excitabantur: vt cum tota plebe pro beneficiis acceptis, Deo gratias agerent. Erant autem omnibus admirationi ob ſanctitatem, quam ſiue in itinere, ſiue in Templi ingreſſu præferebant; ob pietatem, deuotionemque erga locum & cæremonias exhibitam. Nam etſi aſcendendi *conſuetudinem* ſeruabant, non tamen *ex conſuetudine* ſola, vel pro forma, vt dicitur, ſed nouo ſemper ſpiritu & interno ſenſu aſcendebant; atque ſi tunc primùm aſcenderent. Et in hoc imitandi mihi ſunt ſancti iſti vt bonas Eccleſiæ conſuetudines ſtudeam ad vnguem ſeruare: & in omnium virtutum actionibus acquirere cõſuetudinem: ita tamen, ne conſuetudine tantùm & ad oculum, aut quòd alios idem præſtare videam, eas exequar; ſed eo ſemper ſpiritu, quem illæ exigunt, vt veræ ſint actiones virtutum.

templi Ioſeph

Ex obedientia

a *Exo.23.17. Deut.16.16.*

B. Virgo Deuotione

IESVS

Vtroque

Omnes Gratitudine

Conſuetudo ſeruãda ed non ex ſola cõſuetudine

Obſeruetur etiam hic S. Ioſephum, IESV patrem appellari, quòd talis ab omnibus tunc haberetur.

Ioſeph pater IESV putatitius.

PVNCTVM II.

CONſummatis autem diebus, celebritati deſtinatis, cũ redirent: remanſit puer Ieſus in Ieruſalem: & non cognouerunt parentes eius.

PERPENDENDAE hic ſunt cauſæ, quæ illum ad ſic remanendum impulerunt. PRIMA fuit, vt oſtenderet, quã libenter, quod in ſe erat, ſemper maneret in domo Patris ſui cœleſtis, in qua melius quàm puer Samuel, patris obſequio ſe totum impenderet. cuius voluntatis hoc dedit indicium, cùm duodecim eſſet annorum: quo tempore reliqui homines, perfectiorem incipiunt rationis vſum habere. Ex quo diſcam, quanti referat ad virtutum exercitationem, à prima ætate iis affici, & aſſueſcere, iuxta Ieremiæ ſententiam: a *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.*

I. Remanſit vt à puero ſe Deo cõſectaret.

a *Thre.3.27*

DEINDE, diuino conſilio parentibus inſciis, remanſit: ne, vel ipſis id negantibus *inobediens* manendo, vt ſtatuerat, videretur; vel eiſdem annuentibus, ſed ſimul manentibus *impedimento* illi eſſent, quo minus præſtare poſſet quod ad æterni Patris gloriam facere decreuerat: ideoq; illis potiùs inſciis remanere ſolus voluit: duo nobis magni momẽti relinquẽs

II Inſciis parentib. ne negarent vel ſe impedirent

Non acquiescendum carni & sanguini

documenta. ALTERVM, quam ipse esset ac porrò nos etiam esse deceat, à carne & sanguine, à parentum, amicorum, & notorum carnali amore liberos; ac meritò eos relinquere debere, quando æterni Patris obsequium curaque & attentio ad illud, hoc à nobis exigunt: & vt ipsi siue parentes sint, siue huius mundi amici, intelligant, non diutius nobis ad ipsos manendũ, quàm Dei fuerit voluntas. ALTERVM: si præuidero, parentes aut amicos impedimento mihi futuros, quò minus, quæ Deus à me requirit exequar; siue id illi ex ignorantia, siue zelo bono, aut malo faciant, optimum esse nihil illis significare eorũ, quæ ad Dei gloriam, & nostram spectant salutem: sed omninò relinquere, etiam dolentes & fluentes: etiamsi pro autoritate sint me postea reprehensuri, & factum meũ improbaturi. Decet enim virili animo calcare omnia, vt Dei voluntati satisfaciam: iuxta illud quod scriptum est. b *Qui dixit patri suo & matri suæ: nescio vos: & fratribus suis: ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt.* Alioqui facilè nobis obiiciet CHRISTVS: c *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* O *puer dulcissime*, erubesco, dum adeò me carni & sanguini deditum cerno, vt cœlestis Patris voluntatem facilè præteream, ne parentes aut carnales amicos contristem. Da mihi, quæso, ita virilem animum, vt amore tui, omnes relinquam: d *Deoq; potiùs obedire* eligam, *quàm hominibus*: & humanum, quàm diuinum & e *Sanctum spiritum contristare.*

Parentes celandi, si impedituri videantur.

b Deut. 33. 9

c Matt. 10. 37. oratio

d Act. 5. 29.
e Eph. 4. 30

PVNCTVM III.

Specimen sapientiæ

TERTIÒ, perpendam Christum Dominum nostrum zelo illo suo, quo tenebatur, salutis animarũ, voluisse specimen aliquod sapientiæ & gratiæ, qua plenus erat, apud legis Doctores præbere: id quod in templo in medio ipsorum admiranda fecit modestia, humilitate, discretione, diuinique amoris zelo; modo quodam ætati suæ accommodato, eiusdem virtutes patefaciendo. MODESTIAM enim præ se ferebat in vultu, & verborum ac morum grauitate: quæ adeò eminebat, vt Doctores permouerit, ad eum ad suam disputationem admittendum. HVMILITATEM adeò coluit, vt cum Doctorum omnium Doctor esse posset: non tamen, nisi vt discipulus, ad eos ingressus se gesserit, interrogans eos, & audiens, instar discentis. DISCRETIONEM patefecit, ita interrogans, taliaque vicissim respondens, vt eius prudentiam, ad stuporem, omnes admirarentur. Zelum denique in eo habuit, quòd non ad inanẽ sapientiæ suæ ostentationem, sed ad gloriam æterni Patris, & animarũ salutem hæc omnia dirigebat: & præcipuè vt *superbi* aliqui ex illis Doctoribus, tanto sapientiæ ipsius splendore confunderentur; *humiles* verò, eodem illustrati, aduerterent propè iam esse redemptionem suam. O bone

Cum modestia Humilitate

Discretione

Zelo

Oratio

IESV,

IESV, ætate puer, ſapientia plus quam vir: manſuetudine Agnus, ſed diſcretione paſtor! vehementer gaudeo, cùm te video, grandiorem iſtum gregem paſcere, æternæ vitæ eis oblato paſtu, iuxta illud quod ſcriptum eſt: a *Et puer parvus minabit eos.* O SI adfuiſſem, & interrogationes, reſponſaque tua admiranda audire licuiſſet! Repete ea, quaſo Domine intus in corde meo; vt earum fructu mihi gaudere liceat. Ex hac conſideratione magnum concipiam, quatuor haſce virtutes imitandi deſiderium: ſimul in Dei conſpectu erubeſcens, ob earum in me inopiam: nominatim verò modeſtiæ & humilitatis: quodque verbis geſtibuſque *ſcientiam*, quam reuera non habeo, audeam oſtentare: & rerum ignarus, diſcere recuſem, quæ ſcire referret: & alios docere velim, quæ nunquam didicerim.

a *Iſai.* 11. 16.

Scientiæ oſtentatio.

PVNCTVM. IV.

QVARTÒ conſiderandum, quid puer hic adorandus ac ſummè prædicandus, triduo illo fecerit, quo abſque ſuis parentibus fuit Ieroſolymæ. Licèt enim exiſtimare, reliquum tempus ab eo, quòd cũ Doctoribus in templo expendit, in perpetua quadam vigilia, & ad æternum Patrem pro ſalute mundi oratione conſumpſiſſe. Eſt enim credibile, eum in ipſo templo pernoctaſſe; terram pro ſtrato, & ſcamnum pro ceruicali habuiſſe: comediſſe item aliquid, quod eleemoſynæ nomine ab aliquo accipiebat: aut certè, quod temporalium commodorum eſſet cõtemptor, ſine cibo vllo permanſiſſe. Illud verò certum, grauem illi fuiſſe, multorum in eo loco irreuerentiã; & peccata, quæ fiebant. Habebat enim etiam tunc æquè inflammatum *zelum* honoris Patris ſui, atque cum S. Ioannes de eo dixit ex Pſalmo: a *Zelus domus tuæ comedit me.*

Chriſti in templo vita.

I. Vigilia Oratio.

II. Mortificatio Paupertas Ieiunium

III. Zelus templi neglecti

a *Ioan.* 2. 17. *Pſal.* 68. 10.

MEDITATIO XXX.

QVID B. VIRGO EGERIT, DONEC FILIVM ſuum inuenit.

PVNCTVM I.

NON *cognouerunt parentes eius*, quòd puer IESVS Ieroſolymis remãſiſſet, *exiſtimantes* autem *illum eſſe in comitatu*, (vterque enim, eum apud alterum eſſe, exiſtimabat: *venerunt iter diei*) veſperi autem in diuerſorio, aduertentes non adeſſe, *requirebant eum inter cognatos & notos, & nõ inuenerunt.*

a *Luc.* 2. 43

PERPENDENDA hic eſt diuina diſpoſitio, quæ hos duos Sanctos, abſque vlla eorum culpa, in exercitatione pia, quam diuini honoris intuitu præſtabant; in re, quam ipſi maximè ſentirent, amiſſione videlicet *filij* talis, affligi voluerit. Sed ideo tamen DEVS hanc miſit tribulationem, vt patientiam, humilitatem, feruentemque diligentiam, & alias

In re pia afflguntur maximè.

virtutes

Vt elucerent quatuor virtutes,

virtutes ipſi exercerent, quæ in eiſdem ad exemplum etiam noſtrum valdè eluxerunt.

I Patientia

PATIENTIA enim eluxit, quòd in tanta occaſione nõ ita turbati ſint, vt internã animi pacẽ perderent, aut conquererentur de Deo; ſed grauiter quidem, vt res ipſa poſtulabat, ferẽtes; ſe totos diuinæ ordinationi ſubmittebant. Eorum

II Humilitas

HVMILITAS apparuit, quòd culpam aut incuriam propriam, etiam cùm nulla eſſet, metuebant: minimùm autẽ, propterea id euenisſe interpretabantur, quòd indigni ipſi eſſent, apud quos talis filius ac Dñs maneret: ideoq; aliam fortè vitæ rationem, ipſis relictis, inire decreuiſſe.

III. Diligentia

DILIGENTIAM oſtenderunt; quia ſtatim, atque eum non adeſſe deprehenderunt, magna ſolicitudine, doloreque ad eum quærendum ſe accinxerunt, tum ne ſuæ obligationi, qua ratione officij tenebãtur, deeſſent; tùm quòd amor illos vrgeret. Sed inter cognatos & notos eum quærentes, minimè inuenerunt: quia, propter alios cognatos, Chriſtus matrem ſuam non reliquiſſet. Tribus his virtutibus, quartam, feruẽtis prolixaque

IV Oratio,

ORATIONIS, adiunxerunt. Sed quàm triſtis B. Virgini fuerit nox illa! quàm graue ſolam ſe abſque filio eſſe! quomodo totam noctem meditando, gemendo vt, columba, feruenter orando conſumpſerit! æterno Patri ſupplicando, ne tam cito ipſius curæ filium hunc ſuũ ſubtraheret: ſed, vt tum ipſe curam eius gereret, vbi ille tunc eſſet; tum ne differret eum ipſi reddere. *O Virgo* excellentiſsima, pericula maris ingreſſa es: nec aliud propterea remedium ſupereſt, quàm orare. *Mare* tibi eſt amarum, & tempeſtatibus turbatum, dilecti tui amiſsio; triſtitiæ fluctus ad cor tuum vſque penetrarunt: variis curis diſtractum tenent: noctis tenebræ greſsibus tuis obſiſtunt: & immerſæ inſtar, in deſolationis abyſſo hæſitas. Quoniam verò nullum in terra inuenis leuamen; ſpei anchoram proiicis in cœlum, orationis funiculis alligatam, inde remedium ſperãs. Nec fruſtrabitur fiduciam tuam cœleſtis gubernator, qui Pater tuus eſt, neſciens amare, & deſerere: nec in ipſo ſperantes, in æternum repellere.

Oratio ad B. Virginẽ

Dei ab anima abſentia oritur.

b Iob. 9. 11. 23.

Ex hoc euentu eiuſque causâ, eleuandus mihi eſt ſpiritus ad myſterij, quod in ea ſignificatur, conſiderationem; ac perpendendum, quomodo Deus Dominus noſter ſæpè ſeſe ſubtrahat, nobiſque nec agnoſcentibus, nec aduertentibus, occultet, iuxta illud Iob: b *Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam: ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* Quæ ignorantia tota *die* durare ſolet, donec *veſperi* aperiatur: vt B. Virgini & S. Ioſepho hic euenisſe apparet, Sed variis id modis contingit.

I. Et lethali occulto.

PRIMVM ob peccatum aliquod lethale occultum, quod *ignorantiâ* accidit culpabili, aut inſtinctu Dæmonis pallio *virtutis* operta. Tunc enim Deus ab eo homine abſcedit, ipſo ignorante. & huiuſmodi ignorantia durat interdum toto huius vitæ die, vſq; ad *noctem* mortis; cum exiſti-

mans

mans ille se Deum habere; vacuum se & sine eo esse, ingenti suo damno ac dolore, deprehendit. Propter quod Sapiens dixit: c *Est via, quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.* Est autem hæc absentia grauissima, quia eam sequitur æterna. Quare orandus assiduè est Deus, ne hac ratione se mihi subtrahat, dicendumque ei cùm Dauide: d *Ab occultis meis munda me Domine*: Et e *Ignorantias meas ne memineris.*

c *Prouer.* 14 12.

d *Psal.* 18.13
e *Psal.* 24.7.

II. Ex occulta superbia in die prosperitatis

DEINDE, abscedit etiam Deus ab anima, ob occultam eius superbiã, & inanem gloriam, quæ substantiã ipsam deuotionis consumit; & amicã Dei præsentiam, ab anima repellit: quæ tamen absentia, quamdiu dies prosperitatis durat, non aduertitur; quia vana illa gloria etiam in rebus bonis delectat: accedente autem nocte aduersitatis & humiliationis, aduertitur Dei absentia, veræque virtutis inopia, cum se homo pusillo abiectoque animo experitur.

III. Ex Dei prouidentia vt humilieris

TERTIÒ, euenit interdum à secreta Dei prouidentia sensibilem nobis deuotionem vt in *humilitate* crescamus subtrahentis: idque nonnunquã euenit in festis solennioribus, & externorum bonorum operum exercitatione, quam absentiam, licèt, occupatione illa durante, non aduertamus: mox tamen atque nos colligimus, eam deprehendimus & experimur. In huiusmodi autem casu, expedit, alicui meo peccato eam tribuere; etiamsi apertè mihi conscius nõ sim: atq; cum Dauide dicere: e *Priusquàm humiliarer, ego deliqui*: Et, f *in veritate tua humiliasti me*: Iure.n. ob culpas meas hãc sum meritus humiliationẽ. Siue autẽ culpâ meâ, siue omninò innocẽti, gratia deuotionis, dulcesque & amicæ Dei visitationes, mihi subtractæ sint: existimare me oportet, id à diuina prouidentia, ad maius meũ bonũ ita proueniisse, iuxta id, quod idem Dauid eodẽ loco inseruit: g *Bonũ* inquit, *mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.* In quocunque horum euentu, exercendæ mihi sunt, quatuor illæ virtutes, quæ in B. Virgine & S. Iosepho, in amissione filij eluxerunt. altæ videlicet in *humilitate* iacendæ radices; *patientia* muniendum pectus; *diligentia* in Deo quærendo & reuocando adhibenda, feruentique *prece* Deus solicitandus: cum sit scriptum: h *Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis.* O IESV dulcissime, qui vniuersim dixisti: *Qui quærit inuenit*: tantum mihi concede feruoris in solicitanda visitatione & reditu ad me tuo, vt reipsa obtineam: iua me ita te quærere, vt inuenire merear, in secula. Amen.

Vadeeunque oriatur

e *Psal.* 118. 67.

f 76. Tu te humilia.

g *Psal.* 118. 71.

& virtutes prædictas adhibe

h *Luc.* 11 9. Oratio

PVNCTVM II.

PROXIMO die summo mane B. Virgo & S. Ioseph *regressi sunt in Ierusalem requirentes eum: Et factum est post triduum inuenerunt illũ in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos: & videntes admirati sunt.*

In hoc puncto consideranda sunt sigillatim: *Tempus*, & *locus*, in quo Iesvm filium suum B. Virgo inuenit, *comites*, & *occupatio* eius: *gaudium* denique ipsius B. Virginis, quod ex filij accepit aspectu, & ex singulis hauriendus est spiritus, qui in eis latet.

I. Tempus triduj quâ diu Christus in sepulchro. Si moram fecerit expecta eum.

Tempvs, fuit post triduum, à quo fuerat amissus: vt tot plus minùs horas B. Virgo afflictionem ac solicitudinem nunc sustinuerit, quod in *triduo* inter Passionem & Resurrectionem, cum viuens, iamque glorificatus illi Iesvs apparuit, cuius rei mysterium nos instruit quando anima Deum, gratiam ve deuotionis amittit, non statim eâ inueniri: sed vel in *pœnam*, si culpa sua illum amisit: vel ad *humilitatis* & patientiæ exercitationem, sese ad tempus aliquod abscondere: vt ea dilatione, eumq; inueniendi difficultate, crescant desideria, & in quærendo diligentia: qua dignam se faciat, ad quam citius, & copiosior adueniat gratia. *Ternarius* itaque hic dierum numerus docet nos, spem amplius erigere, nec deficere, aut animum abijcere, quasi diu remedium & consolatio differatur: ita enim aliquando iusti in afflictione constituti sese erigebant & consolabantur: a *Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius.*

a Oseæ 6. & mystice.

II. Locus Ecclesia Cor

Deinde, Locvs, in quo Iesvs inuentus, est *Templum* Domusque Dei, quæ domus est orationis & collectionis, cultui & diuini seruitij operibus dedicata: vt discamus non in carne & sanguine, aut in mundi commodis & vanitatibus eum quærere; sed in *Catholica Ecclesia*, in viuo cordis nostri templo: faciendo illud domum orationis, & sanctis exercitationibus occupando. Propterea ipsa b *Sponsa* fatetur, *se non inuenisse dilectum*, qui Deus est: quòd eum *in lectulo*, & quiete delitiarum carnis, aut in *plateis & vicis* occupationum mundi, *quæsierit*. Inuenitur enim dilectus hic, in horũ potiùs renunciatione, & reiecta creaturarum consolatione. Quamobrem attende anima mea, vbinam Christum quæras, si desideras inuenire. c *Non* enim ait S. Iob, *inuenitur in terra suauiter viuentium.*

b Cant. 3. 1

Oratio c Iob. 28. 13

III. Collegium Doctorum

Tertiò, considerandũ Collegivm illud in quo Iesvs erat, quidque tunc ageret, cùm B. Virgo eò peruenit. Speciali enim prouidentia tunc erat *in medio Doctorum audiens & interrogans*, vt cognosceret mater causam, cur, ipsa relicta in templo remansisset: & vt discam etiam ego, Christum inter Ecclesiæ Doctores facilè inueniri, qui sua doctrina, directioneque rectâ, ad Christum inueniendum viam ostendunt; ipsiq; etiam *doctores* intelligant, Deum in medio eorum versari, audientem quæ loquuntur, & docent: vt, si *malè*, arguat & corripiat; si *benè*, docentes iuuet; nisi culpâ suâ, sibi ipsi desint.

Doctores Christum præsentem agnoscant

IV.

Qvartò, summum illud *gaudium* perpendam, quo virgo sanctissima perfusa fuit, conspecto filio, quem amiserat tantaque solicitudine ac

dolore

quærebat. Liceret illam, quasi è morte ad vitam, die hoc tertio resurgentem videre. & vt Anna illa Tobiæ mater, d *Filij absentiam irremediabilibus lachrymis flebat*: & cùm redeuntem vidit, e *præ gaudio etiam flebat*: Sic inquã credendum est, B. Virginis, ex inuento filio, gaudium; dolori, ex eius amissione concepto, par fuisse: iuxta illud Dauidis: f *secundum multitudinẽ dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. O VIRGO suprema, congratulor de inuento tandem dilectissimo filio. g *Spes quæ differebatur, affligebat animam* tuam: sed *lignum vitæ desiderium veniens*. verè enim lignum vitæ inuenisti, non tibi modò mœstissimæ, sed omnibus vniuersim mœstis & afflictis. Impetra mihi, obsecro, ita illum quærere, vt reipsa inueniam, eaque vitâ fruar, quæ à tali procedit arbore, Amen.

d *Tob.* 10. 4. e 11. 11.
f *Psal* 93. 19
Oratio
g *Prouerb.* 13

SIMVL. tamen attendendum, quantam tanto gaudio *modestiam* sanctissima Virgo adhibuerit. Etsi enim filium in medio Doctorum maximo omnium applausu, conspiceret: nullum tamen, aliarum matrum more, gestum, aut iactantiæ edidit indicium, quòd tanti filij esset mater: sed admirans, quòd eo loco eum videret, quod cernebat, est venerata. Quo exemplo nos docuit, modestiam lætitiæ adhibere: quemadmodum etiam Apostolus monuit: h *Gaudete in Domino semper: iterum dico: gaudete. modestia* tamen *vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim propè est*, respicitque vos. nec decet in eius conspectu, gaudium esse immodestum.

modestia conditum
h *Phil.* 4. 4.

PVNCTVM III.

CVM filium suum mater sanctissima vidisset, *dixit ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Omnia hæc verba mysterij plena sunt, ac propterea singula meritò seorsim perpendenda.

PRIMVM. Perpendam illud: *Fili, quid fecisti nobis sic?* quo verbo non interrogando facti causam quærere; (quæ superflua fuisset curiositas) sed cordis sui sensum dolorem que aperire voluit: qui mos sanctis in tribulatione constitutis, & cum Deo colloquentibus, familiaris est: eoq; modo orandi afflictionis remedium tacitè postulant: sic enim ipsi afflictionem *hinc* diuinæ tribuunt prouidentiæ, eam ad ipsorum bonum ordinãtis, aut permittentis; *unde* verò protestantur, ad eundem Dominum spectare, remediũ illi adhibere. Licebit ergo interdũ Dño, cùm S. Iob dicere: a *Quare posuisti me contrariũ tibi: & factus sum mihimet ipsi grauis? cur nõ tollis peccatũ meũ: & quare non auferis iniquitatem meã?* b *cur faciem tuã abscõdis; & arbitraris inimicũ tuum?* Interdum, cum ipso Christo Dño cruci affixo licebit, æterno Patri dicere: c *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me*

I
Ratio Deũ cum bene uola quere la orandi
a Iob. 7. 20
b 13. 14.
c Psal 21. 2

omnia voce illa *Sic*, quasi artificiosa Notea an guate con plexa ei. Quid ergo quit, fecisti nobis *sic*? ex quo facilè intelligam, quanto studio B. Virgo linguam suam custodiret, verbaque metiretur: *quod aliàs etiam obseruandum monuimus*: sed est in hac occasione, nescio quid singulare: ostendit enim quàm mortificatos & veluti fræno cohibitos haberet loquendi impetus, qui in simili occasione ex corde prorumpunt.

PVNCTVM IV.

ET *ait* IESVS *ad illos, quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Non minus maturum hoc fuit responsum, quàm quæ Doctoribus dabat: quare, tanquam à diuina sapientia profectum, æstimandum est.

PERPENDE ergò primùm illud: *quid est quod me quærebatis?* quæ responsio, primo statim aspectu, non ieiuna modò apparet, sed etiam *aspera*, & reprehensionis quandam formam habens: atque si distinctiùs diceret: cur tanto dolore me quærebatis, qui is sum, quem perire non posse, poteratis vobis, facilè persuadere. Ea tamen sententia tum insinuauit, se plus quàm *hominem* esse: tum matri dedit occasionem, heroicæ suæ *patientiæ* & humilitatis exercendæ; si tacens, insipidum hoc verbum reuerenter amanterq; susciperet: quod ipsa præstitit perfectissimè. Sed obiter etiam docuit Christus Dominus noster, eos, qui Religiosorum, aut perfectionem quærentium curam gerunt, debere interdum asperioribus responsis, rerumque etiam culpâ vacantium reprehensionibus, eos exercere; quò humilitatẽ & patientiam, qua præditi sunt, manifestent, ac in eis proficiant. Vt enim nõ adeò mirum est, si, reprehensus ob culpam, taceam, quem ipsa conscientia propria iure reprehendit: ita increpationem audire, cùm conscientia non accusat, sed innocentem omninò facit; eamque ferre, ac tacere; hæc verò heroica virtus censenda est.

I. Aspere respondere videtur IESVS tũ quia Deus. tum vt matris patientiam exerceat. *S. Ioan Cly. Gradu 4.*

ADIECIT verò: *Nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Si me nostis, inquit, & quis ego sim scitis, etiam oportuit vos scire, me in ijs debere occupari, quæ cœlestis mei Patris honorem concernunt, qui patrem terrenum non habeo. Qua sententia docuit, quantum studiũ ipse in æterni Patris seruitio poneret; qui se ad aliud nihil attendere, clariùs postea professus est, cùm dixit: a *Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me.* Et iterum: b *me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est* vitæ meæ, hoc est, per totam vitam meam. Ad cuius imitationem, & ego studebo totus in eandem obsequij diuini occupationem incumbere; non mundi, carnis, aut amoris proprij, erubescam verò aduertens, quàm hactenus procul ab hoc documento fuerim; qui quod proprium erat, solicitè, quod verò Dei, negligenter curauerim.

II. Seruitium Dei. nostrũ studium.

a *Ioan 6.35*
b *Ioan. 9.4.*

& ſanctitatis internæ indicia edendo: ſicut *ſol*, etſi non creſcat in ſe, eius tamen lux ab aurora ſemper creſcit vſq; ad mediam diem. Quod ita Deus diſpoſuit, vt eius nos doceret exemplo: quàm ipſi gratum ſit, filios ſuos creſcere, & quotidie in virtute *proficere*. Hoc enim inter terreni & cœleſtis Adami filios intereſt; quod illi b *ab adoleſcentia ſua in malum ſint proni*, & vt ætate, ita malitia creſcunt, iuxta illud Dauidis: c *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper*: Hi verò Adami cœleſtis filij, vt Ieremias ait, d *portant iugum* diuinæ legis *ab adoleſcentia ſua, & leuant ſuper ſe*: qui, vt annis, ita virtutibus creſcunt, ſpiritum quotidie ſupra ſeipſos leuantes; & ſuper ea, quæ priùs habebant. e *ea, quæ retrò ſunt*, vt faciebat Apoſtolus, *obliuiſcentes*, vt ad maiora excelſioraque alia, *ſe extendant*, donec ad perfectionis culmen perueniãt. Hoc itaq; ſingulari fauore matrem ſuam, S. Ioannem Baptiſtam, alios q; ſanctos, qui ab ipſa infantia Deo ſeruire cæperunt, proſecutus eſt Chriſtus, vt f *procederent creſcentes vt lux matutina vſque ad perfectam diem.*

Profi cien di ſtudiũ

b *Gen.* 8. 21.
c *Pſal.* 73. 23
d *Thren.* 3. 27.
e *Phil.* 3. 13.
f *Prou.* 4. 18

SED eadem, adhuc magis in particulari, expendens, intelligam: varias eſſe hominum Deo ſeruire incipientium, ſiue in infantia, ſiue in adulta ætate, conditiones. Alij, cùm progrediendum eſſet, inchoatam virtutis viam deſerentes, *retrocedunt*. De quib. dixit ipſe Chriſtus: g *qui mittit manum ſuam ad aratrũ, & reſpicit retrò, non eſt aptus regno Dei*: erit itaq; aptus inferno. Timendum eſt ergo mihi, ſi contingat retrocedere, ne eueniat quod h *vxori Lot* b (quo exemplo Chriſtus eſt vſus) i *quæ cùm exiuiſſet ex Sodomis, reſpiciens poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis*, & in lapidem & ſignũ cautelæ ſimilis periculi ijs, qui inchoatum virtutis iter non proſequuntur.

II. Retrocedunt mali.
g *Luc.* 9. 62.
Vxor Lot.
h *Luc.* 17. 32
i *Gen.* 19. 26.

ALII, cum feruore incipientes, dũ progrediendũ erat, *deficiunt*: ſtudioſa aliqua exercitia, quib. profeciſſent, dimittentes, aut *feruorẽ* in eis primũ remittentes. Hi autẽ, etſi adhuc iuſti ſunt, magno ſe tamen pereundi periculo exponũt: ſicut Epiſcopus ille, quem Chriſtus à bona quidẽ vita laudauit: k *Sed habeo*, inquit, *aduerſum te pauca: quod charitatem tuam primùm reliquiſti*, feruorem videlicet, quẽ initio adhibebas, ſubiicitque: *Memor eſto itaque, vnde exciderit, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autẽ, venio tibi, & amouebo candelabrum tuum, de loco ſuo.* atq; ſi clariùs minaretur ei: veniam, & rationem exigã à te, ac iſta dignitate ſpoliabo: nã feruorẽ amiſiſſe, cecidiſſe eſt ex altiori ad inferiorem locum: niſi ergò reparet, indignus es, qui altum & honorificum locum occupes, in quo te collocaueram.

2 Deficiunt a feruore
k *Apoc.* 2. 4. 5.

ALII, & inciplunt, & pergunt, ſed lento ac *tepido* greſſu; nullo animo aut ſpiritu proficiendi, aut extendendi ſe ad anteriora. Et hi, & ſi in exteriori homine deficere non videantur; in interiori tamen plerunque eunt retrò; ac denique deficiunt omninò. Vt enim SS. Patres aſſerunt, in via ad cœlum ſtatio eſſe non poteſt: ſed aut progredimur, aut retrocedimus. ALII, ſtatim atque

3 Pergunt tepidè
S. Bernard. epiſt. 91.
Greg. lib. 1. in 1. Reg.

inci-

Aug. ſerm. 15. de verb. in Iſal. 83. 6.

4 Sine fine proficiunt,

Oratio

ncipiunt, in *cum Dei auxilio, aſcenſiones diſponunt in corde ſuo*; vt *in valle* hac *lachrymarũ* progreſſum faciant,& voti compotes fiant: *euntes de virtute in virtutẽ, donec videant Deũ Deorum in Sion.* Hi ſunt Chriſti verè imitatores, quos par eſt me perſequi; & erubeſcere, quòd ſæpè hactenus in via virtutis *retrò* aſpexerim; & à *feruore* primo, quo cœperam, deciderim, aut hæream certè in *tepida* quadam ac remiſsiori vitæ ratione. Meipſum ergò iam extimulabo, vt feruere magno in poſterum creſcã, ipſi Chriſto Domino dicens: O *iuſtitiæ Sol*, ita, obſecro, illuſtra, & accende animam meam, vt eius greſſus, inſtar ſint lucis matutinæ, quæ progreditur & creſcit vſq; ad perfectam diem. O legislator ſumme, copioſam tuam benedictionem mihi impertire, vt iuxta deſiderium tuum creſcam in virtute & ſanctitate: aſcendens à gradu in gradum donec te videam in cœleſti Sion, in ſecula. Amen.

PVNCTVM II.

I. Modus in virtute proficiendi, Coram hominibus Aedificatio proximi.

DEINDE conſiderandum, *coram* quibus, & in *quo* IESVS creſcere dicatur. PRIMVM ait Euangeliſta: *Creſcebat coram Deo & hominibus*: quo nos exemplo duo, quæ vitio dantur extrema vitare docuit. ALTERVM indiſcretè feruentium; qui nulla hominum habita ratione, ſine ædificentur, ſiue ſcandalizentur, coram Deo tantùm creſcere præſumunt; non attendentes eos, qui Deum amant, debere proximos etiam amare; & cuique ita profectum proprium quærere licere, vt ne id in alterius cedat detrimentum. Attendendum enim præcipit Apoſtolus, vt a *quæ ædificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus.* ALTERVM eſt extremũ priori omninò contrarium, & eorũ, qui *fictè*, & hypocritarum more, omne ſuum ſtudium collocant in profectu coram hominibus, apud quos maiorem quærunt Sanctitatis opinionem; non interim ſoliciti de vero ſolidoq; illo profectu, quem Dauid b *Aſcenſiones cordis* appellat. Sed Chriſtus Dominus noſter, exemplo ſuo ita nos docuit, amplecti vtrunque, vt neutrum alteri noceat: primo tamen loco collocandum eſſe profectum ſolidum in conſpectu Dei; deinde etiam coram hominibus: c *prouidentes* ait Apoſtolus, *quod bonum eſt* etiam *coram* eis, non vt nos in honore habeant, aut laudent, ſed d *vt Deum glorificent*, ipſi verò ædificentur, exemploque illo proficiant; Quod ſi, me, quod meum eſt, faciente, aliquis culpa ſua ſcandalizatur, aut non ædificatur; non propterea creſcere deſinam coram Deo, & coram prudentibus & ſanctis, qui *hominis* nomine digni ſunt.

a Rom. 14. 1. Coram Deo Virtus ſolida.

b Pſal. 83. 6

c Rom. 12. 17

d Matt. 5. 17 Scandalũ paſsiuum.

II. Sapientia

DEINDE: *Creſcebat*, ait S. Lucas, *ſapientia & gratia*: quæ duo veri profectûs ſunt materia. PRIVS. n. in *ſapientia* & actibus, qui ab ea procedunt, proficitur; quales ſunt Meditatio, & rerum cœleſtiũ Contemplatio; Prudentia, & diſcretio in actionibus & negotiis gerendis; rerum æſtimatio

in

gradu, quo oportet; æternæ enim magni, terrenæ parui fieri debent. & porro vt verba *sermoq; noster* hac sapientia *condiantur*. DEINDE, in *Gratia* est proficiendum, & in earum virtutum actibus, quæ nos apud Deum gratos & sanctos; apud homines amabiles reddunt: in quibus Christus hoc tempore exercebat. quales erant heroici actus Amoris Dei, & ardentis zeli gloriæ eius, salutisque animarum: Dolor intensus offensionum eius, & iacturæ earum; Orationes continuæ, ne perirent. Quibus adeò gratiosus gratusque *Deo* reddebatur, vt (quod ipse apud Isaiam dixit) *Complacuerit sibi in eo anima eius*. Aedificabat præterea *homines*; raræ modestiæ, humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, & erga parentes subiectionis exemplis: ob quæ omnibus, quibuscum versabatur, erat amabilis, vt enim idem Isaias adiecit, *non erit tristis, neque turbulentus*, nec offensionis occasionem alicui dabit, aut morosus erit. O IESV dulcissime, sapientiâ gratiaque plenissime, ex cuius plenitudine iusti omnes augmentum accipiunt in vtraque, me quoque vtraque reple, ac iuua in eisdem quotidie proficere.

Coloss. 4. 5. Gratia

Coram Deo

c Isai. 42. 1.

f 4.

c Mat. 18. 18 Et hominibus. Oratio

VLTIMO, vt magis me ipsum animem; perpendam, B. Virginem his filij sui exemplis haud vulgariter profeciſſe; & sapientia gratiaque apud Deum & homines semper creuisse, exultante ipso Christo, dum matrem suam videret omnia quæ faceret ipse, æmulantem. O *mater* æternùm benedicta, patrocinio, me tuo quæso, adiuua, quo & ego crescam, sicut & tu crescebas; eum imitando, quem tu tam sedulò imitabare.

III. B. Virgo imitatur Iesum. oratio.

PVNCTVM III.

TERTIÒ considerandum, quòd Christus Dominus, toto eo tempore à *duodecimo* vsque ad *trigesimum* ætatis annum, vt ait Euang. a *Erat subditus illis*, Matri & S. Ioseph in omnibus obediens. Vbi hæc sunt perpendenda: *quis* sit ille qui obedit, *cui*, quib. in *rebus*, & quo *modo obediat*.

a Luc. 2. 52.

QVI obedit, verè est DEVS infinitus, creator & supremus mundi monarcha, cui omnes se subiicere & parere tenentur, & quamuis magnũ non erat, quod, quà *homo*, æterno se Patri subiiceret: admirationem tamen affert, quòd *matri* etiã, & *pauperi fabro* pareat; & *Creator, Dominus, Rex*, creaturis, seruis subditisque suis se submittat. Quo facto meã cõfundit superbiam ac pertinaciam. O *vilissime vermis*, cur te homini non subiicis propter Deũ, qui se homini subiecit propter te? Si Deus, hominis voci paret: cur tu miser, Dei voci non pares? O *iustitiæ sol*, qui iuxta horum duorum vocem aut mouebaris, aut subsistebas, quibus te, mei amore, subiecisti: da mihi precor vt me illis, quos tui loco, mihi constituisti, omninò & ad nutum subiiciam; propria semper voluntate abnegata, vt tuam amplectar.

I. Deus obedit Matri, & pauperi fabro. Colloquiũ:

Oratio.

II. Vt filius pauperis fabri

DEINDE, in iis eum obedire, perpende! quæ fieri ſolent in *pauperis fabri* domo & cogita illa omnia, eoq; modo impleuiſſe, quo *filij* ſolent pauperibus parentibus miniſtrare. Id enim faciebat Chriſtus humillimè, exactiſsimè, promptiſsimè, & ſummâ animi lætitia, ac perfectione, quam perfecta exigit obedientia: quæ parua æquè ac magna: difficilia, atque facilia: honorifica atque abiecta & contemptibilia complectitur. Poſtquam enim Deus ad aliqua abiecta præſtanda ſeſe demiſit, nihil eorum abiectum ampliùs: ſed omnia in obedientiæ æſtimatione altiſsima & honoratiſsima ſunt cenſenda: nec rem vllam in Dei domo vilem reputat obedientia, quam Deus ipſe iubet: ſatis ad rei dignitatem eſſe rata, quòd eam Deus, imperio ſuo dignam cenſeat. ſicut b *Raphael* ſummo honori ſibi duxit, *Tobiæ* etiam in rebus alioqui abiectis *ſeruire*; poſtquam id Deus ei imponere ſtatuit. Ex quo intelligam, ſpiritalis vitæ excellentiam, non tam conſiſtere in glorioſis & præſtantibus actionibus, quales ſunt concionari, docere, gubernare: quam in his, quas Deus iubet, etiam ſi abiectis alioqui, modò *ratio* eas præſtandi ſit *excelſa*, qualis eſt magnus Dei amor, pura gloriæ ipſius intentio, promptitudo magna, cordis hilaritas, & inflammatum ipſi Deo in his omnibus placendi deſideriũ, & in hoc ſenſu cõſulit Sapiẽs: c *In omnib. operib. tuis præcellens eſto*: talem eis adhibendo modum, qui ea faciat in Dei conſpectu præcellere: propter quem *modum*, ſpiritu ſanctitatis operandi, à Chriſto adhibitum, non minus eius opus excellebat, cum ſerra ligna ſecaret; quàm cùm prædicaret, aut patraret miracula: Nec B. Virgo minus ſanctitatis oſtendebat, dum neret, filave duceret; quàm dum aliud obſequium filio exhiberet; aut aliquid eius cauſa pateretur. Quare meritò contendam, filium & matrem in hac agendi ratione imitari, ſi breui compendio magnam cupio aſſequi perfectionem.

b *Tob. 5. & 9*

c *Eccl. 33. 23.*

PVNCTVM IV.

Cur Ieſus Faber

QVARTO conſiderandum, Chriſtum Dominum, ad annum vſque trigeſimum, *fabrilem* artem exercuiſſe, vt ex verbis conciuium eius conijcitur: dicebant enim (teſte S. Marco) a *Nonne hic eſt faber, filius Mariæ?* Sed expendendæ hic ſunt cauſæ, cur eam artem elegerit, quam etiam poſt S. Ioſephi mortem exercuerit: (ſi verum eſt illud, quòd ante trigeſimum Chriſti annum diem ille ſuum obierit.)

a *Marc. 6. 3.*

Cauſæ I. Otii fuga

PRIMA cauſa fuit, vt *otium* fugeret, nobisque laborandi, beneque nos occupandi præberet exemplum. Nam vt Sapiens ait: b *Multam malitiam docuit otioſitas.* SECVNDA cauſa fuit, vt maledicto, quo Deus Adamum obſtrinxit, ſeipſum ſponte ſubiiceret: cui dixit: d *In ſudore vultus tui veſceris pane* Quare toto illo tempore manuum labore panem lucrabatur: à quo S.

b *Eccl. 33. 29.*

II. Labor manuum.

Apostolus, aliique sancti, laborandi exemplum accipientes, *labore manuum* vitam sustentabant. TERTIA fuit, exercendæ *humilitatis* causa, in vili illo abiectoque labore. Christus enim Dominus, mundi & suorum iudicio, non sponte, vt sapientes aliqui & nobiles, qui mechanicam aliquam artẽ, fallendi, vt dicitur, temporis causa, addiscunt; sed *necessitate* compulsus, quò sustentare se posset, eam exercebat: nec aliter à principibus & nobilibus viris tunc ipse tractabatur; quàm similes nunc mechanici à similibus tractentur. Ex quibus omnibus affectum hauriam admirationis & imitationis, perpenso simul spiritu, quo eam artem Christus exercebat: qui dum laborabat corpore, corde orabat: vt, cùm corporalis mihi aliqua incumbet occupatio, meminerim, corde simul orare, vt eum imitari studeam: more etiam militum illorum Machabæorum, de quibus scriptum est: d *quod Manibus quidem pugnantes; sed Dominum cordibus orantes:* qui & gloriosam obtinuerunt victoriam: siquidem, S. Augustino teste, bene se compatiuntur hæc duo: vt *manus labore occupetur* autem & *lingua oret.*

III. Humilitas ex necessitate laborantis.

d 2. *Mach.* 15. 27. S. *August. de opere Monachorum.*

PVNCTVM V.

QVINTÒ, considerabo, Etsi Christus Dominus, omnes in se sapientiæ & scientiæ Dei thesauros haberet, omnesque gratias, eum tamen, toto illo triginta annorum spatio, rarum humilitatis exemplum præbere, omnia illa extraordinario silentio occultando. neque enim aut concionatus, aut docuisse, aut disputationibus & literarum conuentibus interfuisse; Scholas aut vniuersitates accessisse dicitur, vt ex ijs, quæ de eo Iudæi dicebant, colligitur: a *Quomodo*, aiebant, *hic literas scit, cùm non didicerit?* Ex quo factum est, vt, cùm ex suis nonnulli idiotam & rerum ignarum existimantes, audirent prædicantem (vt S. Marcus aduertit) b *tenere eum* voluerint, *dicebant enim, quoniam in furorẽ versus est.* neque enim assequi poterant, talia verba & opera ab eo posse prodire, quem vlli illa fabrili arte semper nouerant occupatum. Ex quo adeò raro exemplo, discam tacere; & dona talentaque Dei, nisi necessitas ad gloriam eius aliud iubeat, occultare. Item non leuiter mihi ipsi credere, in meis rebus, ante tempus, ostentandis, proprii alicuius honoris & inanis gloriæ intuitu: sed libenter potiùs vt ignotus latere; aut, si ita Deus permiserit, *stultus* etiam haberi: Ac denique altas humilitatis & familiarissimi eius socij, *silentij* radices iacere; cùm ipsum Christum tam exactè hæc videam amplectentem: etiamsi enim salutis animarum sitientissimus esset; illud tamẽ eas iuuandi desiderium tãto tẽpore cõtinuit. Quamuis. n. 25. ætatis suæ anno, & citius prædicare potuisset; abstinuit tamen: quia eo mortificationis & silentij exẽplo nobis interim prædicabat, & tutiorem humilitatis viam docebat: simul instruens, neminem debere Concionatoris, aut Magistri munus ante perfectam *ætatem* auspicari: in qua didicerit: in silentio,

a *Ioan.* 7. 11.

b *Marc.* 3. 21

Etsi Stultus videatur.

R. P.

LVDOVICI DE PONTE SOCIETATIS IESV.

MEDITATIONVM

DE PRÆCIPVIS FIDEI NOSTRÆ MYSTERIIS, Vitæ ac Passionis D. N. Iesu Christi; B. V. Mariæ & aliquorum Sanctorum,

PARS TERTIA,

QVAE MEDITATIONES COMPLECTITVR circa omnia Christi Domini Acta, ab eius Baptismo ad finem vsque Prædicationis, Doctrinam, Miracula, Parabolas.

INTERPRETE

R. P. MELCHIORE TREVINNIO, EIVSDEM SOCIETATIS Presbytero.

INTRODVCTIO ET FVNDAMENTVM MEDITATIONVM HVIVS PARTIS VTRAMQVE VITAM COMPLECTENS ACTIVAM & CONTEMPLATIVAM, per Martham & Mariam sorores indicatam, MIXTAMQVE ex vtraque, quam Christus Dominus noster tempore suæ prædicationis exercuit.

Spiritualis vita Activa externas actiones

SPIRITVALIS vita, iuxta communem Sanctorum Patrum, & Spiritualium magistrorum sententiam, duplicia complectitur opera & exercitia: ACTIVAE & CONTEMPLATIVAE vitæ nomine indicata. Activa vita est ratio siue modus quidam viuendi *externas* actiones potissimùm respiciens, siue *nostrum* illæ spiritualem profectum, siue *proximorum* commodum cõcernant, dum charitatis & misericordiæ opera, aut *corporalia*, (à quib. Tyrones meritò initium facere debent) aut *spiritualia* (qualia sunt docere, concionari & similia, quæ perfectorum magis sunt propria) erga illos exercemus. CONTEMPLATIVA vita est modus viuendi, *interiores* præcipuè actiones respiciens, cognitionis & amoris Dei, ad quem per gradus & exercitia *Lectionis, Meditationis, Orationis & Contemplationis* conscendi tur, de quibus primæ partis initio in Epitome orationis mentalis (quæ omnia illa complectitur) fusè diximus. Hæ duæ vitæ solent coniungi & actiones proprias commiscendo mirum in modum se mutò iuuare, ex quo *tertia* illa vita consurgit, quæ ex hac vtraque composita MIXTA appellatur, &, quod in vtraq; est perfectissimum, in se complectitur. Hinc est, quod *Christus* Dominus, qui tanquam Magister, & totius perfectionis vniuersale in omni vitæ genere, & ad omne genus hominum *exemplar* in mundum venit, postquam per triginta ætatis annos humilitatem, obedientiam, silentium, & alias exteriores actiuæ vitæ actiones exercuit, quæ ad profectum *nostrum* diriguntur; voluerit in reliquis vitæ annis *heroica* nobis pretiosissimarum actiuæ vitæ actionum exempla præbere, dum eas dem Contemplatiuæ, excellenti quadã & diuina potiùs quàm humana perfectione, coniunxit: vt ex huius tertiæ partis Meditationib. facilè cognoscatur. Pro quarum fundamento operæ pretium duxi, vtriusq; vitæ

Contemplatiua interna.

Mixta vtraque respicit

Christus exemplar omnium *D. Thom. 3. p. q. 40. a. 1. ad 2. & 3.*

Mixtam secutus est

officia,

officia, actiones, proprietates, modumque quo ipse Christus ea exercuit, præmittere iuxta ea, quæ S. Lucas in Euangelica historia refert, de duabus illis sororibus; *Martha* quæ ipsum Christum domi suæ hospitio excepit; & *Maria*, quæ ad eiusdem Domini pedes sedens, eius doctrinam audiebat: quæ (vt communiter Sancti interpretantur) vtramque hanc vitam referunt. Et in earum historia altissima, & vtilissima, quæ de vtraq; vita tradi potest doctrina, depicta esse videtur. Et, vt vno labore duo expediam negotia, simul scopum meum eliciam; & meditationem circa ipsam historiam contexam.

DE PRAECIPVIS ACTIVAE VITAE *actionibus*. §. 1.

PRAECIPVAS ACTIVAE vitæ actiones & officia mystice declarat Euangelista, dum ait: a *Ingressus est* IESVS *in quoddam Castellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Quibus verbis *tria* indicantur officia, quæ hoc vitæ genus concernunt. PRIMVM est, animæ nostræ domus, ad Christum in ea spiritualiter excipiendum, *præparatio*; quæ fit tum eius ab omnibus peccatis *expurgatione*, adhibitis *pœnitentiæ* operibus: b *Quoniam in malevolam animam, non introibit sapientia* incarnata, *nec habitabit in corpore subdito peccatis*, tum eius *tranquillitate*, dum à tumultu inordinatarumque passionum turbatione, *mortificatione* adhibita, expeditur (nullus enim hospes libenter longiore mora in tumultuoso turbatoque hospitio commoratur:) tum denique *virtutum* moralium *ornamentis*; dum magno feruore actiones earum exercentur: talem enim habitationem, pretiosis huiusmodi aulæis exornatam, libenter Christus inhabitat, & in ea perseuerat, hospiti suo per gratiam & charitatem coniunctus.

a *Luc.* 10. 38

I. Præparatio Expurgatio Pœnitentia

b *Sapi.* 1. 4.

Tranquillitas Mortificatio. Virtutum ornatus

SECVNDVM officium actiuæ vitæ est, Christum Dominum in eius *pauperibus* hospitio excipere, sicut *Martha*, quæ ipsum Christum eiusque Apostolos hospitio excipiebat, illis seruiens, & *septem* misericordiæ corporalis opera erga eos exercens: de quibus idem Dñs dixit: c *Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Ego in eis peregrinus eram, & me hospitio excepistis; esuriebam, & me pauistis ac potastis: ad meas itaque rationes pono, quod meis pauperibus facitis: vnum enim ego sum cũ eis, in quibus & maneo.

II. Eleemosyna corporalis

c *Matt.* 25. 40.

Martha

TERTIVM officium altiùs adhuc vitæ actiuæ, cùm ea perfectissima est, & contemplatiuæ proxima, consistit in procurando ipsi Christo hospitium in animis proximorum; eos ad id exhortando, ac ita disponendo, vt ipse Christus tali eorum hospitio delectetur. Quod is præstat, qui *spiritualis misericordiæ* erga eos opera exercet: docendo, consulendo, corri-

III. Zelus animarum

D. Thom. a. 3. & q. 182. a. 2. ad 3.

gendo,

gendo, concionando, confessiones audiendo, sacramenta administrando, & his similia exhibendo; in quibus charitas & erga proximos amor, zelusque salutis eorum magis elucet. Hoc fuit *discipulorum* Christi munus, quos ipse d *ante faciem suam mittebat in omnem ciuitatem; & locum, quò erat ipse venturus*; vt hospitium illi in hominum animis præpararent.

Discipuli Christi d *Luc.* 10.

DE VITAE CONTEMPLATIVAE actionibus. §. 2.

RAECIPVAS vitæ CONTEMPLATIVAE actiones subdit idē Euangelista, cū ait: *Et huic* Marthæ *erat soror nomine* MARIA *quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Qua sententia præcipuum officiū, & occupatio vitæ contemplatiuæ nobis ob oculos ponitur, quæ hospite illo *fruitur*, quem soror eius ACTIVA vita hospitio *excepit* in animo; dum spiritu ad eius pedes prostrata, cœlestem eius doctrinam audit. Quia enim vtraque *soror*, eiusdem patris Dei est filia, ad vnum finem nostræ perfectionis, eius verò gloriæ genita, fit, vt priùs spiritus diuinus actiuam generet, quæ prior & imperfectior est, per quam hospitium parat, a *lectumq;* ornat, in quo hospes requiescat; & postea *contemplatiuam* gignit, quæ illo fruatur, eius doctrinā audiat, recipiatque diuini amoris dulces amplexus.

S. Thom. 2. 2. q. 182. a. 2

a Can. 1. 10.

Proprietates & munia vitæ CONTEMPLATIVAE, quæ hic insinuantur, hæc sunt; PRIMA est, ipsi Christo Domino *appropinquare.* Vt enim Martha domesticis ministeriis distracta, remotior à Christo erat; Maria autem ad pedes eius sedebat: ita Contemplationi dediti, sunt Deo propinquiores spiritu: cognitione enim & amore in eius præsentia versantes, lucem & virtutum splendorē ab eo accipiunt, iuxta illud Dauidis: b *Accedite ad eum, & illuminamini*

I Appropinquare Iesv.

b Psal. 33. 6.

SECVNDA proprietas, magna quiete propè Christum *sedere*: Contēplatiuus enim, dimissis eo tempore externis operibus, quæ interturbant, omnes suas facultates colligit, imaginationes, cogitationes, affectusq; sedat; solumque cognitioni & amori Dei intentus, audit quid illē intus ad cor loquatur, iuxta illud Dauidis: c *Vacate, & videte, quia ego sum Deus*, & illud: d *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

II Assidere Christo

c Psal. 45. 11.

d 84. 9.

TERTIA proprietas est, propè Christi Domini nostri pedes sedere, varios hoc situ affectus veluti protestans: *Primum humilitatis*, cùm infirmum in huius Domini præsentia elegit locū. *Secundum reuerentiæ*, quasi tanti Magistri maiestatem recognoscens. *Tertium subiectionis*, se se subiec-

III. Ad Pedes Humilitas Reuerentia Subiectio

ctum &

ctum & promptũ ad quæcunq; ille mãdare dignabitur, offerens. *Quartum, imitationis*, ſtatuens eius ſequi *veſtigia*: & hæc omnia ex amore, oblectando ſeſe in hac animi ſui demiſsione, reuerẽtia, ſubiectione, & imitatione, & optando pedes huius Domini toto ſuo ſpiritu amplecti. & qui hac ratione ad contemplationem accedunt, id conſequuntur, quod ſcriptura ait: *e qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.* e

Imitatio

Amor

e Deut. 33. 3. D. Thom. 2. 2. q. 180. a. 3. ad 4.

QVARTA proprietas & proprium vitæ contemplatiuæ opus eſt, *audire* verbum Dei; quod varijs modis mens præſtat, alijs ad alios ſeſe diſponẽs. *Primum* enim audit verbum Dei, dum ſacros libros, aut aliàs pios legit; per quos nobis loquitur Deus, eam docent doctrinam, quam in eis legimus. *Deinde*, dum ex *Concionatorum* & Magiſtrorum ore, verbum Dei audit, f *in quibus* æquè *loquitur Chriſtus* atque ore ſuo. *Tertiò*, audit etiam verbum Dei ab ipſomet in *meditatione*, varijs intus in corde ſuo ratiocinationibus cum illo colloquens, diuinas virtutes inquirens, & earum intelligentiam à diuino ipſo Magiſtro accipiens. *Vltimò* denique, verbum Dei audit in *Contemplatione*, ſimplici quodam, ſed amoris pleniſsimo intuitu veritatum, quæ ad ipſum Deum pertinent: cuius ſupremum actum ſcriptura *Audiendi* phraſi exprimit. ſicut Paulus, qui in raptu ſuo g *audiuit* arcana verba DEI: & Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: h *Quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Vt enim qui *audit*, abſque multis proprijs ratiocinationibus accipit puram & ſubactam Magiſtri doctrinam; ità anima in *Contemplatione*, paruo labore, magno verò guſtu intra ſe recipit inſpirationes, illuſtrationes, & excelſos à Deo ſenſus, quibus manet edocta, illuſtrata, paſta, & amoris affectibus accenſa, ac intra ſe i *inſitum verbum recipit* increatum, qui eſt Deus, cui perfecta charitatis vnitione coniungitur.

IV. Audire Iesum Legẽdo in Concionibus

f 2 Cor. 13. 3

Meditãdo

Contemplando.

g 1. Cor. 12. 4.

h Ioan. 15. 15

Contemplatio facilis & iucũda inſtar auditus.

i Iacob. 1. 21.

VITAM ACTIVAM OPVS HABERE CONTEMPLATIVA, QVALESQVE CIRCA HOC SINT QVERELAE.

§. 3.

MARTHA *autem ſatagebat circa frequens miniſterium, quæ ſtetit & ait: Domine non eſt tibi cura, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?* a Hac occaſione oſtenditur, quam ACTIVA vita indigeat CONTEMPLATIVA. In primis enim manifeſtum fit exemplo Marthæ, ſolã actionem non ſufficere ad Chriſto pro voto ſeruiendum, explendaque ſtatûs ſui munia; niſi eius ſoror Contemplatio ſuppetias ferat, cuius eſt deuotionem ac in externis functionibus dulcedinem impetrare; ſine qua vita ACTIVA ſicca & ſemicœca eſſet, querelis & multis repugnantijs plena: propter quod dicebat Bernardus: Ipſius *Actionis* intereſſe, à Conſideratione præueniri, & quamuis poſſit quis abſque perfecta Contem-

a Luc. 10. 40

I. Actiua ſibi nõ ſufficit ſine aliqua Contemplatione

Libr. 1. de Conſid.

platione ad cœlum peruenire; nemo tamen absque *aliquo* contemplationis modo poterit cum suauitate progredi, aut onus & iugum legis Domini iucundè portare.

Stetit Actiua iustat dum Contemplationi iungatur

Ex quo sequitur propria necessitate vrgeri ACTIVAM vitam, nonnihil *subsistere*, sicut Martha (*quæ stetit*) & Christum Dominum petitionibus compellare, & Contemplationis spiritum, quantum sibi necessarius est, postulare; sicque dulci quadam & amica querela dicere: Domine videris mei obliuisci, sólamque, & sororis meæ Contemplationis societate destitutam, relinquere; dic illi me vt iuuet; & quia tum dicere, est facere; & iubere, est exequi: iube mecum adesse Contemplationis Spiritum:

b *Sapi.9.10*

b *mitte de cœlis & à Sede magnitudinis tuæ Spiritum sapientiæ*, à quo illa procedit: *vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud te*, & opere ipso mox exequar.

Querunt. Contemplationis defectû

1. Ex superbia in laboribus.

c *Luc.15.29*

VERVM obseruandæ in hac re sunt nonnullæ imperfectorum querelæ, qui externis ACTIVAE occupationibus nimium dediti sunt, sibique in eis complacent. QVIDAM enim occulta quadam *superbia* de Christo Domino conqueruntur, quòd multum externis actionibus in Dei obsequio *laborantes*, solos quasi, & absque contemplationis suauitate & dulcedine relinquat; atque si nullam ipsorum curam gereret, nec vllo tali præmio, ipsorum atque aliorum labores efficiat, sicut c *frater senior filij prodigi*, parenti suo conquerebatur, quod non sibi, sicut prodigo filio indulgeret: Est autem hæc insignis deceptio: quia supremus noster pater, omnium omninò curam gerit, tam actiuorum, quàm contemplantium; singulisq; sufficienter, iuxta cuiusque statum prouidet: qui ergò Deum, quasi in hac prouidentia negligentem accusat, argumentum est, quod neque se, neq; illum, ex defectu humilitatis agnoscat: qui enim Deum & seipsum agnoscit, felicem se reputat, si ei seruiat etiam repetendo, & absq; vlla indulgentia, aut præmio alio, quàm sit ipsemet Deus: & qui eò vsque se non humiliauerit, non obtinebit donum contemplationis, dicente Scriptura:

Humilitas fons contemplationis

d *Iob.37.24*

d *Non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.* quia nimirum superbis & de se præsumentibus Contemplatio negatur: dabitur autem humilibus, & qui sese prouidentiæ diuinæ commiserunt.

2. Contemplatiuos, male iudicant.

ALII sunt, qui non quidem directè sed *obliquè* tamen de ipsis contemplatiuis conqueruntur, vt Martha de Maria, eosque otiosus & exiguę in Ecclesiam & proximos vtilitatis reputantes, volunt vt contemplatione relicta, se ad externas actiones conferant: sicque licet non verbis expresse illorum tamen occupationem quasi fastidientes, Christo Domino reipsa dicere videntur: *dic vt me adiuuet*, iube illos à tuis pedibus surgere, & ad nos iuuandos accedere. Quæ etiam magna est illusio; parumque in spiritu exercitatorum indicium, qui reliquos omnes velint ei, quam ipsi te-

Non omnib. eadem mensura.

nent, viâ

nent, via deducere. Contemplatiui siquidem *otiosi* non sunt, sed satis benè occupati in Domini sui obsequio; quo ille valde delectatur; iuuantque non mediocriter Ecclesiam ipsam, eiusque operarios, quando à Deo Domino nostro gratiam & fauorem obtinent, ad eorum labores & operum fructus. Ideoque ipse Dominus aduocatum se exhibet contemplantium, vt in hac historia videbimus eum statim Mariam defendisse. Quare plurimùm mea intererit in cœlestis Patris manus me proijcere, qui gratias & dona sua e *singulis diuidit, prout vult*, & nobis expedit; & hac confidentia eam partem modumque viuendi amplectar, quem ipse mihi designauit, gratias etiam pro eo agens, quem alijs communicauit; & gaudens quod illi magni sint; suaque illa magnitudine meam iuuent paruitatem: vt charitate hac, aliorum dona, mea propria faciam. O DEVS cordis mei, procul à me huiusmodi sint querelæ, satis mihi sit, quod tu facias, ne ego conquerar: liquidē nihil, quod à te prodeat, potest mihi nō esse percommodū.

Contemplatiui non otiosi

Oratione iuuant.

e *Cor* 12.11. Quisque sua vocatione sit contentus.

Oratio

ALIAE VITAE ACTIVAE IMPERFECTIones, quas Christus Dominus corrigit, vt illa perfectior euadat. §. 4.

RESPONDENS *dixit illi* a *Dominus: Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima.* Hac responsione Christus, iterato Marthæ nomine, ita *amorem* erga illam aperit, vt superfluam simul solicitudinem, & turbationem, etiam erga res bonas, *reprehendat*: nobisque porrò *defectus* indicat, qui actiuam imperfectorum vitam comitari solent, quamuis non propterea amare eos desinat; vt enim ait Dauid: b *Oculi tui viderũt imperfectũ meũ, & in libro tuo omnes scribentur.*

a Luc. 10. 41.

b Psal. 138 16.

SOLICITVDINIS huius anxiæ turbataque radix triplex esse solet. PRIMA est ipsa naturæ nostræ insita *hebetudo.* nam (D. Gregorio teste) quidam naturâ suâ *inquieti* sunt, ac turbati, omninoque ad quietem contemplationis inepti; qui quò magis sese conantur colligere, eò maiorem imaginum & cogitationum turbam patiuntur. Alij contra naturâ sua quieti sunt & pacati, & ita ad collectionem faciles, vt ad omnia externa videantur inepti. Sed vt *amor* Dei hos interdum à sua extrahit collectione; ita *timor* illos suauiter colligit, & *anchora* instar animā in medijs fluctibus & tempestatibus, quibus iactatur, firmā & stabilem tenet: Est enim *gratia* factu facillimum, quod *natura* impossibile esse videtur. Ideo qui desideria sentit in se orationis & contemplationis ne desperet; sed cor suum figat ligetq; cum Deo, duplici hac timoris & spei anchora; *timeat*, inquam, damna, quæ faciet, ni se dedat Orationi; *confidat* verō de omnipotentia Dei, quod tandem voti compos euadet.

D. Tho. 2 2. q. 182. a. 4. ad. 3.

I. Greg. 6 moral. c. 1. Inquietudo naturæ

Amor euocat, reuocat Timor

Duplex anchora.

Timor impellat, Fiducia erigat

II. Experiẽtiæ & iudicij defectus

SECVNDA radix est, exigua *experientia* aut zelus nimius sine scientia & discretione; ex quo, ob falsam quandam necessitatis vel pietatis apprehensionem, procedit, vt multa complecti velit, seseque varijs occupationum oneribus supra vires implicare: cum quo coniuncta plerumque sit interior anxietas atque turbatio, necesse esse, vt omnibus illis satisfaciat. Et hoc nomine Christus Martham notauit, quæ, necessitatis ipsi seruiendi & cibum præparandi prætextu multa conquirebat, sese anxietate & turbatione magna in illa effundens. Huius erroris remedium consistit in emẽdandis *iudicij* erroribus, & occupationibus ita moderandis, vt ne spiritum suffocent, aut conuenientem ad orandum quietem impediant, reuocando in mentem illud Sapientis: c *Sapientia Scribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet*: quod est dicere: Ne manus ad res multas extendas; sed otij tempore & opportunitate sapientiam apprehende; qui enim occupationes minuit externas, illam recipiet.

Occupationum nimietas & anxietas

c *Eccl.* 38. 25

III. Proprietatis

TERTIA radix est, quidam *proprietatis* modus, amori proprio affinis, qui etiam bono admisceri solet, bonisque rebus foueri; quę licet fortè sint paucæ, eas tamen qui nimium amat, sibi turbationem adscisit, quod *triplici* hominum generi facilè accidit. Ijs in primis qui ad inordinatos affectus & *impetus* naturâ propensi sunt, licet bonæ aliàs intensionis sint, *vanæ* item *gloriæ* appetentibus, qui semper student, quæ semel arripiunt, ad exitum perducere, à vana gloria veluti ex insidijs capti; *Indiscretis* denique ac ignauis, qui, quæ licere videntur, etiam expedire putant. quorum, ob nimium affectum, mancipia fiunt. Hos Apostolus verbis illis notauit. d *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* Nullius, inquit, fieri mancipium volo, nec quicquam passione, instar serui, ductus agere; sed ratione & puro Dei amore, tanquam liber. *Ex his* radicibus prouenire potest vt vita *Actiua* impediat *Contemplatiuam*; sed si illæ mortificentur, commodè coniuuet vtraque soror; neutrâ alteram in præcipuis functionibus suis, de signatis temporibus præstandis, impediente.

Impetuosi

Gloriosi

Indiscreti

d. *Tho.* 2. 2 q. 82. a. 3.

DE VNO ILLO NECESSARIO, QVOD ET dispositio & finis est vitæ Contemplatiuæ,

§. 5.

PROSEQVENS CHRISTVS Dominus Marthã instruere, dixit; *Porrò est vnum necessarium:* qua sententia fundamentũ iecit: *excusationis* & *laudationis* Mariæ, & in ea ipsius vitę CONTEMPLATIVAE, quæ omnia reducit ad VNITATEM, multitudine & varietate, quoad fieri potest reiectis: quod vnum hisce, gradibus obtinetur.

PRIMA

PRIMA enim VNITAS est in vsu rerum *temporalium*, dum illæ ad vnam, quæ sit necessaria, & quæ ad vitæ sustentationem sufficiat, reducuntur: Et hoc voluit CHRISTVS Dominus Marthæ insinuare, quasi dicens: non est cur ita sis solicita, & circa multa præparanda, ad meam & discipulorum meorum sustentationem, occupata: quia vel *vnicum* aliquid sufficit, eoque contenti erimus.

I. Vnitas in Temporalibus

HAEC in huiusmodi rerum vsu tam stricta & exacta VNITAS multùm confert ad cordis quietem, & ipsam Contemplationem: cã enim varia desideria anxiæque curæ circumciduntur. & ita Sancti, Contemplationi dediti, res huiusmodi temporales valdè neglexerunt, simplici aliqua re necessaria in victu & vestitu contenti, sicut etiam dixit Apostolus. *Habentes alimenta, & quibus tegamur; his contenti simus.*

Paucis contenta natura a 1. *Tim.* 6. 8

QVARE si Deo vacare cupio, & Contemplationis suauitatem experiri, reijcienda mihi est rerum multitudo, necessario huic VNI contraria, qui enim paucis temporalibus est contentus, plurima consequetur spiritualia, & qui moderatè ijs vtitur, quæ sunt in terra, copiosas recipiet cœlestes voluptates.

Temporalia postpone cælestibus

Secunda VNITAS in *intentione* posita est, quæ actiones omnes ad vnum solum necessariumque finem dirigit, qui est *Dei gloria*, eius *voluntatis* executio, nostraque *salus*, multitudine ac varietate intentionum, & finium, qui huic VNI aduersentur, aut ad illud non tendant, sublata: Et ideò Christus Marthæ: *Vnum* tantùm dixit esse necessarium, quòd Maria, doctrinam ipsius audiens ad animę suæ sustentationẽ, & eius finem obtinendum cupiebat. Nihil enim mihi prodesse poterit, omnem rerum mundi multitudinem lucrari, hac vna animæ meæ salute, quæ in eo, vt Deo placeam, consistit, amissa. Ideò magno feruore cum Dauide: b *Vnam petam à Domino & hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* vt per *Contemplationem* videam præstantiam gloriæ & voluntatis Dei, deliciarumq; eius magnitudinem, amando quæ videro, & quæ amauero procurando. Et hæc ipsa adhuc magis ad particularia applicando, debeo omnia mea ad VNVM illud necessarium reducere, quod Apostolus magis patefecit, cùm dixit: c *Vnum corpus, vnus spiritus, vna spes, vna vocatio, vna fides, vnum baptisma, vnus Dominus, vnus mediator, vnus Deus & pater omnium.* Quare detestari ac mortificare oportet quodcunque desiderium & affectum rerum, quæ *vnitati* mystici corporis Ecclesiæ, & Spiritus, quo illa regitur, & spei salutis meæ ac vocationis, ad quam sum vocatus, fidei, quam profiteor; Baptismatis, quod suscepi, mediatoris Christi IESV, qui me redemit, ac Dei & Domini, qui me creauit, & patris, qui me adoptauit in filium, & cœli vult hæredem constituere, aduersantur.

II. Intentio vna

b *Psal.* 26. 4

c *Ephes.* 4. 4 & *Tim.* 2. 5.

In vſu ſenſuum & facultatum interiorum

Tertia VNITAS propria vitæ CONTEMPLATIVAE conſiſtit in vſu *ſenſuum & facultatum interiorum*, quas omnes ita ad vnitatem reducit, vt ſoli DEI cognitioni, & actuali dilectioni attendant; & hoc voluit Chriſtus Marthæ inſinuare, cùm dixit: *Turbaris erga plurima*, ad plurimas effunderis cogitationes, affectus, curas: magis *ne. eſſariũ*. Illud *vnũ eſt*, vt anima tua *vna* ſit, hoc eſt, vnita & intra ſeipſam collecta; *vna* in ſenſuum affectibus, ad vnitionẽ cum Spiriru reuocatis, carnis rebellione mortificata: *vna* in appetitionibus ad Dei voluntatem reductis, contempta cuiuſcunque Creaturæ, quæ huic contraria ſit, appetitione: *vna* in ſuis curis, ad eam vnam reductis, quæ diuinæ bonitati placere ſtudeat; reliquis omnibus diuinæ ipſius prouidentiæ remiſſis: *vna* in ſuis cogitationibus, ita ad illud vnum directis, vt eo tempore nihil præter Deum cogitare velit, ſed omnes diſtractiones ac mentis vagationes, quoad huius vitæ ſtatus debilitati poſsibile erit, collectas retinere: *vna* denique in amore, quem in vno ac ſolo infinito bono collocet, quod ipſum dicentem cum Dauide: d *Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram?* impleat ac ſatiet.

d *Pſa.* 72. 25

DE VITAE CONTEMPLATIVAE excellentijs. § 6.

a *Luc.* 10. 24

D. Thom. 2. 2. q. 182. a. 1. & 2.

Libertas & gratia principia Status

b *Ioan* 15. 16

Sapientia Charitas Amor proximi Perfectio operis

ONCLVDENS tandem Chriſtus, quod intendebat a *Maria*, inquit, *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* In qua ſententia illud eſt primùm obſeruandum, licet Chriſtus aſſeruerit: Mariam meliorem eam partem, quæ Contemplationis eſt, elegiſſe, vt quæ *libertate* arbitrij ſui ad illam vitę rationem ſe accommodaſſet; fontem tamen & originem talis electionis fuiſſe *gratiam* & Dei inſpirationem, quæ Mariæ voluntatem ad eam permouit: nam etiam in his viuẽdi rationibus locum habet, quòd Chriſtus aliquandò diſcipulis dixit: b *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, pertinetq; ad Spiritum Sanctum, vt aliàs diſtribuit, hanc etiam gratiam cui velit, & cui ad ſalutem & perfectionem conuenit, inſpirare, ſed ne tamen vllus ſe ab ea, quoad poterit, procuranda excuſet, dixit Chriſtus: Mariam eam vitæ rationem elegiſſe; quæ, ipſo authore, ACTIVAE præferenda eſt, quam elegerat Martha; cò quòd illa ſummo bono, à quo omnis promanat bonitas, ſit magis coniuncta; faciatque hominem Deo ſimiliorem, & Angelis eius; & nobiliſsimas duas animæ facultates, intelligentiam & voluntatem perficiat: illam quidem excellentiſsimo *ſapientiæ* actu, quæ eſt ipſius Dei cognitio, illuſtrando: hanc verò excellentiſsimo & heroico *charitatis* actu, qui eſt Dei amor, inflammando; & vt ab hoc oritur *amor* erga *proximum*; ita ex contemplatione *perfectio* procedit *operum* externorum, quia feruo-

rem eis,

Digitized by Google

rem eis, ſpiritum, dulcedinem, & plenitudinem impertit.

His excellentijs eam quoq; CHRISTVS adiunxit, *quæ non auferetur ab ea.* atque ſi diceret: nec propter *cauſas*, quas adfers, nec ob *querelas*, quas proponis, Mariæ auferam partẽ, quã elegit, vt tuam amplectatur: quæ etſi bona ſit, illius tamẽ eſt melior. Hoc adimplet CHRISTVS tribus modis.

I. In ſtatu conſeruat

PRIMVM, quia quem ſingulariter ad eam vitę rationem vocauit, nunquam, quod in ſe eſt, ab ea reuocat; aut ab alio reuocari probat, aut, ab ipſo vocato, ob humanas apparentes rationes perſuaſionesve deſeri, placet; ſed vult potiùs eum in arrepto inſtituto ad finem vſque vitæ perſeuerare.

II. In ſtatis Exercitijs

SECVNDÒ, quos inſpiratione motioneque ſua ad excellens hoc exercitium inuitat & deducit, nec ipſe certis ſuis ac deſignatis horis illud exequi impedit; nec vt alij apparentibus eos virtutis titulis impediant, probat: potiùs eos, vt hic Mariam, defendit, & in illorum defenſionem illud Cantꝛcorum vſurpat: c *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, nec euigilare faciatis dilectam, quoad vſq; ipſa velit*; quaſi dicat, ne dulcem Contemplationis ſomnum quietemq;, qua mecum gaudet, turbetis, donec deſiderio ſuo ac neceſsitati ſatisfaciat: nam cùm ipſius voluntas meæ ſit valdè coniuncta, tunc ipſa excitari ab eo homine volet, cùm id mihi placere intelliget. Ideoq; cùm vel proximi *charitatem*, vel Superioris *obedientiam* aliud exigere animaduertet, ſtatim accurret.

c *Cant.* 2. 7 & 3. 5. Contemplatio cedit Charitati & Obedientiæ

III. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 108 *a.* 4. & *q.* 180. *a.* 4 *Lib. vlt. de Ciu. Dei ad finem.* Contẽplatio manet in æternũ

DENIQVE, nunquam Deus electis ſuis auferet contemplationẽ quam hic inchoarunt, ſed eam perficiet: in morte enim, etſi Actiuæ vitæ ceſſent actiones, nunquam tamen Dei contemplatio ceſſat, in qua beatitudo & æterna vita cõſiſtit. Vt enim Auguſtinus ait: *ibi vacabimus, & videbimus, amabimus, & laudabimus:* ibi DEVS ſine fine videbitur; ſine faſtidio amabitur; ſine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus erit in omnibus, in quo per omnia ſeculorum ſecula perdurabimus. Amen.

DE VITAE MIXTAE, QVAE ACTIVAM, & Contemplatiuam complectitur, excellentia.

§. 7.

NON ſine myſterio Chriſtus Dominus *Partem* nuncupauit Mariæ vitam cum Marthæ vita collatam, inſinuauit enim ea voce, aliam eſſe vitam excellentiſsimam, quæ veluti *totum* quoddam ſit ex vtraq; parte compoſitum, quod vtriuſq; vitę

exercita

exercitia, nobiliſsima præſertim, complectitur, quæ animarum profectũ reſpiciunt. Hanc igitur velut perfectiſsimam (D. Thoma teſte) Chriſtus ſecutus eſt tempore ſuæ Prædicationis, & ſimul S. Ioannes Baptiſta; ac poſtea ſancti Apoſtoli, ſacrique Doctores, & clariſsimi alij Eccleſiæ Sancti eum ſunt imitati, qui vt a *Angeli* ad ſupremum *Scalæ, cui Deus innitebatur aſcendentes*, illi ſeſe per contemplationẽ vniebãt: & poſtmodũ ad infimum ſcalæ, vbi Iacob dormiebat, *deſcendentes*, excitabant, & ad ſui creatoris obſequium homines hortabantur. & quamuis hæc perfectio, teſte Caſsiano, rara ſit, paucisque conceſſa: omnes tamen ſpirituales viri eam procurare meritò deberent, iuxta vocationem ſuam. Vita enim contemplatiua ſi perfecta eſt, amore ipſo Dei, inſignem ſtatim proximi amorem, & eius ſalutis zelum ingenerat. Et hoc ex mente Sanctorum Patrum, eſt munus pretioſiſsimum, quod Chriſto Domino offerre poſſumus; eius facti coadiutores in animabus lucrandis, pro ijs, vbi opus erit, vitam ipſam impẽdentes; & ita contemplatio ipſa, vt Dei voluntati ſeſe accommodet, propria interrumpit exercitia, quò animas lucretur, quæ Deum ament ac glorificent, & vt *Martha* quietem ſororis ſuæ Mariæ videns, communem vtriuſque Magiſtrum interpellauit, vt à ſorore iuuaretur: ita contra *Rachel*, quæ figura eſt contemplatiuæ, cùm Liæ ſororis, quæ actiuam refert, fœcunditatem in filiorum generatione videret, queſta apud Iacob communem maritum, dixit: b *Da mihi liberos alioquin moriar.* qui enim perfectam habet contemplationem & Dei amorem, deſiderat, ſicut Apoſtolus ſpirituales filios Chriſto generare: & hic zelus ita viſcera eius inflammat, vt cùm illi intereunt, ipſe præ dolore moriatur; viuit verò, cum eos viuere cernit.

D. Thom. 2. 2 q. 179. a 2. ad 2

Ex D. Auguſt. lib. 19. de Ciuit:

D. Thom 3. p. q 40. a. 1. ad 2. & 3.

a *Gene. 28. 12.*

Caſſ. coll 19. c 9.

Richard de S. Vict. lib. de Contemplat. c. 41. & 44.

S. Gregor. Homil. 12. & 15. in Ezech.

Dionyſ. de Cel. Hierarch. c. 3 & ibi Carthuſ.

D. Thom. 2 2. q. 182. a. 2.

b *Gen. 30. 1.*

Oratio I. Pro vita miſta obtinenda

HAEC ſumma eſt rerum, quas Actiua & Contemplatiua, & ex vtraque mixta vita complectitur; quas & iuxta vires meas curare meritò debeo; & eas à Chriſto Domino his & ſimilibus colloquijs efflagitare. O IESV dulciſsime, quem apud Martham hoſpitatum Maria eius ſoror inuenit: concede mihi, vt in anima mea te hoſpitio excipiam, eam purgando & vitæ actiuæ exercitijs ſicut Martha ita ornando, vt tamen ſimul Verbũ tuum cum Maria audiam & contempler. O *Saluator pijſsime*, qui nimiam Marthæ ſolicitudinem turbationemq; reprehendiſti, Mariæ verò otium quietemque commendaſti, tibi ſupplico, vt ita obſequij tui intuitu vitæ actiuæ exerceam actiones, vt, quas illæ adferunt, *diſtractiones* non me perturbent, ſed eas contemplatiuæ quiete paceque componam. O *animarum amator*, ob quas in anguſtum mundi huius locum veniſti, cupiens in eis hoſpitari, concede mihi ſic *meliorem* Mariæ partem eligere: vt *bona*, quæ Marthæ contigit, non obliuiſcar; & ita in earundem animarum commodum laborare, vt & illæ & ego tale tibi præparemus hoſpitium, quale

Oratio II. Contra diſtractiones

Oratio III. Pro ſalute proptia & Zelo animarum.

ipſe cu-

ipſe cupis; vt à te poſtea in cœleſti, ſicut nos cupimus, excipiamur. O *bonũ meum* & gloria mea, ne patiaris ita me aliorum cura premi, vt mei ipſius oblitus, diuinam tuam doctrinam contemplari negligam. Reprime, quæſo Domine, Marthæ *ſolicitudinem*, vt locum & tempus ſemper cedat Mariæ; vrge etiam Mariam, ne ſolam omninò Martham relinquat. O *peccatorum* reparator, qui Marthæ Mariæque precibus fratrem Lazarum reſuſcitaſti, concede omnibus Eccleſiæ tuæ filijs, vt fraternè conueniamus, ad fundendas ad te pro fratribus noſtris preces, vt eos ad gratiæ vitam reſuſcitates, qua vtriuſque huius vitæ actiones actiuæ & contemplatiuæ tanta perſeuerantia exerceant, vt æternam omnes vitam conſequamur. Amen.

IV. Contra ſolicitudinẽ & occupationes nimias

V. Pro conuerſione peccatorũ

DE EXCELLENTISSIMA RATIONE, QVA *Chriſtus* Contemplatiuam Actiuæ *coniunxit*, §. 8.

SVPEREST, rationem illam, qua Chriſtus Dominus vtranque hanc vitam, ad noſtrum exẽplum toto prædicationis ſuæ tempore coniunxit, exponere, quod *Bifariã* præſtitit. *Primum*, tempus ipſum in partes duas diſtribuens, *diem* proximis, *noctem* orationi, eâ, quam S. Lucas refert, ratione tribuens: a *Exijt, inquit, in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei*. quibus verbis inſinuat *præparationem*, qua Chriſtus Dominus noſter ſeſe ad orationem diſponebat; *tempus*, quo illa durabat; & feruorem, quo orabat: etiamſi non ſui cauſa, ſed ad noſtrum exemplum illa præſtaret.

PRAEPARATIO ea erat, vt eligeret quicquid ratione loci, temporis, & ſocietatis, mentis recollectioni ſeruiret, nam locus erat ſolitarius, *tempus* nocturnum, vt potè quieti aptiſsimum: *ſocietas* nulla alia, quam Pater ipſe æternus, quem in abſcondito & ſecreto cordis orabat.

TEMPVS quo durabat oratio, erat *longum pernoctabat* enim in hac excitatione, & vſque manè perſeuerabat. Nam ad contemplationis celſitatem, ordinariè non ſine exacta longaque collectione peruenitur, b *luctãdo* veluti alter *Iacob tota nocte vſq; mane*, vt Dei benedictio obtineri poſsit. & ideò ſapiens ait: c *Melior eſt finis orationis, quàm principium*. indicans neceſſariam eſſe initium inter & finem orationis diſtantiam; & porrò *prolixam* eſſe debere, quò maiorem in fine, quàm initio habuerit, perfectionem obtineat.

FERVOREM & orationis Chriſti excellentiam aperuit Euangeliſta, cum recepta ſcripturæ phraſi, qua illa ſolet d *res excelſas* indicare eam *orationem Dei* appellauit, hoc eſt, altiſsimam, & excellentiſsimam, orationem Deo dignam, qua, vt Hieremias ait: e *ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe*: & vſque ad coniunctionem cum Deo aſcendet. Cauſa autem,

Gregor. 6. Moral. 17. Chriſtus diem proximo, noctem Deo dedit

a *Luc. 6. 12. Matth. 14 13. Marc. 6. 46* Mihi orans

I. Præparatio in loco, tẽpore & ſocietate.

II. Tempus longum requirit Contemplatio.

b *Geneſ. 32. 24.*

c *Eccle. 7. 9.*

III. Feruor

d *Pſal. 25.* ſicut mõte Dei, id eſt, altiſsimi.

e *Thre 3 2*

autem, cur hæc ORATIO dicatur DEI, ea est; quia quicquid in ea est, Dei est: ideoque quatuor continet excellentes proprietates quæ ipsius sunt Dei.

Oratio DEI I.

PRIMA est, quòd ab ipso DEO, & diuini eius spiritus inspiratione procedat: f *qui*, (vt Apostolus ait) *postulat in nobis*, quia ipsam meditationem eius affectus, & quæ petenda sunt, & ipsum etiam feruorem, quo sunt petenda, nobis inspirat: tepida enim alioqui erit oratio, quæ à tali inspiratione præuenta non fuerit.

f Rom. 8.26 a Deo procedens Bonauent. Opus. de Instruct. rudium. in. 2. d. 5.

SECVNDA proprietas est, quòd in DEI conspectu fiat, memoriâ & intelligentiâ in solo ipso Deo, & eius conuersatione occupatis, absque vlla ad id, quod in ipsum Deum non tendat, distractione, iuxta illud Dauidis: g *Introibo in potẽtias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius*: hoc est, solius scilicet bonitatis, fidelitatis & cęterarum magnitudinum quas meditor.

2. corã Deo g Psa. 70.16

TERTIA proprietas est, quòd omnium affectuum, desideriorum, & petitionum argumentum & materia sit DEVS ipse, vel quod ipse vult aut iubet ad sui solius gloriam; ita vt nihil vel petam, vel desiderem, quod non voluntatis & gloriæ ipsius veste tegatur, & præ omnibus ipsummet Deum; non alijs contentus futurus, petam, dicens cùm Moyse: h *Ostende mihi faciem tuam*, vel *teipsum manifesta*: quia hoc mihi sufficit, & in hoc omnia continentur.

3. Materia orationis DEVS

h Exo. 33 13

DENIQVE oratio illa appellatur Dei, cuius finis fructusq; est vnitio cum ipso Deo, & in eundem per amorem perfectum *transformatio*: vt quę simillimos nos eidem, sicut filios, qui suos omninò parentes referũt, constituat. Ex quo prouenit, vt actiones, quæ ex huiusmodi oratione procedunt, eandem participẽt celsitatem: & quando ipsa oratio est oratio Dei, ipsa quoque i *iustitia sit sicut montes Dei*, & misericordia sit k *misericordia Dei*, & cæteræ virtutes, sint etiam virtutes Dei: imò & ipsi, qui eas exercent *sint*, teste Dauide, DII per participationem.

4. Finis trãsformatio in DEVM

i Psal. 35.7 k 2. Reg. 9.3 l Psal. 81. 6.

HAEC est oratio illa excellentissima, quam Christus Dominus exercebat, cuius admirandos affectus ostendit in oratione, quam habuit in Baptismo, & Transfiguratione, vt suis locis dicetur, & ad eam debemus omnes adspirare: etsi enim alta sit & ardua, sed, ex inspiratione & cœlesti auxilio, non erit difficilis.

IV. Oratio breuis actioni præmittenda

EX hac diuina recollectione exibat Christus ad vitæ ACTIVAE actiones, eisdem nihilominùs alio secundo modo orationem coniungens; ordinariè enim *breuem orationem* prę̃mittebat: vt cùm miraculum fecit in quinq; panibus, & cùm aliquibus infirmis sanitatem impertiuit, obsessos à Dæmone liberauit, Lazarum resuscitauit: idemque putandus est, licèt secretò, in reliquis feciſſe actionibus; hoc exemplo nos instruens, debere ACTIVAM & CONTEMPLATIVAM familiares & veluti germanas

sibi esse

ſibi eſſe, non ſolùm diuerſis eiuſdem diei temporibus, ſed eadem etiam hora, iungendo Actiuæ actionibus brevem aliquam orationem, m *leuemus* ait Hieremias, *corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos: manus* quidem, ait Gregorius, ad operandum, *corda* verò ad orandum; eo modo, quem in huius libri Introductione diximus.

Manus laboret Cor oret m *Thren* 3. 41. *Gregor.* 18. c 5.

DENIQVE vitæ ACTIVAE opera, quæ Chriſtus hoc tempore fecit, vt *Deo* glorioſiſsima, ita *proximis* fuerunt vtiliſsima: à Baptiſmo enim ſuo cœpit gratiæ legem promulgare, & homines ad Euangelicam perfectionẽ doctrinâ ſuâ diſponere: quam admirandis *ſermonibus* declarauit, heroicis *exemplis* exercuit, clariſsimis *miraculis* confirmauit, ſermonibus miſcuit *orationes* altiſsimas, *verba* placidiſsima: *exempla* fuerunt eminentia in omni genere virtutum; dum opere priùs exerceret, quod erat docturus verbo: *miracula* erant ſtupenda in omni rerum genere, & vtilia omni generi hominum, in corporibus, in animis, admixtis ſimul virtutibus admirandis, in quibus etiã omnipotentiam & diuinitatem perſonæ ſuæ manifeſtabat.

V. Actiones

HAEC periocha vitæ fuit IESV Chriſti Domini noſtri, tempore Prædicationis ſuæ, ex qua colligimus, ea quatuor, quæ in eius vita eluxerunt, ORATIONES, CONCIONES, EXEMPLA, MIRACVLA, futura eſſe Meditationum tertiæ huius partis argumenta, ad vitæ cõtemplatiuæ nutritionem. Quamnis propoſiti mei non ſit omnia, ſed præclariora tantùm meditando percurrere: Nec in earum decurſu me ordini, quo illa ſunt geſta, alligabo, quo facilius aliqua argumenta coniungam, quæ cum inter ſe affinitatem habeant, ad eundem ſcopum tendunt, vt alicuius virtutis cupidi, coniunctas ſimul habeant aliquot Meditationes, quæ ipſorum inſtitutum promoueant.

Perſeuerãtia in Oratione

ET quoniam hæ Meditationes eorum ſunt propriæ, qui ab Incipientium, ſiue Tyronum gradu ad Proficientium in virtutibus ſtatum tranſeunt, ad rem exiſtimaui fore, ſi memoranda illa D. Aug. verba præmitterem: *Multi langueſcunt in orando, & in nouitate ſuæ conuerſionis feruenter orant poſtea lãguidè, poſtea frigidè, poſtea negligẽter.* & adhuc pei' eſt, quòd cum tãta hac ſua relaxatione & negligentia ſecuros ſe eſſe exiſtimãt: non aduertentes, hoſtem, ipſis dormientibus, vigilare; & periculum eſſe, ne per eius manus intereant. Propter quod ipſe Chriſtus monuit: n *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere. hoc eſt*, eo feruore ac perſeuerantia orare, vt nec ceſſemus, nec relaxemus orationis exercitium ad eam nos tantâ diligentiâ præparantes, vt à diuino ea ſpiritu adiuta, ORATIONIS Dei nomen promereatur.

In Pſal. 65. in fine.

n *Luc.* 18. 1.

MEDITATIO I.

DE ADMIRANDA S. IOANNIS BAPTISTÆ vita, & prædicatione, vsque ad Christi Domini nostri Baptismum.

MEDITATIONIBVS de CHRISTI *Baptismo rectè præmittentur aliquæ de S. Ioanne Baptista, tum propter ordinem ipsius historiæ, tum quòd in his, Euangelicæ perfectionis primæ quædam virtutes ipsa praxi expressè cernantur.*

PVNCTVM I.

PRIMO considerandum est; glorioſum Baptiſtam ab infantia per multos annos a *in deſerto* vſque ad ſuæ prædicationis initium, *miraculoſam* vitam duxiſſe, in qua præcipuæ quatuor eluxerunt virtutes, velut quatuor Euangelicæ perfectionis columnæ.

S. Ioannis Virtutes a *Luc.* 1. 80 & 3. 2.

I. *Pœnitentia corporalis.*

PRIMVM excelluit in pœnitentia & aſperitate corporis, quam in omnibus, in quibus exerceri poteſt, ſeueriſsimè præſtitit. Nam b *ipſe Ioannes* ait S. Matthæus, *habebat veſtimentum pilis Camelorum, & Zonam pelliceã*, ſiue aſperũ cilitium *circa lumbos ſuos. eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre*, quod in deſertis locis occurrebat: *habitatio*, ſpelunca vel rupis alicuius fiſſura; *lectus* ipſa dura terra: denique mirabili patientia frigora, æſtusque & cæteras *temporum* iniurias tolerabat. Et hic obſeruandum, hæc non ab ipſo adhibita, quò præteritorum peccatorum lueret pœnas, qui fuit in ventre matris ſanctificatus, nec poſtea graue vllum peccatum admiſit; ſed quò ſe etiam à minimis præſeruaret, carnemque ſuam domans, ſpiritui eam ſubijceret, ac ſe ad cœleſtia dona percipienda (quæ ordinariè non niſi huiuſmodi aſperitatibus obtinentur) diſponeret. Ex quo feruentia concipiam deſideria ſanctum hunc in ijs rebus, quas debilitate mea conſiderata, præſtare potero, imitandi, corporalem aſperitatem, prout potero itidem amplectens, carnemque meam caſtigans, vt eam c *hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem* exhibeam, non ſolùm ob prædictum finẽ; ſed etiam in ſatisfactionẽ pro multis peccatis, quę propter eandẽ carnẽ perpetraui. Sed quoniam veſtitus hic, & inſignia, ſeruorum cœleſtis Regis ſunt propria, (dicente ipſomet Rege, d *qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt*) ego, Rex æterne, maximi pendam ſeruus tuus eſſe: ideoq; ex nunc inſignia tua induere, e *mortificationemq;* tuam *in corpore meo*, exemplo præcurſoris tui, *circumferre* ſtatuo.

Pœnitẽtiæ non modo ſatisfactoriæ, ſed & p ſeruatiuę & diſponũt ad gratiam

c *Rom.* 12. 1 Mortificatio regum inſigne Chriſti d *Matt.* 11 Oratio c 2. *Cor.* 4. 10.

II. *Contemplatio perpetua.*

IPSIVS occupatio exercitatioque, erat Oratio & contemplatio perpetua, eaque valde elcuata, vſus ex priuilegio ſingulari, Magiſtro Spiritu

ſancto,

ſancto,qui vt eum f *in ſolicitudinem deduxit, ita ad cor eiloc utus eſt*, eundem docens, & miris illuſtrationibus, conſolationibusque abundantioribus afficiens,quàm Moyſen,Eliã,Dauidem,reliquoſve,qui ipſum præceſſerunt Prophetas. cuius ſingularitatis eã, inter alias,cauſam põderabo:quòd cum non ſit poſsibile,abſque voluptate aliqua vitam hanc tranſigere;quo quis ob Dei amorem magis ſe carnis voluptatibus priuat, eò copioſioribus ſpiritûs voluptatibus afficitur. Cùm ergo Diuus Ioannes omninò renunciaſſet diuitijs,honoribus,dignitatibus;ac paternæ domûs delitijs;affligeret verò ex altera parte aſperrimè carnem ſuam, præmia à DEO referebat in centuplo,ineffabilibus cœleſtibus gaudijs affectus,ita vt *deſertum* illi,domus eſſet recreationis *ſpelunca*, inſtar cœli;*ſolitudo* occaſio ſocietatis & colloquiorum cum Angelis,cumque ipſo Deo. Ex quo magnum ſpiritum affectumque ſume tum ad corporis aſperitates, quas tantis Deus afficit delicijs cœleſtibus; tum ad ipſam Orationem & cum Deo familiaritatem,ex qua tanta prouenit conſolatio & impulſus ad maiora,omninò concipiam contendamque ad g *montem myrrhæ,& thuris collem* conſcendere,qui mutuas ſibi porrigunt manus. Ad quod ab Spiritu ſancto petam, nihi vt ſit interiùs Magiſter ; quamuis ſpirituales magiſtros,quos ipſe in Eccleſia poſuit,non propterea præterire debeam:neque enim eo mecum priuilegio ager,quo erga Baptiſtam eſt vſus.

EXCELLVIT tertiò in fortitudine & animi conſtantia, per tot annos in duplici hoc exercitiorum genere perſeuerans. Et credibile valde eſt, eodem tempore grauiſsimas eum paſſum eſſe *tentationes* & pugnas à dæmone.Si enim Chriſtus quadraginta dierum ſpatio, quo fuit in deſerto, as pertulit:quomodo S.Ioannes tot annis,tam perfectam vitam ſequens, ine tentationibus manſiſſet! contra quam rabida inuidia hoſtis vrebatur ptabatque propterea eũ deijcere,qui h *electo cibo* delectatur, i *& fiduciam abet,quod Iordanis*,hoc eſt Sanctus,pœnitentiæ maximè deditus,*influat in eius*.Propoſuerit illi forte delicias paternę domûs, & inter cognatos dinitatem Sacerdotalem,quam hæreditate habere poterat;vitæ,quam auicabatur aſperitatem; & ſimiles alias viſibiles & inuiſibiles oppoſuerit fficultates,permittente id Deo, ad ipſius Sancti exercitationem,quò in nni virtute ac fortitudine progreſſum faceret,vt pote qui ſtrenuè hoſti iſtens,triumphum ſemper de eo reportaret.

Quartò erat inſignis in cordis *puritate*, leuiſsimos etiam defectus diligentiſsimè deuitans; *feruore* proficiendi in omnibus his virtutibus, vt incat S.Lucas illis verbis: k *Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu.* ia Spiritus Sanctus eum confortabat, iuuabatque,vt impleretur in eo ud Dauidis:l *Beatus vir,cuius eſt auxilium abs te:aſcenſiones in corde ſuo diſuit. Et iret de virtute in virtutem*, donec *videatur Deus Deorum in Sion.*

f *Oſea.2.14.* Voluptas aliqua homini neceſſaria:quanto ergo minus à mũdo ſumus, tantò plùs à Deo accipiemus. *S.Gregor.18 Mor.c.8.* Abrenuntiatio mundi Carnis afflictio in terra cælũ deguſtant Orationẽ inflammãt.

g *Cant.4.6 ex Grego.1. Dial.c.1.*

III. Fortitudo. Tẽtationes dæmonis.

h *Hab.1.16*

i *Iob.40.18.*

IV. Puritas feruor.

k *Luc.1.80.*

l *Pſal.83.6.*

Oratio

Quatuor hæc, in quibus S. Ioannes celebris fuit, omnium sunt, ad conscendendum perfectionis fastigium, & vt quis fiat magnus in oculis Dei efficacissima: quæ propterea meritis eiusdem Sancti mihi, iuxta capacitatem & statum meum, impertiri supplex petam. O Sanctissime Spiritus, conforta debilem spiritum meum, vt strenui huius Præcursoris exemplo, castigem seuerè carnem meam; malignis spiritibus strenuè resistam; proficiamque quotidie in contemplatione ac cœlestibus virtutibus, m *Crescens sicut matutina lux vsq; ad perfectum diem.* Amen.

m Prou. 4. 18.

PVNCTVM II.

D. Thom. 3. p. q. 38. a. 1.

AETATE perfecta: a *Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, & dicens* b *pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum: & tunc exibant ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.*

a Luc. 3. 3.
b Matth. 3. 2 5.

CONSIDERANDVM hic est, *Quis* Ioannem ad hæc exercitia, prædicãdi & baptizandi induxerit. quo ea *spiritu* præstiterit? *quid* prædicarit, & quo *fructu?*

PRIMVM, qui eum induxit, Spiritus sanctus fuit, qui eundem duxerat in desertum. Eius enim proprium est, postquam suos electos ad magnam perfectionem eue xit; eosdem inducere, vt alios perficere studeant. id ergo cum S. Ioanne seruauit, vt exiret ex deserto, & prædicaret, c *pararetque plebem perfectam* Christo *Domino.* Præterea quoniam tot annos fuerat in *vinaria Dei cella*, inebriatus fortissimo charitatis vino, ipsum ex tanta illa secessione expulit, vt ad homines rediens, eos ad sui dilecti obsequium inuitaret. Amor itaque Dei & proximi, simulque obedientia Spiritûs Sãcti, illum in publicum exire & sese in Israel ostendere iusserunt. Ex quo discam, quid me ad similia exercitia impellere debeat, si in eisdem absque errore versari cupiam.

I. S. Spiritus animarum Zelator ad Concionem impulit

c Luc. 1. 17.

DEINDE *spiritus*, quo ille prædicabat, ex parte vna *Zelosus*, & *Helia* instar terribilis erat: ex altera *misericors* & compatiens, instar *Moysis*: in Pharisæos & Saducæos, qui peruicatiores erãt, *zelũ* terribilibus verbis & horrẽdis minis ostendebat, dicens: d *Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? f & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham.* parum enim vobis id proderit, si istis ipsi mali. *Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios abrahæ*, quibus promissiones suas adimpleat. Plebem verò & publicanos ac milites *benignè* omnes nemine excluso, excipiebat; salubria eis cõsilia dabat, quo suis munijs satisfacerẽt eleemosynas iuxta facultates suas elargientes, &c.

II. Spiritus concionũ duplex Heliæ zelosus Moysis mitis

d Matt. 3. 7
f Luc. 3. 8.

TERTIO Concionum eius argumentum erat, ad pœnitentiam & dignos eius fructus exhortatio, proposita æterni præmij spe, eò quod *regnũ*

cœlorum

cælorum appropinquaret: æterniquè ſupplicij minis, eò quod *ſecuris ad radicem arboris poſita: & omnis arbor non ferens fructum excidenda, & in ignem mittenda eſſet*: nam DEVM Matthæi. 3. 12. *ventilabrum in manu* habere, quo mundi huius *aream expurget: & triticum* (qui boni ſunt) *in* cœleſtia *horrea*; Paleam (qui mali ſunt) *in ignem inextinguibilem mittat*. Hoc totum mihi accommodans meipſum ad pœnitentiam vtroque hoc nomine, ſpe præmij & ſupplicij metu, excitabo: cogitans iam fortè ſecurim ad vitæ meæ radicem, vt eam præcidat, eſſe poſitam: &, niſi me emendauero, futurum me velut paleam, in æterni ignis pabulum deſtinandam.

III. Pœnitentiæ concionis materia

g Luc. 3. 9. &c. Præmium & Pœna ad hanc impellunt.

QVARTO, Prædicationis *fructus* erat vberrimus: innumera enim omnis generis hominum multitudo ad eum confluebat, illi obediebat, magna humilitatis & pœnitudinis ſignificatione; qua etiam peccata ſua manifeſtans, ſeſe ad Baptiſmum offerebat, & quod mirabilius eſt, hęc omnia perſuadebat, nullo edito *miraculo*, eò quòd ipſius vitam continui cuiuſdam miraculi inſtar habebant. Ex quo apparet, quàm ſit efficax vita immaculata concionatoris, ad perſuadendum quod populo proponit; quantumuis difficile illud ſit, & auditores duro ſint corde. O Pater æterne, excita in Eccleſia tua multos Sanctos huius Præcurſoris imitatores, qui filium tuum præcurrant, præparantes illi plebem perfectam; ſanctam ipſius legem zelo & miſericordiâ prædicantes, vitæ exemplo, quod verbo dicunt, confirmantes: quò fructum copioſum multarum animarum colligant, quæ vitam æternam conſequantur. Amen.

IV. Fructus conuerſio peccatorũ ſine miraculis, quia vim miraculoſa

Oratio

PVNCTVM III.

TERTIO eſt conſiderandum, qua ratione S. Ioãnis authoritas creuerit apud plebem adeo, vt a *cogitare cœperint*, teſte Luc. *in cordibus ſuis, an ipſe* Ioannes *eſſet Chriſtus*, & Meſsias in lege promiſſus? & aliqui id apud ſe omnino ſtatuerint, ſed ſanctus Præcurſor, vbi id vel per reuelationem Dei, vel ex verbis aut alijs à plebe editis ſignis cognouit, ſtatim cõtradixit, dicẽs: b *ego baptizo vos aqua: venit autem fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamentorũ eius, ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni*: c Conſiderãda hic eſt rara S. Ioãnis animi demiſſio, quã tribus heroicis actibus in ſua maxima dignitate conſtitutus demonſtrauit. Primus fuit, quod non ſe varè extulerit ex adeò aſpera vitæ ratione quam tenebat; nec ex inſignibus Dei donis ac fauoribus quibus à Deo in contemplatione afficiebatur; nec ex populi tanto applauſu; nec ex tãta de ſe cõcepta opinione, aut exhibito ſibi honore; eſt enim (vt S. Bernardus ait) rariſsimũ & pauciſsimorũ, ac clariſsimorũ ſanctorũ, animi demiſsionem cũ innocẽtia & ſanctitate honorata cõiungere, & in eo ſãctus Ioãnes etſi Nazaræus fuit illis tamen diſsimilis, qui non nutriuit comam altarum cogitationũ ſed profundas iecit in ſuæ vilitatis abyſſo radices.

a Luc. 3. 15

b Luc. 3. 16 Matt. 3. 11

Humilitas I.

c Eccl. 3. 20 In tanta aſperitate ſanctitate applauſu & honore. Ser. 13 & 42. in Can. & Ep. 42. Greg. lib. 1. Moral. c. 2. e

SECVN-

II. Se deprimit, Christũ exaltat

SECVNDVS fuit actus, propriam abiectionem, Christi verò excellentiam, palàm confiteri, cùm quasi diceret: quamuis altè vos de me sentiatis, scitote alium esse me fortiorem, & potentiorẽ in verbo & opere: nec vulgaris hæc est distantia, sed ingens adeò. *vt non sim dignus* qui inter eius mancipia numerer, aut abiectissima in eius obsequio officia exerceam, quale esset *corrigiam calceamentorum eius soluere*. Ex quo apparet, perfectè humilem, quò sanctior est, eò se viliorem abiectioremque in diuinis oculis, nec dignum, qui eius fiat mancipium, reputare: nec contentum esse ita de se sentire, nisi & eandem reliqui de ipso opinionem concipiant.

III. Sua opera extenuat, Christi extollit

TERTIVS fuit actus, proprium baptismum deprimere, Christi verò extollere; dicens, suum esse in sola aqua, inefficacem ad delenda peccata & mundandas animas eorum, qui lauarentur; venturum tamen alterum, qui suo baptismo Spiritum S. ignemque diuini amoris daret. Ex quo etiam demissi virtus elucet, opera sua, quà ipsius sunt contemnentis; cupientisque non pluris ea ab alijs fieri, quàm ipsa sint facienda; Dei verò opera extollentis, & ab omnibus, vt par est, æstimari optantis.

Affectus humilitatis

TRIBVS hisce demissionis actibus meditatis, magnum concipiam pudorem, quòd videam me longè ab illis abesse, & superbiæ propensionem sequi; quæ me ad actus planè contrarios trahit: statuam igitur firmiter, illos demissionis actus in posterum imitari, iuxta vitæ meæ conditionem & qualitatem: siquidem absque tali demissione nec sanctitas vera, nec secura est vlla altitudo & dignitas, nec, quæ meæ sunt partes ita præstare potero, vt Deo & Angelis placeam, proximosque ædificem. O glorioſe præcursor, exulto animo, cum te apud Deum & homines in tanto honore constitutum, de te ipso verò tam demissè video sentientem. Ora, quæso, eum, qui adeò rara te animi demissione ornauit, mihi vt partem eius aliquam impertiatur: ne superbia meâ id amittam, quod ipse concesserit gratiâ sua. O anima mea, siquidem d *in medio tui* & in te ipsa *humiliationis causam* habes, ob notissimam tuam paupertatem, & spiritus miseriam; agnosce quod es, & teipsam iuxta merita tua abijce: quò enim Deo acceptior est diues humilis; eò *e* est odibilior *pauper superbus*.

Propositũ Oratio

Colloquiũ d *Mich.* 6. 14.

c *Eccl.* 26. 4

MEDITATIO II.

CIRCA QVAESTIONES SANCTO IOANNI propositas, quibus quæsitum ab eo est: quisnam esset? & quale is Christo Domino, quale sibi testimonium dederit: quo insignem animi demissionem ac sanctitatem ostendit.

a *Ioan.* 1. 19

CRESCENTE rumore plebis, quòd S. Ioannes esset Messias, a *Miserunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum: Tu*

quis es?

quis es? qui dum respondet, *quatuor* animi demissi actus heroicos aperuit. qui spiritualis vitæ in summâ suâ perfectione sunt tanquam fundamenta; quibus alij multi huius & aliarum virtutum actus sunt coniuncti.

PVNCTVM I.

PRIMVM interrogatus: *Tu quis es? confessus est, & non negauit: & confessus est, quia ego non sum Christus.* In hac responsione elucet primus Sancti huius heroicus demissionis actus, qui ei fundamento, ne honorem Christo debitum sibi vsurparet, sed ei redderet cuius erat, & cui iure debebatur, adeò innixus erat, vt sine mora & in momento, apertâ & magna asseueratione veritatem non negarit, sed confessus asseuerarit se non esse Christum: milliesque idem confessus fuisset ac confirmasset, si toties interrogatus fuisset. vt enim *superbia* summè appetit diuinitatis Christi excellentiam, esseque sicut Deus; ita animi demissio summè diabolicam talem præsumptionē detestatur, & vt superbia illa a *Luciferum & eius Angelos è cœlo*, b *Adamum & Euam ex paradiso* eiecit, multosque mundi huius c *Principes & Monarchas* detrusit in infernum: quia reprobationis Sathanæque filiorum d (*qui rex est super omnes filios superbiæ*) indicium est: ita huic aduersa humilitas seruauit e *Angelos in Cœlo*, sanctum Præcursorem & f *Apostolos Christi*, qui quamcunque adorationem, siue *diuinitatis honorem sibi oblatum constantissimè reiecerunt*: quod signum est electorum, qui in omnibus & per omnia Deo volunt esse subiecti: cupientes eidem pro omnibus, quæ ipsius sunt, gloriam & honorem deferri.

I. Reddite quæ sunt Dei Deo, id est ōnia seu Gloriā, & honorē

Superbia sibi vsurpat

a *Isai.* 14. 1².

b *Gen.* 3. 24.

c *Ezech.* 28. 2 8.

d *Iob.* 41. 25.

e *Apo.* 11. 11.

f *Act.* 14. 14

Gregor. 34. *Mor.* c. 18.

Superbia præcipitat, Humilitas exaltat

II.

CONSIDERANDA etiam Satanæ astutia, qui Ioannis sanctitati inuidens, cùm eum nunquam antea varijs tentationum machinis adhibitis superare potuisset, hanc fortissimam construxit, vt *diuinitatis* ei honor dignitasque à Iudæis offerretur, persuasus, hac via omninò illum superandum, quà se nouerat superatum. Qua etiam arte Sanctos aggredi consueuit, ita res dirigens, vt maiores honores dignitatesque eis offerantur, quàm ipsi mereantur, vt eos inde facilè præcipitet. Sed electi in vera humilitate fundati, seipsos agnoscentes, quamcunque præeminentiam, dignitatem, nomen, locum aut titulum, quæ sua merita vident excedere, detestantur; ijs contenti, quæ meritis suis vident respondere; aduertentes se non posse vtrumque sustinere. Ac propterea g *quò se maiores*, & in altiori loco constitutos vident, eò se magis *in omnibus humiliant* (vt Sapiens ait) quò maior Deo honor deferatur. O DEVS omnipoteus, quem verè honorant humiles, concede mihi veram animi demissionem, vt eum, quo dignus es, honorem tibi deferam; eum verò, quem promeritus non sum, omninò detester.

anctī cō tra se magis humiliant

g *Eccl* 3. 20.

Oratio

PVNCTVM II.

a *Ioan.* 1. 21. ALTERA ſacerdotum quęſtio fuit.a *Elias es tu? Cui reſpondit Ioannes: Non ſum: Propheta es tu? reſpondet: Non.* In his reſponſis elucet ſecundus humilitatis heroicus S. Ioannis actus, quem proximè precedẽti adiunxit, qui enim potuit fateri ſe Eliam eſſe eo ſenſu, quo eum Chriſtus *Eliam* in ſpiritu appellauit; noluit tamen id affirmare; ſed ad interrogantium mentem expeditè reſpondit: *Non ſum.* Verè enim humilis nõ ſolum, quem non meretur, honorem repellit; ſed etiam quantum in ſe eſt, quem reipſa meretur & iure poſſet acceptare, refugit. Et præterea humilis, pura, ſimplici & abſque vlla duplicitatis ſpecie gaudet veritate; cum præcipuè id ad demiſsionem ſuam conferre animaduertit: ac propterea planè confeſſus eſt, ſe Eliam, non eſſe.

I. Etiam ſibi debitũ honorẽ quantum poteſt refugit

b *Matt.* 17. 12. *Luc.* 1. 17. Simplicitas & Cãdor in verbis.

POTVISSET etiam verè dicere ſe eſſe *Prophetam*; ſed reſpondit, *Non*: eo ſenſu, quo vulgo Prophetæ dicuntur, qui prædicunt futura. Solet enim verè *humilis* inuentiones quærere ſua tegendi, & meritos etiam effugiendi honores. Cùm contra *ſuperbus* modos inueniat, quæ non habet oſtentãdi, vt etiam non debitum ſibi honorem conſequatur, etiamſi ad id mendacia aut exaggerationes ſint adhibendæ.

II. *Matt.* 11. 9

III.

DENIQVE ad omnia interrogata breuiſsimè & ſimpliciſsimè reſpondit, ita vt breuitas & ſimplicitas in ſingulis reſponſis creſceret, vſque ad ſimpliciſsimum & breuiſsimum, *Non*. Nam verè humilis tantum abeſt ab oſculo manuum eorum, qui honorem ipſi deferunt, & laudantes adulantur; vt ſiccè potius aſpereque eos excipiat: quia nec ſibi de honore delato, aut famâ blanditur, nec d *vidit* (vt Iob ait) *ſolem* mundanæ gloriæ *cum fulgeret: & lunam* famæ *incedentem clarè*, nec *lætatum eſt in abſcondito cor eius*, *nec oſculatus eſt manum ſuam ore ſuo*, quod eſt dicere, nec in eo, quod reuera habet, neque in eo quod de ipſo fertur eſt delectatus. O *iuſtitiæ Sol*, à quo tantum præcurſor tuus luminis, ad mundi huius ſplendorem cõtemnendum accepit, ſimili quæſo me luce illuſtra, ne cum voluptate aſpiciam, quod me ſua excœcat vanitate.

d *Iob.* 13. 26

Oratio

PVNCTVM III.

TERTIA fuit quæſtio: a *Quis ergo es? vt reſponſum demus ijs qui miſerunt nos: quid dicis de te ipſo?* ait: b *Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viã Domini ſicut dixit Iſaias Propheta.* In qua reſponſione tertius elucet heroicus demiſsionis S. Ioan. actus, qui ſimul & *officium* quod ex parte Dei, & *nihilum* quod ex ſua haberet, aperuit: officium inquit meum eſt, vt ſim Vox, & præco Chriſti, monens homines, vt, ad ipſum excipiendum ſe præparent; vocauit ergo ſe *vocem*, quia vt vox nullum eſſe aut permanẽtiam ex ſe habet, ſed à loquente & proferente tota dependet; ita ipſe de ſe ipſo ſentiebat, ſe nec eſſe, nec valorem vllum à ſeipſo in eo officio habere; ſed totum, quidquid illud eſſet, accipere ſe à Deo, qui per ipſum loquebatur, & cuius ipſe vox erat. Ex quo apparet humilitatem non eſſe *cæcam* ad dona, quæ ex Deo habet, cognoſcenda; nec *mutam* ad confitenda, cùm eſt opportunum; ita tamen, vt etiam tunc verbis humilibus ea manifeſtet, quibus oſtẽdit ſe à Deo pendere, & nihil à ſe habere, vt ex omnibus Deo gloria tribuatur.

a Ioan. 1. 22
b Iſai. 40. 3.

I. Officium Dei & nihilum ſuum pandit. VOX

Humilitas nec cæca, nec muta

PRAETEREA, vt Sanctus Ioannes non reſpondit, ſe Zachariæ filium eſſe, & ex ſacerdotali tribu; ſed eſſe vocem Chriſti, quia hoc ſolùm omnibus præfert; ſic humilis non gloriatur, nec iactat genus, aut carnis parentes, aut officia hæreditate obtenta; ſed *ſeruum* ſe eſſe *Chriſti*, faciendæ ipſius voluntati conſecratum, & hoc dicit ſe eſſe, & nihil aliud, iuxta Salomonẽ: c DEVM *time & mandata eius obſerua; hoc eſt enim omnis homo.* atque ſi dicat, in hoc conſiſtit verum eſſe hominis, de quo ſuper omnia glorietur: cuius contrarium facit ſuperbia, quæ gloriatur & iactat gloriam à parentibus, & à genere, & vt Oſeas loquitur: d *Gloria eorum à partu, & ab vtero, & à cõceptu.*

II. Serui Chriſti dignitas ſumma

c Eccl. 12. 13

d Oſee. 9. 11

DENIQVE obſerua, quo pacto S. Ioannes ſeſe *vocem* appellarit, quæ clamat: *Præparate viam Domino*: nam & vita & doctrina, exempla & verba *vox* erant, cohortans ad ſanctitatẽ & perfectionẽ; eratq; *vox* DEI per quã DEI magnitudo & maieſtas cognoſcebatur, ſicut homo ex voce ſua cognoſcitur; ad cuius imitationẽ conabor & ego vox eſſe Chriſti in omnibus, quæ dixero & fecero. O DEVS æterne, fac me vnici Filij tui IESV Chriſti vocem, vitâ adeò mihi perfectâ conceſſâ, vt ea ſit *vox* clamans eius gloriã; non mihi ipſi eam vendicans, ſed tibi, à quo quicquid eſt bonum, profluit: cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

III. S. Ioannis Vox Dei in vita & verbis

Oratio

PVNCTVM IV.

VLTIMA quæſtio fuit: a *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elias, neque Propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: ego baptizo in aqua*

a Ioan. 1. 25

fficio fungeretur. Ex qua valedictione, etsi aliquo illa *sensu*, ob solitudinem ex filij ad dies aliquot absentia, tangeretur, eum tamen non *æquo* solũ animo accepit, sed etiam *lubenti*, ob desiderium, quo tenebatur, nostræ salutis; voluntatem Dei propriæ, & commune nostrum commodum proprio gustui anteponens. Statim itaque Christus Dominus a *Iordanem* versus rectà contendit, vbi S. Ioãnes conciones suas habebat, & publicanos, & peccatores omnes quotquot baptismum illius suscipere volebant, baptizabat. Quibus ipse Dominus se adiungens, concionemque audiens, petijt baptizari.

Mater acquieſcit.

a *Matt.* 3. 13 *Marc.* 1. 7. *Luc.* 3. 21. *Ioan.* 1 32. *D. Thom.* 3. p. q. 36.

CIRCA hanc historiam considerandæ sunt facti huius CHRISTI Domini *causæ*, quarum *prima* fuit, vt Concionatoris & *Magistri* munus auspicaturus, raræ *humilitatis* exemplum exhiberet: quo se Magistrum discipulo, Redemptorem redempto, Dei viui filium præcursori famuloque suo subiecit: omnisque sanctitatis author, peccatoris figuram accepit. Nam cum ipse Christus sapientia esset infinita, omniumque magister, inter milites tamen, & publicanos sese collocauit, vt S. Ioannis concionem audiret, & cùm ab omni macula purissimus esset, peccatorum tamen baptismum petijt, ac si & ipse esset peccator; idque nulla obligante lege, sed propria sese ad peccatorum similitudinem humiliandi voluntate; sicut etiam infans circumcidi voluit; aliorum infantum more, qui essent in peccato concepti. O *agne innocentissime* qui tollis peccata mundi, quid tibi & baptismo isti? quid tibi cum sordidæ plebis, peccatis maculatæ, lotione? Tu, Domine, cùm peccator non sis; haberi tamen vis? ego, cum sim peccator; iustus tamen haberi volo. O vtinam superbia hæc mea tantæ humilitatis tuæ exemplo consumeretur & euaneſceret.

I.
Vt Magisterium ab Humilitate inchoaret

Oratio

Hinc intelligam, bonum rerum magnarum initium ab *humilitatis* exercitijs esse sumendum, quibus nos disponamus, vt Deus multa magnæ suæ gloriæ opera per nos efficiens, cum voluerit faciat manifestos. Et hoc Isaias indicauit, dicens: b *Et mittet, quod saluatum fuerit de domo Iuda, radicem deorsum; & faciet fructum sursum*: quasi distinctiùs diceret: Primum humilitate sese sub terram, instar radicum abscõdent postea seipsos gloriosis operibus proferent, sicut arbor fructibus suis manifestatur.

Radix humilitatis fert fructus bonorum operum.

b *Isai.* 37. 31.

QVAPROPTER, si cupis, *anima mea*, perfectionis turrim, quam moliris, ad cœlum vsque pertingere, deprime teipsam vsque ad abyssum: quo enim altiùs est ascensurum ædificium, eò necesse est altiùs iacere fundamentum.

Colloquiũ *Aug. ser.* 10. *de verb. Domini.*

HINC etiam intelligam, *humilitatem* esse optimam ad baptismum & pœnitentiam dispositionem, & ad puritatem animæ, quæ his sacramentis

I.
Humilitas disponit ad Sacramenta

communicatur, obtinendam, dum me peccatorem lotione ac puritate à culpis indigentem agnosco, dicens cum Dauide: c *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.*

c *Psal.* 50. 9. *Greg. in* 4.ᵐ *Psal. pœnit.*

O dulcis IESV, qui ex *humilitate* voluisti à Ioãne, solius aquæ baptismo ablui; laua me gratiæ tuæ aqua, in virtute pretiosi tui sanguinis, hyssopo humilitatis admixti. O *anima mea*, excellentẽ hãc virtutẽ amplectere, qua hyssopi instar viuã gratiæ aquã, & sanguinis Saluatoris, in ara crucis multis tormentis effusi, virtutem colligit, quo me à lepra mundet peccatorũ.

Oratio Colloquiũ

SECVNDA eiusdem facti fuit caussa, quò prius *faceret* quàm *doceret*; & quoniam statuerat nouum ex aqua & Spiritu sancto baptismum prædicare, voluit prius hunc ex aqua sola suscipere; ne quis ipsius adeò pretiosum baptismum suscipere dedignaretur: Eadem verò opera Præcursori sui baptismum voluit commendare; dum reipsa illum ipse suscepit: sicut voluit etiam circumcisionem accipere, quo ostenderet se legem illam approbare, & tanquam Dei legem venerari.

II. Vt faceret quod docturus erat

Ex quo colligam obligationem, qua teneor, Euangelica præcepta consiliaque seruare: hoc est enim, illa opera approbare & venerari; sicut legem transgredi, est, illam reipsa reprobare & spernere, d *Legislatorem verò eius inhonorare*, vt ait Apostolus: Quod si CHRISTVS Dominus Ioannis baptismum suscipere voluit, cùm ad id nulla lege teneretur, quantò magis erit rationi consentaneũ, me ipsius præcepta & consilia custodire, præstando reipsa plura, et ã quàm tenear, prẽcipuè in humilitatis negotio.

Obseruatio præceptorum

d *Rom.* 2. 23

PVNCTVM II.

CVM Christus à Ioanne baptismum peteret, ipseque in procinctu esset, vt conferret, Spiritus sanctus ei reuelauit, hominem illũ Christum esse & Messiam, (a *neq; enim* de facie *eum* sciebat) b tunc *Ioannes prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me? respondens autem Iesus dixit ei: sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.*

a *Ioan.* 1. 33. b *Mat.* 3. 14

HIC primùm obserua ingens sancti Ioannis gaudium & *lætitiam*, qua eius anima fuit perfusa, cùm Christum Dominum nouit, renouatis hic iubilis illis, quibus in materno vtero fuit affectus, cum hoc vero gaudio insignem iunxit *reuerentiam* & animi demissionem, seipsum peccatorẽ confitens, & Christi baptismo in Spiritu sancto, quo purgaretur, indigentem: ideoq; admiratione & stupore plenus, cùm IESVM adeò videret e humiliantẽ, in verba illa prorupit: *Tu venis ad me?* tu DEVS infinite, tu mundi Saluator, & peccatorum Remissor, tu qui me in materno vtero sanctificasti, ad me venis? ad me creaturam tuam, mancipium, vilemq; vermiculum? & quidẽ, vt ego te aquâ solâ baptizem, Authorẽ baptismi gratiæ.

I. Ioannis gaudium & demissio agnito Christo

O profundissima Domini mei demissio! Hic similes affectus promouere in me debeo, cùm potissimùm ad sacram Eucharistiam accedere volo, in vtraque cognitione Dei & mei ipsius, meipsum exercens, & porrò

§. Communio Cognitio Dei & mei

etiam in affectibus ex ea prouenientibus, qui ſemper tanquam germani fratres coniuncti, alter alterum mutuò iuuant.

ATTENTISSIME perpendenda eſt admiranda Chriſti reſponſio: *ſic decet nos implere omnem iuſtitiam*, & quicquid pertinet ad ſanctitatem; me quidem ad baptiſmum tuum demittendo; te vt mè baptizes, mihi obtemperando. Qua ſententia nobis ſignificauit: omnem noſtram ſanctitatem, humilitate & obediẽtiâ contineri: ***humilitate*** inquam, vt eam Deo & hominibus exhibeamus; ***obedientia*** verò eidẽ Deo eiuſq; miniſtris eam præſtemus, & harum virtutum gradus tres complectamur. Quorum PRIMO maioribus nos ſubijcimus, quocunq; nomine ***ſuperiores*** illi ſint, dignitate, officio, ætate, ſcientia: SECVNDO, (qui perfectior eſt) ſubijcimus nos etiã ***æqualibus***, potiorem illis honorem & locũ libenter cedentes, & in eo quod cupiunt, modò ſit bonum, eis obediẽtes, ac ſi noſtri ſuperiores id iuberẽt. TERTIO, eoq; perfectiſsimo, cùm etiam ***inferioribus*** ita demiſsè prõpteq; obtemperamus, atq; ſi noſtri eſſent c ***ſuperiores***; Et quoniam hoc gradu has virtutes Chriſtus hodie exercuit, & ea ratione ſunt verè compẽdium totius iuſtitiæ & ſanctitatis, eo etiam gradu eas procurare meritò nobis debemus, d ***ſubijcientes nos*** (vt S. Petrus ait) ***omni humanæ creaturæ propter Deũ*** in ijs quæ ſanctiſsimæ eius voluntati cõformia ſunt, ſeruata tamen iuxta *D. Gregorij* ſententiam, externa authoritate & decẽtia, quam iuxtà ***prudentia*** leges cuiusq; ſtatus exigit. Præterea vtraq; hac virtute omnem implemus iuſtitiam, erga Deum, nos ipſos, & proximos, quam Michæas verbis illis expreſsit: ***Facere iudiciũ, diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare coram Deo***: Nam illæ virtutes ſunt, quæ nos ad ***diuinam*** reuerentiam & obedientiam, ad nos ipſos mortificandos, & cõtemnendos, ad bonum exemplum ***proximis*** dandum, pacemq; cum illis habendam incitant, & permouent. Omnia hæc complexus eſt Chriſtus hac ſua reſponſione: ideoq; debeo me hoc ſpiritu excitare ad vtriusq; virtutis exercitationem: hęc mecum ipſe colloquens: ***ſic te decet implere*** omnem iuſtitiam, nõ eius partem ſed totam, non dimidiato corde, ſed integro & perfecto, & quamuis magnus in mũdo ſis, & quamcunque in Eccleſia dignitatem obtineas, refert plurimum omnem implere iuſtitiam, te ipſum demittendo, & obediẽdo ſicut fecit Chriſtus cum ſuo Præcurſore, & Præcurſor ipſe cum Chriſto.

TERTIO, obſeruabo, Ioannem è veſtigio Chriſto obtemperaſſe tribus illis gradibus, qui obedientiam perficiunt: in exacta videlicet ***executione voluntatis*** prõptitudine, & ***iudicij*** proprij ſubiectione, & ita quò Chriſto Domino obediret, ſumma reuerẽtia eum baptizauit, complacet enim ſibi Chriſtus, dũ ipſius ſerui propriũ iudiciũ diuino ipſius iudicio ſubijciunt, nec cõtra ipſius decretũ ***duros*** ſe exhibent, ſicut ***Petrus***, cũ imperfectus adhuc eſſet, f ***Lauari à Chriſto recuſabat***, in qua obſtinatione ſi perſtitiſſet, ***partẽ cũ eo nõ habuiſſet***, amicitiãq; & gratiã eius amiſiſſet, vt ſuo loco dicetur.

II. *Humilitatis & obedientiæ gradus.*

1. Superiori
2. Æquali
3. Inferiori

c *Phil.* 2. 4. d 1. *Pet.* 2. 13 Saluo decoro

Mich. 6. 8. Deo, tibi, & proximo debitores

Colloquiũ III.

S. Ioannes Chriſto Domino obtẽperat f *Ioan.* 13. 8. Petri adhuc imperfecti duricies

PVNCTVM II.

VIDENS æternus *Pater* vnigenitum suum adeo humiliatum, iudicauit se ad eundem honorandum, & auctoritatem eius promouendam, illius sententiæ iure teneri: a *Qui se humiliat exaltabitur*: idcoque solet Deus in eo ipso hominem exaltare, quo se ipse demisit, vt qui se eò demittit, vt *insipiens* aut *peccator* habeatur, eum Deus in *sapientia* & *sanctitate* exaltet. *Tria* verò excellentissima media Pater æternus ad honorem filio conciliandum in hac occasione adhibuit, quæ ex verbis Sanctorum Euangelistarum considerabimus.

a *Luc.* 14. 11 In quo te humilias in hoc exaltaris

APERTI SVNT EI COELI.

PRIMVM fuit medium, quòd *cæli*, admirando splendore & reclusione quæ in aere formata fuit, aperti fuerunt. Aitque S. Matth. apertos fuisse, b Ei, hoc est, eius causa, ad eius honorem: quò ostenderetur, Christum Dominum hominem esse, non terrenum aut ex *terra* factum, vt Adamus fuit, Sed *cælestem è cælo* venisse, & consequenter vitam eius, doctrinam, legem, & opera eius omnia cælestia esse. Item aperti sunt *ei*, vt indicaretur, per ipsum reserandas fore cœlorum portas ijs omnibus, qui illum imitarentur. nam, ad eius imitationem, ipsos quoque futuros cœlestes: quo etiam confirmabatur eius Thematis veritas, quod S. Ioan. in sua prædicatione proponebat: pœnitentiam agite: quia appropinquauit regnum cœlorum: apertis enim cœlis ipsi Christo, significabatur, ijs etiam aperiendos, qui agerent pœnitentiam & eius amplecterẽtur doctrinam. S. Marc. ait: *Et vidit cœlos apertos*, quò significatur, Christum Dominum nostrum infinitâ suâ sapientia cœlestia omnia secreta penetrasse; & porrò vt oculatum testem e *enarraturum* nobis, quæ illic gererentur; & per ipsum nobis aperienda, ita vt in terra adhuc manentes possemus, sicut f *S. Stephanus*, *videre* & contemplari secreta cœlestia, ibique g *conuersationem nostram* habere. O cœlestis Adam, Christe IESV, iure merito tibi cœli aperiuntur, vt honorificeris, qui demissione tua eos es promeritus, & expugnasti. iure ergò merito tibi aperiuntur, teque vt eò conscendas inuitant, quia tui sunt; Aperi & mihi illos, Domine, ita vt amplius mihi non occludantur. quare dele Domine ex anima mea terreni h *Adami imaginem*, tuam verò imprime *cælestem*.

Cæli aperti b *Matt.* 3. 16 c. 1. *Cor.* 15. 47. Christus cælestis nos facit cælestes

d *Mar.* 1. 10 cælestia penetrauit e *Ioan.* 1. 18. f *Act.* 7. 56. g *Phil.* 3. 20 Oratio.

h 1. *Cor.* 15. 49.

i *Luc.* 3. 22. Spiritus specie columbæ. S. Sancti plenitudo in Christo l *Isai* 11. 2. *D. Thom.* 3. *p.* q. 39. a. 6. *ad* 4.

i *Descẽdit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.*

SECVNDVM medium, quo pater æternus est vsus ad filij sui honorẽ, fuit *Spiritus sancti* in specie *columbæ* missio, quę super eius caput sedit, quò externa illa forma plenitudine ipsius Spiritus sancti, qui ab initio ipsius conceptionis intus latebat, significaret l *requiescere super hanc virgam*, *& florem Iesse*, cum septem donorum suorum immensitate.

Venit

Venit verò in ſpecie columbæ ad notandum *in primis innocentiam*, puritatem & manſuetudinem Chriſti, vt omnes intelligerent, eum, etſi pœnitentiæ baptiſmo ablutum, non eſſe tamen peccatorem, nec aliquid ei cum peccatoribus eſſe commune, ſed iuſtum, purum, ſyncerum, inſtar columbæ abſque m *peccati* felle, aut iræ abſque duplicitate, aut *dolo* aliquo. *Deinde* vt ſignificaretur, eum non ſolùm ab omni peccato immunem eſſe, ſed *agnum* eſſe Dei, qui mundi peccata deleret. vt enim n *Columba* tempore Noë *ramum olivæ portauit* in ſignum *ceſſationis aquarum diluuij*: ita eadem eſt nunc indicium, Chriſti præſentiâ & meritis ceſſaturum diluuium peccatorum, quo mundus ſubmergebatur. *Tertiò*, vt indicaretur, hunc Dominũ neque *ſolitarium* nec *ſterilem* futurum, ſed fœcundum, qui plurimam ſoboſem, innocentiæ ſuæ imitatricem eſſet procreaturus; ex quibus Eccleſia vna conſurgeret vnius fidei charitatisque vnitione coniuncta, de qua illud diceretur: o *Vna eſt columba mea*. O *Spiritus ſanctiſſime*, gratias ago pro tanto teſtimonio innocentiæ Sanctitatisque Saluatori noſtro reddito: veni etiam ſicut columba ſuper me; puritateque & ſanctitate tua me reple. p *O vtinam pennas mihi dares ſicut columbæ*, quibus ad foramina viuæ huius petræ *volarem*, ſuper quam hodie requieuiſti: quò intra ipſius cor, meum requieſceret, eidem ſtricto amore coniunctum.

Poſſum ſimul S. Ioannis gaudium conſiderare, quo fuit perfuſus, cùm q *Spiritum ſanctum ſicut columbam* ſuper Chriſtum *deſcendiſſe vidit*, & lætitiam, qua id aliis, qui non viderant, promulgauit, rogaboque eundẽ Spiritum, vt animæ meæ clarificet oculos, quò fidei lumine cognoſcam dona illa & inæſtimabiles diuitias, quæ ſunt in Chriſto, vt eum pluris æſtimẽ, ac, vt par eſt, amem.

r *Et ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Tertium hoc eſt medium, quod pater ad filium honorandum adhibuit, voce inquam aperta in aere efformata, non terribili & terrifica, ſed ſuaui ac dilectionis pleniſsima. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui.* ſingula enim verba myſterium continent.

Primũ: *hic*, atque ſi diceret: Hic, qui purus homo, mortalis ac patibilis apparet: Hic, qui ex humiliatione peccator apparet, vt qui peccatorum baptiſmo eſt ablutus: Hic, s *ſuper quem columba deſcendit*; Hic, *filius* eſt meus: non adoptiuus, vt cæteri iuſti, qui præceſſerunt, ſed naturalis & vnicus, non hoc baptiſmo, t *Sed ex vtero meo ante Luciferum genitus*, æquè æternus atque ego, æquè ſapiens, æquè bonus, quia ſicut ego Deus ſum, ita & ipſe Deus eſt. Quare per excellentiam eſt *dilectus meus*, quem ego amaui & amo ſuper omnia creata, & quæ creari poſſunt, idque infinito amore, quo meipſum amo, & in eo mihi complaceo, delector glorioreque eum

Colun. ba 1. Innocentia Chriſti

m 1. Pet. 2. 22.

2.

n Gen. 8. 11. Agnus tollẽs peccata mundi

3 Eccleſiæ fœcũditas

o Can. 6. 8. Oratio

p Pſal. 54. 7.

q Ioan. 1 32.

r Matt. 3. 17 Vox de cælo

Vox ſuauis

Hic emphaticum.

s Ioan. 1. 32. Filius

t Pſal. 109. 3

Dilectus

u *Ioan.* 8.29 Complacui

me filium habere, quia semper ipse mihi placet, u *facitq́, quæ mihi placita sunt*, ideoque vt mihi gratus esset tali baptismo opus non habebat, quia ita mihi priùs placuit, vt nemo vnquam absque illo placere mihi potuerit aut possit; per ipsum verò placebunt mihi quotquot eum imitabuntur. O *Pater æterne*, gratias summas ago ob exhibitum filio in tali opportunitate honorem, qua, ob tui amorem, ille se demittebat; gaudeo etiam, quòd tantopere in eo tibi complaceas: per quem supplico, ita mihi adsis, ad eius imitationem facienti ea, quæ tibi placent, vt in me quoque tibi complaceas. O mi *Saluator*, gratulor tibi honorem hoc die delatum à tuo Patre, & Spiritu sancto; Comprobantibus hisce testimoniis, te nostrum esse Magistrum ac Redemptorem; fac me Domine patri tuo cœlesti gratum dignũque, quem in filium adoptet.

Oratio

VLTIMO obseruabo, ob Christi Domini merita cœpisse hodie manifestari TRINITATIS Sanctissimæ mysterium, in voce PATRIS æterni, in columba, quæ SPIRITVM sanctum referebat; in eo quod pater hic, Christum Dominum, non seruum, sicut apud Isaiam, (cùm dixit: *Ecce seruus meus suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea*) sed FILIVM compellauit, vt eius reuelaret diuinitatem, qui quá homo seruus erat. Ex hac consideratione Christo Domino etiam gratias agam, quòd mysterium hoc nobis reuelarit, supplicans etiam, animam meam vt illuminet, quò & intelligere & venerari illud possim.

Isai 42. 1. I.

PVNCTVM. IV.

QVARTÒ erit considerandum, qua ratione Christus Dominus eo tempore (iuxta D. Thomæ sententiam) suum instituerit Baptismũ, longè alium à S. Ioannis baptismo, qui eam virtutem & efficacitatem ei tribuit, quam prodigiosa hæc tria signa repræsentãt, vt aperiat videlicet nobis portas cœli, vt gratias donaque Spiritùs S. nobis communicet, & filios Dei adoptiuos efficiat, qui diuinis ipsius oculis, fide & cognitione Sanctissimæ Trinitatis (in cuius virtute & nomine ille confertur) grati reddamur: idque totum ita planè baptismus efficit, vt qui nunc statim post illum acceptum moritur, mox absque impedimento cœlum ingrediatur, & hæreditatem accipiat filij Dei, in clara eiusdem Sanctissimæ Trinitatis *visione*, qua *beatus* efficiatur. O *mundi Saluator* gratias ago tibi quas possum, quod in ipso Euangelicæ legis vestibulo, suaue adeò nobisque commodum sacramentum instituerit, tot prærogatiuis, donis spiritualibus cumulatum, quæ per illud nobis communicantur. Gratias item ex toto corde ago ob tantum mihi baptismi collatum beneficium, cùm plurimos eodem priuatos reliqueris, me verò in a *Ecclesiæ tuæ arcam receperis, vt saluus sim*, plurimis, diluuij aquis, perire permissis. Supplico Do-

D. Thom. 3. p. q. 66. a. 1 Baptismi Sacramentum instituitur.

Effectus Baptismi

1. Cæli apertio

2 Dona Spiritus

3. Hæreditas filij Dei

Matth. 3. 8. Oratio

a 1. Pet. 3. 20

mine

mine, ne cœli portæ, quæ tunc mihi fuerunt apertæ, vnquam occludantur; aut Spiritus S. qui tum mihi fuit datus, vllo tempore à me recedat, aut filii Dei dignitatem ad quam tunc euectus fui, vnquam amittam, sed ita tibi semper placeam, vt ad æternam tui fruitionem & gloriam merear peruenire. Amen.

II. *Thom. 3. p. q. 38. a. 6. ad 3.* S. Ioannes à Christo Baptizatus.

Est etiam fas credere Christum Dominum non solùm suum hodie instituisse Baptismum, sed eundem præcursori suo tribuisse, illud eius implens votum quod aperuit, cùm dixit: *Ego à te debeo baptizari.* familiare enim est Christo Domino illorum explere vota, qui ipsum diligunt, honoreque & præmio gratiæ suæ sibi obedientes ac seruientes afficere: Cùm ergò Ioannes, vt ipsi obediret suo aquæ baptismo eum abluerit; decuit vicissim, eum ab ipso Christo, baptismo Spiritûs sancti & ignis baptizari, eundemque excellentissimis gratiis ac cælestibus donis denuò repleri. O quanta lætitia perfusus fuit S. Præcursor! quamque benè collocatos existimauit officii sui labores, quorum hodie tam copiosum præmiũ à Christo Domino accepit; Quàm opportunè vsurpare potuisset sententiam illam Simeonis: b *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* sed qui seruens gratusque erat, statuit hanc animi gratitudinem publico testimonio, Christo dato, ipsius excellentias totius vitæ suæ spatio prædicare, quod reipsa præstitit. Ad cuius imitationem similia ego animi grati concipiam desideria, ob accepta ab ipso beneficia.

d *Luc. 2. 29* Gratitudo S. Ioannis Laus Dei.

PVNCTVM V.

a *Luc. 3. 21* Prima Christi doctrina scripta Oratio.

VLTIMO & illud obseruandum, omnia hæc admiranda, Christo Domino a *orante* (vt ait S. Lucas) contigisse: statim enim ac fuit baptizatus, ad orandũ se cõposuit, & nunc primũ in Euãgelio legitur Christus *orasse* in quo aliquæ orationis *excellentia, necessitas, & frequẽtia*, quia fieri debet, nobis indicantur. PRIMA est, quòd oratio medium sit efficax ad impetranda à Deo prædicta illa tria admiranda, nam illa nobis cœlos aperit, cœlestiaque reuelat secreta: vt de S. Petro fertur, quòd b *oranti cœlum fuerit apertum*: Plenitudinem etiam obtinet Spiritûs sancti, & donorum eius: sicut Apostoli in c *oratione perseuerantes* d *repleti sunt Spiritu sancto*, vt parte V. dicetur. Inter orandum quoque Patris voces, hoc est, diuinæ eius inspirationes audiuntur, & filiorũ Dei obtinetur dignitas, mediaque quibus eidem placemus, & si orationi *demissio* animi coniungatur, vt hoc tempore Christus coniunxit, est multò ad omnia prædicta potentior, quia (vt Sapiens ait) e *oratione humiliantis se, nubes penetrabit* efficitq; vt cæli aperiantur, quò gratiæ ac dona, quæ Pater luminum donare consuenit ad nos descendant.

b *Act. 10.* c *Act. 1. 1* d *2. 4.* Orationi efficacitas Cælum aperit. 1. S. Spiritus obtinet. 2. Filios Dei facit. e *Eccl. 35* Humilis orationi corona.

II. Oratio Sacramentis iũgitur.

CONIVNXIT etiam Christus Dominus orationem Baptismo, vt nos doceret, orationem & deuotionem omnia opera nostra & sanctorum *Sacramentorum* vsum comitari debere, quò ea vt oportet faciamus: Deum orantes, vt obstacula, quæ, ad horum fructum euacuandum, hostes nostri ponunt, ipse remoueat; auxilioque suo iuuet ad eorum finem consequendum.

III. Oratio Christianis necessaria.

PRAETEREA sua post *Baptismũ* oratione docuit nos Christus, quanta sit baptizatis & fidelibus orationis necessitas; ac porrò, quã proprium illarum exercitium id esse debeat, ad imminentes tentationes præcauendas; nouamque vitam, quam sunt professi, auspicandam; & ad gratias & dona in baptismo accepta conseruanda. Credendum est autem, tunc non eam solùm orationis formam Christum habuisse, qua petitur aliquid; sed reliquos etiam modos (quos refert Apostolus) adhibuisse, f *gratias* æterno Patri *referendo* pro collatis in se beneficiis, & mox etiam conferendis; vt fecit, cùm f *Lazarum resuscitauit*.

f *Phil.* 4. 6. f 1. *Tim.* 2. f *Ioan.* 11. 41.

Christi pro quibus orauerit.

Orauit item pro iis omnibus, qui baptismum ibi præstolabantur; & qui iplius postmodum accepturi erant baptismum, quò illum absque fictione susciperent; & in genere pro omnibus orauit hominibus; qui quòd in ipso erat, pro omnibus illum instituebat, optabatque vt omnes illum susciperent, & gratias ac dona consequerentur, quæ signis illis externis significabantur.

Ex omnibus his considerationibus discam, orationem magnifacere, & ad eam affici, firmaque animi decreta faciam eam exercendi, Christum ipsum respiciens, cuius meritis à Sanctissima Trinitate petam, concedi mihi orationis spiritum efficacem.

MEDITATIO IV.

DE CHRISTI IN DESERTVM POST BAptismum profectione, vbi quadraginta dies & totidem noctes ieiunauit.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM hic primùm, Christum Dominum statim post baptismum, præcursore suo, & reliqua plebe in eodem loco relictis a *plenum* (vt Lucas ait) *Spiritu sancto regressum esse à Iordane*: cuius rei causa fuit, vt virtutes aliquas exerceret iis familiares, qui Spiritu sancto sunt pleni.

Matt. 4. 2. Marc. 1. 12. & Luc. 4. 1. 2.

Quarum PRIMA fuit, sibi charissima animi *demissio*: quia voluit humanas

manas laudes & honores vitare. Multitudo enim plebis, quæ viderat audiueratq́; ſtupenda illa in eius baptiſmo, non ceſſaſſet eũ laudare, & honorare quod ipſe fugere volens, ſe ſubtrahere & abſcondere ſtatuit, non quod illi periculum eſſet vanitatis; ſed vt nos, quibus tale periculum immineat; hoc exemplo remedium doceret; præcipuè in initio, cùm eſt adhuc virtus tenera, ac propterea in periculo euaneſcendi, flante vento vanitatis: vt apud Iob ſcribitur, b *virtutem hypocritarum perire.*

Humilitas Chriſti laudem fugiẽtis.

b Iob. 8. 13.

SECVNDA fuit cauſa diſcedendi ex Iordane, vt doceret; viros Spiritu ſancto plenos, etſi exteriores nõ contemnunt cœremonias, qualis erat baptiſmus ille, in ſola aqua, ſtatim tamen ac illis fecerunt ſatis, ad interiora & altiores virtutis exercitationes confugere; ne quòd ipſe Dominus Phariſæis exteriores lotiones magni facientibus dixit, iure aliquo ipſis obiiciatur: c *Populus hic labijs me honorat* externis cęremoniis, *cor autẽ eorum longè eſt à me.* Et, d *Ve vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & parobſidis: intus autem pleni eſtis immunditia.*

II. Poſt Cæremonias ſolidis Virtutib. incubuit.

c Iſai. 29. 13. Matt. 15. 8 Marc. 7. 6. d Luc. 11. 39.

TERTIO ſubtraxit ſe Chriſtus à Iordane, vt doceret eum, qui diuino ſpiritu plenus eſt, viditque ſecreta cæleſtia, ac Dei ſuauitatem in oratione deguſtauit, ſtatim cupere ſeſe à ſtrepitu & impedimentis popularibus expedire; quò liceat in ſolitudine, quod vidit ruminare, magiſque ſerio in eorum, quæ ſibi oſtenſa ſunt, contemplationem incumbere. O IESV dulciſſime, imple me Spiritu S. quo tu plenus es, vt propoſitũ à te exemplũ miter, & quomodo tu ſubtraxiſti, etiam me ipſum ſubtraham.

III. Solitũdinẽ quærit ad Contemplandum. Oratio

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM deinde: a *Spiritum ſtatim expuliſſe ac duxiſſe Chriſtum in deſertum, vbi manſit quadraginta dies & quadraginta noctes,* b *eratque cum beſtijs.* Vbi hæc obſeruanda: *quis* ſpiritus, *quomodo*, ad *quem* locum, & *quas* ob cauſas Chriſtum impulerit; *quidque* ipſe illic gerit.

a Mar. 1. 12. Spiritus S. impulſus Sequendus

PRIMVM itaque: Chriſtus non à ſpiritu vanitatis, aut inordinato, vel humano tantùm affectu ad eam profectionem inductus eſt; ſed à SPIRITV *ſancto*, quo repletus erat. In quo diſcrimen filiorũ Dei & huius ſæculi ostenditur: hi enim ad actiones ſuas à maligno Dæmonis, carnis, mundi, aut proprio impulſu, prauo, & ad iudicium ac voluntatẽ propriam inclinato mouentur; illi verò *bono ſpiritu* aguntur, eius inſpirationes impulſusq́; cœleſtes ſequentes, iuxta illud Apoſtoli. b *Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.* quod ſi me Dei filium eſſe glorior: conandum mihi eſt in meis omnibus actionib. diuini ſpiritus ductum ſequi, non eum, qui illi aduerſatur.

b Ro. 8. 14.

MODVS etiam obſeruandus eſt, quo ſpiritus Chriſtum mouit; aiunt. n. Euangeliſtæ fuiſſe cum feſtinatione, c *ſtatim*, efficacitate *expulit* & ſuauitate

c Marc. 1. 12.

REM imitari. O mi *Saluator*, qui ad exemplum mihi præeundum vadis in desertum, duc & me tecum, solitudinem intra me inuenire docens, & in ea pœnitentiam & orationem exercere.

PVNCTVM III.

CONSIDERANDVM: Christum quadraginta dies & quadraginta noctes continuò ieiunasse; & huius ieiunii causæ ac circumstantiæ reliquæ obseruandæ.

Principalis causa fuit duplex. PRIMA, quòd ipse primorum parentum gulam (qua diuinum illi præceptum, fructū arboris vetitæ gustantes, sunt transgressi) & totius mundi edacitatem & ebrietatem lueret; in eadem re volens ipse pœnam sustinere, in qua homines deliquerunt; vt discam *gulam* meam ieiunio castigare, pro qua video ipsum ieiunare. SECVNDA causa fuit, vt baptizatos, qui Deo seruire cupiunt, doceret, carnis insultus ieiuniis domare, & spiritui subiicere; primumque congressum, circa *gulam* esse debere: vt hostis domesticus, quo Dæmon aduersus spiritum vtitur; primùm reprimatur. Futuros quoque S. Euangelij Ministros eadem ratio pugnandi decet a *castigato* (vt Apost. ait) *corpore & in iustam seruitutem redacto; ne cum alijs prædicauerint, ipsi reprobi efficiantur.* Quare si cupis cælos tibi non occludi, quos baptismus aperuit refrena te ipsum ieiunijs: gula.n. primos nostros parentes è paradiso expulit, & abstinentia iuuat, vt ad illum admittaris.

SECVNDÒ ieiunium hoc Christi fuit *strictissimum*, licèt *miraculosum*, vtpotè nullo cibo potuve die aut nocte per tot dies sumpto: vt nos doceret ieiunare, quàm poterimus exactissimè, nec miraculo vllo petito, nec destructa natura aut viribus ita debilitatis, vt diuinum obsequium impediatur; sed b *contenti* (vt Apost. ait) *sustentatione necessaria*, & c *oblatis corporibus nostris Deo in hostiam viuam, vt sit rationabile obsequium nostrum*, & ieiunium nostrum intra rationis limites contineatur.

TERTIÒ ieiunium hoc fuit *prolixum* per 40. dies & noctes, vt nos doceret in pœnitentiæ operibus, & carnis castigatione constantiam; donec perfectionem consequamur. Nam etsi ille vltra quadraginta dies ieiunū non produxit, parato tamen erat animo diutiùs protrahere si id fuisset necessarium. Eoq; ieiunium *Quadragesimale*, quod Ecclesia seuerè seruat, approbauit; ad eius propterea exemplū me excitabo, vt quàm potero exactissimè illud celebrē: quatuor huius numeri *Decades* ad quatuor dirigēs fines. PRIMAM ad satisfaciēdū pro meis peccatis: SECVNDAM in gratiarū actionē pro acceptis beneficijs: TERTIAM ad virtutes, quę mihi desūt, impetrādas: QVARTAM ad disponendum me ad Resurrectionis gloriam, quam in præmium laborum spero.

QVARTÒ denique ieiunium hoc, etsi strictum, fuit tamen *iucundum*

D. Thom. 3. p. q. 40. a. 2. ad 3. & q. 41. a. 3.

I. Ieiunauit vt Gulam nostram lueret, Et nos cōtra Gulam armaret. *Cassiā lib. 5. 6. Greg. 130. Moral. c. 26. a 1. Corin. 9. 27.*

II. Ieiunium exactum

b 1. *Tim. 6* 8
c *Rom. 12. 1. Cassian. coll. 21 c. 2.*

III. Prolixum ieiunium. Quadragesimæ distributio in fines.

quempiam, nec habentem à quo posſit consilio ac directione medijsque alijs iuuari, quæ ſpirituales Patres in tentationibus constitutis adhibere ſolent; ſpem concipit illum deiiciendi, & ita cautiſsimè aggreditur, vt fecit cum *Eua*, quando ſolam à marito ſuo Adamo ſeparatam conſpexit, quàm facilè decepit ac vicit. Ideoque SS. Patres neminem non ſatis perfectum, volunt ad loca deſerta, ſolitariam vitam ducturum ſe conferre. Ex quo illud diſcam: etſi in aliorum frequentiâ degam, niſi Confeſſario & ſpirituali Patri tentationes meas aperuero, cenſeri me eſſe ſolum, & in ſolitudine habitare, ac proinde in periculo verſari tentationibus ſuccumbendi. Vt enim Sapiens ait: c *ſi mordet ſerpens in abſcondito, & abſque ſibilo, nullum habet lucrum incantans*; hoc eſt: cùm tentat Dæmon & culpa mordet, tacet verò qui morſus eſt, etiamſi medicus adſit, qui poſſet adhibere medicinam, non ſanabitur; quia perinde illi eſt medicus atque ſi non adeſſet, & ipſe eſt ſolus, d *Væ autem ſoli; quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe*. Præterea, cum ſolitaria vita, aſperitate orationeque fundata, ſit perfectiſsima: mox atque dæmon aliquem cernit illam auſpicantem, accurrit ad tentandum quo illum ab ea cogitatione deterreat. etſi enim omnes deteſtetur ac vexet, præcipuè tamen feruentes, qui Deo ſeruire ſtatuunt, vbicunque tandem ſint. Nec tamen propterea abiiciendus animus eſt: nam idem ſanctus Spiritus, qui tale ſuggerit vitæ genus, ſuggerit quoque efficaciter media ad vincendas tentationes ab hoſte contra illam excitatas, & vt feruentes calore ſuo, e *ſuſcitant* aduerſus ſe *Leuiathan*, qui eſt ſpiritus nequam; ita ſpiritum ſanctum excitant, ad ferendam opportunè opem.

Solitarij obnoxij tentationibus.

Solitudo perfectorũ eſt.

Baſil. Reg. 1 fuſ. Caſſ. lib. 8. c. 17. Clima. c. 4.

c *Eccl.* 10. 11. *iuxta* 70. *Ex Caſſ. col. 1. c. 11.*

d *Eccl.* 4. 10.

e *Lob.* 3. 8. Suorũ eſt

TERTIÒ conſiderandæ cauſæ, cur Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum & ieiunium tentari voluerit, quia omnes in noſtram cedunt vtilitatem. III.

PRIMÒ etſi ipſe in virtute Tyro non eſſet, voluit tamen viam ordinariam *Tyronum* in Dei obſequio tenere, qui (vt ait Sapiens) tentantur, & f *ad tentationes ſe præparant*.

Tyrones ordinarie tentantur

f *Eccl.* 2. 1. 2 *Heb.* 4. 15.

DEINDE quò ſe alijs hominibus ſimilem faceret in omnibus, quæ annexam culpam non habent; & vt g *tentatus* ipſe *infirmitatibus noſtris compateretur* (vt ait Apoſt.) & vincens ipſe ſuas, doceret nos vincere noſtras; animumque & fortitudinem ad id nobis conferret. Hinc eſt quod l cet quadraginta illorum dierum decurſu variè h *tentatus fuerit* (vt S. Marcus & Lucas inſinuant) in fine tamen tres externas & ſpectabiles ſuſtinuerit tentationes, in quibus velut in ſemine reliquæ latent, vt ex pugna contrà eas, diſceremus contrà reliquas pugnare. Vnde tria magni momenti diſcam documenta pro tempore tentationis.

Christus nobis per omnia ſimilis.

h *Mar.* 1. 13. *Luc.* 4. 2.

D. *Tho* 3. p. q. 1. a. 3. ad 2.

PRIMVM non dandum esse locum afflictioni, & desolationi, quasi Deus mihi non faueat, qui sic me tentari permittit i *sed in dolore sustine; & in humilitate tua patientiam habe-ait Sapiens. si enim* Saluator meus filius Dei tentatus fuit, mirum non est, me tentari: & spiritualis lætitia in ipsa tentatione, non modò ad defendendum, sed etiam ad offendendum hostem, plurimùm iuuat ad victoriam. SECVNDVM *documentum* magna confidentia remedium & auxilium tempore tentationis à Deo petendum esse, dicendo: mi Rex, qui nosti, quid sit tentari, compatere mihi, & vel hanc amoue à me tentationem, aut vires confer ad vincendam. TERTIVM est: præueniendas esse tentationes *oratione & ieiunio*: vt Christum videmus eas præueniisse. Vt enim ipse postea dixit Apostolis, esse k *genus* quoddam *Dæmoniorum, quod non nisi ieiunio & oratione pellatur*: sic est in tentationibus, & ad hanc præparationem coniiciam oculos in eam rationem, qua Christus suas vicit tentationes, vt eadem vtar contra meas.

Ps.6.toto
j *Eccl.2.4.*
1
Si tentaris, lætare cum Christo.
2
Ad Christũ confugias.
3
Oratione & ieiunio præueni.
k *Matt.17.21.*

PVNCTVM II.

SECVNDÒ attendendæ sunt *tentationes* Christo propositæ; & *modus* quo illas superauit. nam etsi primæ materia fuerit *gula*: secundæ vana *gloria*; tertiæ *ambitio* vel auaritia, omnibus tamen admiscebatur *superbia* & excellentiæ appetitio. vt enim tentator superbus est, & superbia ipse cecidit, eademque primum hominem deiecit, ac propterea eius tentationis vim valdè perspectam habet, semper illa malijs miscet, quò facilius homines deiiciat. Contra verò Christus Dominus omnes illas tentationes *humilitate* repulit, tanquam potentissimo telo ad Satanæ laqueos eludendos.

Superbia Tentatio vniuersalis. Humilitas remedium vniuersale.

TENTATIO I.

PRIMA tentationis materia fuit *gula*, quoad affectum & modum quærendi cibum. Cùm enim post quadragesimum ieiunij diem Christus esuriret vt homo, Dæmon verò, qui omnia, quæ ille faceret, obseruabat, non existimauit occasionem illam famis eius, sibi esse negligendam: quare pietatis & compassionis cuiusdam specie ait illi: a *si filius Dei es die, vt lapides isti panes fiant*, atque si dixisset: vtere potestate, quam habes, miracula faciendi, quo tuæ necessitati prouideas, incitabat itaq; Christum ad inordinatum cibi affectum, etiam cum miraculo quærendum.

GVLA.

a *Matt.4.3.* a *Luc.4.3.*

ET hic obseruandi varij modi tentationum in genere gulæ. *Delicatos* enim ita voluptate ciborum propositâ tentat, vt eius causa obtinendæ, ad diuinæ legis transgressionem inducat, sicut Euam induxit. *Egentes* prouocat ad subueniendum necessitati suæ medijs illicitis: Modò furto aperto;

Variæ species tentationis Gulæ.

modò

modò arte doloq;, dispensationes & reuelationes fictas prætexens, vt fecit b *viro illi Dei*, quē falsa reuelatione alteri Prophetæ facta, induxit, contra Dei prohibitionem panem comedere; Modò *pietatis* prætextu vana & præsumptuosa media suggerens: & hoc modo est vsus hic contra Christum, & hac vel illa via primùm satagit, quos videt spiritui deditos, vitio gulæ superare: nam qui abiecto huic vitio, manus dedunt; effœminati ad maiora certamina redduntur.

b 3. Reg. 13. 18.

Gulæ vilis tentatio

Respondit autem illi Christus humiliter, allata scripturæ sacræ sententiâ: c *Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei.* quasi responderet, neque ob tuam suggestionem, nec vt mihi indulgeam, ad miraculū confugere volo, cùm Deo non desint alij modi, & alij cibi, quibus me sustentare possit: credo.n. ijs, quæ circa hoc sunt scripta, confidoq; ipsius prouidentiam mihi non defuturam. His nos docuit rationem tentationes reprimendi, quæ necessitatis temporalis, aut sustentationis aut voluptatis prætextu exurgunt, *humilitatem* inquam *fidemq;* in Dei verbū, & *confidentiam* in eius prouidentia, si enim d *iumentis dat escam ipsorum, & pullis coruorum eum inuocantibus* escam non denegat, quomodo negaturus est Pater cœlestis filijs suis eam petentibus.

c *Deut.* 8. 3. *Mat.* 4. 4. Humilitas Fides & Fiducia, tentationi opponendæ.

d *Psal.* 14. 6.

TENTATIO II.

Vana gloria.

Ex hac victoria Christi, occasionem Satanas sumpsit, vanæ gloriæ, præsumptionis, & nimiæ confidentiæ materiam eidem offerendi. e *tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculū templi, & dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim f quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Quasi id ei suaderet, quod cum faceret, tum videntes in eum crederent; tum cœlestis eius pater laudaretur.

c *Mat.* 4. 5. & 6.

f *Psal.* 90. 11.

Hic primùm sunt Satanæ proprietates in suis tentationibus obseruandæ: ne astutijs eius decipiamur: prima enim tentatione explorare conatur, cuiusque studia & propensiones; ex quibus ad nouas insidias & laqueos struendos sumit occasionē: nec solū ex necessitatibus, quæ nos premūt, aut malis inclinationibus; sed ex bonis quoq; ad nos tentandum gradū ita facit, vt nos ad indiscretū earum vsum, aut minùs rectam intentionē, aut prauas alias circumstantias inducat: *confidentes* in Deum instigat ad confidentiam nimiam, vt fiant præsumptuosi. *Zelantes* Dei gloriā, ad iracundiam permouet; *peritos*, & qui virtutē suam scripturis sacris stabiliūt; eisdē ipse, ad suas insidias tegendas, adhibitis decipere conatur. Ex quo discam non statim tutum existimare, quod boni speciem præfert, nisi priùs diligens adhibeam examen de fine & intentione, & alijs particularibus circumstantijs, iuxta illud S. Ioannis: g *Probate spiritus si ex Deo sint.*

Versutiæ Dæmonū discutiendæ

Ex cauda serpens, in tentatione Dæmon agnoscitur.

g 1. *Ioh.* 4. 1

II. Angelis in deſertum, Dæmon in publicum ducit Chriſtum

SECVNDÒ obſerua maligni & boni ſpiritus diſcrimen, quod in hac hiſtoria elucet. *Bonus* enim Chriſtum duxit in deſertum locum, vt vanas hominum laudes, & vanam gloriam, quæ ex eis oriri conſueuit, effugeret; *malus* verò ex ſolitudine deduxit ad pinnam templi coram multitudine, ſic eum ad laudes vanas captandas prouocans, ficto gloriæ Dei prætextu. Nam aduertēs, Chriſtum in deſerto miraculum conuertendi lapidem in panem recuſaſſe, exiſtimauit, illum in publico coram plebe editurum aliquod miraculum, quia vana gloria fortiùs mouet coram multis, qui laudare poſſunt, quàm priuatim aut coram paucis.

III. Chriſti manſuetudo parentis Dæmonii.

TERTIÒ Chriſti inſignem *manſuetudinem* admirabor, qui Satanæ locū dederit, ipſum ex deſerto ad templi pinnam exportandi, nullâ reſiſtentiâ aut repugnantiâ adhibita, cùm facillimum fuiſſet impedire, etiam non manifeſtata pro eo tempore omnipotentiâ ſuâ, ne ex facto filius Dei agnoſceretur. Sed in hoc quoque exemplum nobis humilitatis relinquere voluit. O *manſuetiſſime agne*, quomodo tam crudelis lupi manibus te permittis: ab eis, quæſo, magnâ tuâ miſericordia me libera, ne ex tua gratia ad culpæ me abyſſum deturbent.

Oratio.

IV. Tentatio vanitatis humilitate diſſipanda.

PERGAM conſiderare, quo pacto hanc tentationem Chriſtus vicerit. reſpondit enim Satanæ h *ſcriptum eſt: non tentabis Dominum Deum tuū.* quaſi diceret: Miracula non ſunt ob vanitatem abſque neceſsitate facienda. Confidentia in Deum nec temeraria, nec præſumptuoſa eſſe debet. cum ergò liceat mihi per gradus deſcendere, cur Deum tentem; & me hinc præcipitem? ex quo intelligam humilitatem & diſcretionem cum animi tranquillitate & manſuetudine, plurimum ad *vanitatis* tentationes ſpecie virtutis tectas, ſuperandas conferre. Humilitas enim diſponit animā ad lumen & diſcretionem obtinendam, iuxta illud Sapientis: *Vbi Humilitas, ibi eſt ſapientia*, ſed petenda à Deo eſt: ad cuius omnipotentiam ſpectat (vt ipſe ſancto Iob. dixit) k *faciem indumenti eius reuelare: & portas vultus eius aperire.* hoc eſt laruam virtutis, qua dolos ſuos contegit, deponere. O ſtrenue potensq; bellator, *Chriſte Ieſu*, animæ meæ oculos cœleſti lumine illuſtra, vt Sathanæ inſidias agnoſcam, cum ſe ille in lucis Angelum, ad me decipiendum transfigurat, adeſtoque omnipotentia tua, ne leonis huius feritas me terreat, aut draconis aſtutia decipiat.

h *Deu.* 6. 16

i *Prou.* 11. 2

k *Iob.* 41. 4. Oratio

TENTATIO III.

Auaritia. *Mat.* 4. 8. Et Ambitio.

TERTIA tentatio auaritiam & ambitionem complectebatur. l *Iterum*, hoc eſt tertio, *aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.*

Hic primùm apparet rabida illa Satanæ ſitis, qua meam ſitit condem-

nationem,

nationé, vt qui mundum vniuersum, si ipsius esset, mihi, pro vnico mortali peccato cõtra Deũ, offerret; ex quo contra discam ego, quanti salutem meam facere debeam, ac propositum firmissimum & efficacissimum nũquam faciendi aliquid contra eam, etiam pro omnibus quæ in mundo sunt: discens ab hoste meo, æterna omnibus caducis & perituris præferre. aduersus hanc enim tentationem rectè dixit Christus: m *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur: animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Quod etiam damnati qui sunt in inferno fateri coguntur n *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis;*

Pro peccatis Dæmon mundum dat.

m *Matt.16 26.*

n *Sap.5.8.*

SECVNDÒ considerandum, quàm sit hosti nostro mendaciorum parenti, familiare, falsis eorum promissis, quæ nec ipsius sunt, nec dare cuiquam potest, homines decipere. Nam interdũ arces nescio quas in imaginatione nostra tanquam in aere fundatas fabricans ingentium nobis bonorum spem facit, si lethale aliquod peccatum admittamus. Alias idem per mundanos adulatores falsosque amicos præstat, qui iniqua quædam nobis procuranda, fallaci ea consequendi spe, nobis obtrudunt. Ex quo apparet, quàm stultum sit ei fidem adhibere, qui nec per seipsum nec per os alterius nouit vnquam dicere veritatem, sed mendacium semper ad meam deceptionem & perniciem.

II.

Fallaci spe ludit suos Dæmon & mundus

Dæmon semper mendax.

TERTIÒ attendam quàm grande malum sit lethale peccatum, auaritiæ præsertim & ambitionis, quæ hominem Satanæ sese prosternere, eũdemque vt Deum adorare cogit. Ac propterea Apostolus o *auaritiam idolorum seruitutem* appellat. Est enim pecunia verè idolũ, in quo Satanam latentem auarus adorat, & ideo Christus impossibile dicebat esse p *duobus dominis seruire*, hoc est; *Deo & Mammonæ*. Ex quo etiam magnam concipiam commiserationem eorum, qui in terram procidentes, dæmonem adorant, non ob totum mundum, quem ille fallaciter promittit sed ob eius particulam minimam tantillum inquam fortunarum, aut honoris.

III.

o *Col.3.5.* Auaritiæ execratio

p *Mat.9 24*

STATIM verò oculos ad eum *modum*, quo Christus hanc repulit tentationem, conijciam: magno imperio Satanæ respondens: q *Vade Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* qua responsione zelum suum diuini honoris nobis aperuit, dum tantam Satanæ impudentiam non ferens, indignãs, illum à se repulit, & victum, confusum, ac timore correptum abire iussit, vt eo exemplo discam, quanto zelo deceat me armari aduersus tentatores, cum Dei honorem præsumunt attingere, vt magno inquam animo & virili pectore eos à me repellam; meam in hoc gloriam collocando, quòd genua mea nulli, nisi Deo soli flectere velim, & propter eum illis etiam, quibus ipse vult; nulli verò contra ipsum. hæc enim sancta libertas Dæmones terret ac fugere compellit: O *Deus exercituum*, qui zelo armatus aduersus mundi huius Principem de-

q *Deu.6.13*

Oratio

certasti, ex eoq; victum expulisti: adiuua debilitatem meam, vt eundem ipse etiam vincam, me aggredientem, gratiaq; tua à me repellam. Da mihi aduersus r *concupiscentiam carnis* temperantiam, aduersus *concupiscentiam oculorum*, spiritus paupertatem, aduersus *superbiam vitæ* verâ animi demissionem; his enim tribus hostibus deuictis, mundum etiam ipsum, qui illis innititur, deuicero, sicut tu vicisti, cui pro hac victoria sit honor, & gloria in æternum. Amen.

r *Iob.* 2. 16.

PVNCTVM III.

TVNC *reliquit eum diabolus, & ecce Angeli venerunt & ministrabant ei.* Considerandum hic: *quis* Angelos miserit, *quot*, & quem in *finem* venerint, *quidque* egerint. Misit illos *pater* æternus ad honorem filij, vt victoriam redderent solennem, & vt curam, quam de illo gerebat, geritque omnium, qui in certamine versantur, ostenderet. & quamuis Angelus vnus ad præsentem necessitatem sufficisset, *multos* voluit venire: qui de tam insigni victoriâ, de bellatoque atrocissimo hoste Satana congratularentur. Statimque reuerentiâ summâ mensam in deserto illo loco sternentes, quò grauem famem depelleret, obtulerunt; præstantes officium seruorum erga suum Dominum.

Pater mittit Angelos multos.

Vt reficeret Christum

I. Prouidentia Dei circa suos

Ex quo primùm magnam de *prouidentia* diuina confidentiam concipiam, quæ tantam filiorum suorum, eorumque qui pro ipsius honore in huius mundi deserto, in pugna & certamine versantur, curam gerit. Benedicta sit, ô Pater cœlestis, diuina tua prouidentia. Gratias tibi ago pro cura de filio tuo habita, & honore in hac victoria eidem exhibito. Per eundem supplico, mei etiam curam gere, adiuuaque, vt verè in te confidam.

II. Angelorũ tutela.

SECVNDO etiam intelligam, *Angelos* certantibus assistere inuisibiliter eosque iuuare: congaudere vincentibus, & victoriam illorum excolere: esseque (vt 6. Parte dicetur) diuinæ prouidentiæ, ad necessitatem nostrarum remedium instrumẽta; quare & amare & reuereri eos meritò debeo; & frequentissimè in auxilium vocare, ne tentationibus succumbam: vel ideò, ne hac eos lætitia priuem. Quæ veritas adeò certa est, vt ipsemet Satanas, dum Christum tentaret, eandem confessus, in medium protulerit, ex Dauide in prædicto Psalmo, diuinâ prouidentiâ sic ad nos confortandos, disponente. Sciens enim dæmon alium se fortiorem sibique repugnantem Angelum esse, qui æquè nostræ defensioni atque ipse oppugnationi inuigilet, contrahit audaciam suam, ne quantum cuperet, nobis noceat.

A Dæmone contestata

III. Patientia & confidẽtia semper

TERTIÒ discam *patientiam* & tolerantiam habere in rerum temporalium inopia, quam opportunè Christus Dominus sit subleuaturus: & in tentationibus, etiam multiplicatis & diuturnis *confidentiam* retinere: quia

opportu-

opportunè Deus euaneſcere eas faciet, earum authore repulſo. Nunquam tamen *ſecurum* me omninò eſſe exiſtimabo, dum vita ſupereſt: Neque enim fruſtra S. Lucas adiecit a *Satanã vſq; ad tempus à Chriſto receſſiſſe.* ſed vt intelligas, etſi modò recedat, ad nouum fortè, ſed periculoſius certamen rediturum. Sed qui ad primum vincendum gratiâ ſuâ iuuit, iuuerit etiam ad ſecundum, & ſemper. Amen.

Securitas iunquam *Luc.* 4. 13.

MEDITATIO VI.

DE APOSTOLORVM VOCATIONE & electione.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDA primùm eſt *Apoſtolorum*, quos Chriſtus elegit, quoad eorum *naturalia* conditio; & cùm finis, ad quem eligebantur *celſitate* conferenda; ipſius etiam electionis *cauſæ* perpendendæ ſunt. PRIMVM enim volens Chriſtus a *duodecim* viros *eligere*, b qui *duodecim* eſſent *Eccleſiæ fundamenta*; ipſe ſolâ ſuâ miſericordiâ *eos elegit*, ac vocauit & quidem non in *nobiles*, diuites, aut potentes Iudææ & Galilææ, nec in *legisperitos*, aut phariſæos (qui illius temporis erant *Religioſi*) oculos coniecit; ſed *pauperes*, humiles, rerum ignaros; & in vilibus & abiectis officiis verſatos; & hos illis relictis, eligere voluit. Cuius facti tres fuerunt cauſæ. PRIMA, quod quamuis Deus (vt eſt apud Iob.) non propterea d *quod potens ſit*; *potentes abijciat*, nec propterea quòd ſapiens ſit; ſapientes repellat: tamen, quoniã ipſe abiecit ſeſe, vt fieret homo, pauper, humilis, & abiectus; venitque ad hoc vt humilitatis nobis magiſter eſſet, voluit eam in omnibus exercere, diſcipulos pauperes & humiles habere, eisque ſeſe coniungere, e *quia cũ ſimplicibus ſermocinatio eius*, & cum humilibus corde; cum ſuperbi huius mundi Magiſtri, contrà de diſcipulis ſecundum naturalia nobilibus magnisq; gloriantur.

Chriſtus Apoſtolos pauperes elegit Amore pauperum a *Matt.* 4. 5 & 10. 2. a *Marc.* 1. 17. 19. & 3 14. a *Luc.* 5. 11. & 6. 13. b *Apoc.* 21. 1 c *Iob* 15. 16 *non vos me elegiſtis* d *Iob.* 36. e *Prou.* 3. 2.

SECVNDA cauſa fuit, quia volebat ipſe diſcipulos in *humilitatis* ſpiritu excellere, qui dona ſibi communicanda, & illuſtria facinora per ipſos à Deo facienda, non ſibi, ſed DEO authori attribuerent. Ideoque (vt ait Apoſtolus) f *non ſapientes*, *nobiles*, *potentes*, qui ſuperbi eſſe conſueuerunt; ſed *quæ ſtulta ſunt mundi*, *& infirma & ignobilia & contemptibilia elegit*, & benè in ſuæ vilitatis cognitione fundatos; qui ipſa praxi benè conſcij eſſent eius quod ex ſe haberent: *Ne glorietur omnis caro in conſpectu Dei*: vſurpans ſibi quod reipſa ſuũ non eſt. Ex quo diſcã, quãti referat profundas in *humilitate* radices iacere, ſi ad res magnas pro diuino obſequio eligi cupio, iuxta illud quod ipſe Chriſtus in æterni Patris laudibus poſuit,

II.

Vt manc ent hum les f 1. Cor. 1. 2

cum

g Matt. 11. 25

cum dixit: g *Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc* Redemptionis myſteria *à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* O *Pater æterne*, laudo & glorifico te ob delectum, quem de humilibus habes, quibus diuina myſteria reueles: fac me paruulum in oculis meis, vt magnus fiam in tuis; quò me vt tuæ omnipotentiæ miniſtro, ad res magnitudine tua dignas vtaris.

Oratio III. Vt virtus Dei clarius cerneretur.

HINC TERTIA oritur talis electionis cauſa quò inquam, ſtupenda mundi conuerſio non humano conatu, aut viribus, ſed *virtuti diuinæ* tribueretur. Impoſsibile enim factu fuiſſet homines adeò pauperes, & apud mundum abiectos, ſuperbo ipſi & auaro fidem adeò nouam, doctrinam adeò ſublimem, legem adeò puram, vitamque ſeueram (qualis eſt vita Euangelica) perſuadere niſi Dei omnipotentia tale opus perficeret; niſi dextera Dei altiſsimi talem faceret in huiuſmodi hominum mentibus mutationem. Propter quam ingentes gratias illi agam, perpendens, ſimile quid euenire in minoris mundi, animæ meæ conuerſione, quam nullæ humanæ vires valerent ad Deum trahere niſi ipſius virtus iuuaret; nec cũ Dauide dicere liceret, h *Nunc cœpi* nouam vitam, niſi quia *hæc* eſt *mutatio dexteræ excelſi.*

h Pſal. 76. v

PVNCTVM II.

CONSIDERANDA deinde eſt virorum iſtorum, quos Chriſtus eligit, conditio, quoad moralia, hoc eſt virtutes aut vitia, bonos prauoſve mores, perpenſo vitæ genere, ex quo illos eduxit, cauſisque ob quas id fecit.

Cauſæ vocationis Dei bonitas Chriſti merita

PRIMVM ergo perpendam; vocationis diuinæ *duas* tantùm eſſe cauſas, infinitam *Dei miſericordiam*; & *Chriſti* Domini *merita*, propter quem (vt ait Apoſt.) *vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra ſed ſecundũ propoſitũ ſuum & gratiã, quæ data eſt nobis in Chriſto* IESV. Quamuis interdũ in huiuſmodi vocatione Deus ad aliquas eorum, qui vocantur, *diſpoſitiones*, reſpiciat; vt fini, ad quem vocantur deſeruire poſsint; quò alios etiã ad ſimiles diſpoſitiones procurandas excitet; interdum autem etiam *non ornatos* talibus vocat; quo intelligamus, vocationem ipſam à mera ipſius gratia prouenire; ne qui eas diſpoſitiones habent, exiſtiment, ſe propter illas vocatos; & qui eis carent, ne deſperent ſe propterea vocandos. Ac propterea Euangeliſtæ has vocationes benigno blandoque Chriſti aſpectui tribuunt, qui benigniores oculos in eos coniecit, quos vocauit; quàm quos reliquit, & vocare potuiſſet; ſi ita placuiſſet. Omnia hæc in Apoſtolorum vocatione ſunt perpendenda; mihique quantum me concernunt, applicanda.

a 2. Tim. 1. 9 Et aliquãdo diſpoſitio noſtra

PRIMVM,

PRIMVM. Aliquos discipulos accepit Christus è schola *S. Ioan. Baptistæ* apud quem studiosè versati erant; quo illam etiam scholam hoc afficeret honore; & simul ostenderet, complacere sibi huiusmodi homines ad res magnas obsequij sui adhibere. Horum primus, qui Christum secutus est, fuit b *S. Andreas*, in quo duplex fuit mirabilis ad eam vocationem dispositio, quas Euangelista insinuat, 1. quòd magno teneretur perfectionis propriæ desiderio, & sequendi quod melius iudicabat. Etsi enim diu in S. Ioannis schola fuisset versatus, statim tamen ac ab eo cognouit, Christum esse Agnum Dei, Magistro suo relicto, secutus est Christum, tanquã aptiorem, à quo maiorem speraret perfectionem addiscere: 2. quòd magno zelo tenebatur, vt fratres sui eandem perfectionem assequerentur, dũ eos vocauit & inuitauit ad eum sequendum, quem ipse sequebatur. & ita statim ac c *fratrem suum Simonem inuenit, eum ad Iesũ deduxit.* Quæ duæ dispositiones eum aptum reddiderunt; vt Christus ad se vocaret, quod aptissimæ essent ad Apostoli munus, cuius finis est propria & proximorum salus.

I. Scholasticos Theologos S. Ioannis

b *Ioan.* 1. 60 Andreas suæ perfectionis & alienæ zelo feruens.

c *Ioan.* 1. 42.

SECVNDO vocauit Christus alios virtuti deditos, ad bonum propensos, & in bonas actiones incumbentes, quo sic *virtuti* honorem conciliaret, nosq; ad laudabilia earum exercitia permoueret. Inter hos fuerunt quatuor illi, qui in d *Mari* Galileæ *piscabãtur*, *Petrus*, *Andreas*, *Iacobus & Ioannes*, in quibus duæ aliæ virtutes splenduerunt. *Vna*, quòd duræ & humili occupationi essent intenti, vt otium fugiẽtes, victum sudore vultûs sui quærerent, vsq; ad retium suorum propriis manibus refectionem. *Altera* fuit insignis & stricta *germanitas* mutua inter se: vt qui non solum secundùm carnem fratres essent, sed etiam spiritu & magna sese mutuo iuuandi voluntate; vt idem quisque alteri, quod sibi bonum cuperet. Quæ duæ dispositiones aptissimæ etiam erant ad Apostolatus officium, quod in *charitatis* vnitione & in aliorum commodum *laborandi* desiderio fundatur. & in omnibus his quatuor contendam excellere, si cupio à Christo eligi in discipulum, & in magnis eius obsequij rebus occupari.

II. Virtutis studiosos

d *Matth.* 4. 14 Petrus Andreas Iacobus Ioannes

1. Laboriosi

2. Charitate coniuncti

TERTIÒ vocauit quosdam insignes peccatores, & ad malum propẽsos, rebusque huius vitæ tenacissimè adhærentes: quos ex mundi huius pelago, & peccatorum abysso eduxit. sicut e *Matthæum* & posteà f *Saulum* vt in eis gratiæ suæ vim & misericordiæ magnitudinem ostenderet, ne quis peccator desperaret, aut de eius misericordia, tanquam ab ea exclusus, diffideret, qui omnes complectitur, & omnibus cupit benefacere. O *supreme Magister*, & infinitè misericors, laudent te Angeli pro tanta misericordia, qui non dedignaris homines adeò viles in discipulos & graues adeò peccatores in Apostolos asciscere. g *Educẽs* (vt ait Dauid) *nubes ab extremo terræ*, quia de terrenis hominibus cœlestes efficis: ex frigidis

III. Peccatores

e *Matt.* 9. 15 *Luc.* 5. 27.

f *Act.* 9. 7 Matthæus Paulus Oratio.

g *Ps.* 134. 7

h Iere. 51.16 Colloqui

ficiſque cordibus feruentes deuotoſque facis prædicatores, qui inſtar h *nubium eleuati* volant per orbem, quem ſua doctrina admirabiliſque vitæ exemplo irrigant. Reſpice in me Domine, miſericordiæ oculis, aſpectuque tuo conſume affectiones omnes terrenas in me & ad Cœleſtium deſideria eleua, quo miſericordiæ tuæ theſauros in homine tot miſerijs pleniſsimo manifeſtes. Glorifica, *anima mea*, Deũ tuum, qui ad ſuam te ſcholam immerentem vocauit, multis alijs, in errorum ſuorum abyſſo relictis, colloca te ex humilitate in extremo terræ, quo te ſol ille iuſtitiæ reſpiciat eleuetque tanquam nubem ad altitudinem cœli.

PVNCTVM III.

TERTIÒ conſiderandus eſt admirandus ille *modus*, quo in Apoſtolorum vocatione vſus eſt Chriſtus. Perpendendo verba, ſuauitatem & efficacitatem huius vocationis, quæ non eadem fuit in omnibus. quoſdam enim paulatim ad ſe ſequendum allexit, alios primo intuitu traxit; quoſdam verbis, officio & occupationi ipſorum accommodatis; alios ſimplici verbo, & imperio quodam diuino.

I.

Nam primùm Andream & Petrum ſenſim allexit, *ter* (vt Auguſt. & alij Doctores dicunt) eos vocans. PRIMVM, vt ipſum agnoſcerent, in c *hoſpicium ſuum* admiſit, duabus aut tribus horis veſperi, & familiariter cum eis, ſicut cum alijs multis agens. SECVNDÒ, eoſdem vocauit, vt ſuam doctrinam audientes, ſtrictiori ſibi familiaritate eos coniungeret, ſicut alios etiam diſcipulos admittebat. TERTIÒ, omninò ad perpetuam ſequelam, c *relictis ſuis omnibus*, vocauit. Quam vocandi rationem Chriſtus ita direxit, vt doceret homines ordinaria lege, gradibus quibuſdam ad perfectionem conſcendere, per tres videlicet illas vias ſtatuſve notos, Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. Nam diuinæ inſpirationis ſemen (ipſomet Chriſto teſte) primùm prodit in *herbam*; mox in culmum & *ſpicam* magnam; ac demum in plenum ac ſolidum in ſpica ipſa *granum*: primùm enim ad *leuiora* aliqua opera nos inducit; & ſi obtemperemus, mox ad *maiora* & altiora promouet: & in his quoque obſequentes, *perfectis* operibus replet. Ex quo diſcam, quanti ſit momenti cuicunque inſpirationi & vocationi interiori, etiam ad parua & ordinariam orationem inducenti, obtemperare: eâ enim obedientiâ me ipſum aptiorem reddam, vt Deus me ad maiora, & ad celſiorem orationem vocare dignetur.

2. De Conſen. Euang. c 17. & p. N. Ignat. a Ioan 1. 39 Luc. 5. 10. Andreas & Petrus ſenſim c Matt. 4. 19 Marc. 1. 18. Ter vocati

Parua amplectere

II.

SECVNDÒ alios ictu quodam & primo aſpectu ſuo vocauit: ad voluntatis ſuæ manifeſtandam omnipotentiam: dum quos vult, ex profundo, in quo hæſitant, commutatis ſubitò eorum cordibus, extrahit: hac ratione vſus videtur erga filios Zebedæi, cum parẽte circa piſcationem & retium

Ioannes Iacobus Matthæus ſubito

refectionẽ

rectionem occupatos; & erga S. Matthæum in Telonio ſedentem, cambijs cum alijs immerſum: quem tali p *fune difficillimo, qui rumperetur*, ligatum praua inquam inclinatione, multarum diuitiarum poſſeſsione, & publico telonarij officio, & ſocietate & commercio cum reliquis publicanis, ſimplici tamen illo verbo *ſequere me* extraxit, malam eius inclinationem & habitum vnico tractu ita euellens, vt omnes diuitias, officium & ſocios dimitteret, oſtenſa hoc facto gratiæ ſuæ efficacitate, & poteſtate, quam in ipſam naturam habet.

Qnia Deus omnipotẽs *d Eccl.* 4.12

In his viris meipſum conſiderabo; perturbationum mearum & inordinatarum affectionum, negotiorum, & curarum ſęculi retibus irretitum & illaqueatum, ac debilem adeò, vt proprijs viribus me ab eis expedire non poſſim; adeò potius ad eadem addictum, vt neque velim, nec deſiderem me expedire, potiùs miſer hic ſtatus ita arridet, & ſic manere perplacet (vt iuxta prophetam) e *immolem ſagenæ meæ, & reti meo ſacrificem* dum affectiones has meas; &, res ipſas terrenas, & voluptatẽ adferentes, ſicut idola colens eiſdem totus illigor & irretior.

e *Habac.* 1. 19.

Verùm IESV CHRISTI Domini noſtri miſericordia adeò magna ac potens eſt, vt vel verbulo efficere poſsit: vireſque addere, ad me exped ẽdum ab eis & omnia relinquẽda. O DEVS omnipotens, f *diſrumpe* velociter *vincula* mea ne amplius reti huic affectionum mearum, ſed *tibi ſacrificẽ hoſtiam laudis*: tuumque nomen inuocem. O *anima mea*, ne diffidas, quin te liberam, & in meliorẽ mutatam videre poſſis: g *facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem*, & vnico aſpectu ſuo omnem tuam miſeriam reparare h Rex enim, *qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo.*

f *Pſal.* 115. 17. Oratio Colloquiũ

g *Eccl.* 11. 23

h *Prou.* 20. 8

TERTIÒ perpendam, Chriſtum Dominum *imperio* quodam Matthæũ & alios vocaſſe, verbo illo SEQVERE ME, nulla alia eis reddita ratione: quamuis intus eis reuelaret plurimum eorum intereſſe, ſi acquieſcerent: *quatuor* verò illos piſcatores ſuauius vocauit illis verbis: *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum*: *Promiſsione* illa eos alliciens, ac ſi dixiſſet, nec propenſionem veſtram, nec officium abſtraham; ſed perficiam; loco enim *piſcium*, *animas* cœlo, prædicatione veſtra piſcabimini.

III. Sequere ne. Efficax verbum Imperio Promiſsione

Ex quo apparet, Deum accommodare *gratiam* ſuam ei bono, quod eſt in ipſa *natura*, illud adhuc magis perficiendo: quo ſimul vtraque familiariter gradiens, finem ſuum ſuauius conſequantur, & ita gratia vocationis Chriſtiani propria multũ cõfert ad malas naturæ propẽſiones cõpeſcẽdas, ſicut in Matthæo; bonas verò perficiẽdas, vt in piſcatoribus illis, quorũ vocationem mihi ipſi applicans, videbor mihi audire Chriſtum Do-

Gratia naturam perficit, vel emendat.

minum cordi meo loquentem : abijce retia, quibus capis voluptates,& huius vitæ commoda: veniq́ue post me, consilia mea amplectere;& ego te aliarum voluptatum bonorumq́ue cœlestium faciam piscatorem;imò & hominum,quos verbo & exemplo tuo cœlo lucraberis.

Vocatio Apostolica Tua prius dein salus aliorum

Ex dictis concludo,finem Apostolicæ vocationis duas partes complecti;alteram vt ipsi Christum perfecta virtutum eius imitatione sequantur;alteram vt alios ex huius mundi pelago adducant qui idem faciant. Quod posterius in priori habet fundamentum: stultum enim esset alios, ne periclitẽtur,ex mari educere;si propterea ego submergerer, & à Christo sequendo ego retardarer: vt alios ad id deducerem.

PVNCTVM IV.

Obedictia Apostolorũ a *Matth.*4. 10.b *&c* 9.9 a *Marc.*1.18 b *&c*2.14. a *Marc.* 5.11 b 17.

CONSIDERANDVM denique,quàm fuerit excellens Apostolorum in acquiescendo Christo vocanti *obedientia* ! Vt enim aiunt Euangelistæ,a *Cùm Petrus & Andreas retia sua in mari laxarent; & filij Zebedai cum patre suo in naui retia repararent*, b & Matthæus telonariæ intentus esset.a *Statim* vocante Christo,& a *continuo relictis omnibus secuti sunt eum*.

Tres perfectæ obedientiæ gradus.

In hac obedientia indicarunt ipsi tres excellentis huius virtutis proprietates. PRIMA præcipuaq́; fuit,captiuare INTELLECTVM & iudiciũ proprium in obsequium Christi ; sese eius præscripto absque replica & rationum,quæ ad se excusandum,vel iussa differenda in contrarium cõcurrere poterant, allegatione. Nam *S. Petrus* prætendere potuisset, filiæ educationem,familiæ sustentationem,ac rerum domesticarum dispositionem: *Ioannes,& Iacobus*, quòd parentes haberent seniores, suiq́; laboris ad sustentationem indigentes: *Matthæus*,quod rationes haberet cum multis implicatas, multamq́ue pecuniam negotiationi expositam;ac propterea necessarium esse de omnibus disponere. Nihil horum prætexuerunt sed iudicium suum absolutè mandatis Christi subiecerunt & in diuinam prouidentiam confidenter sese proijcientes,cæca quidem obedientia, sed non stulta at prudenti obtemperarunt. illustratio enim interior diuinæq́ue gratiæ vis,ac diuinitas, quæ in Christi vultu & verbis emicabat,illos conuicit,vt sese totos ei traderent.

I. Obedictia intellectus cæca

II. Voluntat's

Homil. 5. in Euang.

c *Matth.*19 27. Omnia

SECVNDA obedientiæ perfectio fuit VOLVNTATIS, quam promptissimè Christi voluntati subiecerunt,exuentes quicquid affectus amoris ad vxorem, filios, parentes,cognatos ipsasq́ue fortunas haberent;quæ licet paruæ essent,magnas tamen,*Gregorio teste* ,iudicati sunt reliquisse; vt qui voluntate ac desiderio aliquid aliud, quàm ipsum Christum, habendi sese spoliauerint. Cuius causa S. Petrus dixit: c *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te:* Non dixit: reliquimus omnia,quæ habebamus;sed absolutè: *Omnia*, vt ostẽderet,se õnia,quæ habebãt,& habere poterãt, reliquisse,parẽtes,fratres, cognatos,amicos,vxores,filios, fortunas, & quicquid

iuris

iuris ad eas habere potuiſſet, ac ſeipſos demũ, libertatẽ, voluntatẽ, & ſi opus eſſet, honorẽ, & vitam ipſam, quia omnibus vt Chriſtũ ſequerentur, renunciarunt.

III. Executionis littera inchoata relicta

TERTIA perfectio fuit EXECVTIONIS: quæ fuit velox, in puncto alacris, nulla mora, nec per inſtans quidem interpoſita abſque repugnantia, aut triſtitia, & licet ante oculos eſſent, quæ aliàs amabant, aut magni faciebant, parentes, retia, pecuniæ, nihil tamen hæc illos remorata ſunt: ſed tãquam *ſerpentes* omnia illa fugerunt. Qui extenſa habebant in mari, ſtatim ea abiecerunt: qui ea reparabant, non ſunt vel ad punctum progreſsi: qui libros rationum apertos habebat, & pecunias in ipſis mẽſis, reliquit eo modo, quo erant, cum verbum *ſequere me* audiuit, idque tanta animi voluptate, vt è veſtigio inſtruxerit conuiuium ipſi Chriſto, & eius diſcipulis atque publicanis, quò interior lætitia etiam exteriore proderetur. O DEI omnipotentiæ miracula! d O *mutatio dextera excelſi!* e O *Sol tripliciter exurens montes, radios igneos exufflans & refulgens radijs tuis obcecans oculos*, concede mihi obedientiam cæcam, feruentem, ac diligentem, quam montibus his Apoſtolicis contuliſti; vt tibi obſequẽs ſicut illi, perueniam ad regnum cum illis per omnia ſæcula. Amen.

d *Pſal.* 79.11
e *Eccl.* 43.4.

PVNCTVM IV.

Obediẽtiæ præmia

PERPENDENDA denique ſunt *præmia* propter hanc obedientiam à Chriſto Apoſtolis collata.

I. Apoſtolatus

PRIMVM enim eos ad maximam omnium, quas in Eccleſia ſua inſtituit, dignitatem euexit, quæ eſt a *Apoſtolatus*, ſuos illos conſtituẽs Legatos, qui ipſius vices authoritatemque in Euangelicæ legis per vniuerſum mundum prædicatione, ſuſtinerent.

a *Matt.* 10. 2.
a *Mar.* 3. 14.
a *Luc.* 6. 13.

II. Familiaritas

DEINDE illos elegit, teſte Marco, *vt eſſent cum illo*, & ſtrictiorem cum eis familiaritatem haberet, omnium ſecretorum ſuorum conſcios illos faciens, quibus poſtea dixit: b *Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis.*

b *Ioan.* 15. 15.

III. Primitiæ Sãctorum

TERTIO, maiores eis gratias ac dona quàm omnibus Veteris Teſtamenti & Noui, qui eos ſecuti ſunt Sanctis, contulit, non modò quoad ſanctitatem, ſed etiam quo ad ſapientiam, & poteſtatem miracula patrandi, & reliquas gratias quę gratis datæ dicuntur: qua de cauſa dixit Apoſtolus eos c *primitias Spiritus* habuiſſe, & eſſe d *gloriam Chriſti.*

c *Rom.* 8. 23
d 2. *Cor.* 8. 23.

IV. Iudiciaria poteſtas & Cẽtuplum

QVARTO, eiſdem promiſit: e *Amen dico vobis: quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ; ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Eo quòd ipſi obediuerint, ac eius intuitu & amore reliquerint omnia: quibus & in hac ipſa vita *centuplo* plus dedit, quã illi reliquerãt. Quod ſi ita eſt, vt diximus, eos ef-

e *Matt.* 19. 28.

ficaci voluntate omnes fortunas, honores ac voluptates reliquisse, quas vel optare potuissent: quod eis ipse Christus dedit, centies millies plus fuit, quàm quod ipsi reliquerunt, tales enim gratias, dona, & spirituales consolationes illis dedit, vt omnia quę reliquerant incomparabiliter excederent. Vt verò nos ipsos excitaremus, ad simile quid præstandum, atq; Apostoli præstiterunt, eadem nobis promisit, quæ illis, vt suo loco videbimus. O *mi Redemptor*, siquidem eos, qui Vocationi tuæ obediunt, liberalibus adeò præmijs afficis, æquum est, vt & ego in hac vita tibi obsequar, vt eò perueniam, vbi gloriâ tuâ frui liceat. Amen.

Oratio 6. Part. Meditat. 48.

MEDITATIO VII.

DE VNIVERSALI VOCATIONE, QVA CHRIstus Dominus omne genus hominum ad seipsos abnegandos, & crucem propriam tollendam vocat.

Matt. 16. 24 Marc. 8. 34. Luc. 9. 23. 1. Ioan. 3. 8

QVONIAM *S. Ioanne teste.* a In hoc apparuit filius Dei vt dissoluat opera Diaboli, *præmittemus vocationẽ, qua dæmon homines ad se sequendum contrà Christi crucem inuitat: subijciemus deinde ipsius Christi vocationẽ: vt vtramque conferentes intelligamus, vtrum audire expediat & sequi. Vtraq; verò meditatio multum adferet lucis ad rectè faciendam status vitæ Electionem: qui nostræ saluti maximè sit conueniens.*

Vocatio duplex Dæmonis & Christi.

PVNCTVM I.

PRIMVM considerandus est a *huius mundi Princeps* LVCIFER, in igneo suo throno, fumo plenissimo sedens, aspectu horribili, vultu tremendo, innumeris dœmonibus, harum tenebrarum principibus stipatus, in id omnibus conspirantibus, vt vexillo contra Christi crucem erecto, bellum in eũ moueant. In quẽ finem tentationũ laqueos aduersus homines parant, ad tria illa vitia illos inducentes, quæ S. Ioannes b *concupiscentiã carnis, cõcupiscentiã oculorum, & superbiã vitæ* appellat: Primũ ad *carnis* voluptates alliciũt, quæ circa Gulã & Luxuriã versantur; deinde ad *diuitias & honores* qui auaritiæ & ambitionis sunt materia; deniq; ad vitæ *superbiam* quæ propriæ excellentiæ est appetitio, cum præsumptione de seipsis, ac de iudicio proprio. Vocatur verò superbia *vitæ*, quia magna, viuax, & tumultuaria est: continuò viuens, c *crescens*, reliquaque mundi huius vitia & peccata proferens.

a Ioan. 14. 10. B. P. Ignatius 2. hebdie 4. Luciferi confusio.

b 1. Ioan. 2. 16.

I. Laquei Dæmonũ Cato Mundus. Superbia Vitæ.

c Psal. 73. 23

Mox

Mox rabies illa perpendenda eſt, quam d *Dæmones, vt rugientes leones, circumeunt* mundum vniuerſum, nullum prætereuntes angulum, *quærentes quem deuorent*, ſiue perſecutionum violentia, ſicut *leones*; ſiue apparentium rationum aſtutia, ſicut *ſerpentes*, vt quoquo modo deceptos ad ſuas partes pertrahant. Qua arte ingentem edunt ſtragem, quia innumeri homines ad eos aduolant: alij concupiſcentiâ *carnis* & eius voluptatum ducti: alij *diuitiarum & honorum*, alij ſuperbiæ & elationis *vitæ*: ac denique ad eius vexillum tranſeunt, quotquot e *crucis Chriſti ſunt inimici.* de quibus ait Apoſtolus, *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum*: quorum *finis* erit *interitus* & mors æterna.

II.
d 1. *Pet.* 5. 8. *D Auguſt. Præfat. in Pſal.* 96. Prædæ infinita multitudo e *Phil.* 3. 18

Hac conſideratione ad commiſerationem, & lacrymas, exemplo Apoſtoli me excitabo, quòd tantus ſit eorum numerus, qui ad partes Dæmonis tranſeant. obſtupeſcens eorum *ſtultitiam*, qui ſcientes ſe in ſeruitij & laboris ſui præmium, nihil niſi inferni tormenta accepturos, nihilominùs eum ſequantur. Circumſpiciens verò totam vitam meam præteritam & præſentem, deflebo, quòd aliquando in eadem fuerim deceptione: Deumque rogabo, vt ab ea me liberare velit. Amen.

Compaſſio damnandorum.

Punctum II.

Conſiderandus deinde Christus Dominus noſter in humili quodam loco, vultu amabili, & iucũdo, diſcipulis & alia multa hominum turba circundatus, atque omnibus dicens: a *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Quibus verbis ad tria alia omnes inuitat, ijs contraria, quæ Princeps huius mundi proponebat

Chriſti gloria.
a *Matt.* 16. 24. *Luc.* 9. 23.

Primum ad propriam vniuſcuiuſque abnegationem, triplicis illius mundi Concupiſcentiæ, vitiorumque ab illis manantium mortificationem: vt quiſque videlicet omnes ſenſuum voluptates, diuitiarum cupiditatem, omnem inanis honoris, internæque ſuperbiæ & propriæ excellentiæ appetitionem & præſumptionem, iudicium deniq; proprium & voluntatem, abneget atque mortificet.

I.
Concupiſcentias mundi fugere.

Deinde ad propriam *crucem* tollendam inuitat: vt prompti nimirum ſint ad triplicis illius mundi concupiſcentiæ contraria amplectenda: ad labores videlicet doloresque tolerandos: paupertatem, contemptum, & omne genus humiliationis & ſubiectionis: quia ſpiritualis crux Chriſti his tribus partibus conſtat, *paupertate, contemptu, & dolore*: quamuis earum vnamquamque plures moleſtiarum differentiæ comitentur: Quam crucem vult Chriſtus quotidie ab omnibus ita tolli, vt quiſque eam partẽ ferat, quæ eo ipſi die contigerit; idq; cum perſeuerantia vſq; ad mortẽ.

II.
Crucem Chriſti tollere. Paupertas. Cõtẽptus. Dolor.

Tertiò deniq; inuitat omnes ad *virtutum* ſuarũ & exemplorũ quæ

III.

ipſe

ipſe præbet, in abnegatione & propriæ crucis bainlatione, *imitationem*: quia decreuit; nullum omninò ad ſuum comitatum & ſcholam admittere, qui eam non ſtatuerit amplecti, & ſub tali ſuo vexillo militare: ideoque proteſtatus eſt; b *Qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus*: & c *non eſt me dignus.*

Virtutes Chriſti imitari.

b *Luc.* 14. 27.

c *Matt.* 10. 38.

Abnegatio Paſſionũ.

Mox expendam, quàm ſit hæc vocatio rationi conſentanea. Si enim ego ſum improbus & ab vtero ad vitia peccataq; propenſus; æquum omninò eſt, meipſum ita abnegare, vt prauas omnes propenſiones mortificem: quò à malis & incommodis, quæ ab eis proueniunt, eripiar. Et, ſi voluptates, diuitiæ, honores, & huius mundi excellẽtiæ, fomentum ſunt iniquitatum, iuſtum eſt inordinatum illorum amorem exuere, vt à tot miſerijs ſim liber. Et, ſi neceſſe quoque eſt, multas mihi in hac vita calamitates, dolores ac tribulationes accidere: quid prudentiùs fecero, quàm ſi vel ex neceſsitate virtutem faciẽs, *Crucem* meam libenter amplectar, qua vitam promerear æternam? Ac denique ſi *Chriſtus* Dominus noſter è cœlo deſcendit, vt crucem ſuam ferret, dolores, paupertatem, cõtemptum amplectens: quid magnum fecero, ſi eundem ſequar, id faciens, quod Dux meus, Rex meus, & Deus meus, vt me exemplo ſuo permoueret, effecit? O dux ſupreme, ſiquidem me ad id vocas, vt meipſum abnegem, accede Domine, vt mecum contra meipſum certes, neceſſe eſt enim, vt fortior me ſit is, qui me vincat. Et quandoquidem id à me requiris, vt quotidie crucem meam portem; impertire etiam gratiam tuam, ne ſuccumbam, aut ab ea oppreſſus deficiam. Amen.

Amor ſeculi exuendus.

Tolerantia tribulationum.

Chriſti imitatio.

PVNCTVM III.

TERTIÒ conſiderandæ ſunt tres illæ efficaciſsimæ rationes, quibus vſus eſt Chriſtus Dominus, vt hanc vocationem nobis perſuaderet.

PRIMA eſt. a *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam, & qui perdiderit illam propter me, inueniet eam.* quaſi diceret diſtinctiùs: *ſalus* veſtra & vita æterna in ea eſt poſita, vt vos ipſos abnegantes, crucemque veſtram portantes me eò vſq; ſequamini, vt, vbi neceſſe fuerit, vitam hãc temporalem mei cauſa exponatis; ſicut ego expoſui. Et qui hoc modo eam expoſuerit, non omninò eam perdet, quia perfectiorem hanc æternamq; recipiet. Eadem ergò ratione imaginari licet, Chriſtum mihi dicentem: qui fortunas ſuas, honorem, delitias, amicos, & quodcunq; temporale bonũ propter me perdiderit, eadem poſtmodum inueniet: Contrà qui eadem conquirere, aut conſeruare, contra voluntatem meam voluerit: ea perdet, & animam ſimul cum illis in æternum.

I.

a *Luc.* 9. 24. Si ſaluus eſſe vis, imò ſi vitã ſeruare cupis, perde eam perituram, ni perdas

SECVNDA ratio eſt: b *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum*

II.

b *Matt.* 16. 26.

lucretur;

lucretur; anima verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit commutationem pro anima ſua? Atque ſi nobis diceret: Si Satanæ ſuggeſtionem, non verò meam vocationem ſequamini, animas veſtras perdetis in æternum. Quid igitur vobis profuerit, omnes huius mundi delitias, honores, & excellentias conſecutos fuiſſe; ſi tandem anima veſtra pereat? Interrogate damnatos ipſos, qui iam in inferno cruciantur, & reſpondebunt: c *Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* delitiæ, honores, dignitates, & quicquid bonorum in terra eſt, quam nobis vtilitatem attulerunt? *Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius prætereuns:* nunc verò æternis his tormentis cruciamur.

c *Sap. 5. 8.*

TERTIA ratio eſt: d *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.* Quaſi nobis diceret: Ego venturus ſum cum meæ *crucis* vexillo, ad hunc mundum iudicandum: & quos reperero, noluiſſe illam mecum portare ad æternum ignem in dæmonum ſocietate, cuius partes ſecuti fuerunt condemnabo: eos verò, qui voci meæ obedientes, crucem meam amplexi fuerunt; ad æterni Patris mei gloriam deducam.

III. Crux in nouiſſimo die erit in pretio.

d *Matt. 16. 27.*

Haſtres rationes benè perpendens, vtramque vocationem Luciferi, ſcilicet & Chriſti conferam, finemque infeliciſſimum eorum qui illum; feliciſſimum verò eorum qui hunc ſequuntur: cùm itaque (ipſo Chriſto Domino teſte) e ſit impoſsibile ſimul *duobus Dominis ſeruire, Deo & Mammonæ*, Chriſto, vanisq. huius mũdi honoribus: nec poſsibile ſit ſub duobus adeò inter ſe repugnantibus ducibus militare; contendã omninò aures meas Luciferi ſuggeſtionibus occludere; voci verò Chriſti audientes præbere: meipſum, vt ipſe ſuadet, abnegando: meam crucem baiulando, ac ſupremum Ducem meum, ſub eius vexillo promptiſſimè ſequendo. Ad quod præſtandum iuuerit quoque expendere, quid in hora mortis; & cùm ante Chriſti tribunal in die Iudicij conſtituar, feciſſe; quem ſecutum me fuiſſe vellem? diuitias, an paupertatem? honores, an contemptum? delitias, an afflictiones? meam voluntatem expleuiſſe, an eandem meque ipſum abnegaſſe? & illud porrò nunc eligam, quod tunc elegiſſe, & amplexus eſſe, vellem.

Antitheſis Chriſti & Luciferi.

e *Mat. 6. 24* Quod tũc factum vel let, nunc facito.

NE verò tam procul, ad mortem & iudicium rem hanc & felicem electionem differre videar, id vnum addam, quod valde ad rem facit: in *Luciferi* vocatione, quæ in ſpeciem delitias, honores, diuitias, libertatem, & requiem promittere videtur: omnia tamen tot acerbitatibus commixta eſſe, vt reipſa ſint difficillima: nam ipſimet damnati apud Sapientem fatẽtur: f *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Contrà verò *Chriſti* vocatio, etſi in ſpeciem ſit abnegatio, & crux, ita tamen à diuina prouidentia temperata, & cuiuſque humeris ac viribus

IV. Dæmon promittit iucunda, largitur acerba.

f *Sap 5. 7.* Chriſtus contra.

proportionata, tantaque cœlestium gratiarum iucunditate respersa, vt etiam in hac vita iucundissima, ac leuissima iudicetur; Nã & iis, qui à partibus dæmonis steterunt, magnum est leuamen ad Christi castra transire: quos ipse Christus hoc ipso ad se inuitat, cùm dicit: g *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quamuis, inquit, iugum meum sit suiipsius abnegatio, est tamen *suaue*; & quãuis crux mea sit onus, est tamen *leue*, modò humiles esse velitis & mansueti; sicut me esse videtis: Ego enim h *humilibus eam gratiam* impertior, vt quicquid aliàs graue est & asperũ, verè leue reddatur ac iucundũ. O *Magister dulcissime*, cuius humeris mea, & mortaliũ omnium crux innititur, concede, quæso, mihi, tuam vt vocationem audiam, laboresq; crucis amplectar, prouidentiæ tuæ relinquens, vt leuamen & auxilium ad ferendum opportunum tempori adferas: vt eligens, dum viuo, id, quod mortis tempore optarem elegisse, accipiam in iudicio tuo coronam gloriæ. Amen.

g Matt. 11. 28. Iugũ suaue Onus leue.

h Iacob. 4 6 Oratio

MEDITATIO VIII.

DE RESIGNATIONE AD CHRISTI VOCAtionem amplectendam, & renuntiandum omnibus, vt quis in eius discipulum adscribatur, necessaria.

B P. Ignatius hebd. 4. die 2.

QVONIAM *Christus Dominus nunquam à vocandis ad se sequendum hominibus desistit, aptissimam hic dispositionem indicabimus, quam habere debemus vt eò contendamus, quò sanctissima eius vocatio locum in nobis inueniat, & porrò per eam consequamur æternam vitam. Eam autem dispositionem docuit, idem qui vocat, Christus Dominus noster, admiranda illa sua apud S. Lucam sententia.*

a Luc. 14. 33. a Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet: non potest meus esse discipulus. *Qua sententia non ita iubet omnes renuntiare omnibus quæ possident, vt illis reipsa se spolient; sed* corde *& inordinato eorum affectu: & vt parati etiam sint* reipsa *se spoliare, & à se abijcere, cùm* aut *ad salutem æternam impedimento sibi esse animaduerterint*; aut *certè cum speciali Deus vocatione ad id eos permouerit: inspirans tale medium ipsis ad eandem salutem consequendam conuenientissimum esse atque tutissimum. Sub illa autem communi voce* OMNIVM, *intelligenda sunt facultates omnes temporales, honores, dignitates,*

Omnia relinquenda 1. Affectu 2. Re, si necessariũ ad salutem 3. Si Deus specialiter vocet.

officia,

officia, etiam eminentia, parentes, filij, fratres, amici, noti, & quæcunque perſonæ & res reliquæ huius mundi, quorum inordinatus amor à Chriſto Domino ſequẽdo nos poteſt retardare; & ne eius diſcipuli ſimus, impedire. His præmiſſis tres hominũ claſſes diſtinguemus, qui ſalutem conſequi deſiderãt; & porrò ad Chriſtum ſequendum ſe diſponere: vt diſcernamus, quinam illorum rectam viam teneant, vt illis nos coniungere ſtatuamus.

PVNCTVM I.

PRIMA claſsis eorum eſt, qui ſalutis ſuæ finem aſſequi volentes, media tamen ad id apta ob difficultatem, quam adiunctã habẽt, non applicant: vellent Chriſtum ſequi, non tamen omnibus quæ poſſident, renunciare: quod ſi fortè eis renunciare, & inordinatum ad ea affectum exuere velint; efficacia tamen ad id media non arripiunt: ſicut ægroti illi qui ſanitatem recipere cupientes, nec ſanguinem tamen emittere, nec pharmaca, aliave ad eam neceſſaria medicamenta adhibere volũt, ob dolorem, & acerbitatem, quam in illis ſentiunt. Hi contraria omninò, diuinæ vocationi mandato illi, de renuntiando omnibus, diſpoſitione laborant: qui propterea nec ſpiritualem ſalutem, nec æternam vnquã vitam conſequentur; ad quam non deſideriis nudis, ſi opera deſint, peruenitur. Nam etſi ſalutem conſequi, & ſanari velle videantur, reuerà tamen id nolle potiùs, conuincuntur. Id enim Spiritus ſanctus inſinuauit, cùm dixit: a *Vult, & non vult piger.* vult finem; ſed non vult media: vult ad Chriſtum peruenire; ſed non vult eundem ſequi: vult virtutem, quà bona eſt; ſed non vult, quà eadem difficultatẽ habet annexam, propter quã eam deſerit. Luſtrabo ergò meipſum, vt videam, num eadem laborem deceptione, dum virtutes aliquas conſequi cupio. Interdũ enim dicam; cupere me humilitatem conſequi, & ſuperbiam extirpare; ſed nec me ipſe humiliare ſtudeo, nec ab aliis humiliari ſuſtineo: dicam: me cupere patientiam obtinere, & iram vincere: nolo tamen quicquam tolerare: & porrò ſuperbus remaneo & impatiens: quia & perturbationum animi mortificatio, ad vitia ſuperanda; & virtutum exercitatio ad virtutes ipſas acquirendas, eſt omninò neceſſaria.

Finem omnes volunt. Media hi nulla volũt.

a *Prou. 13. 14. S. Hier.* Vult & non vult finem, quia non vult media.

PVNCTVM II.

SECVNDA claſsis eorum eſt, qui deſiderio ſalutis conſequendæ, media etiam volunt adhibere; ſed quæ ipſi iudicio ſuo approbant, & propria voluntate eligunt, non quæ Dei præſcripta ſunt voluntate. Volunt Chriſtum ſequi, & inordinatum ad res ſuas amorem deponere: ſed hanc tamen certam ſtatuunt exceptionem, vt eas retineant. Et quamuis eædem occaſiones ipſis ſint peccandi; Deuſque interdũ illos, ad eas etiam reipſa deſerendas, inſtiget, non acquieſcunt; ſed cũ id ſentiunt;

I. Media quidem volunt ſed placentia.

triſtantur potiùs, ſicut Adoleſcens ille diues, cùm audiuiſſet à Chriſto: b *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus*, abiit triſtis. Similes hi ſunt illis ægrotis, qui cùm ſanitati reſtitui cupiant, non tamen ea volunt acceptare medicamenta, quæ præſcribit medicus; ſed quæ ipſi tanquam palato ſuo arridentia elegerint, volentes etiam voluntatem medici ad eadem approbanda pertrahere: ſic, inquam, hi volunt, Dei voluntatẽ ad ſuã inclinare; non ſuam Dei voluntati ſubijcere: Quare & hi laborant diſpoſitione, diuinæ vocationi repugnante, renunciandi rebus omnibus, etiã cũ ſalutis propriæ periculo. Nam fortè nouit Deus talem rerum expoliationem, adinordinatas ipſas affectiones exuendas, & multa peccata, quæ ab eis proueniunt, euitanda, & porrò ad perfectam ipſorum curationem, eſſe neceſſariam.

b Matt. 19. 21.

I.

Et vniuerſim credendum mihi eſt, membrorum meorum ſpiritualium remedium, non in mediis, quæ meo capite, & cæco iudicio adinuenio; ſed in iis, quæ ſtatuerit Deus, poſitum eſſe, qui medicus eſt animæ peritiſsimus, ſicut Naaman ille Syrus leproſus, etſi vehementer optaret à lepra ſanari, remedium tamen ab Eliſæo Propheta ſibi conſtitutum admittere nolebat, c *Septies in Iordane lauandi*, ſed illud faciliùs, quod ſuo capite ſibi elegerat, vt videlicet Propheta *egrederetur ad ipſum, & tangeret manu ſua locum lepræ*. ſed reipſa nunquam fuiſſet ſanitati reſtitutus, niſi mente mutata, à Propheta præſcriptum medium fuiſſet amplexus: quia Deus ſanitatem illi reddere decreuerat, non medio ab ipſo excogitato; ſed alio magis eidem vtili & accommodato.

c 4. Reg. 5. 10.

II.

Sed & hic luſtranda ſunt interiora mea, circa res alias vitæ & inſtituti mei, vt videam num in eis decipiar. ſi enim confitear peccata mea, & animæ meæ rationes confeſſario aperiam; error erit, mediis, quæ ille mihi ad ſanitatem recipiendam præſcribet, nolle acquieſcere; ſed iis quæ ipſe mihi effingo. ſimiliter, ſi ſum Religioſus; magna mea erit deceptio, ſtatûs mei perfectionem mediis à me excogitatis obtinere velle, & contendere prælatos meos, ad ea approbanda, pertrahere, meumque iudicium & voluntatẽ eis nõ ſubijcere. Quare meritò mihi ſimile quid obijcere Chriſtus poſſet, quod in pari occaſione dixerat S. Petro: d *Vade poſt me Satana*: nõ enim ego facere debeo, quod tu vis, ſed tu quod ego: non Magiſter diſcipulum, ſed diſcipulus magiſtrum ſequi debet; nec ſubditus ſuperiorẽ ſuum; ſed ſuperior ſubditum gubernare. O *ſupreme magiſter*, ſiquidem nobis es: e *Via, Veritas, & Vita*, ne patiaris aliam me quàm tuam viam tenere; nec aliam, quàm tuam veritatem amplecti; nec vitam aliam quàm tuam ducere; te ſemper ſequendo, qui è cœlo deſcendiſti; non vt tuam, ſed Patris tui voluntatem ea via, quam ipſe præſcripſit, ſequereris.

d Matt. 16. 23.

e Ioan. 14. 6 Oratio

PVNCTVM III.

EX his intelligam, tertiam CLASSEM feliciorem, esse eorum, qui cùm finem salutis suæ, propensionum inordinatarum victoriam, ac virtutum perfectionem cupiant obtinere, ita media illa amplectuntur, quæ Deus illis proponit: vt seipsos vniuersim Dei voluntati resignent, paratosque vel ad retinendas, vel ad abiiciendas res suas offerant, & æquè ad vtrunque statim amplectendum inclinent, quòd ad Dei gloriam & honorem, animæ verò suæ salutem magis expedire cognoscent, sicut ægroti illi, qui adeò sunt salutis cupidi, vt in medicorum se manus totos proiiciant, promptos ea medicamenta acceptare, quæ illi conuenientiora iudicabunt, nec (quod in se est) ad hæc potiùs, quàm ad illa propendentes. Hæc mira est ad diuinam vocationem audiendam eiusque illustrationes & inspirationes recipiendas dispositio: quamuis confidentia semper sit in Dei prouidentia collocanda, qui per Isaiam. a *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia; gubernans te in via, quam ambulas*, siue per seipsum id faciat, siue per suos ministros, & quicunque se permiserint ab ipso gubernari, omnia quæ ipse suggesserit & præceperit media acceptantes, accidet illis quod idem mox subiecit: *facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris*, peruenientque propterea tales securè ad portum salutis & perfectionis: Diuina enim prouidentia vnumquemque ad eum statum vitæque rationem vocant, quæ ipsi maximè conueniens est, vt *part.6. Medit.42.* apparebit. Si hasce tres prædictas hominum classes inter se contulero, damnaque & deceptiones duarum priorum deprehendero: decet me *tertiam* eligere, ac in Dei conspectu constitutum eidem ex toto corde cum Saulo dicere: b *Domine, quid me vis facere?* Ecce seruum tuum; te sequendi ac tibi seruiendi cupidum; sed multis inordinatis affectionibus languentem: manibus me tuis totum trado, vt de me pro libitu disponas: paratus enim sum tuam exequi voluntatem, suggere, doce, propone media saluti animæ meæ conuenientissima: diuina enim gratiâ tua me adiuuante, illa exequar: siue retentis facultatibus, quas possideo; siue abiectis, amore tui.

I. Indifferentes ad omnia Nulla recusant media dum fine potiantur.

a *Isaiæ 48. 17.18.*

b *Act.9.7.*

SVNT tamen qui vlteriùs adhuc pergentes, quò propiùs ad Christi imitationem accedant, inclinant potiùs cupiuntque, quantum in ipsis est pauperes, reipsa esse, contempti, afflicti, sicut ipse Christus fuit; quàm diuites, honorati, & consolati, sicut alij, etiam sancti, fuerunt. Quamuis in ea sint indifferentia, vt vel amplectantur, vel reiiciant, vtramuis partem iuxta ipsius Christi beneplacitum: eò quòd sciant non omnibus eam gratiam conferri, vt in rerum spoliatione & voluntaria religiosa paupertate ipsum sequantur, aut iniurias & contumelias pro illo patiantur. Hanc

II. Perfecti Ipsa media malunt dura, si Deo placeat vt Christo magis placeãt, & similes sint.

etiam animi præparationem obtinere, omni conatu curare par esset, ad imitationem Apostoli, qui dicebat: d *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV Christi: propter quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*: ego enim mundum & horreo & contemno; mundusque me quoque horret atque contemnit, ita me tractans atque crucifixum quempiam contemptibilem, infamem, & infelicem. O *Deus æterne*, concede mihi hanc ex tua misericordia dispositionem, vt dignus efficiar, quem ad magna præstanda, & amore tui etiam ferenda vocare velis.

c *Phil.* 1. 20.
d *Gal.* 6. 14.

Oratio

MEDITATIO IX.

DE MIRACVLO A CHRISTO IN Nuptijs Canæ Galilææ edito.

PVNCTVM I.

NVPTIÆ a factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater IESV ibi: vocatus est autem & IESVS & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater IESV ad eum: Vinum non habent.

Ioan. 2. 1.
S. Thom. 3. p. q. 43. a. 3.

I. Christi charitas & inolestia.

PRIMVM consideranda est Christi Domini benignitas & *charitas* quam ostendit, accedendo conuiuium illud nuptiale, vt alijs benefaciendi captaret occasionem, & spirituale aliquod lucrum suis discipulis adferret. simul verò attendã eius in mensa puritatem, *modestiam* & in mediis illis nuptiarum gaudijs grauitatem, eo nos docens exemplo, virum spiritualem in omni loco talem esse debere, vt non se ad profana effundat, iuxta Dauidis consilium: b *Iusti epulentur, & exultent*, sed *in conspectu Domini*: sic enim nihil indignũ facient sanctitate, quam profitentur; aut Domino, in cuius præsentia versantur.

b *Psa.* 67. 4.

II. B. Virginis misericordia.

DEINDE *virginis* cõmiseratio & solicitudo perpendenda est, quæ vini defectum aduertens, pudoremque & confusionem hospitum prouidens, misertа, etiam nullo ad id monente, remedium procurare, opera filij cogitauit, vt gratum animum ijs, qui ipsam inuitauerant, ostenderet. Idemque nunc erga sibi addictos & deuotos præstat, eorum vicem & necessitates dolens, etiam cùm ipsi aut obliuiscuntur, aut negligunt ad eam pro remedio recurrere. Nam (vt S. August. ait) quò beatissima virgo cæteris sanctis est melior, eò est de nostris cõmodis eisdem solicitior. O *virgo san-*

Serm. 4. de Natiuit.

diſſ. cur non ego in tuo ero obſequio ſolicitus, quæ in meis neceſsitatibus reparandis adeò es ſolicita. ſi adeò tibi curæ eſt, gratiam pro quouis exiguo obſequio rependere: æquum etiam eſt me ſolicitum eſſe pro collatis in me beneficijs te glorificare; ea enim ſpe eſſe poſſum, quod porrò pergens, etiam maiora præſtabis.

III. Sufficit ſi nouerit. Non enim amat & deſeris.

TERTIÒ perpendendum, quàm beneuola reſignata confidentia breuiſsimam illam petitionem propoſuerit B. Virgo. *Vinũ non habent*, omninò certa, filij viſceribus, cui nec *amorẽ*, *nec poteſtatem*, ad pietatẽ indigentib. exhibendam deeſſe nouerat, ſatis fore, præſentem illam neceſsitatem ei inſinuare, vt ſi ita expediret, eam ſubleuaret. O *virgo ſanctiſsima* reſpice, quãtus in me ſit vini charitatis & deuotionis defectus: & quæ ob materialis vini defectum tanta commiſeratione tangi te oſtendiſti, ob ſpiritualis inopiam, maiori etiam permota, ſicut illis procuraſti remediũ, hanc etiam cura ſubleuari, dicens filio tuo: *fili*, ſeruus hic meus non habet amoris diuini vinum; tribue ergò illi copioſum, vt cum feruore tibi ſeruire poſsit. Imitabor verò & ego exemplum hoc B. Virginis eius orandi rationem vſurpans, qua neceſsitates meas magna reſignatione, confidentia, amoreque Chriſto Domino proponam: illius liberalitati & benignitati remittens, vt opẽ, quando magis expediet, adferat. Ideoq; loco verbi VINVM ſimilia licebit ponere, ac Deo Domino noſtro dicere: *Pater mi*, deeſt mihi feruor, Deus meus deeſt mihi humilitas, patientia, obedientia, reſpice miſeriam meam, & miſerere.

De hoc orandi modo plura dicentur in Medit. de ſuſcitatione Lazari. Meditat. 41 huius partis.

PVNCTVM II.

I. Deo omnia Committenda nec eitẽpus aut modus præſcribenda.

AD B. Virginis inſinuatam petitionem reſpondit Chriſtus: a *Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.* Huius adeò in ſpeciem ſimplicis, reipſa verò myſterio plenæ reſponſionis expendẽdæ ſunt cauſę.

PRIMA fuit, quòd ſe Chriſtus plus quàm hominem eſſe & ſimul Deum manifeſtaret, cuius propriũ eſt miraculum edere, quod mater petebat: in quo tamen ita eam deſignationẽ ſequi, & tempus & horam ſeruare oporteret, quæ idem, quà Deus erat, deſignaſſet; nec carnis & ſanguinis intuitu ea mutaret aut præueniret.

HOC exemplo docens, non debere nos neceſsitatib. noſtris angi nimiũ aut turbari, & optare horam à Deo ad earũ remedium deſtinatam præueniri, aut tẽpus, quo ſubueniat, ei præſcribere, ſicut qui Bethuliæ obſidebantur præſcripſerũt: quos propterea a *Iudith* meritò reprehẽdit: ſed poſtquam, quod meorum eſt partium, præſtitero, oportere, me totum diuinæ prouidẽtiæ commitere; vt tempore à ſe ad id ſtatuto (quod opportunius, magisq; erit mihi expediẽs) opẽ ferat. O *Saluator* dulciſsime, qui & neceſ-

a *Iudith.7 21.c.8.11.*

ſitatum

ſitatum & miraculorum tempus conſtitutum habes, eam ſequere deſignationem, nam voluntas mea ita reſignata eſt, vt tuæ ſemper obſequatur, nec ad horam aut momentum ab ea recedat.

II. Carnis affectū omnino exuit.

SECVNDA cauſa fuit, vt nos doceret, quàm eſſet ab omni carnis affectu remotus: qua de cauſa verba etiam ſua ita ſemper proferebat, vt cordis affectus proderent: nunquam enim legitur ſanctiſsimam Virginem tenero *Matris* nomine compellaſſe, ſed *mulieris*: vt tum hoc loco, tū in ipſa cruce pendens fecit, cum eam b *diſcipulo commendaret*. Imò cùm cōcionantem quidam ex auditoribus interrumperent, dicentes: c *Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te*, expeditiſsimè reſpondit: *qua eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? extendens manum in diſcipulos ſuos dixit: ecce mater mea, & fratres mei: Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt; ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Ex quo diſcam, à carnis & creaturarum omnium affectibus omnino me expedire: nec ipſum *matris*, aut *fratris* nomen ore meo vſurpare; ſi & cor meum hiſce vocibus trahi experior: ſed contendam potiùs diuinæ voluntatis executionem ſuper omnia æſtimare: propterea ſiquidem Moyſes: d *Qui dixit*, inquit, *patri ſuo & matri ſuæ: Neſcio vos & fratribus ſuis: ignoro illos: & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodiunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt.*

b Ioan. 19. 26.

c Matt. 12. 49.

B. P. Ignat. Examin. c. 4. §. 1. c.

d Deut. 33. 9

III. Deus probat ſuos electos & eorū exercet patientiam.

TERTIA cauſa fuit, vt B. Virgo, excellentiſsimas ſuas virtutes exercendi haberet occaſionem; patientiam potiſsimùm, humilitatem, confidentiam: neque enim adeò dura filij in omnium reſpectu reſponſione turbata fuit, aut conqueſta, nec verbum vllum reddidit, quo ſe iniuriâ affectam oſtenderet: imò (quod maiorem adfert admirationem) nec fiduciam depoſuit, quòd eſſet exaudita, & quod petiuerat, impetraſſet, vt mox apparebit. Cuius exemplo meipſum ad *patientiam* animabo; nec animo deiiciar, etiam ſi Deus petitiones meas vel non exaudiat, vel differat exaudire; vel ſi quandoque inſulſas ab hominibus reſponſiones retulero: memor ſententiæ illius Iſaiæ: e *In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra*: his enim mediis à Deo obtinebimus, quæ deſideramus.

e Iſai. 30. 15.

PVNCTVM III.

Ioan. 2. 5.

DICIT *mater eius miniſtris*: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* In qua ſententia perpendendæ ſunt heroicæ ipſius Virginis virtutes, quas in ea prodidit: eiuſque conſilij ſiue inſinuationis præſtantia, finis & ſcopus, ipſa denique verba.

I. Fiducia in Deum

PRIMVM, heroicam oſtendit *fiduciam*: Nam etſi filius ei diſtinctè reſpondiſſet: faciam quod petis; nihil aliud illa miniſtris dicere potuiſſet, quàm dixerit.

II.

MAGNAM deinde lucem habuit, ad Chriſti mentem & finem pene-

tran-

trandum. Et ſi enim ille præſenti neceſsitati occurrere potuiſſet, ſiue nouum vinum creando, ſiue paululum illud quod remanſerat, multiplicando, menſæ interim miniſtros non monendo: ipſi tamen B. Virgo, ſciens Deum, vt noſtris neceſsitatibus ſubueniat, noſtram *cooperationem* requirere, cognouit filium, aliquid famulis, vt facerent, cõmiſſurum: Ac propterea illos monuit, vt quodcunque illis filius dicet, exequerentur.

Spiritũ Dei B. Virgo cognouit.

Ex hoc ergo B. Virginis conſilio diſcemus, ad obtinendum à Deo, quod cupimus, nullum efficacius eſſe medium, quàm ſi *confidentia* id obtinendi *obedientiam* eorum, quæ ipſe præſcribit coniungamus. Quia, vt Regius ait Propheta, Deus a *voluntatem timentium ſe faciet; & deprecationem eorum exaudiet*: Et S. Ioannes: b *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quicquid petierimus accipiemus ab eo; quoniam mandata eius cuſtodimus: & ea quæ ſunt placita coram eo facimus.* Et ipſe Chriſtus Apoſtolis ſuis dixit: c *Si verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.* Et vniuerſim, quò nos magis obedientes fuerimus Deo, eò ipſe noſtris orationibus obediet magis. Quapropter, obedias magno feruore animæ meæ, ſi cupis citò exaudiri: nam citius vel vnica ſic obedientis exauditur oratio; quàm ignaui alicuius decem millia.

III. Confidentiam iunge obedientiæ.

a Pſ. 144. 9.
b 1. Ioã 3. 21.
c Ioan. 15. 7.
Euſeb. Emiſen. Homil. 3. ad Monachos.

Deus obedit obedienti. *Auguſt. de oper. Monachor. c. 17.*

Colloquiũ.

Affectvm denique B. Virginis, quo *ſilentium* & *verborum parcitatem* colebat, attendam. Siue enim verba ad filium, ſiue ad menſæ miniſtros conſiderem, breuia, moderatiſsima, ac matura fuiſſe deprehendam: hæc verò nominatim, tanquam à tanta matre & magiſtra profecta, cordi meo imprimenda curabo; & quicquid mihi Chriſtus Dominus noſter dixerit, nulla re prætermiſſa, etiam difficili, & quæ non ad rem, aut parui omninò momenti mihi eſſe videatur, implere ſtudebo, ſiue occultis ipſe inſpirationibus eam ſuggerat, ſiue opera ſuperiorum. O *ſupremа Virgo*, virtutum omnium magiſtra, doce me, quæſo, in praxim eas deducere, quas tu hic exercuiſti; vt in eis poſsim filio tuo placere, dignuſque eſſe, ea conſequi, quæ deſidero.

IV. B. Virgo parca verborum ſuſpirationibus, & præceptis Superiorũ obediendum.

Oratio

Pvnctvm IV.

Et *dicit eis* (miniſtris) Iesvs: *implete hydrias aqua: & impleuerunt vſque ad ſummum, &*, cùm aquam in vinum conuertiſſet, *dicit eis* Iesvs: *haurite nunc, & ferte architriclino.*

Hic primùm eſt conſideranda horum miniſtrorum *obedientia*; vt qui Beatæ Virginis conſilio optimè inſtructi eſſent: nulla enim aut mora aut replica interpoſita; (qua vtique inquirere potuiſſent, vt quid hoc iniungitur? quid aquæ cum vino, cuius inopia laboramus?) ſed proprium iudicium ſubiicientes, id quod iubebatur, ſunt exſecuti, & ea ratione qua non cogitabant, id quod cupiebant, præter mentem obtinuerunt. Ex quo diſcam,

I Obedientia miniſtrorum à B. Virgine inſtructorum

ſcã, quã ſit tutũ Deo eiusq; vicarijs obtemperare, nõ inquirẽdo ex curioſitate, cauſas, ob quas aliquid mihi iniũgatur: tũ ad callidi hoſtis noſtri fraudes euitandas, qui ea ratione ſeduxit Euam, eã interrogando cauſam prohibitionis comedendi fructum arboris ſcientiæ: tum quòd plerumque Deus, vt quod petimus nobis largiatur, aliquid nobis conſueuit præcipere, ei quod quærimus in ſpecie repugnans: quò diſcamus iudiciũ noſtrum eius obedientiæ ſubiicere, & ſi in ijs, quæ me humiliare, aut deſolationem mihi adferre videtur, obtemperẽ; ea me via Deus exaltabit, & cõſolabitur.

Iudicij proprij abnegatio

II. Chriſti omnipotentia. Requirit obedientiam *Tract 78. in illud Ioh. 14 Maiora horum faciet.*

PERPENDAM deinde Chriſti Domini *omnipotentiam*, qui abſque vllo aquæ contactu, ſola voluntate ſua in vinum eam conuertit. Exultabo itaque, quod adeò potentem habeam Saluatorem; eumque orabo, vt prauũ cor meum in bonũ conuertere dignetur, & quod frigidum nunc eſt, & imperfectionibus plenum reddere feruens ac perficere: totumque meipſum liberaliter, ſine contractione aut repugnantia vlla ad parendum offeram. Nam, vt S. Auguſt. ait, qui fecit me ſine me; non mutabit me ex malo in bonum, nec ex frigido feruentem reddet, ſi ego reſtitero.

III. Chriſti liberalis gratitudo. i. a *Luc. 6. 38.*

TERTIÒ expendam porrò inſignem eiuſdem Chriſti Domini *liberalitatem*, in compenſandis obſequiis ſibi præſtitis: dum pro vno fortè vilis vini poculo, quod in conuiuio accepit, ſex hydrias excellentiſsimi vini *vſque ad ſummum* plenas reddidit. Quod etiamnum præſtat, dum pro calice aquæ frigidæ a *menſuram reddit bonam, & confertã, & coagitatã & ſupereffluentem*: & Religioſo dat *centuplũ* eorum, quæ ipſius amore reliquit.

IV. b *Cant. 2. 4*

Ac denique cum pijs illis mentibus, quæ Oration ſe dedunt, ſpirituale contrahens connubium, eas b *introducit in cellam vinariam*, vbi ex ſex hydriis (quas cœleſtium affectuum) actuum ſcilicet heroicorum, ſex virtutũ præſtantiſsimarum (pleniſsimas habet) hauſtum ſumma earum lætitia propinat: *Charitas* nimirum erga Deum: *miſericordiæ* in proximos; *zeli* diuinæ gloriæ & ſalutis animarum; feruentis *deuotionis* cũ magna promptitudine ad omnia obeunda, quæ diuinum obſequium concernunt; *gratitudinis* cum laude & gratiarum actione pro beneficijs acceptis; & *obedientiæ* reſignatæ, ad faciendum & perferendum quicquid Deo beneplacitum fuerit. O *Saluator* omnipotens, & largè liberalis, te ſolùm Dominum ac Deum meum ac omnia mea habere volo: introduc me in cellam tuam vinariã, & ſex horum affectuum heroicorum vino me inebria, & ad ſummum vſque perfectionis, ſtatui meo propriæ, reple: quò *Seraphim* inſtar accenſus, *ſex* hiſce *alis aduolem*, & tibi coniungar, nec à tuo amore, & laudibus vnquam deſiſtam, per ſecula omnia. Amen.

Oratio.

Iſa. 6. 2.

PVNCTVM V.

I. Gaudium B. Virginis

QVALES denique *affectus* in hoc miraculo fuerint, eſt perpendendũ: inter quos primus fuit B. Virginis *gaudium* cùm illud miraculum pr-

tratum conſpexit, nec ſe ab ſpe ſua excidiſſe: ac propterea valde fuit in fiducia confirmata: & maximas filio gratias pro eo fauore egit. Perpendam etiam ex hoc, quàm ſit potens huius Virginis oratio & *interceſſio*: ſiquidem in eius gratiam Chriſtus, horâ ſuam, quã ad tale miraculũ patrandum nondum veniſſe dixerat, accelerauit: illa itaque oratio & petitio in cauſa fuit, cur hora, quæ aliàs non peruenisſet, acceſſerit. Dignumq; magna conſideratione eſt, quòd vt ad *primã* ſanctificationẽ, quã poſt conceptionem ſuam Chriſtus eſt operatus, (Sancti videlicet Ioannis Baptiſt.) Beatæ Virginis matris ſuæ opera vti voluit; ita ad *primum* patrandum miraculũ eam ẽadhibuerit: & vtrunq opus per eam accelerauit. vt nos hac ratione doceret; eande Virginem ſanctiſsimam, futuram ſemper noſtram aduocatam, ad ſpiritalia & temporalia bona, ſanctitatem, & miracula, quæ in ſuos Deus edit Electos celeriùs impetranda. Ideoq; magnopere mihi ipſi congratulabor, quòd talem habeam matrem, cui *hinc* valdè ſit curæ quicquid ad meum bonum ſpectat; inde verò ſit eadem adeò potens ad illud mihi impetrandum. O *mater pïßima*, monſtra te mihi eſſe matrem, in accelerando interceſsione tua miſeriarum mearum remedio: quò ab omni tepiditate expeditus, incipiam tandem filio tuo feruenter inſeruire.

Parte 2. Meditat. 13.

oratio

SECVNDÒ perpendam, ipſos Chriſti diſcipulos valdè fuiſſe hoc miraculo in fide confirmatos, propter quòd S. Ioannes ait. a *& crediderunt in eum diſcipuli eius*, Nouo ſcilicet feruore fidei, & magno ſpiritûs gaudio, magiſtri ſui omnipotentiam cernentes; gaudenteſque in eius ſe contubernio verſari: de quo eam fiduciam concepiſſent, quòd, quandiu illum apud ſe haberent, nihil eſſet ſibi defuturum. Nec ſine cauſa Chriſtus voluit primum ſuum miraculum in re adeò domeſtica vulgari & neceſſaria oſtendere; quò rudiores & adhuc in via Dei tyrones, in fide confirmaret; & hac ratione ſenſim ad altiora diſponeret.

II. Diſcipulorum in fide confirmatio

a Ioan. 2. 11.

TERTIÒ, Architriclini ſtuporem ex adeò præſtanti vino guſtato ortum perpendam. Neque enim continere ſe potuit, quin ſtatim ad ſe vocari curaret ſponſum, ac reprehenderet, quòd communẽ omnium hominũ conſuetudinem, qui primùm bonũ vinum apponunt, & vltimò quod deterius eſt, non ſeruaſſet; ſed contrà, optimum ipſe in fine propoſuiſſet. Nam primũ illud, quod ipſi initio bonũ fuit viſum; ſtatim atq; guſtauit, quod Chriſtus fecerat, iudicauit acerbum. Sed is non eſt Dei morẽ in ea re aſſecutus; qui pretioſum à ſe factũ vinũ offerri noluit, donec alterũ fuiſſet omnino expeditũ, & eius defectus animaduerti cœpiſſet, idq; ob duplicẽ cauſam. PRIMA, vt pluris faciamus ea, quæ nobis Deus largitur: Cùm, propriam noſtram miſeriam experti, videmus, peropportunè à Deo nobis rem. diũ adferri: ipſa experientia diſcentes, id, quod Regius Propheta dixit: Deum b *eſſe adiutorem in opportunitatibus in tribulatione*. Subuenit enim,

III. Architricli ni gaudiũ.

Dei dona meliora.

Succurrit in tempor

b Pſal. 9 10

cùm maximè nobis est opportunum. SECVNDA causa est, vt doceat, se non dare *spiritus* consolationes, donec *carnis* mortificentur; nec pluere cœleste manna, quamdiu supersit farina ex AEgypto accepta, &, vt ait D. Bernardus, non benè commiscentur duo hæc genera vinorum, cœlestia scilicet & terrena solatia. Quare si cœlestia gustare cupio, necesse est in me terrena deficere: quamuis interdum Deus det delibare cœlestia, vt nos faciliùs à terrenis expediamus. O *animarum amator*, propina mihi ad gustandum, spiritus vinum, vt in eo, quod carni arridet, gustum nullum inueniam. Concede, vt cœlestis tui pectoris suauitatem percipiam, vt terrenarum omnium deliciarum fastidiũ acquirã. O *anima mea*, te ipsam ad voluptates sensuum mortificandas permoue, quò digna sis, æternas obtinere in secula. Amen.

Epist. 2. & serm. 1. de Ascensione.

Oratio

Colloquiũ

MEDITATIO X.

CHRISTVS DOMINVS NOSTER NEgotiatores è templo expellit.

PVNCTVM I.

a *Ioan. 2. 13.*

ASCENDENS IESVS Hierosolymam, a *inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & numularios sedentes: Et, cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his, qui columbas vendebant, dixit: auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

I.

S. Thom. 1. 2. q. 28. a. 4.

Zelus Christi

PRIMVM perpendam insignem *zelum*, quo Christus tenebatur *paternæ* gloriæ, & puritatis *templi* eius. zelus enim est ardens quoddam desiderium amouendi, vel impediendi, quidquid rei amatæ aduersatur, eò quòd sit contrà eius voluntatẽ, honorẽ, aut commodum. Et quò amor est maior, eò & zelus maior est; & maior porrò tristitia de iniuria vel damno amati, maiorque ad eius remedium impetus.

mor mẽ. ira Zeli. *Ps. 68. 10.* elus Christi ignis nnia con mens.

ET quoniam Christus Patrem suum, & eius Ecclesiam immensè *amabat*, ardentissimo quoque zelo tenebatur eorum, quæ ad illos spectabant. Ex quo processit vt *flagellum* acciperet & eos ex tẽplo eiiceret, qui illud prophanabant, vt notauit S. Ioannes illud Dauidis allegans: b *Zelus domus tuæ comedit me.* quib. verbis zeli illius magnitudinẽ significat in duob. PRIMVM quòd fuerit instar *ignis* consumentis, qui non solũ cor eius torquebat; sed & facultates & honorẽ, gaudiũ & vitã ipsam cõsumpsit, omnia

disso-

dissoluens, donec nudum, inhonoratum, desertum ac mortuum illum in cruce reliquit; vt patris sui eiusque domûs honorem tueretur. SECVNDVM, quòd zelus hic totum ipsum in se transtulit & transformauit eo modo, quo qui sumit cibum, illum in se conuertit: sic enim zelus ipsum Christum comedisse intelligendus est, totus enim ipse, omnes eius cogitationes, verba & opera ita in zelum erant conuersa, vt zelus ipsum moueret, & vrgeret ad omnia, quæ boni nostri intuitu dicebat, & faciebat: & in hodiernum diem zelus iste Christum comedit: Nam (vt Meditat. 11. 4 parte dicemus) zelus in causa est, cur seipsum *cibum* faciat, quem comedant fideles. O dulcissime REDEMPTOR, gratias tibi ago pro illo zelo, quem de domo patris tui, quæ est *Ecclesia*, & de *anima* mea, quæ etiam eius est domus, habuisti. Remoue ab ea, quidquid tibi displicet, & consume igne tuo, quicquid illam turbat. Da etiam mihi *Zelum* tuo similem, vt honorem tuum etiam cum mei honoris iactura, propugnem: felicissimus enim ero, si zelus iste me consumpserit, sicut te comedit. Oratio

II. Fortitudo Amor Dei timorem nescit.

DEINDE, perpendam Christi Domini; quæ ex hoc zelo nascebatur, fortitudinem, qua tantæ hominum frequentiæ vnus sese opposuit cum periculo, ne omnes in ipsum insurgerent. Amor enim diuinus humanũ omnem timorem expellit, b *quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* &, cum opus est, *flagellum* facit, quo castigat negligentes; & à Dei domo auertit quidquid in eius vergit detrimentum. Et cãdem etiam causa Deus ipse (vt ait Scriptura) c *quem diligit, corripit; & quasi pater in filio sibi complacet*, quò eius auferat imperfectiones. O dulcissime SALVATOR, qui eodem zelo, quo flagellum accipis, ad domum patris tui purgandam; permittis hostibus tuis, flagello castigare corpus tuum, vt tuorum flagellorum pœnâ pro illorum peccatis satisfacias; eodem quæso zelo me indue, vt carnem meam pro eius culpis castigem, & magna fortitudine alias impedire cõtendam. Ne quæso d *auferatur* pius *zelus tuus à me*, cùm peccauero: malo enim vt filius castigari, quàm in mea libertate viuens, vt extraneus haberi.

b *Can.* 8. 6.
c *Pro.* 3. 12. *Heb.* 12. 6.
Oratio
d *Ezec.* 16. 2

PVNCTVM II.

PETENTIBVS Iudæis à Christo signum aliquod siue miraculum, vt crederent, & approbarent, quod faciebat, respondit: a *Soluite templũ hoc & in tribus diebus excitabo illud, ille autẽ dicebat de templo corporis sui*, b *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscondti, & in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* propter vnionem hypostaticã. Circa hoc considerandum, quale hoc sit *signum*? quæ *miracula* in se includat? quę sint eius significata & *effectus*?

a *Ioan.* 2. 19.
b *Coll.* 2. 3. 9.

PRIMVM, duo hic ſigna complexus eſt Chriſtus, alterum PASSIONIS, alterum RESVRRECTIONIS ſuæ. PRIMVM eſt quòd permitteret ipſe excellens adeò templum flagellis, ſpinis, & clauis deſtrui, dum cruci affixum, luxatum & mortuum reliquerunt. SECVNDVM, quòd propria virtute reſurrecturus, corpusque ſuum glorioſio i, quàm priùs habuiſſet, vitæ reſtituturus eſſet. Eadē ſigna etiam aliàs eiſdem Iudæis dederat: *Generatio* (inquit) *mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ: Sicut enim Ionas* in mare proiectus, quo nauem à naufragio liberaret *fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus*; & poſtea tamen viuus exiuit: *ſic filius hominis* proijcietur in turbatiſſimum mare tribulationum, & à morte ac inferno deuoratus, *erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus*, tertio tamen die viuens triumphator, & glorificatus reſurget.

VTRVMQVE hoc ſignum fuit prodigioſum. Magnum enim fuit prodigium, quòd CHRISTVS DEVS & homo glorificatam habens animam corpus tamen haberet mortale: & diſſoluta animæ cum corpore vnitione occidi ſe permitteret. Quod miraculum indicium fuit infinitæ ipſius *charitatis* & miſericordiæ, qua hoſtibus ſuis, poteſtatem fecit, corporis ſui templum diſſoluendi; vt ſic illorum animarum templum repararet, eaſque Dei viui templa efficeret. Inò etiam *omnipotentiæ* ipſius fuit ſignum, quam oſtendit, dum horrendos adeò cruciatus & contemptus, prodigioſâ quadam patientiâ, & manſuetudine vſque ad mortem in cruce toleravit. In ipſa quoque *morte* omnipotentiam ſuam prodit, vt qui morte ſua de ipſamet morte & inferno triumphauit; non ſolùm in ſe ipſo, ſed in ſuis etiam electis; quos ab eius tyrannide eripuit, & ex ventre ceti, à quo fuerant deuorati, exemit. Et ita glorificatus, multis ſpoliis & innumeris animabus, quas è Lymbo eduxit, reſurrexit.

HIS ſignis effecit vt homines in ipſum crederent, eum diligerent, & ei obedirent: quamobrem idem Dominus dixit: *Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*, idque non flagellis ex funiculis confectis, & ſeueritate pœnarum; ſed *in funiculis Adam traham eos in vinculis Charitatis*, & multis beneficiis adhibitis. Gratias tibi REDEMPTOR dulciſſime, ob adeò nouum & inuſitatum ſignum, tibi quidem valde carum, mihi verò vtiliſſimum, & periucundum. Ego miſer ille ſum, qui templum tuum, quod eſt anima mea peccatis meis deſtruo: quod tamen tu tribus diebus reædificare potes, me in primo gratiâ tuâ *viuificando*; in ſecundo perſeuerantiâ me *perficiendo*: & ad gloriæ tuæ participationem, in tertio *reſuſcitando*. Repara igitur illud Domine propter tuæ Paſſionis merita; meque ad tuum obſequium, trahe funiculis tot beneficiorum, quæ in me

contu-

contuliſti; vt ſpiritu renouatus ad te in cœlo fruendum citius perueniam.

PVNCTVM III.

CONSIDERANDVM tertiò, Chriſtum Dominum ſe undò, circa ſuæ Paſsionis, tempus negotiantes è templo eieciſſe, menſasque numulariorum, & Cathedras vendentium columbas euertiſſe, ac dixiſſe a *ſcriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur* b *omnibus gentibus, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum*, & b *non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum.*

a *Matt.* 21. 12.
b *Marc.* 11. 15.
a *Luc.* 19 45
a *Iſai.* 56. 1.
a *Hier.* 2. 11.

CIRCA hoc factum cum præcedente comparatum, eſt perpendendum quòd primo illo CHRISTVS verbo & *flagello* ex funiculis confecto negotiantes eiecit è templo; Secundo autem verbis, & magnis *miraculis* editis, relinquendo flagella pro dorſo ſuo. Vt ſic nos doceat duplicem modum, quo ipſe ſolet, ſpirituale templum purificare; *pœnis* ſcilicet & *beneficiis*: primo vſus eſt in lege veteri, quæ erat *lex timoris*, Secundo vtitur in noua quæ eſt *amoris*. Quod ſi neuter proficiat, randem deſtruitur templum, ſicut cõtigit Hierololymitano, adhibito vltimo æternæ damnationis ſupplicio. Deinde in primo illo dixit: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*, ſignificans, templum non eſſe domum negotiationis profanæ, ſed diuinæ; ac proinde non eſſe ad illud veniendũ causâ negotiandi cũ hominibus, ſed cum Deo *vt c negotium proprium*, quod noſtram ſalutem concernit, *peragamus*, ſacrificiis & orationibus ad felicem expeditionem, adhibitis. Secũdo, *non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templũ* & ſeueriùs los reprehẽdit, dicens: *vos autẽ feciſtis illam ſpeluncã latronũ*. nobis ſignificãs uiuſmodi emptionis & venditionis negotiationibus facilè miſceri furi, fraudes, iniuſtitias, & interdum etiam ſimonias. 2. Timoth. 6. 10. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas* quæ eò vſque peruenit, vt etiã Spiritum ſanctum eiuſque gratias ac dona per columbas expreſſa, vendere ideat. O Saluator mundi, Ioan. 1 32. Matt. 3. 16 *Super quem deſcendit Spiritus ſanctus quaſi columba de cœlo*, quem tuis diſcipulis f *tanquam ignem* comunicaſti: purga me à meis cupiditatibus igne tui amoris, vt g *ſanctitudinem* & columbæ puritatem *quæ domum tuam decet*, conſequi poſsim in omnia ſæcula. Amen.

I.

Neutro proficiente tandem templum deſtruxit. Templum domus negotiationis diuinæ.
c 1. *Theſſ.* 4. 11.

Oratio
f *Act.* 2. 3.
g *Pſal.* 92. 5.

Ex hoc vlterius perpendam, qua ratione anima mea & templũ & domus orationis eſſe debeat, in quam ingredi debeam, & h *Patrem cæleſtem abſcondito orare, qui videt in abſcondito* cordis mei, *& reddet mihi.* quoniam non vocatur domus orationis locus, in quo ſemel atque iterum oratur; ſed qui *Oratorium* eſt, & ad orationem ſolum dedicatus;

h *Matt.* 6. 6
Anima vt oratorium ſæpius & ſoli

tale

Orationi vacet Domus orationis

tale debet esse cor meum, vt huius exercitij assiduitati magno feruore consecretur. Quocunque itaque iuero (vt sancti loquuntur) mecum arripiam oratorium meum, vt impleam quod Apostolus monet: i *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione.* Hinc fit vt anima mea sit domus orationis, & esse debeat humilitatis, obedientiæ, patiétiæ, & aliarú virtutú. Omnes .n. (vt in huius libri Introductione dictú est) in Orationis domo inueniuntur, cũ comitantes, & excellentes suos actus, cũ ea exercétes, ac propterea non debet esse prophanæ negotiationis domus, nec latronú hospitiú, hoc est, vitiorú & terrenarú curarú, quæ turbãt & deprædãtur deuotionẽ, ipsamq; orationem è propria domo exturbant. Ex quo intelligam, animam meam, vt digna sit orationis domus, debere has tres conditiones præcipuè habere, vt sit munda, quieta, & ornata. *Munda* à culpis, quæ mordent: *Quieta*, à passionibus, quæ eam turbant: (*Ornata* denique virtutum actibus, quibus fouetur. Tunc enim ait sanctus Augustinus. *Ipsa munditia cordis sui delectabit te, & faciet te orare*, si autem immunda sit, turbata, & incompositа, cùm illam ingredi volueris, exibis statim & orationem relinques. sicut qui Ecclesiam ingreditur, oraturus, in qua strepitus & clamores sint exit statim: quia non potest, vt cuperet, orare. O Saluator mi, sancto zelo tuo te arma, flagellum in manu tua accipe, & ingressus templum hoc, eijce ex eo, quicquid tibi displicet, nẽc patiaris quidquam per illud transire, quod turbet. Purga hanc latronum spelunca, vt ex nunc sit domus Orationis, Angelorum hospitium, & pacis habitatio, in qua tu maneas in æternum. Amen.

Sit munda Quieta Ornata

Conc. 1. in Psal. 33. Psal. 100. 2. in id peram bulabam in innocentia cordis mei in medio domus mea

Oratio

MEDITATIO XI.

DE SERMONE IN MONTE, ET DE octo beatitudinibus.

a Matt. 5. 1.
b Luc. 9. 20

VIDENS *autem Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius,* b *& eleuatis oculis in eos aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu &c.*

Circa hoc adeò magnificum exordium considerari potest mysterium loci, in quo sermo habetur, qui est *mons* altus, *sessio* autem ipsius Magistri, quæ est terra humilis: *Auditores*, qui propius accesserunt, qui sunt ipsi Apostoli: *Oculorum* motus, qui est eleuatio ad illos conspiciendos: modus item loquendi: qui fuit os suum aperiendo, ac denique sermonis *thema*, quod est, OCTO

BEATI-

BEATITVDINES. Et ſuper omnia interior magiſtri *excellentia*, à quo reliqua proceſſerunt.

PVNCTVM I.

PRIMVM conſiderandum, Chriſtum Dominum noſtrum in hoc *monte* triplicis præcipui officij, quod eius Pater ad noſtram vtilitatem ei commiſerat, publicam poſſeſſionem adijſſe, Magiſtri videlicet, Legislatoris, & Conſiliarij, omnia exercendo perfectione altiſsima, montis altitudine præſignata. Ingreſſus enim intra ſeipſum c *ex theſauris* ſcientiæ & ſapientiæ Dei, quos in ſeipſo habebat, *protulit noua & vetera*, pretioſiſsimas videlicet, nobisque vtiliſsimas veritates. Quam *Magiſter*, docuit nos, non vana aut curioſa, non Aſtrologiam, aliaſve humanas ſcientias, quæ multum inflare, parum verò prodeſſe conſueuerunt: ſed d *ſcientiam* nos docuit *Sanctorum*. & vt Iſaias loquitur: e *Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia*. quæ altiſsima fidei noſtræ myſteria, resque ad ſanctitatem obtinendam neceſſarias complectuntur. Quà *Legislator*, promulgauit de nouo, ac declarauit diuinam legem, cum omni puritate & ſanctitate, quam in ſe continet, eandemque ab omnibus erroribus, quos humana malitia ei immiſcuerat, purificauit. quæ verò in antiqua lege erant imperfecta, ipſe adiecit; vt eam perficeret. Quà *Conſiliarius*, docuit legis nouæ & Euangelicæ conſilia, quæ ſunt excellentiſsima omnium, quæ conſuli poſſunt, quorum ratione appellatur, f *admirabilis, Conſiliarius, & magni conſilij Angelus*.

Christus

c *Mat.* 13. 52

Magiſter

d *Sap.* 7. 10

e *Iſai.* 48. 17.

Legislator

Cõſiliarius

f *Iſai.* 9. 9.

DEINDE perpendam tria hæc officia executum eſſe Chriſtum Dominum nouo quodam, admirando, & excellentiſsimo modo. Nam, vt *Magiſter*, non ſolùm exteriùs doctrinam proponebat; ſed interiùs etiam lucem dabat cœleſtem, qua illa caperetur & æſtimaretur. Vt *legislator* non ſolùm excellentes leges & præcepta proponebat; ſed eadem cordi imprimebat, ſimul gratiam conferens, vt magna ſuauitate implerentur. Deniq; vt *Conſiliarius* non ſolùm conſilium dabat, ſed ſpiritum etiam ſimul & vires ad recipiendum & porrò executioni mandandum conferebat. Qua ratione magiſtros omnes, legislatores & mundi conſiliarios excelluit, vt propterea iure meritò prohibuerit; g *Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*. Et eadem ratione erit vnus tantùm legislator, & Conſiliarius vnicus. O PATER *æterne*, gratias tibi ago, quod mihi Magiſtrum optimum, legislatorem & conſiliarium dederis, quem dare poteras. O FILI DEI viui, quid pro tanto hoc beneficio reddam, quod ipſemet veneris, tuumq; os aperueris, vt tuam me doctrinam doceres. ſuffeciſſet. n. ſi angeli veniſſent, & eorum ore eam mihi communicaſſes. O anima mea h *videant oculi tui præceptorem tuum*, quem tibi Deus dedit. Et quandoquidem præcipit, vt i *Conſiliarius tibi ſit vnus è mille*, hunc elige, qui

II.
Intus illuminat.

I uat ad legem ſeruandam, & Conſilium exequendum.

g *Matt.* 23. 17.

Oratio Colloquii

h *Iſa.* 30. 2

i *Eccl.* 6. 6.

omnium est optimus, electus ex millibus. Consule eum in tuis dubijs, & k *Consilium tuum sint iustificationes eius.* O cœlestis *magister* illustra me tua luce, vt cognoscam quod me doces. O *legislator* superne, impertire mihi benedictionem tuam, vt quod mihi imperas, implere valeam. O admirabilis *Consiliarie*, da mihi vires, vt tua sequar consilia; & tuo auxilio l *de virtute in virtutem ascendam, donec te videam Deum Deorum in Sion.* Amen.

k *Psal.* 138 24. Oratio l *Psal.* 83.8.

III.

DEMVM perpendam Christum Dominum nostrum, nunquam desistere à tribus hisce officijs erga homines præstandis, erga eos præcipuè, qui desiderant montem perfectionis cum ipso conscendere, & ipsi amore maximè appropinquare; Nam vt scriptura loquitur, m *Qui ad eum accedunt illuminantur* n *& qui appropinquant pedibus eius* per ipsius humilitatis imitationem *accipient de doctrina illius.* In tales conijcit ipse oculos suæ misericordiæ eosque docet nunc per sacros & pios libros cùm eos legunt, nunc seorsim per internas inspirationes, cùm orant & meditantur, aperiens ipsemet os suum, & ad eorum cor loquitur, vbi instar *Magistri* nouum infundit lumen ad fidei mysteria cognoscenda, & *legislatoris* instar affectus imprimit legis gratiæ & charitatis: & sicut *Consiliarius* vocat, & ad perfectionem sequendam sollicitat.

m *Psal.* 33.6
n *Deu.* 33.3.
Christus iugiter in suos oculos leuat, os aperit.
o *Isa.* 30.20

HOC igitur spiritu accedere me oportet ad concionem, lectionem, & orationem, sicut qui propè accedit, ad diuinum hunc magistrum audiendum, qui me internè per alios alloquitur. propterea enim dixit pater æternus: o *Et non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum.*

NVNQVAM enim vsque ad finem mundi ab hoc officio cessabit. Quare in ipso horum exercitiorum vestibulo, Christo Domino nostro dicere possum: O Magistrorum Magister, aperi quæso os tuum & r *loquere quia audit seruus tuus*, desiderans id exequi, quod audierit.

Oratio
r 1. *Reg.* 3.9.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM hic est thema ipsum & sermonis Christi fundamentum. Inspiciens enim ipse virtutum thesaurum, quem in anima sua habebat, ex eo protulit *octo* primarias, quibus vniuersa Euangelicæ perfectionis ratio continetur; quæ virtutes quidem sunt antiquæ, sed valdè nouæ, & nunquam in mundo auditæ, nouo quodam nomine *Beatitudinum* illis impositio, quamuis carni essent acerbæ. Hic locum habuit illud sponsæ: a *Labia eius lilia distillantia myrrham primam.* Nam aperiens os suum, nunc primùm per labia sua distillauit magna dulcedine & suauitate octo hosce virtutum & mortificationis selectissimæ actus: gustui quidem & carni acerbos, Deo verò gratos & suaueolentes, spiritui valdè vtiles, & qui ab omni culpæ corruptione præseruare illum possint,

I.
Octo beatitudines carni acerbæ.
Cant. 5.13.

præ-

præmio enim, quod promittebat, & ſuauiſsimo, quo eas proponebat modo, dulciſsimos reddebat. O ſupreme Magiſter, b *inſtilla* quæſo cordi meo electam & probatiſsimam harum virtutum *myrrham*, *& manus meæ ac digiti* & omnes animæ facultates *illam diſtillent*, doctrinam eueſtigio tuam, opere exequendo.

b Cant. 5.5. Oratio

II. Calamitates mundi Deus exitol-lit, quia earum notitiæ præliū oratio

DEINDE perpendam qua ratione Chriſtus Dominus harum virtutum, quæ in mundo deſpectui & horrori erant, honorem promouerit. mundus enim non beatitudines illas, ſed *calamitates* iudicabat, ac propterea eas fugiens, eis contraria amplectebatur. Noſter verò Saluator, glorioſo valdè nomine vnumquemq; compellauit, & excellentiſsimum præmium cuiq; aſsignauit, exemploq; ſuo perquam maximè illuſtrauit. Cùm enim quà *Deus* erat, paupertatis, fletus, ac perſecutionum capax non eſſet, deſcendit è cœlo, vt harum virtutum actus *homo* factus exerceret, latentesque in eis theſauros nobis aperiret. GRATIAS tibi ſupreme magiſter quòd nos à tanto errore, doctrina & exemplo tuo liberaueris, ex nunc Beatitudinem iudicabo, quicquid tu clariſsimo hoc nomine compellas; totisque viribus & illud quæram, & fugiam contrarium. detege Domine errorem hunc omnibus, qui in mundo viuunt, vt his veritatibus cognitis, virtutes ipſas amplectantur, & earum fruantur præmijs, veramque ad quam fuerunt conditi, beatitudinem conſequantur.

III. octo gradus Scalæ cœleſtis. S. *Tho.* 1-2. q. 69.

TERTIÒ perpendam has octo Beatitudines eſſe inſtar octo graduum *ſcalæ* cœleſtis, per quos ad ſanctitatis culmen, & cum Deo vnitionem conſcenditur, & hoc ſpiritu eaſdem meditari oportet, tria aut quatuor in ſingulis expendendo, *actus* videlicet illius virtutis *exemplum*, quod Chriſtus nobis eam exercendo præbuit, *Præmium*, quod eidem reſpondens promittit ac denique *pœnam*, quam ijs minatur, qui viam tenent contrariam, vt in ſubiectis punctis dicetur. Hoc prænotato, ne eadem res repetatur ſæpiùs, Chriſti Domini *exempla* ſolum meditabor, lectorem remittens ad fuſiorem tractationem, quæ in myſterijs, vbi Chriſtus eas exercuit, ponitur; in cruce præcipuè, in qua omnes illas eminenter exercuit, vt initio quartæ partis apparebit: Et eâdem cauſâ ipſa *præmia* ſolùm attingam, quia de omnibus ſimul in fine ſextę partis fuſiùs agetur, vt inæſtimabiles gloriæ diuitias aperiamus.

PVNCTVM III.

Actus paupertatis.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

I. Paupertas ſpiritus & affectus.

CONSIDERANDI ſunt primùm actus paupertatis ſpiritus, qui ſunt *quinque*: PRIMVS eſt *ſpiritu* & corde rebus temporalibus renũciare, inordinatos ad eas affectus exuẽdo & ad eas reipſa relinquẽdas, quãdò ad Dei volũtatẽ exequendã id fuerit neceſsariũ nos

ipsos offerendo paratos. SECVNDVS igitur perfectior actus est, *reipsa* abijcere quicquid possideo, excitatus ad hoc spirituali & pura voluntate Deo placendi, vt spiritûs diuini, qui me ad id inclinat, impulsui paream. TERTIVS est, exuere & purificare animam ab omni spiritu & vento *vanitatis*, & ab omni tumore & præsumptione vana, contemnendo quoad potero corde omnes mundi pompas, aut etiam eas relinquendo, quando id possum, & mihi id expedit ad diuinum seruitium. QVARTVS est, me ipsum ab omni *proprietatis* spiritu exspoliare, iudicium proprium, propriamque voluntatem cum omnibus eius desiderijs, (nisi quæ Dei voluntati sunt conformia, nam tunc non propria sed communia iudicabuntur) omninò exuendo. QVINTVS isque supremus actus est, ita me ipsum exinanire, vt adeò pauperem me agnoscam, quod ex meipso *nihil* prorsus habeam, nisi Deus gratis mihi donet, si quidem ne ipsum quidem esse quod habeo meum est, sed Dei, sine quo nihil sum. *Quinq;* hos actus perpendens tum erubescam quòd eos in me non reperiam; tum spiritui diuino supplicabo, me vt adiuuet ad illos iuxtà rationem mei statûs obtinendos.

2. Paupertas vera reipsa
3. Humilitas
4. Obedientia
5. Cognitio sui Nihili.

II. *D. Thom. 3. q. 40. a. 3.* *Psal. 87. 16. Pauper sum ego.* Christus vbique pauper

DEINDE, considerabo rara illa, quę Christus Dominus noster in omnibus vitæ suæ ætatibus & in rebus omnibus, quæ paupertatis materia esse poterant, *exempla* nobis reliquit. Elegit enim in primis *matrem* pauperē, pauperem *patriam*, pauperrimam *porticum*, in qua nasceretur, fuitque in paupere *præsepio* reclinatus. In iuuentute sua *artem* exercuit vilem & pauperem, nam manuum suarum labore victum comparabat (sicut in secunda parte dictum est) quando etiam prædicabat, comedebat de ijs, quæ deuotæ fœminæ a *ministrabant ei facultatibus suis*. comedebat autem hordeaceum *panem*, nec propriam *domum* habebat, sic enim ipse dixit: b *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Imò & *discipulos* elegit pauperes, ac semper se pauperibus coniunxit, contemptum sui amauit; honores fugit, propriam voluntatē exuit, imò excellentissima quadam interiori paupertate se ipso sese expoliauit. Dixit enim se c *descendisse de cælo non vt propriam voluntatem faceret, sed eius qui misit ipsum.* & d *à seipso se nihil posse, sed quod patrem suum facientem videret.* Ac denique mortis tempore eò vsque eius paupertas deuenit, vt sublatis vestibus, *nudus* in cruce relinqueretur: Et vt amorem suum erga paupertatē quantiq; illā faceret, manifestiùs ostenderet tanquā lapidē sui Euangelij fundamentalē, & portā, qua ad ipsius scholā pateret ingressus, in hoc sermone illū posuit, dicēs: *omnis ex vobis, qui nō renūtiat* (saltem affectu) *omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* O supreme Magister per quinque illos sanguinis fontes, qui ex quinque tuis vulneribus emanarunt, *quinque* hos paupertatis actus, mihi concede, quo perfectionē,

b *Luc. 9. 58.* Paupertas extrema rerum & spiritus.
c *Ioh. 6. 38.*
d *& c. 5. 19. 30.* Paupertas fundamentū & porta scholæ Christi.
e *Luc. 14. 33.*

Oratio

quam

quam ſuper eam extruxiſti conſequi valeam.

TERTIO perpendam Chriſtum Dominum huiuſmodi pauperibus regnum cœlorum promiſiſſe, & propterea illos *beatos* pronunciaſſe: qui re ipſa tales ſunt, dum etiam in hac vita regnum Dei poſsident, quod Apoſtolus f *iuſtitiam, pacem & gaudium in ſpiritu ſancto* appellat: quod ijs conceditur, qui ſuam cupiditatem mortificant, ſicut 1. p. medit. 21. dictum eſt. Sunt præterea *beati* propter ſpem & certam arrham, quam habent, regnum cœlorum obtinendi, quod in altera vita eſt promiſſum, cuius diuitiæ, vt poſtea videbimus, ſunt inæſtimabiles. O anima mea, quomodo ſpiritus paupertatem non amplexaberis, quam tuus cæleſtis magiſter complexus eſt, & in qua tot præmia obtinentur? proijce ergo te in ipſius manus, qui nec prouidentia ſua tibi deerit, nec deſinet promiſsionem ſuam implere. Et qui quotidie regnum Dei petis, paupertatem, cui illud eſt promiſſum amplectere.

III. Pauperes beati

1. Cælum hic poſsident

f *Ro. 14. 17*

2. Spem habent certã regni Cœleſtis

CONSIDERABO quartò horrendas minas Chriſti Domini aduerſus eos *diuites*, qui paupertatẽ ſpiritus deteſtãtes, ſuperfluas amãt diuitias, *Væ*, inquit, *vobis diuitibus quia habetis cõſolationẽ veſtrã*. quaſi diceret, ô vos infelices, quorum totum præmium in ea conſolatione finietur, quam in veſtris diuitijs habetis, væ, inquam, vobis, qui præmium hic veſtrum accipientes, nullam poſtea à Deo conſolationem habetis, quæ vera aliàs & pura eſt conſolatio, non ſicut veſtra, cui mille incommoda admiſcentur, nunquam enim regnum vobis erit, *iuſtitia, pax, & gaudium*, ſed *iniuſtitia* potius, *turbatione* ac *triſtitia* replebimini, ac denique ad extremam paupertatem, æternamque miſeriam deuenietis, ſicut h *Epulo ille diues, qui* cum *bona* & conſolationes *recepiſſet in vita ſua poſtea in inferno cruciabatur*, contra quam pauper Lazarus.

IV g *Luc 2. 24* Væ his, qui Diuitias amant

Pro triſti ſolatio, æterna pœna h *Lu. 1. 6. 25*

QVARE, anima mea, ſi tanti præmij deſiderium ad paupertatis amorẽ non te mouet, moueat te ſaltem, tot malorum timor; vt conſolationem tuam, in temporalium diuitiarum odio ponens, amorem transferas ad æternas, quibus frui poſſis.

Colloquiũ

PVNCTVM IV.

Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.

PERFECTA *manſuetudo* hos actus complectitur. PRIMVS eſt, *iræ* impetus, cordiſque perturbationes reprimere, interiore & exteriore in vultu & corporis motibus tranquillitate conſeruata.

Actus mãſuetudinis

1. Iram reprimere

SECVNDVS *affabilem* eſſe cum omnibus, verbis eos blandis alloquẽdo, nullo verbo iniurioſo aut ingrato, nec turbata voce, aut cõtentione, quæ turbare alios poſsit, prolato.

2. Affabilitas

Tertius, non solùm iniurias non vlcisci, aut malum pro malo non reddere, sed potiùs, nec violentiâ iniuriosâ ei resistere, qui mihi inferat iniuriam, & ferre magna tranquillitate meum contemptum, offerendo, si opus erit, a *sinistram maxillam meam; ei qui percusserit dextram*; bonum pro malo reddendo, eum, qui me iniuria affecit excusando, Deumque vt ei ignoscat, rogando. Huiusmodi *mansuetudo* erga omnes seruanda est, superiores, æquales, & inferiores, in omnibus negotijs, in quouis euentu: nũquam admittendo contra eam aliquid, etiam cum zelo iustitiæ vti necessarium esset.

Iniuriam libẽter pati a *Mat.* 5. 3. *Mat.* 5. 34

Constans & perpetua Mãsuetudo

II. Christus mansuetissimus in aduen b *Mat.* 11 19 4. c *Mat.* 12. 19

Deinde considerabo excellentissimam Christi Domini mansuetudinem, quam semper tanti fecit, vt cum insigne semper eius exemplar se ipsum præberet, diceret: b *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*, hoc eod m insigni voluit agnosci, in primo suo in mundum *aduentu*, dicens per prophetas: c *Non erit tristis, neq; turbulentus, non clamabit, nec audietur vox eius foris, calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.* potiùs fumum illum & naribus suis excipiet, & patienter feret: In *passione* etiam sua, raram ostendit mansuetudinem, vt etiam pro persecutoribus exoraret, vt suo loco dicemus. O mansuetissime *Agne*, qui cum tundereris & excoriareris, os tuum non aperiebas, copiosam mihi concede gratiam, qua admirabilem tuam imiter mansuetudinem.

Doctrina & morte d *Lu.* 23. 34. f *Isai.* 53. 7 Oratio

III. 1. Possident animas suas. g *Ps.* 24. 9

Considerandvm tertiò mansuetorum *præmium* esse, vt possideant *terram*. Primùm quia ipsi sunt domini terræ cordis sui, suarumque passionum, possidentes etiam magna firmitate animas suas, & intra illas Deum suum & Dominum, cum quo valdè familiariter agunt, sicut, mitissimus *Moyses*, & mansuetus *Dauid*, complacet enim sibi Deus valde, dũ g *vias suas mansuetos docet*, & cum illis conuersatur. Hinc est quod etiam humanorũ cordium terram possideant, quia omnium voluntates, ad se trahunt; & dũ ipsi *opera sua in mansuetudine* (vt Sapiens ait) *perficiunt, super hominũ gloriam diliguntur*. Denique *viuentium terram hæreditabunt*, quæ est patria cœlestis ad quam conditi fuerunt, & in qua Deum Dominum nostrum, qui illorũ est hæreditas & patrimonium, possidebunt; & ab eodem etiam ipsi possidebũtur, qui habitat & requiescit super mansuetos, quib. cœlos suos replet. O Spiritvs diuine, qui quasi columba, super mansuetos agnos descendis, ob similitudinem quam tecum habent, fac & me, tibi mansuetudine similem, vt cum firmitate coniunctionem cum tua gratia possideam, & gloriæ postea hæreditatem, Amen.

Omnium corda Eccl. 1. Psal. 36. 9.

3. Regnu m cæleste oratio

PVNCTVM V.

Beati qui lugent; quoniam ipſi conſolabuntur.

Actus beati Fletus I.

FLETVS, qui beatus dicitur, hos actus complectitur. Primus eſt, Riſũ, luſus, & ſuperfluas recreationes illicitas non ſolùm repellere, ſed aliquas etiam, quas ſine peccato potuiſſet aſſumere, iuxta illud: *riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?* SECVNDVS eſt, flere ob *mea peccata*, non tam ob incommodum, quod ex eis mihi prouenit, quàm ob diuinam offenſionem, ſicut *fleuit* ſanctus *Petrus*, & Dauid cum diceret: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.* TERTIVS actus eſt *aliorum* hominum peccata deflere, tum ob proprium ipſorum damnum, & condemnationem, tum ob iniuriam, qua Deus eſt ab eis affectus; ex corde dolens, quod videam quàm malè ipſi Deo ſeruiatur; ſicut Hieremias, cum diceret: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fõtem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte, interfecto filio populi mei.* QVARTVS actus eſt *exilium* proprium, Deique abſentiam deflere, ſuſpirando, vt illius præſentiâ frui poſsim, dicens cum Dauide, *fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?*

Deflere peccata mea *Luc. 22. 62. Pſal. 118. 136.*

Aliena lugere. *Hier. 9. 1.*

Suſpirare ad patriam *Pſal. 41. 4.*

PRIMAE lachrymæ ſunt *contritionis*, ſecundæ *compaſſionis*, tertiæ *deuotionis*; quibus illæ ſunt ſimiles, quæ in meditatione myſteriorum paſſionis dominicæ funduntur. Et perpendens omnes lachrymas mihi deeſſe nec ſolum corporeas, (quæ ſæpè, ſolent ſine culpa deeſſe) ſed etiam illas, quæ à ſpiritu procedunt, dicam ipſi Domino, quod filia Caleb dixit patri ſuo, *terram auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam, dedit autem ei Caleb, irriguum ſuperius & inferius.* O Pater ſupreme *anima mea ſicut terra: ſine aqua tibi*, da mihi irriguum inferius, hoc eſt, *timoris* lachrymas, & irriguum ſuperius, quæ ſunt lachrymæ *amoris*, vt ita peccata mea & miſerias, omniumque mortalium deflcam, vt à miſericordia tua remedium earum obtineam, Amen.

Lachrymæ Contritionis Compaſsionis Deuotionis *Ioſ. 15. 19. Pſal. 124. 6.*

oratio Lachrymæ Timoris & Amoris *D. Greg. 3. Dial. c. 34.*

II.

DEINDE conſiderabo, non legi, quod Chriſtus aliquando *riſerit*, vt Baſil. notauit, ſcimus tamen ſæpe illum fleuiſſe, in *præſepi* videlicet, in orte *Lazari*, ſuper ciuitatem *Ieruſalem*, & in *cruce*, tenerrimis lachrymis ut in horum myſteriorũ meditationibus, licebit videre. Ac deniquevt oſt. ait *in dieb. carnis ſuæ* hoc eſt, vitę ſuę mortalis, *preces ſupplicationeſq; cũ more valido & lachrymis retulit*, donec in horto Gethſemani orãs ſudauit aquę guttas, ſed ſãguinis, ac ſi *ſãguinis* lachrymas per oẽs naturalis ſui coris poros fũderet, propter myſtici ſui corporis peccata & miſerias. O *dul-*

Regul. 17. ex Euſ. Chriſtus nunquam riſit, ſæpe fleuit *Heb. 5. 7.*

cis Ieſu

cis Iesu, conuerte oculos meos in fontes lachrymarum, vt tuas comitentur quarum ego fui causa.

III. Fletus mũdo miser, Christo felix Mat. 5.5 Consolatio lugentium Psal. 29.12 Apoc. 7.17 Oratio S. Aug.

TERTIÒ perpendam *fletum*, qui in oculis huius mundi, calamitatis & miseriæ est signum, in conspectu Christi esse beatitudinem; ita enim ipse, *beatos* appellat *eos qui lugent*, promittens illis in eo consolationem, propter quod lugent. Si lugent ob *sua* peccata, consolationem in eorum venia obtinebunt. Si ob *aliena* peccata, aut proprium suum à cœlesti patria, *exiliũ conuertet Deus planctum eorum, in gaudium ipsis*, spe, quod illorum labores finientur, & æternæ consolationes aduenient citò, *abstergente Deo omnem lachrymam ab oculis eorum*, & planctui finem imponente. O felices lachrymas, quæ tales consolationes pro præmio habent: Hic Deus meus, lugere volo, siquidem ipse luctus est dulcis, quod si adeò iucundum est, tui amore lugere, quàm erit dulce te ipso frui.

IV. Risum sequuntur lachrymæ hic & in futuro Prou. 14 13 Mat. 8 12 Apoc. 18.7 Colloq u

DENIQVE perpendã, *Væ* illud quod Christus minatus est, dicẽs: *Væ vobis, qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis.* Si itaq; effrænatè me risui tradidero vanisque voluptatibus, sequentur me amaræ *lachrymæ* & terribilis dolor, vel in *hac* vita, iuxta illud Salomonis, *risus dolore miscebitur & extrema gaudij luctus occupat*, vel in altera, vbi vt Christus ipse dixit *erit fletus, & stridor dentium*, iuxta sententiam aduersus Babylonem latam, *quantum glorificauit se & in delitijs suis, tantum date illi tormentum & luctum, quia dixit in corde suo, sedeo Regina, & luctum non videbo.* Detestare ô anima mea, risus inanes, & planctum honestum amplectere, siquidem temporaneis lachrymis redimes æternas.

PVNCTVM VI.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Iustitiæ famis actus I. Iustitiam omnem implere Prou. 27.7 2. Desiderare perfectionem. 3. Etiam aliorum. 4. Ipsum Christum quæcunque modo desiderare

ESVRIRE & sitire iustitiam, hos actus cõplectitur. PRIMVS est desiderare, omnia, quæ *iustitia* sunt & obligationis erga Deum & proximos implere, nulla prætermissa; sed omnia omnino libenter absq; tædio & fastidio etiam cum carni desipiunt, præstando, instar illius, qui famelicus comedit, & sitibundus bibit; comedit enim bibitque ille, quãtum necesse est, magno appetitu & gustu. iuxta illud Sapientis *anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet.* SECVNDVS actus est, desiderare magis ac magis in *virtutibus* proficere, eo iudicio, quòd parum sit quod habetur, deesse vero plurima. TERTIVS actus est, esurire & sitire, vt hæc ipsa iustitia sit in mundo, & omnes eam assequi studeãt, & cõseruare; se ipsos etiã ad famem temporalem & quamcunque aliam molestiam tolerandam offerant, vt hæc iustitia prævaleat. QVARTVS actus est, ex omnibus visceribus esurire Christum Dominum, *qui nostra iustitia est* sacramentaliter aut

spiritua-

ſpiritualiter ſumere ac deſiderare viuã ipſius gratiã, vinumq; & lac diuinarũ conſolationũ *haurire:* magna ſiti currẽdo ad ipſa Sacramenta, ad orationẽ & meditationem tanquam *ad fontes Saluatoris*, ex quibus illæ promanant. QVINTVS eſt, ardenter deſiderare coronam iuſtitiæ, & ſuſpirare ad viſionem DEI, & cum Chriſto eius menſæ aſsidere, vt comedam ac bibam, quod me ſemper ſatiare poſsit. In hac fame & ſiti, cõſiſtit ille quem *ſpiritus feruorem* appellamus, accidiæ & pigritiæ vitio omninò contrarius; quo feruore meritò, mea omnia opera perficiam, erubeſcens, quòd cibos corporis tanta fame appetam, ſpiritus verò tanto faſtidio.

Iſaiæ 12. 3.

5. Cæleſtem expetere gloriam Feruor ſpiritus

SECVNDO conſiderabo, Chriſtum Dominum noſtrum, adeò ſemper eſuriuiſſe & ſitiuiſſe iuſtitiam; vt corporis famem non ſentiret, ſicut valde defatigatus, & cibo indigens, dixit ſuis diſcipulis: *meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me*, ac ſi clariùs dixiſſet, donec ſpiritus appetitum exſatiem, nihili facio famem corporis; neque hoc cibi ſui defectu corpus premitur; donec ſuum ſpiritus ſumat. Tanta deinde *ſiti* premebatur bibendi calicem paſsionis ſuæ, vt diceret: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coactor vſq; dum perficiatur:* In cruce quoq; dixit, *ſitio*, idq; non tam propter ſitim, quam in corpore tolerabat, quàm propter eam, quam in *ſpiritu* patiebatur, ſicut in horum myſteriorum meditationibus apparebit. O dilecte REDEMPTOR, accende me tui amoris igne, ex quo fames hæc ſitisq́ue procedit, vt tuum ſemper obſequium, eſuriam, & ſitiam ſicut tu meum remedium ſitiuiſti.

II.

Ioan. 4. 34. Fames & ſitis Chriſti non corporis ſed ſpiritus *Luc. 12. 50. Ioan. 19. 28.*

Oratio

TERTIÒ perpendam, tales eſurientes eſſe beatos, qui ſaturabuntur, Deo illis largiente, quod optant, copioſam illis in hac vita gratiã, & plurima merita concedendo, magna interiori ſpiritus eorum iucunditate, imò *ſeipſum* illis in cibum dando, & amore ſeipſis vniendo, tanta ſatietate vt dicant, *quid mihi eſt in cœlo & à te quid volui ſuper terrã?* Et quamuis huius vitæ ſatietas nouam famem & ſitim excitet, iuxta illud, *qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient.* hæc tamen fames & ſitis, non moleſta eſt, ſed iucunda, quia faſtidium auferens guſtum auget. Denique in futura vita, vt ait Dauid, *conſpectu Dei* claro *ſatiabuntur cum apparuerit gloria eius.* O felix *fames*, cuius præmium eſt talis ſatietas: expende, anima mea, hanc ſaturitatem, quia illa talem in te famem excitabit.

III.

Pſal. 72. 25.

Eccl. 24. 29.

Pſal. 16. 15.

Oratio

QVARTÒ perpendam minas Chriſti Domini dicentis: *Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Saturos eos appellat, qui bonis temporalibus ſunt pleni, comedunt atque ac bibunt vſque ad ſatietatem, vt ſibi indulgeant, ex quo oritur, vt nec eſuriant nec ſitiant iuſtitiam, ſed faſtidio quodam illam horreant, iuxta illud Sapientis, *anima ſaturata calcabit fauum*, cuius pœna erit ſimilis eius, qua Epulo ille diues & auarus premebatur, *qui epulabatur quotidie ſplendidè*, & poſteà *in inferno ſepultus* tanta ſiti preme-

IV.

Luc. 6. 26.

Prou. 27. 7.

Luc.16. 16. &c.

batur, vt vehementer desideraret, *Lazarum extremum digiti sui intingere in aquam & refrigerare linguam eius, qui cruciatur in illa flamma*, quod tamē fuit illi denegatum. Etiam saturos appellat superbos, qui teste Apostolo *iam saturi sunt & diuites facti*, qui tandem eò deuenient, vt insigni fame, bonorumque omnium penuria premantur, Deus enim Dominus noster, sicut beatissima Virgo dixit *esurientes implet bonis, & diuites dimittit inanes.* O DEVS æterne, aufer à me adeò execrabilem satietatem, quò à tam molesta miseraque fame liber euadam.

1. Cor. 4. 8.

Luc. 1. 51.

Oratio

PVNCTVM VII.

Misericordiæ opera

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

I.

MISERICORDIA complectitur quatuordecim illa opera, quæ Misericordiæ appellamus, septem videlicet corporalia, & totidem spiritualia, quæ omnia, *tribus circumstantiis* adhibitis, exercentur, vt sint excellentia. PRIMA vt ad *omnes* proximos, qui in miseria sunt nemine excluso, etiam inimico, se extendat. SECVNDA, vt *omne* genus miseriarū, tàm corporis quàm spiritūs cōplectatur iuxta cuiusq; facultates: Sicut dixit filio suo Tobias, *si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Quod si facultas tibi desit ad subueniendum alicui necessitati, saltem cupias subuenire; petasque à Deo, vt ipse subueniat; & studeas si potes, vt remedium alij adferant. TERTIA est, vt interna alienæ miseriæ compassione tete exerceas, eam quasi *propriam* priùs commiserante corde sentiendo, & postmodum ipsum donum, ex sola *charitate*, præbendo, nullà aliâ retributione expectatâ nisi à solo Deo, *qui retribuet tibi*, vt Christus dixit, *in retributione iustorum.*

Circumstantias tres exigunt

1 Omnibus

2 In omni miseria Tob. 4. 9. saltem de fide. 10.

3 Verè compati & syncerè iuuare Luc. 14. 14.

II.

DEINDE considerabo, Christum dominum nostrum eminenter fuisse misericordem, cum tribus prædictis circumstantiis: fuit enim vniuersalis omnium nostrarum miseriarum reparator, & totū suæ prædicationis tempus, in iis misericordiæ operibus impendit: ægrotos sanando; esurientes, etiam miraculo pascendo; mortuos suscitando; peccatoribus amanter ignoscendo; ignorantes docendo; orando; & *omnibus bene faciendo ac sanando omnes oppressos à diabolo.* Tantaque hanc virtutem fecit, vt iis, qui ipsum ab ea remouere conabantur, dixerit: discite quid est? *Misericordiam volo & non sacrificium*, quasi diceret, illud discite, quod potius est, & præ aliis Deo placet; placet autē illi misericordia præ sacrificio, nec vult hoc sine illa. O bone IESV, qui in hunc mundum misericordiâ motus venisti; & ex commiseratione miserias nostras supra tuos humeros, vt nos ab eis liberares, accepisti, hanc mihi exhibe misericordiam, vt te imitari

Marc. 8.

Act. 10. 38.

Matt. 9. 13. & 12. 7.

possim

ossim in ea, & quandoquidem omnibus dixisti: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*, adiuua me gratiâ tuâ, vt excellentem eius misericordiam imitari valeam. Luc. 6. 36.

TERTIÒ perpendam, misericordiæ præmium esse, obtinere à Deo misericordiam, & ab omnibus miseriis, tàm corporis quàm spiritûs liberationem, in *hac* quidem vita quantum expedit; in *futura* verò ita plenè, & cum eo excessu, quo Dei omnipotentis misericordia, imbecillis hominis misericordiam excedit, cum illa sit, ex omni parte infinita, vt in 6. parte Meditat. 12. dicetur. Quæ tamen eò erit erga me maior, quò maiorem ego erga *proximum* exhibuero: remetietur enim mihi, quâ mensurâ mensus fuero, sicut 1. parte Meditatione 21. dictum est. Si itaque tot ego habeo miserias, à quibus solus me Deus possit liberare, quid magis è re mea facere potero, quàm si erga alios sim misericors; vt Deus sit misericors erga me? ô felices misericordes, quos misericordiarum Pater ab omnibus liberat miseriis.

III. Misericordiæ præmium hic & in futuro.

Amor proximi mensura misericordiæ Dei.

DENIQVE nisi *misericors* sim, ero *miserrimus*, quia Deus non compatietur mihi, sicut non fuit compassus *nequam illi seruo, quem tradidit tortoribus*, quod erga suum conseruum non fuisset misericors, imò (vt ait S. Iacobus) *iudicium erit sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Ac propterea in die iudicij referentur in sententia pro bonis opera misericordiæ quæ fecerunt; & eorundem defectus exprimetur in sententia aduersus *reprobos*, vt suo loco in 1. parte dictum fuit.

IV. Matt. 18. 34. Misericors aut miser. Iacob. 2. 13. Misericordia sola saluat.

PVNCTVM VIII.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Puritas cordis I.

PERFECTA cordis *mũdities*, est a *perfecta caritas*, cum tribus illis circumstantiis, quas posuit Apostolus. *De corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* PRIMA circumstantia est, cordis mũdities siue puritas, non solùm à lethalibus peccatis, sed etiam quoad poterit fieri à *leuioribus*, ita vt, quamuis attingant illud, non tamen penetrent nec consuetudine aut constanti affectu inhæresçant. SECVNDA est, conscientiæ puritas & sanctitas, quæ illam mundis cogitationibus & desideriis, mundisque & sanctis operibus replet. TERTIA est *simplicitas* absque vlla fictione in agendo cum Deo & cum hominibus, incedendo cum eis in veritate, sincera & pura intentione, absque duplicitate & fraudibus. Hæc puritas propterea dicitur *cordis*, quòd animam præcipuè & voluntatem spectet, vnde etiam ad *corpus* promanans, in eo efficit castitatem, iuxta cuiusque statũ. Quãuis in virginibus & continentibus purior sit, quia, vt ait Apost.

a 1. *Tim.* 1. 5.

1 Minima horret

2 Cor replet sanctis desideriis

3 Ambulat simpliciter

4 Puritas cordis & corporis

b *Sancti sunt corpore & spiritu, c mundantes se ab omni inquinamento carnis & spiritus*

a 1. Cor. 7. 34. c 2. Cor. 7. 1.

DEINDE perpendã, Christũ Dominum nostrũ eminentissimum fuisse in hac puritate: quia neque peccauit, neque peccare potuit, neque d *princeps huius mundi in eo habuit quicquam.* nec eius aduersarij potuerunt e *eum arguere de peccato.* Vitam suam purissimis ac sanctissimis actionibus exornauit, in omnibus quærens Patris sui gloriam, f *nec in ore eius inuentus est dolus,* adeoq; fictã puritatem, quæ non esset ex corde, oderat, vt asperè illã reprehenderet, dicens: *Vae vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia mũdatis quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod deforis est mundum.* Nam ex cordis puritate, externi operis puritas manat, & vt nemo, ex eo calice bibere vellet, qui etsi exteriùs mundus, intùs tamen sordidus esset; ita Christo Domino externa mundities, sine interna non placet. O purissime Saluator, *candor lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Munda me ab omnibus maculis, & omnibus exorna virtutibus, vt intus & extra mundus sim in tuo conspectu in sæcula. Amen.

d 1. Ioã 14. 30 e 8. 46. Christus 1. absque peccato fuit. 1. Pet. 2. 22 Matt. 23. 25 Luc. 11. 39. 2. Plenus sanctitate Oratio 3 Amans syncerita-tis. Sap. 7. 16

VLTIMÒ perpendam, huius puritatis præmium esse beatitudinem essentialem Sanctorum, tam huius vitæ, quæ consistit in Dei suaui & iucũda *contemplatione,* quàm alterius vitæ, quæ consistit in clara ipsius Dei *visione, de cuius excellentijs dicetur in 6. parte Meditatione* 51. Et propterea dixit Dauid, *quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco Sancto eius? innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animã suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* O beata mundities, quæ ad tantam altitudinem eleuatur! O anima mea, siquidem *non intrabit in cælum aliquod coinquinatum* culpâ, vt videat Deum: contende ad summam puritatem & munditiem, vt obtinere tibi liceat huiusmodi felicem visionem.

III. Præmium hic contẽplatio, ibi gloria. Psal. 23. 3. Colloquiũ Apoc. 21. 27

PVNCTVM. IX.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

I. Se componunt Rom. 12. 18.

PACIFICI sunt, qui pacem faciunt, in quo sunt quatuor gradus eximij. PRIMVS est, seipsum pacificare, carnem suam spiritui, perturbationes rationi, & totũ spiritũ Deo subijciendo. SECVNDVS est, cum cæteris hominibus se pacificare, iuxta illud Apostoli, *quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes.* Nulla eis data perturbationis occasione, sed magnæ potiùs coniunctionis. TERTIVS est gradus, ipsos proximos inter se etiam pacificare, studendo dissidentes inter se cõponere. QVARTVS & supremus est, animas cum Deo pacificare, adiuuando ad earum

2 Se cum aliis

3 Alios inter se.

cum

cum eo reconciliationem; & creaturas reducendo ad ſui creatoris obſequium.

4 Animas Deo reducere. *Philip.* 4.7. Oratio

Hos pacis gradus perpendens, *qua*, teſte Apoſtolo, *exuperat omnem ſenſum*: Deflebo eorum defectum, quem in me experior, ſupplexque Deum rogabo, vt illos mihi communicare dignetur. O DEVS pacis & charitatis largire mihi pacem illam, quam tuis dediſti Apoſtolis, vt in pace & tranquillitate, tibi ſeruiam, alijque, me cooperante, & tecum illos pacificante, tibi ſeruiant.

II. *Ioan.20.21. 27. Luc.10.5.* Chriſtus pax noſtra.

DEINDE perpendam CHRISTVM Dominum noſtrum veniſſe è cœlo, vt hanc pacem nobis adferret, ac propterea, per excellentiam *Regem pacificum* appellari, in qua pace tantopere ſibi placuit, vt & *ſuos* ipſe *diſcipulos*, ea *pace* ſalutaret, & eadem voluerit ipſos alios ſalutare, dicentes *pax huic domui*, & vt nos cum æterno ſuo patre pacificaret. innumeras ſuſtinuiſſe perſecutiones, nunquam tamen, in ſeipſo pace & tranquillitate amiſſa, potius *cum his qui oderunt pacem, erat pacificus*, & per ſanguinem quem in cruce effudit, vt Apoſtolus ait, *pacificauit omnia, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt*. O Rex pacifice & ſupreme, cui tanti conſtitit, hanc pacem adip ſci, ne quæſo patiaris eius me fructu priuari, nec bellum ſit vllum, adeò graue, vt me ab eius conſecutione retardet.

Pſal.119.7. *Coloſſ.1.20.* Oratio

TERTIÒ conſiderabo, præmium pacificorum eſſe, vt eminenter ſint filij Dei. PRIMVM quod ſingulariter ab ipſo *diligentur*, & magnam apud ipſum gratiam inuenient, ob *ſimilitudinem*, quam cum ipſo habent.

III. Pacifici filij Dei

1 Ob ſimilitudinem diligentur.

SECVNDÒ quia eos, ſub paterna ſua prouidentia ſuſcipiens, eorum, tanquam carorum filiorum curam geret, eis indulgens, donisque ſuis eos ditans, ac verorum filiorum ſpiritum eis tribuens, vt non ſolùm *filij Dei nominentur*, verùm etiam reipſa *ſint*. Ac denique quia gloriæ ipſius hæredes erunt, vbi hanc dignitatem pleniſsimè conſequentur, & ſimul immenſam & æternam pacem. O ſelices pacifici, qui ad talem dignitatem ſunt euecti, infeliciſsimi verò, qui pacem turbant; qui propterea *filij Dæmonis* vocabuntur, cum quo hæreditatis partem habebunt in inferno.

2 Vt filiis prouidebit. *1.Ioan.3.1.*

3 Aeternam pacem hæreditabũt.

PVNCTVM X.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.

PRIMVM conſiderandum eſt, *quæ* perſecutiones, à *quibus*, quam ob *cauſam*, & qua *ratione*, iuſti patiantur. PERSECVTIONES, ſunt omne genus iniuriarum & afflictionum in facultatibus, honore, conſolatione, ſalute, & vita, à quibus, vel vniuerſim, vel ex parte, nullus eſt liber. Quia regula eſt generalis, Apoſtolo teſte: a *Omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto IESV, perſecutionem* pro illo *patientur*. Has inferunt *Dæmo-*

I.

1 Omens manent a 2.*Tim.3.12.*

2 à Dæmonibus, Inimicis, Amicis fictis.

nes, propter odium, quo Deum Dominum nostrum; & virtutem prosequuntur; *homines* etiam illorum ministri, siue apertè sint *hostes*, siue, qui *amicos* quidem se esse profitentur cum specie pietatis, etiam ipsi, b *Parentes, fratres & cognati*; (ipso Christo attestante) *iustos tradent, ac morte afficient*: c *arbitrantes obsequium se præstare Deo.*

b *Luc.21.16*
c *Ioan.16.2.*

Harum persecutionum causa, non erit (vt S. Petrus ait) d *quod peccantes colaphizentur & sufferant, sed quòd bene facientes patienter sustineant, & quòd propter Dei conscientiam sustineat quis tristitias, patiens iniuste.* e *Nemo* itaque (ait Apostolus) *vestrum patiatur vt homicida; aut fur, aut maledicus; Si autem vt Christianus, non erubescat, sed glorificet Deum in isto nomine.* Iustitiæ itaque, qua quis statuit fidem seruare, & religionem; virtutum etiam opera, ad quæ obligantur, exercere; aliena vitia reprehendere; proprijs officiis satisfacere; perfectiorem, & religiosam vitam, ad quam vocati sunt, sequi, hæc inquam in causa sunt, cur iusti persecutiones sustineãt. Ratio verò & *modus* eas sustinendi est, vt magna patientia animique *lætitia* sustineant; magnum Dei fauorem reputantes, quòd aliquid eius amore pati digni habeantur. Nam propter iniustitiam aut scelera aliquid pati, aut cum impatientia, non pertinet ad hanc beatitudinem.

d *Pet.2.19.20*
e *4.16.*

3 Passionis causa virtus & Iustitia.

4 Ferendæ cum lætitia

II. Christus omnia ab omnibus Innocentissime, cum Gaudio passus

Deinde considerabo rara illa, quæ in hoc genere Christvs Dominus reliquit nobis exempla, ab ipsa enim infantia persecutionem sustinuit, multoque grauiorem, tribus vltimis vitæ suæ annis, conueniente ad eam persecutionem omni hominum genere, & in omni genere rerum, maiori atrocitate, quàm vnquam fuerit auditum, & ob causam ex parte ipsius *iustissimam* omnium, quæ vnquam fuerit, propter promulgationem videlicet sanctissimæ suæ legis, & reprehensionem vitiorum & scelerum, & ob humani generis redemptionem. Idque totum sustinuit admirabili & prodigiosa patientia, *vt in fundamentali Meditatione quarta Partis*, quæ tota est de *hoc puncto*, dicetur.

Hoc exemplo meipsum excitabo ad patiendum & sustinendum mihi ipsi dicens: si Dominum meum persecuti sunt, quid mirum si me eius seruum persequantur? *Et si Patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* O Salvator mi, domesticus tuus sum, paratus ferre ac pati, quamcunque persecutionem, ob gloriam & præmium eius, concede mihi ad imitationem tuam, magna seruitij tui bona facere, & magna mala, absque tui offensione pati.

Matt.10.25
Oratio.

Tertiò considerabo, eorum qui persecutionem patiuntur, præmiũ esse *regnum Cælorum*, quod etiam pauperibus spiritu promittitur, sed maiori excellentia: pluris enim æstimatur persecutiones illas pati, quæ ab aliena manu inferuntur, quàm ferre paupertatis miserias, quæ sponte & propria electione suscipitur.

Perfectio aliena Paupertate propria perfectior.

Hoc

Hoc regnum dat DEVS gustandum in hac vita, dum in medijs tribulationibus, *Iustitiam, pacem, & gaudium in Spiritu sancto*, ijs, qui illas patiuntur, impertitur. Propter quam causam, ipse CHRISTVS dixit, se *centies tantum nunc in tempore hoc*, nobis largiturum *cum persecutionibus, & in saculo futuro vitam aternam.* Additque: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Atque si distinctius diceret, adeo est magna merces, vt sola eius spes, ad vos in persecutionibus exhilarandos sufficiat, adeo excellenti gaudio, vt *centies* excedat illud, quod sine illis habuissetis. O felices persecutiones, quæ eas sustinentem exaltant, vt sit Rex in cœlis, *& coronam accipiat vita, quam Deus repromisit.* Hæ mihi erunt gaudium, in eis totam gloriam meam ponam. Veniant, DEVS meus omnes, quas dignaberis permittere, gratia enim tua, me offero, ad eas, propter iustitiam amplectendas, ob spem, quam mihi facis gloriam tuam obtinendi.

Rom. 14. 17

Marc. 10. 30

Matt. 5. 11 In tribulationibus mille gaudia.

Iacob. 1. 12 Oratio.

DENIQVE minas illas considerabo, quas CHRISTVS Dominus ijs minatur; qui contraria incedunt via, dicens: *Va cum benedixerint vobis homines*, mundani, scilicet, & vos eorum laudibus & adulationibus delectamini. Et cum verbo illi *Va* nihil aliud addit, ostendit, graues esse minas, quasi diceret: *Va vobis*, quia huiusmodi benedictionibus vos decipiunt, & in graues culpas pertrahunt, & quoniam ab huiusmodi benedicimini, quos imitamini, participes maledictionum eritis, quæ illis superuenient. Nolo *Redemptor mi*; ab huius mundi hominibus benedici, *ne oleum peccatoris impinguet caput meum, & ne maledictio intret sicut oleum in ossibus meis.* Hic volo ab impijs maledici, vt postea cum bonis à te benedicar, regnemque tecum in regno cœlorum in æternum. Amen.

IV.

Luca 6. 26. Væ his quibus hi benedicitur. Orat 6. Psal. 140. 5 & 108. 2.

MEDITATIO XII.

QVAE OFFICIA CHRISTVS HOC SERMONE Apostolis commendauerit.

POST octo beatitudines in medium allatas, commendauit CHRISTVS Dominus Apostolis eorumque Successoribus tres illos actus, siue officia cœlestis & Ecclesiastica Hierarchia, quæ Sanctus Dionysius appellat: Purificare, Illuminare, & Perficere: *tribus ad id accommodatis iucundisque similitudinibus vtens: quæ meditationis huius erunt argumentum; quas quisque poterit in propriam vtilitatem applicare.*

Tres actus Hierarchi Purificare Illuminar Perficere. Cap. 3. de cœlesti Hierarch.

PVNCTVM I.

Matt.5.13 a.l. *VOS a estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

I. PRIMVM considera Apostolicorum virorum, & Christum Dominum perfectè imitari cupientium officium esse, verbo & doctrina, suæque vitæ exemplo, terrenorum hominum corda *salire*, & à corruptis vitiorum humoribus perpurgare; ne malè oleant, & aternùm pereant: simulq; pœnitentiam, mortificationem, & virtutis exercitationem ita *suauem* illis reddere: vt libenter eis vescentes sibi incorporare, pacem & amoris coniunctionem cum eis habere delectet. Quod tamē officium Apostolici viri non à propria natura, aut hæreditate; sed à sapientiæ sale & gratia, quam Deus eis impertitur, vt seipsos, ita sapidos Deiq́ue palato gratos reddant, vt cum voluptate sua inter eos pascatur: & qua in seipsis priùs purgati, ad aliorum purgationem iuuant, habere censendi sunt.

II. DEINDE expendam, quàm exactè Christus effectum hunc salis, magnis licet suis impensis præstiterit, vt enim sal saporem cibis impertiens dissoluitur; ita Christus b *seipsum exinaniendo* & graues labores perferendo seipsum dissoluit, vt nos Deo sapidos redderet; suoq́ue exemplo sapidam nobis, dulcemq́ue redderet virtutem, ac sapientiæ salem, & gratiam à qua iucundus hic sapor illi prouenit, nobis promereretur. Vt enim nullum antiquorum beneficiorum Deo gratum esse poterat, c *nisi sale conderetur*: ita nullum opus nostrum illi placebit, nisi Christo eiusque gratiæ coniunctum. O dulcissime IESV, esto tu insulsissimo cordi meo sal terræ, vt Patri tuo suaue gratumque reddatur, & siquidem e *non potest comedi insulsum, quod non est sale condutum*: gratia tua condias virtutis opera, vt ea comedere mihi libeat.

Philip.2.7

Leui.2.13. Mar 9.49. ratio

Iob.6.6.

III. TERTIÒ perpendam, quamuis officium hoc sit gratuitum Dei donum, eius tamen in nobis conseruationem ab arbitrio etiam nostro dependere: quare qui huiusmodi sal est semel constitutus, & si in sua integritate conseruaretur, dignus esset, qui ingenti suo honore ad mensam Dei adhiberetur: si tamen sua superbia elatus euanescat, & dissolutus saporem amittat; eiicietur foras à Dei protectione ad sterquilinium mundi, vbi in magnam suam ignominiam ab hominibus; & posteà etiam à dœmonibus in Inferno conculcetur. Cùm hæc expendam circumspiciam quoque, num sal istud in me sit, & quo sapore Deo seruiam, & qua ratione salis officium erga eos faciam, qui meæ sunt curæ commissi, & num apud vniuersos cōtendā virtutem sapidam reddere atque iucundam. O IESV dulcissime, fac me salem terræ, etiā si per ignem & aquam propterea sit mihi transeundū.

al es, con- tua te vt ensa Chri i dignus s.

ratio

ne

ne permitte me pro condimento saporis, scandalum illi adferre: & culpâ meâ sterilem fieri, terræ instar, quæ sale seminatur; & in eis propterea detrimentũ vertere officiũ quod ad eiusdem vtilitatem mihi commisisti.

Sal cibos condit, terram reddit sterilẽ.

PVNCTVM II.

VOs a *estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montẽ posita neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

a Mat. 5. 15

LVX

I

CONSIDERA primùm, Apostolorum & Doctorum officium, non terrenum esse, sed cœleste. b *Qui enim docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates:* sua enim doctrina vitæque exemplo *lux* esse debent hominibus huius seculi, qua ignorantiæ & culpæ eorũ tenebras expellẽtes, c virtutis, & veritatis *luce illis sint in Domino*, quò è filijs tenebrarum, *lucis filij* efficiantur, cuius *fructus est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.*

b Dan. 12. 3 Apostoli sunt Lux cœlestis.

c Ephes. 5.

Attendam verò simul, quàm exactè Christus ipse officio huic lucis satisfecerit, qui de seipso aliàs dixit: d *Quamdiu sum in hoc mundo lux sum mũdi.* O iustitiæ sol, à quo omnes Ecclesiæ stellæ recipiunt lumen, fac me sicut vnã aliquã ex eis, ab omni liberũ obscuritate: vt iuxta illud Prophetę e *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerũt: ecce adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas:* meam, ad quam vocare dignatus es, stationem fideliter tenens, promptumque me semper voci tuæ cum iucunditate exhibens, mundum totum illuminem, quem ad tuam gloriam condidisti. Amen.

Christus lux vera.

d Ioan. 9. 5. Oratio

e Dan. 13. 4.

CONSIDERA deinde, quantus sit error, ex timiditate aut *pusillanimitate* lucem & doctrinæ talentum mihi à Deo concreditum *abscondere*, aut abiecta intentione & fine illud *obscurare*, cum periculo illud amittendi, & in tenebris postea manendi, *candelæ* illius instar, quæ sub modio posita vbi *respirandi* locus non est, statim extinguitur. Nec minor ille erit error, si Deus me supra candelabrũ aliquod in militante hac eius Ecclesia, in eminẽti videlicet & publico aliquo officio cõstituit, nõ dare lumẽ doctrinæ & exemplum ijs, qui meæ curæ sunt commissi: Nam, vt Christus Dominus Prælato cuidam officium suũ negligenti dixit: f *mouebo candelabrũ tuũ de loco suo*, priuabit inquã me officio, incuriæq; meæ debitas pœnas exiget.

II.

Lucem ne abscondo aut obscura

Candela sub modio extinguitur

Illumina alios verbo & exemplo

f Apoc. 2. 5.

Contra verò perpendam, quantopere Deo placeat, si nostræ actiones adeò sint sanctitate eminentes, g *vt qui eas vident*, æternũ *Patrẽ glorificent*; & ad similes efficiẽdas, quo alij eundẽ etiã glorificẽt, excitẽtur: intẽtione ipsa à quocunque alio sinistro fine ita perpurgata; vt in meis actionibus

g Mat. 5. 17 Aedificatio proximi

Sincera Intentio

non meam, ſed ipſius Dei Domini noſtri gloriam quæram: eam meam reputans gloriam, quæ ipſius eſt: dolens verò, quod prauis meis actionibus hactenus in cauſa fuerim, cur h *Dei nomen* obfuſcatum, & ab alijs ſæpè blaſphematum fuerit. O Saluator mi, quandoquidem Patris tui gloriam tantopere deſideras; tantum mihi quæſo vitæ ſplendorem concede, vt per eam creſcat & gloria eius ſemper dilatetur.

h *Rom.* 2. 24

Oratio

PVNCTVM III.

Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita.

CIVITAS In Monte non Solitudo.

TERTIA hac ſimilitudine docet Chriſtus Apoſtolos ſuos, non eſſe *Eremitas*, aut ſolitarios propriæ tantùm attendentes vtilitati; ſed *ciuitatem* potius ad multos alios recipiendos; eāque nō in valle, hoc eſt, in vita imperfecta & obſcura; ſed ſupra *montem* inſignem videlicet fortitudinem, & perfectionis celſitatem fundatam, iuxta illud Iſaiæ: *ſupra montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam; qui euangelizas Ieruſalem.* & porrò moneas, eorum munus eſſe, non exiguum, ſed multum populum congregare, ſicut *ciuitatem* magnam & plenam, quæ omnes eos recipiat, qui cupiunt eſſe perfecti, eoſque Euangelicæ perfectionis viam & cœleſtis viæ politiam doceat. Deſiderat enim Deus Dominus noſter, ne, qui ipſius ſunt electi, mediocritate quadam vitæ contenti humilibus actionibus ſibi complaceant; ſed ad vitæ *perfectæ* celſitatem contendentes ſuoſque *proximos* ad eandem promouere conantes, cum multis alijs ſupernam ciuitatem amplificaturi conſcendant. O æterna k *Sapientia* quæ *ancillas tuas*, animas ſcilicet Prædicatorum *mittis, vt* homines *vocēt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis*, eos ad Chriſtianæ perfectionis altitudinem exhortantes: voca etiam me efficaciter, vt prior eandem ego conſcendam; & virtutem impertire, vt alij permulti ad eandem, me vocante, perueniant, quò tu ab omnibus ſemper glorificeris. Amen.

Isai. 40. 9. Quæ multos complectitur qui & ſe & alios perficiant.

Oratio

k *Prou.* 9. 3.

MEDITATIO XIII.

DE LEGE EVANGELICA QVAM CHRISTUS Dominus in ſermone montis promulgauit; de eiuſdem excellentijs, & perfectionis, ad quam nos eleuat, præſtantia.

PVNCTVM I.

OBSERVANDVM primùm, Chriſtum Dominum noſtrũ Euangelicę ſuæ legis promulgationi præmiſiſſe, quanti eſſet *naturalis*, quæ in Moyſis & prophetarum libris declarata erat, æſtimanda; qualeque ipſe circa eandem officiũ eſſet in mũdo præſtiturus, cũ dixit: a *Nõ veni ſoluere legẽ, ſed adimplere.* Quod tribus modis præſtitit exactiſsime Primum: quia non venit è cœlo vt vitæ ſuæ laxitate, & libertate carnis, legem ipſam, etſi nulli legi aſtrictus eſſet, *tranſgrederetur*; nec venit vt ſecũ ipſe aut cũ ſuis in ea *diſpẽſaret*: ſed venit potiùs, vt *exactiſſima* in ſeipſo cuſtodia, omnibus diſcipulis ſuis ad eandem exemplo eſſet. Quamobrem ad eius imitationem & ego dicam: Non veni in mundum, vt iuxta meam voluntatem vitam ducens, Dei voluntatem calcem, eiuſque legis iugum aſſulatim concidam; ſed vt me eidem ſubijciens, integram ſeruem: nec ad Religionem acceſsi, vt propriam, ſed vt diuinam ſequerer voluntatem, quæ Inſtituti mei Regulis cõtinetur. Si enim Deus meus & ſupremus Legislator, etiãſi ſupra legẽ ipſam eſſet, ſeipsũ tamen eidem ſubiecit venitque de cælo, vt eius iugũ ſuper ſe tollendo quanti eam faceret nos doceret quid magnum fecero, ſi eidem me ſubiecero? quantę verò impudentię ſuerit, ſi eandem execſſero?

VENIT deinde adimplere legem in ijs quæ illa *promittebat*; idque adeò exactè vt aſſeueraret: b *Amen dico vobis: donec tranſeat cœlum & terra iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege: donec omnia fiant*. Certus itaque ac ſecurus eſſe poſſum, Deum ex parte ſua, quicquid in lege promiſit, etiamſi minimum videatur, impleturum: ſicut ipſe Chriſtus impleuit, reque ipſa executus eſt, quicquid de ipſo reuelatum & promiſſum erat, quo me prouocat exemplo ad omnium ipſius mãdatorum exactam obſeruationem, non maiorum tantùm, ſed *minimorum* etiam, quæ *iota* characterum minimo ſignificantur; omni etiam adhibito conatu, vt in ea obſeruatione omnes complectar circumſtantias, modoſque perfectionis, quos ipſa mandata in ſe continent, qui *apice* characteribus adiuncto ſignificantur.

VENIT denique de cœlo ita legem implere, vt perfectionem, quæ in ea deſiderabatur, adijceret: tum eius *peccatis* amplius explicatis, tum admirãdis *cõſilijs* ei adiectis: *gratiaque* ſua internè ad omnia impleda communicata. O *Legislator* ſupreme, quãtas poſſũ maximas ago gratias quo tot mo-

Lex naturalis

a *Matt.* 5. 17. *S. Aug. lib. de serm. Domini in monte. c.* 14. *S. Chryſoſt. hom.* 16. *in Matth.*

I. à Chriſto exactiſsimè ſeruata, & à nobis ſeruanda

II. b *Matt.* 5. 18. Chriſtus expleuit omnia etiã minima promiſsi obſeruãtibus legem facto. Ergo nil, etſi minimum, negligas.

III. Ipſam legem ſimpliciter perfecit. Oratio

tot modis legem ipſe tuã, impleueris: adiuua me gratia tua, ad id quod mihi præcipis ita explendum, vt in me ipſe impleas quod promittis.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDAE ſunt deinde celebres *duæ* ſententiæ ſiue *concluſiones*, quas colligit Chriſtus ex dictis. PRIMA eſt: *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum*, tam videlicet in *militanti* quàm in *triumphanti* Eccleſia. Quibus verbis id nobis indicat; eſto reliqua ſeruem mandata, ſi vel vnicum ex *minimis* fuero tranſgreſſus, futurum me *minimum*, hoc eſt, contemptum, & vili æſtimandum in regno cœlorum: ac porrò ab eo *excludendũ* tanquam eo indignum: ſicut fuit Adamus è paradiſo eiectus, ob vnicum præceptum violatum. b *Qui enim* vel *in vno offendit, tranſgreſſor factus eſt legis*, & iniuria afficit legislatorem, qui omnia ſeruanda conſtituit; & *charitatem* deſtruit, qua omnia illa colligantur; ideoque cœleſtia omnia bona amittet, atque ſi omnia fuiſſet tranſgreſſus.

I. a *Matt.* 5. 20

Vnum peccatum mortale priuat gloria, quia offendit b *Iac.* 2. 10. 11. Deum, & tollit charitatem.

Quod ſi mandatum ex minimis illis ſit, quæ non obligant ſub culpa lethali, qui tamen ſtudio & *malitia* illud tranſgredietur, erit etiam in virtute *minimus*, quod parui fecit, quod Deus mãdauit: debebat enim aduertere, etſi materia eſſet parua, mandantem tamen eſſe magnum; nec à magnitudine ſua alienum ducere etiam parua, mandare: ideoque vel hoc nomine non eſſe leuem cenſendam iniuriam, quæ ei dum talis materia contemnitur, irrogatur. & quoniam victor ſemper cenſetur victo ſuperior; qui à re minima ſuperatur, minimus eſſe cenſebitur; habebitque in eo locum Sapientis illa ſententia: c *Qui ſpernit modica, paulatim decidet* ad grauiora.

II. Idem ſi rem alioqui paruam ex malitia committã c *Eccl.* 19. 1.

TERTIO, ſi non ſolum aliquod mandatum quis tranſgrediatur, ſed alios etiam ad idem faciendum verbo aut exemplo induxerit, erit quoq; *minimus* in Regno Cœlorum, ac porrò excludetur ab eo, duplici nomine, quod videlicet ſibi & alijs fuerit iniquus.

III. Multo magis qui alios ſeduxerit.

ALTERA ſententia eſt: d *Qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* Qua ſententia docemur, ſanctitatis & excellẽtiæ in virtute, *premijque* quod ei reſpondebit in Regno cælorum, *menſuram* eſſe ipſam diuinæ legis obſeruantiam: cuius ſunt duo gradus: alter eſt eam facere; alter eandem docere. *Facere* conſiſtit in tota lege, quoad magna & parua eius mandata, nullo omnino prætermiſſo, obſeruanda, ſicut prædictum eſt; *Docere* autem, in perſuadendis alijs, idem vt præſtent. Qui ſecũdus gradus primo eſt præſtantior: coniunxit tamen Chriſtus vtrumque ad eorum connexionem inſinuandam: quatenus *ſecundus* non facit magnum docentem, niſi & ipſe etiam faciat: *primus* verò, quate-

IV. d *Mat.* 5. 21

Menſura gloriæ eſt obſeruantia legis Facere & Docere. Quiſquis facit, docet exemplo

nus re-

nus reipſa facit, docet etiam *exemplo*; paratus interim etiam *verbo* docere, ſi Deus id tulerit, ratione ſtatûs & officij, quo fungitur: aut iuxta legẽ & dictamen charitatis. & qui hac ratione docet, eſt valdè magnus inter cæli magnates. Quia non eſt excellentia maior, quàm Dei imitatione bonum eſſe, & in *ſeipſo* perfectum; *aliosq;* adiuuare, vt & ipſi boni ſint atque perfecti. vt in proximo puncto dicetur.

Frúſtra docet verbo qui non facit exẽplo. Teipſum & alios perfice.

PVNCTVM III.

CONSIDERA *tertiò* perfectionis altitudinem, ad quam diſcipulos ſuos Chriſtus exhortatur, eſt enim *altiſſima* quæ in hac vita poſsit obtineri, ſicut iucundiſsimis illis verbis: a *eſtote ergò perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus* eſt, ipſe Chriſtus aperuit.

a *Mat. 5. 48*

CVIVS perfectionis vt præſtantiam intimè penetrare poſsim, perpendam, Dei Domini noſtri perfectionem in tribus conſiſtere. PRIMVM eſt quod omni culpa defectuque ita careat, vt *mali* quippiam, aut quod à ſua bonitate & ſanctitate degeneret, eum facere ſit impoſsibile. SECVNDVM quod *virtutes* omnes & perfectiones, quas vel imaginari poſſumus complectatur, nulla prorſus omiſſa. Nam omnes, quæ in creaturis reperiuntur, & aliæ innumeræ quas nos cogitatione aſſequi non poſſumus, in ipſo Creatore ſimul inueniuntur vnitæ. TERTIVM eſt, quòd omnes & ſingulas huiuſmodi perfectiones habeat in ſumma, quæ poſsibilis ſit *excellentiâ*. Nulla itaque ſapientia, bonitas, & charitas maior, quàm ſit ipſius Dei: quia eſt infinitè ſapiens, bonus, & charitate plenus: & idem de perfectionibus reliquis eſto iudicium.

Altiſſima perfectio doctrinæ Chriſti.

I. Dei perfectio.

1. In eo nil mali.

2. Omne bonum.

3. In ſumma ra du.

EX quo efficitur, Deum, vt qui ſit in ſe perfectiſsimus, vehementer in id propendere, vt omnia ſua opera ſint etiam perfecta, & modo ſuo participent infinitam eius perfectionem, homines præcipuè, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidit. Ex hoc enim eius deſiderio profectum eſt id quod nobis Chriſtus dixit: *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*: quaſi dicere nobis velle videatur: Nolite *mediocri* quadã puritate, & ſanctitate eſſe contenti, nec perfectionis veſtræ exemplar *Abrahamum*, Moyſen, aut Prophetam aliquem vobis conſtituite, nec ſolùm *Angelos*, Cherubinos, aut Seraphinos; ſed *infinitæ* perfectionis exemplar vobis proponite, vt ad illius imitationem, quàm poſsitis maximam perfectionem aſſequi contendatis: hoc autem exemplar ſit *Pater* veſter cœleſtis, cui tanquam filij, in tribus illis, quæ infinita eius perfectio complectitur, quam ſimillimi eſſe ſtudeatis. Gratias tibi *fili Dei viui*, pro tanto fauore, quo adoptiuos proſequeris filios, dum eos exhortaris, vt perfecti ſint ſicut eſt tuus Pater cæleſtis. Illuſtra me ô ſuperne Magiſter, vt quam mihi commendas perfectionem, agnoſcam; accende, vt eam amem; & it

II. Cupit omnes creaturas perfici, maximè homines. Nõ homo, nec Angelus, ſed Deus ſit exemplar perfectionis tuæ.

Oratio

corrobora vt eam quæram & assequar. Amen.

III. Imitatio Dei.

HINC feruentia concipiam proposita, Dei perfectionem imitandi: PRIMVM studendo omnem culpam cauere, non lethalem modò sed vel *leuissimam*, quoad potero, iuxta illud, quod ipse Deus populo suo dixit: b *perfectus eris & absq; macula cum Domino Deo tuo.* DEINDE, omnes *virtutes* assequi contendendo, easdemque summa qua potero intentione exercendo, non eas tantùm, quæ sunt sub *præcepto*; sed eas etiam quæ cadunt sub *consilio*: siquidem cælestis meus Pater non solùm quę ad vitam transigendam sunt *necessaria* tribuit; sed multa etiam alia, quæ adferunt *voluptatem*. TERTIÒ easdem virtutes *excellentissimo* quo potero modo exercendo, ita vt amor Dei meus eas omnes habeat qualitates & circumstantias, quæ in ipso præcepto exprimuntur, c vt *ex toto* scilicet *sit corde meo, ex tota anima mea, & ex tota fortitudine mea:* & obedientia mea, humilitas, & patientia in omnibus gradibus sint perfectæ, quos habere possunt, procurando, vt Apostolus ait, d *vt charitas mea magis ac magis abundet, vt probem* semper *potiora*. Et quoniam charitas terminum augmenti sui non habet; desiderium meum esse debet, semper in ea crescere. O anima mea: siquidem exemplar quod imitandum habes, & tibi proponis, infinitum est, & quantumuis illud imiteris, adhuc supererit infinitum quod imiteris, imitare quàm potueris maximè, vt ad eam perfectionem quàm proximè accedas. O Pater amantissime, qui iubes me perfectum esse, sicut tu perfectus es: da mihi quod iubes, vt præstem quod tu desideras.

1. Fuge etiam minimum peccatum b *Deu.* 13. 13.

2. Omnes omnino virtutes consectare etsi non præceptas. Deus non modo necessaria sed & iucunda largitur. c *Deut.* 6. 5.

3. In summo gradu. d *Phil.* 1. 9. Et desiderio infinito Colloquiũ S. *Tho.* 2. 2. *q.* 24. *a.* 7. Oratio.

PVNCTVM IV.

Perfectionis Euangelicæ sublimitas.

CONSIDERANDA hic est suprema Euangelicæ legis, quam Christus promulgauit, perfectio, vt *essemus perfecti sicut Pater eius cælestis perfectus est* expendentes tria etiam legem hanc complecti, in quibus ea Dei perfectioni assimilatur.

I. S. *Tho.* 1. 2. *q.* 108 *a.* 3. & 4. a *Num.* 6. 3 b *Mat.* 5. 36 b *Iac.* 5. 12.

PRIMVM quòd omnem culpam, siue magna ea sit, siue parua, prohibeat, vsque ad verbum *otiosum*, nullum prorsus defectum admittens. Et quò magis nos à culpis remoueat; etiam à rebus valdè paruis, & à quibus vis superfluis affectionibus, quæ illarum *occasio* esse possunt, nos monet abstinere, sicut olim Nazaræos iubebat: a *à vino & omni quod inebriare potest, abstinere: quicquid ex vua exprimitur non bibere: vuas recentes siccasque & quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedere:* idque iubebat totum, quò ab *ebrietate* remotiores essent. Quod facilè animaduertemus, si per aliqua mandata ex ijs quæ *Negatiua* dicũtur discurramus. Nam in *secundo* Decalogi, quò à malo *iurandi* longissimè distemus iussit Christus Dominus: b *non iurare omninò, nec* quidem *per caput tuum, quia non potes*, inquit, *vnum capillum album facere aut nigrum. sit autem sermo vester, est,*

est,

est; *non, non*: *quod autem his abundantius est, à malo est*, aut periculosum & imperfectum erit, nisi grauis id necessitas exigat. In *quinto* præcepto, vt nos ab *occidendo* proximo arceret, omnem prohibuit iniuriam eidem inferri, c *omnis*, inquit, *qui* vel in corde suo *irascitur fratri suo, reus erit iudicio, & qui eidem dixerit: raca*; (quod est aliquo externo indicio suam iram prodere) *reus erit concilio: & qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis*. Quod si ab eodē iniuriâ afficiamur. d *Ego* inquit, *dico vobis, nō resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram*. In *sexto*, ne quid *inhonesti* admittas, iubet: e *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: & si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam*, quod est dicere, vt personam & rem quamcunque quæ mihi possit esse occasio peccandi, etiam si dilecta & preciosa mihi sit, & necessaria esse videatur, à me tamen omninò proijciam. In *septimo*, quo nos à rei alienæ *furto* & vlurpatione deterreat; propria iubet largiri: f *Omni*, inquit, *petenti te tribue*: *& qui aufert quæ tua sunt, ne repetas*: *& qui vestimentum aufert, etiam tunicam noli prohibere*. O legis Euangelicæ puritatem: legem verè dignam purissimo Deo: Verè Domine: g *Eloquia tua casta; argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum*: Vtinam perfectè illa seruarem, vt à *septem* vitijs purgatus, & ab omni imperfectione liber existerem.

circa Iuramentum. Homicidium.

c *Mat.* 5.23.

d *Mat.* 5.39. Luxuriam.

Furtum.

f *Luc.* 6.29. 30.

g *Psal.* 11. 7. Oratio.

Secunda legis Euangelicæ excellentia est, quod sese ad imperandum & suadendum *omne genus virtutum* extendat, tam theologicarum, quàm moralium, erga *Deum nos* ipsos, *proximos*: vt qui eam custodit, omnibus sit ornatus virtutibus, quæ ipsum apud *creatorem* suum ornare possunt; & quæ *carnis* propriæ domant passiones, eamque spiritui subijciunt; & quæ omnia iustitiæ & misericordiæ opera erga *proximum* implent.

II.

S. *Tho.* 1.2 *q.* 100. *a.* 2. omnem omninò virtutem proponit.

His tertiam addit excellentiam, quòd easdem virtutes doceat in *summo* perfectionis gradu, qui sit in hac vita possibilis. Nam esse non potest profundior humilitas, magis heroica patientia, admirabilior obedientia, perfectior charitas, quam lex hæc nostra doceat. Quæ enim purior in rebus agendis *intentio* esse potest, quàm ita opera nostra bona abscondere, vt, h *nesciat sinistra manus quod dextra*, vt Deo placeat, efficit: Et quæ *charitas Dei* perfectior, quam si i *ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, & ex omni mente tua Deum diligas*? Quæ etiam maior erga *proximum* charitas, quàm quæ etiam se ad inimicos diligendos extendit. k *Ego autem* inquit, *dico vobis: diligite inimicos vestros*; *& benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*. Ex quibus sententiam illam superiùs positam concluſit: *Estote ergò vos perfecti sicut Pater vester cœlestis perfectus est*.

III.

Idque in summo gradu.

Intentio.

h *Mat.* 6. 3.

i *Luc.* 6. 5.

i *Deu.* 6. 5.

Charitas Dei & proximi.

k *Mat.* 5. 44.

O *Pater*

Oratio

O *Pater cœleſtis*, qui perfectiſsimam tuam in nos *charitatem* oſtendiſti, dum iuſtitiæ *ſolem* Filium tuum pro nobis omnibus naſci, eiusq; doctrinę *pluuiam* omnibus communicari feciſti, conferendo hac ratione etiam inimicis eius ſummum, quod poteras, bonum ad eorum remedium: concede mihi infinitam tuam *charitatem*, cum omnibus eius excellentijs & virtutibus imitari, eo modo, quem in ſancta tua lege præſcripſiſti, quò eaſdem & earum perfectiones conſequi valeamus. Amen.

Finis hominis exactiſsima legis cuſtodia. 1 1. *Tim.* 1. 5. m *Ro.* 12 2. n 1. *Ioh.* 2. 5 o *Ro.* 13. 10. *S. Tho.* 2. 2. *q.* 184. *a.* 1.

Ex his concludam, præcipuum meum in Chriſtiana & religioſa vita *finem* in eo eſſe debere vt *legem* euang. in tribus illis prædictis rebus quod *exactiſsimè* fieri poterit, *cuſtodiam*, illius memor quod S. Apoſt. dixit: l *finis præcepti eſt charitas de corde puro ab omni culpa, & conſcientia bona*, virtutũ omniũ operibus exornata; *& fide non ficta* fideliter videlicet, donec earum culmen obtineatur, eas aſſequi contendendo; & ſtudendo, vt idem monet, m *probare* & exequi *Dei voluntatem bonam beneplacentem, & perfectam.* & hac ratione perfectus euadam. Nam, vt S. Ioannes ait: n *qui ſeruat verbum eius* IESV Chriſti, *verè in hoc charitas Dei perfecta eſt*, ac tota porrò Chriſtiana perfectio: o *plenitudo* enim *legis*, ait Apoſt. *eſt dilectio.*

MEDITATIO XIV.

CIRCA PRECATIONEM DOMINICAM.

S. *Tho.* 2. 2. *q.* 83. *a.* 9. *Mat.* 6. *vi Luc.* 11. 2.

IN hoc ſermone montis docuit etiam Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos *Orationem*, quam *Dominicam* appellamus: quæ inter omnes orationes præcipuũ meritò locum propterea obtinet, quòd à ſupremo orandi Magiſtro, & vt nos doceret cœleſtem patrem orare, fuerit inſtituta. Quamobrem ſingula eius verba meditando expendemus, iuxta modum circa verba orandi in. I. partis Introdu. 9. poſitum. Conſtitutus ergo in Dei Trini & vnius conſpectu, ad quem oratio hæc dirigitur (quamuis ad ſingulas Trinit. perſonas dirigi etiam poſsit) Chriſto Domino humiliter ſupplicabo, vt cæleſti ſuo *lumine* animam meam illuſtrare; & amoris ſui *igne* accendere dignetur: vt veritates & excellentias ſpirituales, quas breui hac oratione complexus eſt, ſentiam; & rectè ea petere attingam, quæ ipſe peti à ſe voluit. Et *intentionis* magna puritate, ac feruenti *deuotionis* affectu ei ſimili, quem ipſe habuit, dum eam docens Patrem alloqueretur: fas enim eſt credere, ſic eum Apoſtolos orare docuiſſe, vt ſimul eandem ipſe Patrem oraret: nec eandem quotidie in nobis orare ceſſat. Vt enim S. Auguſtinus ait, Chriſtus Dominus *pro nobis* orat, vt *Sacerdos*; ſed *in nobis* etiam orat, vt *caput* noſtrũ, ſpiritum nobis & orandi virtutem infundens: ideoque nos *dicimus cum*

Conſpectu Dei a Chriſto petam lumen & amorem. Intentio Deuotio. Chriſtus Sacerdos pro nobis orat. Caput in nobis. *præfat. in Pſal.* 85.

illo,

Digitized by Google

illo, hanc orationem & ille nobiſcum: noſtraque oratio eius orationis meritis coniungi debet, vt exaudiatur, & feliciter expediatur.

OBSERVANDVM eſt tamen, bis Chriſtum Dominum hanc precationem docuiſſe: Primùm omnes in monte publicè: Deinde cum ipſe orandi finem feciſſet, & vnus diſcipulorum ei dixiſſet: a *Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos*. Ex quo diſcimus, hanc orandi formulam & publice & priuatim ſeruari poſſe, cum *publicè* ſit, ſicut in ſacro miſſæ, ea breuitate percurri debet, quam locus ille exigit; cum verò *priuatim*, & tanquam orationis mentalis argumentũ accipitur, plures etiam horæ in ea conſumi poſſunt: & Chriſto Domino dicere licet: *Domine doce me orare* non eo ſolum modo, quo docuit Ioãnes diſcipulos ſuos; ſed ſicut tuos ipſe docuiſti Apoſtolos, cordi meo eas veritates ſenſusque & affectus imprimens, quos illi communicaſti. Qua breui petitione peracta vnicum tantum eius orationis *verbum* accipiam, cuius ſignificata raciocinatione perquiram, & profunda meditatione expendam, eos adiungens affectus, petitiones & colloquia, quæ ei, quod expendero; aut quod domini ſpiritus ſuggeſſerit, ſint conformia.

Bis Chriſtus orare docuit a Luca.11.1.

Publice decenter & Priuatim cum omni affectu

Oratio præparatoria.

Singula verba accuratè expendẽda.

PATER.

PRIMVM eos titulos & nomina perpẽdã, ob quæ DEVS & Dñs noſter, ſit etiã noſter *Pater*. Primũ enim eſt omniũ hominũ *Pater* titulo *creationis*; ipſe enim omnibus dedit vt eſſent, dum ad ſuam eos imaginem & ſimilitudinem condidit: eſt verò Pater iuſtorum, ob *gratiæ* eſſe, quod illis impertiens, adoptiuos ſuos filios, Regnique cæleſtis hæredes conſtituit: Eſtque *millies* hac ratione eorum Pater, quia quoties excellentiſsimum illud eſſe, quod in Baptiſmo acceperunt, illi peccando amittunt; paratus ipſe eſt pœnitentibus reſtituere. Et hac ratione cupit ipſe omnium eſſe Pater, nõ ſuæ, ſed noſtræ *vtilitatis* cauſa: non ob noſtra merita; ſed ſolâ ſuâ gratiâ & miſericordiâ. & quamuis ita gratis ſeſe, vt noſter ſit Pater, offerat; non tamen paruo illi ſtetit, vt eſſet; vt qui, ingentibus in cruce toleratis doloribus, nos *genuerit* offerens naturalis Dei filius vitam ſuam, vt gigneret adoptiuos; & eundem omnes Patrem haberent.

I. Pater Creator

In cruce me genuit

Ex omnibus his conſiderationibus magnos hauriam laudis affectus, gloriam Deo pro ſingulis deferendo titulis, in quibus fundatur, quod meus ſit Pater. O PATER amantiſsime, gratias tibi ago ob nobiliſsimum Eſſe gratiæ, quod filijs tuis tribuis, nunquam defatigationem ſentiens in eodem reparando, quotieſcunque illi ſuis peccatis illud offuſcant. O vos *Angeli* qui DEVM in cælis Patrem habetis; laudes ei, gloriamque tribuite, quod etiam hominum in terra viuentium Pater eſſe dignatur.

Oratio

CONSIDERA deinde, quàm exactè DEVS Patris officium expleat, dũ tenerè adeò nos amat, ſolicitam de nobis curam gerit, prouidentia ſua

II. Patris munia exactiſſimè implet

nos protegit, abundè sustentat, & in eo statu collocat, qui nostræ saluti magis conuenit; adeoque in his omnibus excellit, vt nullus parentum terrenorum ad ipsam cælestem comparatus, Patris nomine sit dignus. & ideo nobis ipse Christus prohibuit: b *Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cælis est.*

b *Mat.* 23. 9.

Oratio

O Supreme *Pater*, quas tibi gratias agam, quòd Patris officium erga me suscipere dignaris; Nolo amplius Patres vocare terrenos, qui me facilè deserere consueuerunt: c *Pater* enim *meus & mater mea dereliquerunt me*: Sed te solum cœlestem vocabo Patrem, qui *assumpsisti me*, nec nisi à me prius desertus, me deseres. O *Pater esto mihi Pater: Et monstra te mihi Patrem esse* nomen istud quod in mei gratiam accepisti, reipsa adimplendo.

c *Psal.* 26. 10.

III. Ergo me decet facere, quod est filij. Oratio d 1. *Ioan.* 3. 1. Colloquiũ

PERPENDAM tertiò, eo ipso quod DEVS, Pater mihi esse vult, offerre mihi *filij* sui dignitatem; ac porrò exigere à me, boni filij erga parentem officium & partes; vt ipsum videlicet amem, colam, obediam, eiusque zelem honorem & gloriam. O cœlestis Pater, vnde tantum mihi bonum, vt vilis adeò creatura tua, tuus tamen vocer filius: Quæ te *charitas* permouit vt mancipium vilissimum tuum d *filium nominari, & esse voluerit*. Qui igitur Patris partes adeò exactè erga me suscipis, adiuua Pater, vt boni filij partes fideliter erga te expleam. O *vermis* vilissime, caue à filij Dei dignitate degeneres, indignum quippiam talis patris filio committens. stude potius ei similis esse in vita, decet enim filios parentibus suis esse similis.

IV. Pater 1. Vt amem & confidas. 2. Vt in eo laudemus Deum & gloriemur 3. Vt filium te exhibeas Oratio

VLTIMÒ causas expendam, ob quas voluerit DEVS in hac precatione *Pater* à nobis appellari. PRIMA enim fuit, vt *amoris & fiduciæ* in eum affectus in nobis excitaremus: sic enim orãtib⁹ dabit, quę hic petimus. DEINDE, vt ab eius rei laudibus orationẽ auspicaremur, quã ipse plurimi facit, & de qua gloriatur, gloriam ei dantes, quod *Pater* noster esse velit: idemque nobis honestus sit titulus & prætextus, vt quod petimus, impetremus: TERTIÒ, quo intelligamus, velle ipsum sibi à nobis filiorum spiritu affectuque seruiri: ac propterea quicquid petierimus: tale esse debere vt à tam bono patre bonum filium petijsse decet. O Pater supreme, certus sum, daturum te mihi quicquid vt filius petiero; qui iubes peti, vt à vero Patre.

NOSTER.

I. CIRCA verbum hoc perpendam, cur Dominus noster noluerit vt diceremus: Pater mi; sed NOSTER. PRIMVM enim id fecit, vt infinitam eius charitatem & liberalitatem agnosceremus: quæ in eo emicat, quod

cum

um non posſit niſi vnicum habere naturalem filium, plurimos, voluerit adoptiuos habere, adeò excellentem hanc dignitatem ita hominibus & Angelis conferens, vt ea ſinguli poſsint abſque alterius detrimento gaudere: ita enim eſt omnium Pater, vt æquè ſit meus, atque ſi meus tantùm eſſet, nec aliorum ſit. Sit æternùm benedicta, charitas adeo immenſa, vt in tanta filiorum numeroſitate, tantam omnium curam gerat; atque ſi vnicus eſſet, & ſolus.

II. Vt inuicem amemus.

DEINDE voluit nos docere, ſicut ipſe multorum filiorum eſt Pater, ita nos omnes *fratres* eſſe debere, vt ex hoc ad proximorũ etiam amorem excitaremur, pro omnibus poſtulantes, & optantes omnes nemine contempto, huius Patris eſſe filios; ſiquidem diues & pauper; nobilis & ignobilis; ſapiens & idiota, æquè poſſunt vnius cæleſtis Patris eſſe filij iuxta illam Malachiæ ſententiam: c *Nunquid non pater vnus omnium noſtrûm? nunquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo deſpicit vnuquiſque noſtrûm fratrem ſuum?* OPATER NOSTER ſufficit mihi ſcire, te hominum eſſe patrem, vt eos tanquam fratres amem: omnes amore complectar, ſiquidem omnes tua complectitur charitas.

c *Malac. 2. 10.*

oratio

III. Noſter maiorem Reuerentiam notat.

DENIQVE voluit ſui in nobis reuerentiam excitare. Verbum ſiquidem *Pater mi*, magnę eſt indulgentiæ, magisq; vnigenæ diuini huius Patris proprium: quẽ tamen cum amore & reuerẽtia ſimul neceſſe eſt alloqui. Quod tamen non impediet, quò minus ſeorſim & in cubili meo *Pater mi* dicere liceat: ſiquidem tam eſt nunc meus, atque ſi nullum, niſi me, filium adoptiuum haberet.

QVI IN COELIS.

In cælis I. ob Reuerentiam

CONSIDERANDVM hic, cum DEVS in omni ſit loco, cur ſolũ dixerit: *Qui es in cælis*? PRIMVM enim, locum illum expreſsit, vt me ad *reuerentiam* excitaret, conſiderantem ſupremi huius Patris dignitatem, qui cœlorum ſit Dominus, & in eis regnet. DEINDE, vt cor meum à terrenis ad *cæleſtia* erigeret, & quæcunque ſunt hic, contemnens, ad cœleſtem *hæreditatem*, quam cæleſtis Pater noſter paratam habet, ſuſpirarem.

II. Vt cæleſtia deſideres

III. Vt cœleſtẽ puritatem æmuleris

TERTIÒ vt in mortali hac vita non modò tanquam aduena & peregrinus degam; ſed ſimul vt *cæli* candidatus, cœleſtem *puritatem*, ſine qua eò non peruenitur, habere contendam.

IV. Vt in cælũ oculos leues.

DEMVM ac præcipuè, vt in oratione ipſa f *oculos* & ſpiritum ad cœlũ *& montes eleuẽ, vnde veniet auxiliũ mihi*, & bona quæcunq; peto. O *Pater*, qui in cœlis habitas, deduc me iſtuc, vbi commoraris, & dum non perducis, adiuua me gratia tua, vt omnis g *conuerſatio mea in cælis ſit*, & eorum, quæ in terra ſũt obliuiſcar. O *anima mea*, quæ in terra hac es peregrina, ſiquidẽ

f *Pſal. 120.*
g *Phil 3. 20.*

Pater tuus & hæreditas tua eſt in cœlo: ſuſpira ad eius domum peruenire, vt tanta eius fruaris hæreditate.

S. Aug. de ſerm. Dom. in monte cap. 9. S. Ambroſ. lib. 5 de Sacram. c. 4. Iuſti ſunt Cæli

TANDEM perpendam etiam iuſtos, in quibus DEVS per gratiam ſuam inhabitat, *cælos* appellari; ac eorum hic fieri mentionem, vt intelligamus Deum eorum præcipuè eſſe parentem, qui verè eius ſunt cœli: & vt qui orat, omnem culpam terrenaque omnia à ſe ableget, fiatque cœlũ in quo DEVS poſsit habitare: ac ſeipſum colligat, & ad ſua interiora ſe recipiat: ibique ſuam coram patre ſuo, qui in cordis ipſius abſcondito manet, orationem effundens.

Oratio

O vtinam cælum eſſem clarum, & virtutibus exornatũ, in quo DEVS inhabitare ſibi complaceret. Fateor, DEVS MEVS, hominem me eſſe de terra terrenum, ſicut Adami terreni filium: ſed opto tamen, gratiâ tuâ fieri cœlum, & homo cœleſtis ſicut cœleſtis Adami filius. Veni Domine ad ſeruum hunc tuum, nam præſentiâ tuâ cœlum efficietur. *Tria prædicta verba, præambulum quoddam ſunt huius orationis: in ſubſequentibus continentur ſeptem Petitiones, quas oratio ipſa complectitur.*

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Petitio 1. Gloria Dei

PRIMA hac Petitione hoc petitur, vt ipſe DEVS agnoſcatur, laudetur, & glorificetur ab omnibus, *nomenq;* eius veneration ſit, adoretur, ſanctumque habeatur, perpendendo tamen verba ſingula ſeorſim, expendã:

I. Sanctitas maximè Deo cõpetit.

PRIMO: cur potiùs SANCTIFICETVR dixerit, quàm *Glorificetur* aut *Laudetur*: Cauſa enim eſt, quod nihil æquè Deus æſtimet, atque *ſanctus* eſſe: ac nulla propterea illi maior gloria deferri poteſt, quàm ſi Sãctus habeatur: & Seraphinorum, ſanctorumq; illorum quatuor animalium Apocalypſeos more *Sãctus, Sãctus Sãctus Dominus Deus exercituũ, Deus õnipotens, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*, magno affectu proclametur. O Pater ſanctiſſime, ex animo gaudeo ob ſanctitatem qua polles optoque vt te filij tui in ea imitentur; eandem & ego omnibus præferre volo, vt tua implens mandata, Sanctus ſim, ſicut tu ſanctus es.

h *Iſaie. 6. 3.* i *Apoc. 4. 8.*

Oratio.

II.

DEINDE conſiderabo, cur potius NOMEN ſanctificetur, quàm *Maieſtas* tua aut *potentia* dixerit? Cauſa enim fuit, quod quicquid de Deo agnoſcimus, & omne quod ipſius compellationem apud nos habet, id totũ in veneratione eſſe, glorioſum ac ſanctum haberi, ſit æquiſsimum. O Pater cœleſtis, quomodocunque te compellem, ſanctus tu es: & ideo cupio ſanctitatem tuam ab omnibus agnoſci. Diceris Omnipotens, Sapiẽs, Creator, Gubernator, Dominus, Pater: ſanctificetur ergo omnipotentia tua, ſapientia, & ab omnibus habeatur ſancta. O Creator ſancte, Gubernator ſancte, & Pater ſancte: omnia nomina tua ſancta ſunt: eſtque iuſtum omnes flectere genua ſua, ac Deitatis tuæ nomen ſtatim atque

Oratio.

audiuerint

audiuerint, adorare ac venerari: quia digniſsimum eſt, quod nominetur, ſummaque veneratione ob ſanctitatem ſuam ab omnibus audiatur.

III. Non meum ſed Dei nomen glorificetur.

TERTIÒ vocem TVVM perpendam, atque ſi diceret: ſanctificetur nomen *tuum* non meum: *Tu* enim *ſolus ſanctus*, per eſſentiam: nec alius eſt, qui diuinum ſanctitatis honorem mereatur, niſi tu, à quo & per quem Iuſti ſanctitatis veſtigium aliquod hauriunt. k *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*: non noſtrum ſed TVVM dulciſsimum nomen glorificetur: Tibi enim l *Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor* debetur *& gloria in ſecula ſeculorum*. m *Nobis autem confuſio* magna *faciei noſtræ* & cõtemptus. Erubeſco, *Deus meus*, & Saluator meus ob animi mei elationem: qua nomẽ meum appeto dilatari, & toti mundo innoteſcere, & ab omnibus æſtimari, qui tamen vituperari potius, blaſphemari, contemni & in obliuione apud oẽs eſſe dignus ſum. Vtinam in tui Sancti nominis gloria quærenda, mei autem obliuione me totum occuparem.

k *Pſal.* 113.9
l 1.*Tim.*1. 7.
m *Baruch.* 2.15. *Daniel.*9.7. Oratio

IV. Ab omnibus ſanctificetur DEVS.

PERPENDAM quartò: cur petitioni huic qua voluit Chriſtus à nobis peti, Dei nomen ſanctificari, non adiecerit: *Per nos*. Cauſa enim eſt, quòd noſtra petitio deſiderium que noſtrum nec intra terminos & limites contineretur; ſed ſanctiſsimi eius nominis ſanctificatio extenderet ſe ad omnes tàm *Angelos*, quàm homines; nec ad eos ſolùm qui nunc in *terra* verſantur; ſed eas etiam animas quæ vel in *cœlo* ſunt vel in *purgatorio*; nec ad præſentes tantum; ſed ad eos etiam qui ſunt *futuri*; imò vt *creatura* omnes aſpectabilis huius mundi ſuo vna quæque modo laudent, & ſanctum eius nomen glorificent, digniſsimum eſt enim, quòd ab omnibus glorificetur, & n *omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & inferorum* ſuperno Dei nomini & vnigenæ filij eius IESV Saluatoris noſtri.

n *Phil.* 2.10

V. Ratio ſanctificandi nomen Dei.

DENIQVE perpendam, qua ratione nomen hoc tùm ego ſanctificare debeam, tùm illi, pro quibus, vt illud ſanctificent, peto. Præcipua enim eius nominis glorificatio in eo eſt, vt omnes *credant*, quod ipſe reuelat; *ſperent*, quod ipſe promittit; *obediant*; ijs, quæ ipſe iubet; *adorent* verò & ſeruiant ſicut ipſe præſcribit, ac demum ex toto corde eum *diligant*, & talis eorum ſit vita & talia opera, vt o *qui ea viderint glorificent Patrem qui in cœlis eſt*. O Pater glorioſiſsime, per vnici filij tui merita ſupplico, vt fidei lumen in fidelibus omnibus; gratiam tuam & charitatem fidelibus, iuſtis omnibus ſeruentem amorem impertiri digneris, quò ſanctum nomen tuum ita in terra ſanctificent, ſicut beati faciunt in cœlo. p *Va mihi per quem* & per cuius opera *nomen Dei inter gentes blaſphematur*. Adiuua me, Domine, vt ea in poſterum talia ſint, per quæ nomen tuum glorificetur in ſæcula. Amen.

o *Mat.* 5.17 oratio

p *Rom.* 2.24

ADVENIAT REGNVM TVVM.

CONSIDERANDVM hic eſt, quodnam hoc ſit *Regnum*, quod petimus aduenire.

Petitio 2.

aduenire. PRIMVM, illud regnum petimus, quo Deus ipſe in iuſtis regnat per *gratiam*. Idcoque Regnum hoc multa complectitur & in primis *fidem* quam tenere oportet; *Leges* gubernationis ipſius, quas obſeruare; *ſacramenta*, quæ ſuſcipere, *ſacrificia*, quæ offerre; & *virtutes* omnes, quibus Regi noſtro ſeruire debemus, animas noſtras ad hoc diſponẽtes, vt in eas Rex ipſe venire, & inhabitare dignetur: Ac deniq; illud quod Apoſtolus, q *Iuſtitiam Pacem, & Gaudium in ſpiritu ſancto* appellat. O *cœli Rex*, Veniat tuum hoc Regnum ad nos, & quotidie veniat cum nouis perfectionis augmentis: Eſt enim æquiſsimum, vt tanquam verus legitimusq; Rex noſter in nobis regnes, nos gubernes, omnesque tuæ gubernationi ſubiecti ſimus.

I. Regnum gratiæ.

q *Rom.* 14. 17.

Oratio

PETIMVS deinde Regnum æternæ gloriæ, in quo Deus cum Beatis tranquillè regnat: ſed non dixit tamen: perduc nos ad tuum Regnum; ſed *adueniat* ad nos *Regnum tuum:* ſi enim ipſius Regnum ad nos per gratiam peruenerit; certum eſt nos ab ipſo deducendos ad gloriam: Idcoque maiori nobis curæ prius Regnum eſſe debet, quàm poſterius: omnes enim cum Chriſto in cœlo regnare deſiderant, quia omnibus, id eſt iucundum: non tamen æquè omnes optant Deũ in ipſis hac in terra regnare, quia moleſtiam id aliquam adiunctum habet. Sed ego, REX MEVS, ſupplex vt Regnum tuum veniat, peto; quò in me & omnibus regnes per gratiam: ſed & illud peto, vt & r *ciuitas* illa *ſancta Hieruſalem de cœlo deſcendens* ſeſe nobis manifeſtet, viuaque fide reuelet, vt viſione ſua in ſuum nos amorem accendat, &, vt eius habitatores efficiamur, nos ad ſe perducat. Vtinam in illud regnum me totum immerſum viderem! Vtinam aduenirem, & in me ipſum intraret: s *intra me* enim *eſſe neceſſe eſt*, quod me beatum faciat.

II. Regnum gloriæ. Gratia potius eligenda.

Oratio.

r *Apoc.* 21, 2

s *Luc.* 17. 21

TERTIÒ petimus étiam Regnum Dei vltimum & conſummatum, quale in nouiſsimo iudicij die erit, aduenire: cum Dœmonis regnum omninò deſtruetur; Deus verò in iuſtis regnabit, eorum animas & corpora glorificans, vt regnum gloriæ eius in omnibus t *compleatur*. O vtinam hoc Regnum aduenirem, vt peccatis ceſſantibus, deſiderium impleretur animarum Sanctarum, quæ illud expectant, vt eo ſimul cum corporibus æternùm potiantur.

III. Regnum æternũ & conſummatum.

t *Apoc.* 6. 11.

DENIQVE verbum illud TVVM perpendam. Veniat, inquam, Domine, Regnum TVVM, vt quodcunque tuum non eſt, deſtruat: Nec in me u *regnum peccati* aut Dœmonis amplius dominetur: *ſed vt gratia tua per iuſtitiam regnans* tale regnũ deſtruas, ſupplex peto. Nec peto, vt huius mundi regnum, quod in diuitijs, honoribus, & voluptatibus eius fundatur; ſed tuum, quod in veris virtutibus conſtructum eſt, in me regnet. O SALVATOR dulciſsime, qui profeſſus es: x *Regnum tuum non eſſe de hoc mũdo*:

IV. Dei non mundi Dæmonis aut peccati oratio.

u *Rom.* 5. 21

x *Ioan.* 18. 36.

Regnum

Regnum tuum volo, regnum tuum desidero, illud solùm peto. Veni ô Trinitas sanctissima, & in nos ipsos intra, inhabita, & regna in nobis, qui terram incolimus, sicut regnas in sanctis, qui cœlos iam incolunt, vt sicut illi tibi seruiunt, & placent, nos quoque seruiamus. Amen.

FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO & in terra.

Petitio 3.

CONSIDERANDVM primò, quænam illa sit VOLVNTAS, quam petimus impleri: *diuina* videlicet est, legis diuinæ præceptis, Euangelicis consilijs, occultis Spiritûs sancti inspirationibus, & Ecclesiæ eiusque ministrorum, ac eorum, qui Dei loco & nomine nobis præsunt, ordinationibus expressa. Vtinam hanc Dei voluntatem semper exequeremur: satis enim omnibus esse debet, quòd ea Creatoris nostri sit; vt propterea lubentes eam amplectamur. y *Vita mea*, Deus, *in voluntate tua* est, vt eam exequar, mors in eiusdem transgressione. Impleam itaque eam, vt viuam, transgrediar, ne moriar.

I Voluntas diuina: &

y *Psal.* 29.6 Oratio.

DEINDE verbum TVA perpendam, Deo dicens: nolo Domine *propriam* meam, quæ peruersa est; nec *carnis*, quæ aduersus spiritum rebellat, nec *Dæmonis*, quæ iniusta est, nec *mundi*, quæ vana, voluntatem sequi, sed tua fiat, quæ sola bona & iusta omnisque bonæ voluntatis est regula. O dulcis IESV, qui de cœlo descendisti, z *non vt tuam sed Patris voluntatem faceres*, adiuua me gratiâ tua, vt in rebus omnibus meam abnegẽ & mortificem, eamque tuæ diuinæ subijciam.

II. Dei non Dæmonis, mundi aut carnis.

z *Ioan.* 18. oratio.

PERPENDAM tertiò modum eandem Dei voluntatem exequendi, qui verbis illis SICVT IN COELO ET IN TERRA, exprimitur, sicut videlicet Angeli & beati spiritus eam in cœlo exequuntur: *integrè* in primis ita, vt nihil prorsus negligatur, pura deinde *intẽtione* Deo ipsi placendi; Tertiò *promptè*, velociter, & exactè omninò, absque mora aut repugnantia vlla. Quartò, *fortiter* & ad finem vsque constanter, Quintò *amoris* feruentis, continui, intensique intuitu, magnam animi voluptatem, gaudium & exultationem in Dei voluntate exequenda constituendo.

III. Integrè Purè Promptè Fortiter Feruenter.

O Pater dulcissime, operæpretium omninò fuit priùs petere, vt *aduenire Regnum tuum*, & vt cœlum tuum ad intima nostra penetraret, siquidem hoc à nobis exigis, vt in terra constituti vitam nostram sicut qui in ipso cœlo sunt degamus. Vtinam cum omni ea perfectione, qua fieri potest, voluntatem tuam exequerer: nolo enim esse parcior in eo desiderando, quod adeò excellenter me iubes à te petere.

oratio.

IV. In obedientia Dei imitandus IESVS.

PETIMVS denique hic, fieri Dei voluntatem à terrenis hominibus, ſicut fit à viris cœleſtibus; præ omnibus autem ſicut facta fuit ab Adamo ipſo cœleſti IESV Chriſto Domino noſtro, qui de cœlo ipſo deſcendit, vt perfectione excellentiſsima diuinam exequeretur voluntatem.

Oratio aa *Pſal.* 142. 10. Petitio 4.

O PATER COELESTIS, rationi omninò conſentaneum eſt, vt filij, quos gratioſa tua voluntate genuiſti, faciant quod eis iubes, ſicut fecit is, quem ex tua genuiſti ſubſtantia. aa *Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu:* cui ſit honor & gloria in ſæcula. Amen.

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS hodie.

I. Panis.

CONSIDERANDVM primò, quemnam hac petitione panem à Deo petamus: non enim quemcunque, ſed ſuperſubſtantialem & excellentiſsimum petimus.

1. Corpus Chriſti.

PRIMVM, panem illum petimus, qui ſpiritum nutrit atque corroborat, qui eſt ipſum Sanctiſsimum altaris *Sacramentum*, ſupplicantes; vt nos eius ſumendi dignos efficiat, talesque, qui ſacramentaliter quotidie, aut ſpiritualiter ſaltem ſumere poſsimus, eiusq; fructum & gratias innumeras, quæ in illo communicãtur. bb *O panis vita qui de cœlo deſcẽdiſti pro mundi vita*, da teipſum mihi, vt per te & in te, tibique ſemper coniunctus viuam. Amen.

bb *Ioan.* 6. 51. oratio

2. Gratia.

PETIMVS deinde conſuetam animę noſtræ ſuſtentationem, quæ ſunt *gratiæ* auxilia, quibus ſpiritualis eius vita conſeruatur, in quibus numerantur ſacramenta, inſpirationes, illuſtrationes, diuinorum myſteriorum intelligentia, panisque ille, de quo ipſe Chriſtus dixit: cc *cibus meus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me.* O Pater amantiſsime qui iubes me vitam ducere cœleſtem, & voluntatem tuam in terra facere, ſicut fit in cœlo; impertire mihi duos iſtos panes cœleſtes, quibus ita puram vitã conſeruem, donec conſequar æternam. Amen.

cc *Ioan.* 4. 34. Oratio

3. Panis corporis.

PETIMVS denique etiam *panem* ad corporalem vitam ſuſtentandam neceſſarium: quia vult ipſe vt eam conſeruemus, & vt panem ad id ab ipſo petamus, non anxia & ſuperflua ſolicitudine, ſed ea confidentia, quæ de eius prouidẽtia meritò eſt habẽda. In quibus omnibus nobis inſinuat, quod ſimus eius filij, infantesque, qui à ſuſtentatione, quam noſter Pater daturus eſt, dependeamus; ſine cuius prouidentia non poſſemus noſtris viribus eam obtinere.

II.

DEINDE conſiderandum verbum illud NOSTRVM: etſi enim ſuperſubſtantialis iſte panis verè ſit ipſius Dei, quia ab ipſo ad nos prouenit, ipſe eum pinſit, ac diſtribuit; vult tamen vt NOSTRVM eum appellemus; quia ad neceſsitatẽ noſtrã reparãdã deſtinatur; & quia Redẽptor noſter illũ pro nobis cõparauit ſuorumq; meritorũ ius nobis applicauit,

vt pe-

vt peteremus; quoniam promiſsionis etiam nomine NOSTER iam eſt Et quoniam diuinus panis diuerſis modis pinſitur pro *Angelis* in cælo atque pro hominibus in terra *perfectis* & *imperfectis*, pro omnibus, Domine panem NOSTRVM peto, naturæ noſtræ capacitatiqúe conformem, qui ſaluti noſtræ conſequendæ ſit vtilis. Non peto corporalem *alienum* panem, nec *ſuperfluum*, quo minus carni indulgeam; ſed panem noſtrum, neceſsitati noſtræ debitum, ad vitam traducendam, & tuo obſequio expendendam.

Non alienum nec ſuperfluum

III.

TERTIÒ illud etiam verbum QVOTIDIANVM expendam, quaſi dicamus Deo: non extraordinariam aut inſolitam aut ſingularem petimus portionem, quam tuis ſingulariter dilectis amicis impertiri ſoles, quia ea indignum me iudico: ſed ſolitam *quotidianam*, ſine qua anima mea nec viuere nec in ſpirituali ſua vita progreſſum facere poteſt; nec ipſum corpus ſubſiſtere: *extraordinarium* alium diuinorum tuorum fauorum panem, diuinæ tuæ prouidentiæ, ſuauiqúe æternæ tuæ diſpoſitionis ordinationi relinquens.

Non extraordinariã ſed Ordinariam gratiam

IV.

PERPENDAM quartò illud: DA NOBIS: quia non mihi ſoli ſed *omnibus* hominibus tanquam fratribus, charitate aut naturæ (etiamſi alioqui inimici) neceſsitudine coniunctis petere iubet, iuxta illud Chriſti: dd *Orate pro perſequentibus & calumniantibus Vos*, vt etiam intelligam, ſi contingeret me videre ee *inimicum meum eſurientem*, *cibandum illum eſſe*; ſiquidem hic à Deo panem noſtrum qui ipſius etiam eſt, peto.

Pro omnibus peto.

dd *Matt.* 5. 44.

Prouer. 25 21.

ee *Rom.* 12. 20.

V.

DENIQVE & verbum HODIE, eſt perpendendum, neq; enim dicit: Da nobis *Hodie* & cras, ſed *Hodie* tantùm: quia vult Deus, vt quotidie eum petam, & orationem quotidie frequentem; ac intelligã quotidie me ab ipſo pendere; vt ſuperfluam craſtinæ diei ſolicitudinem abiiciam: quia fortè non erit mihi dies craſtina, ſicut conſtituit Deus Iſraelitis, vt *panes de cælo colligerent*, *qui ſufficĕrent per ſingulos dies*, quò ſemper à prouidentia diuina penderent. Quamuis *ſuperſubſtantialem* etiam panem pro die hodierno petam, qui, Apoſtolo teſte, gg *Hodie cognominatur*, & totum vitæ huius tempus complectitur, quod cũ æternitate comparatum, non eſt niſi diei vnius! O Pater cœleſtis da mihi abundanter panem hunc ad diem hodiernum, & in æternum; ſed ita tamen vt & viuam, & eo feruore orem in hoc die, atque ſi nullus alius mihi ſupereſſet.

Hodie tantum. Contra Solicitudinẽ *Exod.* 16. 4.

Superſubſtantialem pro tota vita.

gg *Heb.* 3. 13.

Oratio.

DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMUS debitoribus noſtris.

Petitio 5. Debita

CONSIDERANDVM primùm, quænam illa ſint DEBITA, quæ nobis dimitti poſtulamus. Nam in primis *peccata* ſunt lethalia, aut venialia, & pœnæ, quarum propter illa rei ſumus: quæ omnia Deus ſolus dimittere

I.

Peccata per gratiam

poteſt, ſed per ea media id facit, quæ ipſe conſtituit. Petimus igitur *media* illa nobis applicari, gratiamq; conferri, qua illis vtentes remiſſionem debitorum conſequamur.

II. Nemo à Veniali immunis.

PERPENDAM deinde: quamuis eò ſanctitatis quis peruenerit, vt Deũ *Patrem* liceat compellare: quamuis eius *Regnum* illi aduenerit, & eius *voluntatem* in terra adimplere ſtudeat ſicut in cœlo, debere tamen ſe peccatorem recognoſcere, ac ita de ſe ſentire, quod in genere *venialium* peccatorum quotidie impingat, debitaque propterea quotidie contrahat, ob quæ meritò dicere debeat: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. O Pater benigniſsime! fateor quotidie non vno tantùm debito, ſed multis tibi obſtringi, cum ſæpius cado: ſed tibi Domine, vt qui fons es miſericordiæ cõplaces, dum indulges, ſiquidem iubes, vt dimitti mihi petam, & nunc ecce peto, quia ita iubes. concede ergò quod peto, qui tibi cõplaces cõcedendo.

Oratio

III. Iniurias remittere.

TERTIÒ perpendam ſimiliter, quæ illa ſint *debita*, quæ proximis ac *debitoribus noſtris* dimittimus. ſunt enim *iniuriæ* & offenſiones à proximis aliquando nobis illatæ: quas debeo illis remittere, nec iniuriantem aut me offendentem odiſſe, aut vindictam authoritate propria quærere, odiive indicia aliqua, ſed charitatis potiùs conſueta ſigna exhibere. Pleniùs tamen ille debita dimittere cenſendus eſt, qui etiam acceptę iniuriæ oblitus, ſingulari eum *amore* proſequitur & ſingularia in eundẽ beneficia confert, à quo iniuria eſt affectus: quamobrem copioſiorem ac liberaliorem etiam à Deo ipſe propriorum debitorum remiſſionem obtinebit. Ex quo intelligam, quantoperè Deus cupiat, vt nobis inuicem dimittamus, quæ inuicem debemus: ſiquidem ea conditione noſtra nobis peccata ipſe vult dimittere, modò & nos DEBITORIBVS NOSTRIS dimittamus: & quàm ipſe cupiat, vt ſtatim nobis mutuò dimittamus,

hh *Epheſ.* 4. 26.

hh *nec ſol occidat ſuper iracundiam noſtram*, qui in quotidiana noſtra precatione repetere nos iubet, quod noſtris debitoribus dimittamus. Quòd ſi reipſa non præſto, ipſemet in me ſententiam profero: Dicens enim Deo: dimitte mihi, ſicut ego dimitto; ſi ego non dimittam, reipſa, quod in me eſt; dico: nec mihi dimitte. O liberaliſsime Pater, ex corde omnino debitorib. meis dimitto quod mihi debẽt; vt tu dimittas mihi quod tibi debeo: certus enim ſum, vix mihi ii *centum denarios deberi*; cùm ego *decem millia talenta tibi debeam*.

Oratio

ii *Matt.* 18. 24.

NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

Petitio 6. Non ne tẽtemur ſed ne vincamur.

PERPENDAM primùm, non dixiſſe Chriſtum vt à Patre noſtro petamus, ne nos tentari *permittat* aut ne *tentatori* facultatem tentandi faciat: præſupponit potiùs, nos tentandos, expedireque id à cœleſti noſtro Patre permitti, & facultatem hoſti noſtro ad id dari, quam ſi dederit, ea erit abſque omni dubio iuſta, nobisq; vtilis, noſtris viribus commenſurata:

Quare

Quare paratos nos esse oportet, ad tolerandas Dœmonis, eiusque ministrorum, qui in hoc mundo viuunt, nostræque propriæ carnis, & propensionum eius tentationes & insultus, sicut suprà diximus. Sed vult Christus, vt gratiam petamus, ne à *tentatione* vincamur, aut in peccatum aliquod cõsentientes, tentationi succumbamus: & simul ne idem Deus tale nobis tentationis genus, aut talem occasionem euenire permittat, in qua ipse nos præuidet esse vincendos. O *Pater cœlestis*, aspice hunc filium tuum in loco tentationis degentem, ex omni parte à multis hostibus oppugnatum: non refugio Deus conflictum, quem tu in bonum meum permittis, sed gratia tua assiste vt victor euadam: Patris siquidem honor, est victoria filij. *Medit. 5.* *Oratio.*

SED LIBERA NOS A MALO. *Petitio 7.*

Petimvs vltima hac petitione, ab omnibus malis liberari, præteritis, præsentibus, & futuris, æternis, & temporalibus; animæ & corporis, quatenus id ad animæ nostræ bonũ conferet. Quare à Deo petimus à peccatis *præteritis* ita liberari, vt gratia sua nobis illa remittat, ab ignorantijs, erroribus, animi perturbationibus, calamitatibus & miseriis, quib. *nunc* vrgemur, eripiat, & à *futuris* præseruet, æterna præcipuè damnatione, Dœmonisque, qui kk *Malus* est, potestate: à quo potissimùm liberari cupimus, cùm dicimus: Libera Nos A Malo: quo neque in hac, neque in futura potestatem aliquam in nos habere permittatur, aut eius mancipia efficiamur. Quamobrem licebit in hac petitione litanias quasdam instituere eis similes, quas habet Ecclesia, exprimendo ea mala, à quibus peto liberari. Ab omni malo, libera nos Domine; ab ira tua; à spiritu fornicationis; à spiritu superbiæ, &c. Libera nos Domine. kk *Matt. 13. 19.* *Maximè à Dæmone.*

AMEN. *Desideriũ.*

Conclvsit Christus precandi formulam verbo illo Amen, quod est *fiat, fiat*, quod propterea ingenti affectu desiderioque dicendum est, à Deo obtinendi quod peto. ll *Desiderium* enim *pauperum exaudit Dominus*: adiungenda est quoque magna *fiducia*, quod exaudiemur: vt qui ea petamus, quæ ipse Dominus petenda præscribit, iuxta ea, quæ sanctus Ioannes dicebat: mm *Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum: quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos: & scimus quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo*: ipse enim docuit nos, quæ ex ipsius voluntate petere debeamus. *Doctrina, quam in hoc sermone Christus docuit, de* prouidentia, *quam ad subueniendum nostris necessitatibus, nostrasque orationes exaudiendas habet, secundum habet vtilissimarum meditationum materiam, quas in sextam partem recensemus.* ll *Psal. 9 35* *Fiducia* mm *1 Ioan. 5. 14.*

MEDITATIO XV.

DE APOSTOLORVM AC DISCIPVLORVM ad prædicandum miſsione.

PVNCTVM I.

CONSIDERA primùm: Chriſtum, cùm ſuos diſcipulos ad prædicandum mitteret per terram Iſrael, dixiſſe illis: a *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam*, qui eam colligant. Qua ſententia infinitam ſuam charitatem, miſericordiam & deſiderium, quo tenetur, noſtræ ſalutis manifeſtat.

Matt.9.37 Luc.10.2

I Multi qui adigent uxilio.

PRIMVM itaque ait: MESSIS MVLTA, quia multi ſunt, quos ad cœleſte regnum deſtinatos habet, multique, qui prædicatorum & myſteriorum euangelicorum auxilium expectant, quo ſe diuino obſequio tradant omninò. Et hoc eſt, quod Chriſtum ad commiſerationem excitat, vt eos cupiat adiutos.

II. perarij eri pauci Multi otio ſe quærẽ es aut reſi entes.

DEINDE ait: OPERARII PAVCI: quia plurimi hominum ſectantur otium, horrentes laborem: quod ſi aliquandò laborant, id proprij commodi potiùs quàm aliorum gratia faciunt. Pauci ſeſe, vt operarij ſint, diſponunt; multi ei, qui mittere eos velit, reſiſtunt. Et hoc ipſum eius viſcera magis mouet ad compaſsionem, & porrò ad deſiderium, vt tot mittantur, quot meſsis eius neceſsitas & multitudo requirit.

III.

DICIT *tertiò* ad ipſum Dominum meſsis, qui eſt Chriſtus, ſpectare, vt operarios deſignet, mittatque: quia nemini licet in alienã meſſem abſque Domini facultate intrare. qui. n. à Deo nõ vocatus in huiuſmodi ſe opus immiſcet, oſtendit ſe non Domini obſequio palatove ſtudere; aut meſsis ipſius, ſed proprium commodum, honorem, & vtilitatem quærere. fruſtrà autem laborabit qui talis eſt, niſi enim in nomine & virtute IESV Chriſti, nec piſcari, nec meti poteſt animarum meſsis & captura.

IV. Orationis ceceſsitas

QVARTÒ ait: Rogandum eſſe Dominum meſsis, vt mittat operarios, qui eam colligant: vt oſtendat ſe eius non oblitum eſſe; ſed optare potiùs vt colligatur: velle ſe tamen rogari: eo quod *oratio* mediũ ſit aptiſſimũ ad exequendas diuinas diſpoſitiones & prædeſtinationes; & ſimul operis huius præſtantiam, & valorem intelligamus in quo tamen non de ipſius Domini, ſed meſsis & operariorũ agitur lucro & vtilitate. Ex hoc. n. tũ hominũ *ſalus*, quæ meſsis inſtar demeti, vt in horrea cœleſtia perueniãt,

alus alio- am

debet;

debet; tum operariorum *merces* quibus ipſam Deus meſſem committit, dependet: hanc enim ob cauſam Apoſt. ait: b *Væ mihi eſt, ſi non euangelizauero: neceſſitas enim mihi incumbit.*

Merces tua æterna
b 1. Cor 9. 16

DENIQVE tanta eſt Chriſti Domini charitas, vt ſtatim atque ſuũ hoc meſsis colligẽdæ deſiderium expreſsit, non exſpectans, vt Apoſtoli ac diſcipuli id peterent, ſtatuerit eos mittere, vt oſtendat, etſi nos in hac gratia petenda incurij ſimus charitatem tamen ſuam infinitam non tradituram meſſem obliuioni; ſed bonitate & miſericordia ſola c *operarios* electurum & miſſurum, *qui regiones metant*, ſicut reipſa per vniuerſam Eccleſiam & gentilitatem quotidie eum facere videmus.

V.
Chriſti charitas prævenit nos.
c Iacob. 5. 4.

OSALVATOR dulciſsime, quantas poſſum maximas pro ſolicitudine hac erga meſſem tuam, in operariorum, qui eam colligant miſsione gratias ago, & quandoquidem, vt id facias, rogari cupis, millies humiliter ſupplico, vt multos fideles magni exempli, d *probabiles & inconfuſibiles operarios* mittere non deſinas: ad quos, ſi ego aliquid valeo ſe *Ecce ego mitte, me.* Si enim tu me vocas mittisque, æquum eſt vt paream conando exequi quod iubes. Hos & ſimiles alios affectus ac propoſita ex quinque his conſiderationibus elicere oportet: meſsisque ipſius neceſsitatibus, & operariorum penuriæ condolere.

Oratio
d 2. Ti 2. 15
Iſai. 6. 9.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM Chriſtum reipſa ſtatim a *Apoſtolos ac diſcipulos ſuos* in terram Iſrael *binos & binos ad prædicandum miſiſſe* ac dixiſſe: b *infirmos curate, & mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eĩcite, gratis accepiſtis, gratis date.*

a Mar. 6. 7.
b Mat. 10. 8

PERPENDAM primũ cauſas, ob quas voluerit Chriſtus, diſcipulos ſuos *binos* ire & non vnũ ſolũm: vt videlicet alter alterũ *iuuaret, conſolaretur*, & *cuſtodiret*; & ea ratione mutuæ perfectæ charitatis legẽ implerent, exẽploque ſuo alios ad eandem caritatem colendam excitarent: vt eiuſdem veritatis quam prædicarent, duo eſſent teſtes *conteſtes*. Ac demùm vt eorum poſteri exemplum hoc ſequeremur, ſtudentes, huiuſmodi miniſteria benè comitàti obire: *Frater enim* (vt Sapiens ait) *qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*: & idem Sapiens: d *Si vnus ceciderit, ab altero ſulcietur. Væ ſoli: quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Et ipſemet Chriſtus Dominus: e *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* O felix conturbernium, cui tertium ſe Chriſtus adiungit, eius curam habiturus.

I
Binos variis de cauſis miſit.
c Pro. 18. 19
d Eccl. 4. 10.
e Mat. 18. 20

DEINDE Chriſti liberalitatem, omnipotentiamque perpendam, quã oſtendit in tam ingenua, & abſque omni inuidiæ iudicio, communicatione po-

II.

Christus liberaliter sine inuidia potentiam suam communicat.

ne potestatis patrandi *miracula*, discipulis suis facta; addens etiam, ipsos postea etiam *maiora*, quàm ipsemet fecisset, edituros vt authoritatem maiorem ipsis & doctrinæ ipsorum conciliaret. cùm enim homines essent aliàs abiecti, nisi tali fuissent potestate ornati, facilè fuissent ab omnibus contempti. Nominatim verò duo illa memoranda verba GRATIS ACCEPISTIS, GRATIS DATE sunt expendenda; PRIMÒ enim ipsosmet discipulos erudit in *humilitatem*, vt sciant neque hanc, neque alias potestates sibi ob ipsorum merita aut alterius iustitiæ titulo debitas esse; sed gratis omninò concessas; ne quis in ipso, sed *in Domino*, à quo eas accepit *glorietur*. Ideoque *greuertētibus cum gaudio discipulis*, ac iactabundis, quod *etiam dæmonia ipsis subiicerentur in nomine eius*, vt eorum superbiam reprimeret, respondit: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem*, quasi diceret exemplum hoc dæmonibus vobis obedientibus aspicientes, discite non vobis tribuere, quod reipsa non vestrum, sed Dei est: propterea enim illi è cœlo sunt præcipitati, quòd, quæ Dei erant, sibi vsurparent.

f Lc. 132. g Luc. 10. 17

Gratis da & retribuet Deus

SECVNDO verbo *liberalitatem* erga proximos commendat, quam ipse discipulis exhibebat, vt sicut ipsi eam potestatem gratis acceperunt, gratisquoque eadem erga proximos, non lucri temporalis aut pretij alicuius intuitu vtantur: nam quò minorem ipsi ab hominibus recompensationem quæsiuerint, eò ampliorem à Deo *mercedem* recipient: qui suam propriam reputans iniuriam, per Prophetam conqueritur: h *Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito*: & qui gloriam meam præcipuè, non proprium quærat commodum. O dulcis IESV, siquidem quæcunque habeo, à te accepi: omnibus illis, quæ reuera sunt tua, seruire tibi cupio solius tui amoris ergò, sensuum meorum portas occludam: & in cordis mei altari ignem affectuum incendam, offeramque bonorum operum sacrificia. Quòd si in proximorum vtilitatem aliquid mihi donaueris, illud etiam in eos distribuam; nullo alio præmio aut mercede propter te quæsita, cui sit semper gloria de omnibus, quæ à te procedunt. Amen.

Oratio

PVNCTVM III.

I. Virtutes 6.

1. Mansuetudo

2. Patientia

3. Charitas

CONSIDERANDA sunt illa virtutum ornamenta, quæ discipulis prædicationem aggressuris Christus commendat; *Ecce*, inquit, *ego mitto vos sicut oues*, & agnos *in medio luporum: Estote ergò prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*. Quibus verbis sex eis virtutes commendat. Omnium *mansuetudinem*, nemini etiam à quo ipsi læderentur nocentes; *Patientiam* in tolerando quodcunque ipsis inferatur incommodū;

Charitatem, seipsos & quæcunque habuerint, in aliorum vtilitatem tradentes, etiamsi illi sint inimici: sicut *oues* lac suum, lanam, & carnem in hominum vsum coferunt: simul tamen magnam in pastoris, à quo mittuntur, prouidentia *fiduciam* collocare necesse est: sicut Ouis totam sui custodiam in pastore positam habet, vt quæ arma nulla propria, quibus se defendere possit, habeat. & hoc verba illa indicant: *Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum*: atque si distinctiùs loqueretur: non dubitetis, quin lupos sitis & vestræ doctrinæ ac vitæ persecutores habituri: vos verò inter eos non vt lupi aduersus lupos, aut canes aduersus leones, vt eos mordeatis, aut laceretis, verſemini; sed vt oues & agni, mansuetudinis, patientiæ, charitatis, fiduciæque armis pugnando, semper memores, quod ego sim qui misi, ego vester Pastor, magister & Deus vester, qui curam vestri geram, & in periculis defendam. O supreme PASTOR: siquidem tu es qui me mittis, mitte quò vis, tua enim protectione vbique securus ero; corrobora debilitatem meam virtute tua, vt etiam lupos ipsos expugnare, & mansuetas gregis tui oues conuertere possim: vt quod per tuum Prophetam futurum prædixisti, reipsa impleatur: a *Habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & ouis simul morabuntur*, sub pastoris vnius humili obedientia.

4. Fiducia

Oratio

a *Isai.* 11. 6.

II.

COMMENDAT deinde, vt ea ratione sint mites, patientes, beneuoli, & confidentes; vt non sint tamen insipientes, imprudentes & temerarij, sed vt serpentum *prudentiam* semper adhibeant, quæ prudentia in eo *primùm* est posita, vt munus suum ita exequantur, vt licet *corpus* vulnera à lupis accipiat, nihil tamen *anima* patiatur: sicut serpens, etiamsi corpus vulneri exponat, caput abscondens contegit, b *obturat atque aures suas ne exaudiat vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*, quæ nocumentũ ei posset adferre. *Deinde* eadem prudentia requirit, vt tempus expectetur, locus & opportunitas quæratur ad prædicandum, & ad doctrinam suam persuadendam: sicut etiam serpens cum Euam decepit, obseruauit: par est enim tantam circumspectionem & prudentiam nos in bonum adhibere, quantam serpentes, qui sunt diaboli hostes nostri adhibent in malũ. Non vult autem Christus hanc prudentiam esse vulpinam, quæ duplicitatem fraudesve contineat, falsas sequens suspiciones & temeraria iudicia, sed vt sincera sit & verax cum vitę puritate, sine fellis malitia & amaritudine: ne ouium mansuetudini aduersetur. Ac propterea adiecit columbæ simplicitatem, vt puros oculos intentionis haberent sponsæ illius instar, cui dicitur: c *Oculi tui columbarum.* quos in Dei gloriam & animarũ fructum absq; rerũ terrenarũ admixtione cõijciant. O innocentissime agne, d *in quem descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba*; coniunge, quæso

5. Serpentis Prudentia animam seruans.

b *Psal.* 57. 5.

Opportunitatem captans.

Non Vulpis doli

6. Columbæ simplicitas

c *Can.* 1. 15 & 4. 1.

d *Luc.* 12. 3. *Ioan* 1. 32.

Oratio

in anima mea prudentiam cum ſimplicitate: quo ita aliis prodeſſe ſtudeam, vt ijdem mihi non noceant.

PVNCTVM IV.

CONSIDERANDVS *modus* in via ſeruandus, quem ita Chriſtus præſcripſit: a *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam; dignus eſt enim operarius cibo ſuo.* b *Neminem per viam ſalutaueritis: in quamcunq; domum intraueritis, primùm dicite: pax huic domui.* Perpendēdus autem eſt Chriſti *ſcopus* in hac inſtructione: ad tria enim potiſſimum reſpexit.

Matt. 10. 9

a Luc. 10. 5.

I. Natura paucis cõtenta.

PRIMVM, vt nequid nimis, aut ſuperfluum in temporalibus commodis admitterent, ſed neceſſariis tantùm contenti eſſent: quare nihil pretioſum auri argentive: non ſuperfluam pecuniam ad ſibi indulgendum, accipiam: & ſi tunica vna, & calceamenta illis ſufficiant: ne duplicata, quæ mutare, & modò his, modò illis vti poſsint, accipiant; & ſi vel ſandalia, vel quid aliud accommodatum pauperibus ſufficere poſsint: ne integra portent calceamenta: & qui ad iter agendum baculo non indiget, & hunc abijciat: aut ſi ob debilitatem baculo, cui innitantur, indigent; ne virgam accipiant, qua ſe defendant ad vindictam.

Superflua eiicienda.

II. Nec de neceſſariis ſolicitus ſis Prouidebit DEVS. Sustentatio non merces.

SECVNDVM eſt, vt nimiam alimenti, veſtimenti, & commoditatum ſolicitudinem etiam in neceſſariis dimittentes, diuinæ *prouidentiæ* confidant, quæ modò ipſi tales ſint, quales oportet & munus ſuum fideliter exequantur de omnibus ſit prouiſura quia dignus eſt operarius, cui Dominus eius de victu proſpiciat: & Deus certò prouidebit, hominibus inſpirando, vt eum tribuant: quem & ipſe operarius non vt laboris *mercedem*, ſed tanquam *ſuſtentationem* vitæ, vt laborare amplius poſsit, accipere poterit. & ita reipſa Chriſtus id impleuit exactè, ſicut ipſi Apoſtoli faſsi ſunt, cùm nocte Paſsionis ſuæ Chriſtus interrogauit: c *Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil.* O Paſtor prouidentiſsime, d *Virga tua & baculus tuus* gubernationis & ſolicitudinis tuæ ſufficiunt ad *conſolandum* & ſuſtentandum *me*: ſi enim te habeo, omnia habeo: & ſi tu mihi non deſis, nihil deeſſe poteſt.

c Luc. 22. 35

Oratio d Pſal. 22. 4

TERTIVM eſt, ne in profectione ipſa colloquiis familiari conuerſatione, aut rebus aliis ad rem non facientibus, & ab ſcopo ſuo alienis diſtineantur. hoc enim dicere voluit, cùm neminem in via ſalutandū præcepit: neque enim honeſtas decentesque ſalutationes prohibuit qui eos in hoſpitiis ita humanos & placidos eſſe voluit, vt primò hoſpites ſuos ſalutarent, ac Euangelij *pacem* illis offerrent, eandemque à Deo pro illis

Pax diſpoſit ad doctrinam

petentes,

petentes, domos illorum ingrederentur. Nam pace in anima non existente, minus disposita illa est, ad veram doctrinam recipiendam. O MAGISTER cœlestis, cui adeò curæ est nos docere, imprime cordi meo doctrinam tuam, vt opere illam exequar, nulla re admissa, quæ me ab ea retardet. Amen. Oratio

AD extremum animat illos Christus ad muneris sui executionem: *Si*, inquit, *ibi erit filius pacis, requiescet super illũ pax vestra; sin autẽ, ad vos reuertetur.* Duo his verbis illos docens. *Primum* fore, vt eorum prædicatio esset fructuosa in aliquibus, in iis videlicet, qui pacis filij essent, à Deo ad Euangelij doctrinam absque resistentia recipiendam electi. *Secundum*, quòd, vbi apud alios fructum non adferret, eò quod eam repellerent, ad ipsos esset reuersura: quasi diceret, ne propterea vos pacem vestram abijciatis, aut commoueamini ira vindictæ: sed hanc Deo potius relinquite, quia non propterea vestro vos labore fraudabimini. c *Luc.* 10. 6. Pacifici vos audiẽt. Etsi non audiant tunc turberis

PVNCTVM V.

CONSIDERANDVM denique præscriptum ipsius prædicationis thema & argumentũ cum dixit: a *Dicite illis: appropinquauit in vos regnum Dei*, b *& exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent.* a *Luc.* 10. 7. b *Mar.* 6. 12.

PERPENDENDA hic sunt tria, quæ themate hoc continentur. PRIMVM, *media* salutis, ad ingressum in cœlum necessaria, qualis erit pœnitentia peccatorum, extirpatio vitiorum, virtuosorum operum exercitia, terrenarum rerum contemptus: quæ perditionis animæ causa existunt. Media salutis.

SECVNDVM, scopus & horum operum incentiuum, quod erat *Regnum cælorum*: non itaque ad amplectendam doctrinam permouerentur præcipuè formidine pœnæ, aut temporalium commodorum intuitu, sed ob promissum regnum cælorum. Scopus Regnum cælorum Præsens

TERTIVM, quod hoc totum facilè esset, ac peruium, & iucundum; quia regnum ipsum cœlorum *prope* iam esset, author videlicet gratiæ, qui cœlorum esset portas reseraturus, mediaque iucunda, & efficacia ad ingrediendum collaturus, sicut reipsa iam ea offerre incipiebat. O REX cælestis, qui glorioſum adeò regnum in hunc mundum intulisti, adiuua me, vt illud expurgare rapereque valeam: qui dixisti. c *A diebus Ioannis Baptistæ*, qui illud prædicare cœperat, *Regnum cælorum vim patì, & violentos illud rapere.* Da mihi Domine tantũ roboris, quò adeò pretiosam margaritam ego rapiam, quandoquidem tu, qui eius es Dominus, congaudes, quòd omnes illam rapiant, ac ita ditescant. Oratio c *Mat.* 11. 12.

MEDITATIO XVI.

DE GLORIOSO B. IOANNIS Baptiſtæ Martyrio.

PVNCTVM I.

a *Mat.*6.17 Matt.14.4.

CVM duxiſſet Herodes vxorem Philippi fratris ſui, dicebat illi Ioannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

CONSIDERANDA hic primùm eſt noui huius *Heliæ* fortitudo & zelus, qui etſi conſuetudine & familiaritate magna Herodi coniunctus eſſet, (b *Herodes enim* ait S. Marcus, *metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*) grauiter tamen publicum eius & ſcandaloſum peccatum increpabat, quamuis non ignoraret ei us ſe amicitiam & conſuetudinem amiſſurum. Viri enim honorem Dei zelantes, nihili faciunt Regis *terreni* gratiam amittere, ne *cæleſtis* Regis gratiam in diſcrimen adducant. & licet Ioanni eſſet nota Herodis crudelitas, multoque magis Herodiadis, quæ ob huiuſmodi increpationes eum è medio tollere cupiebat, non tamen ipſe propterea timuit, aut à muneris ſui profecutione deſtitit, ſed cuiuis periculo damnoque, quod euenire ſibi poſſet, ſeipſum expoſuit: in quo inſignem animi fortitudinem conſtantiamque oſtendit: nec c *arundinem* aliquam *vento agitatam* ſe eſſe, ſed d *columnam ferreã, & murum æreum*, quia enim nec proprium honorem nec vitam amabat, nihili eam perdere faciebat, nec minas vllas curabat: Sed e *quaſi leo confidens abſque terrore erat*. Ex quo exemplo firmam concipiam fortitudinem & animi conſtantiam Sancti huius Præcurſoris imitandi propoſita, abijciens à me nimium inconſtantium huius mundi rerum *amorem*; ex quo facilè oritur, vt arundinis inſtar quouis tentationis vento à bene propoſitis demouear.

I. Alter Helias.

d *Marc.* 6. 20.

Terrenus Regem, nõ curat, qui cæleſtem timet.

e *Mat.* 11 7.

b *Hier.* 1 18.

c *Prou.* 28.1

Amor terrenus facit inſtabilem

a *Luc.* 7. 20.

b *Mat.* 14.

c *Mat.* 6.-7

PVNCTVM II.

HErodes adiecit: ad hoc ſuper omnia, qua fecerat, mala; & b *tenuit Ioannem & alligauit ac* c *vinxit eum, & incluſit in carcerem.*

CONSIDERANDVM hîc, Chriſtum Dominum hanc tribulationem S. Ioanni etiam amiciſſimo permiſiſſe; quia eo vſque omnia illi feliciter euenerant; honorabatur enim ab omnibus, laudabatur, obediebatur ei: oportebat autem eum reliquorum Prophetarum, iuſtorumque, qui futuri ſunt more, per viam tribulationum & perſecutionum pertranſire: vt ad imitationem *Iobi*, ſicut in proſperitate excellentes ſuas virtutes oſtenderet; ita etiam faceret in aduerſitate. & vt aurum in fornace magis magisque purificaretur, & gloriæ ſuæ coronam excellenti ſua patientia adau-

I Perſecutio reſtabat Ioanni in reliquis perfecto

geret.

ret, Ex quo magnam perſecutionum laborumque propter iuſtitiam exantlatorum opinionē & æſtimationem hauriam: etſi enim illi hominum iudicio ſint *pœnæ*, maliq́ cenſeantur; in oculis tamen Dei *præmia* potiùs, quibus in hac vita ſibi chariſsimos ad maiorem coronam exercet, iudicantur. ideoq́; d *beatos eos dicit, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.*

Præmium iuſtorum in tribulatio. c Mar. §. 10.

DEINDE *modus* eſt perpendēdus, quo ipſe S. Ioannes eā tribulationem pertulit. Eſt enim par credere, cum accederent miniſtri, qui illum caperent, nec fugā, nec latebris aliquibus ſibi conſuluiſſe: ſed potiùs eis occurriſſe, ſeq́e, vt caperetur, obtuliſſe: exultaſſeq́e, cùm ſe catenis ligari videret, non minus quàm poſtea fecit *Sanctus Paulus*: quòd videret, ab alijs ſe etiam *iuuari* ad carnis ſuæ quam ipſe odio ſancto proſequebatur, mortificationem. *Carcerem* porrò ipſum in *Oratorium* conuertit, *noctes* ipſas in oratione & contemplatione expendens, ſicut in deſerto antea facere conſueuerat: *dies* verò expendebat in *diſcipulis* al jsq́e vinctis erudiendis: inde enim diſcipulos ſuos ad Chriſtum miſit, petens, non ſe à carcere, ſed ipſos à craſſa, qua tenebantur ignorantia, liberari.

II. Gaudebat quod ab alijs ad mortificationē iuuaretur. Carcer noctuo ratorium, de die Schola.

DEMVM, qui Præcurſoris Chriſti officio in mundo perfunctus iam eſſet, cupiebat diſſolui, vt eodem munere apud Sanctos, qui in *Lymbo* detinebantur, poſſet fungi, iuſtis illis prænuntians, in proximo eſſe redemptionem ipſorum: quamobrem hilari omnino animo ipſam mortem in dies exſpectabat: nam voluntatis diuinæ tanquam Propheta conſcius erat, & depoſitionem corporis ſui non procul eſſe nouerat. O anima mea, congaudeas ſancto huic Præcurſori in hac tribulatione, d *Sciens, quòd tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio verò ſpem: ſpes autem non confundit*, aut decipit: qui enim hac ratione patiuntur, *charitas Dei diffuſa eſt in cordibus eorum per Spiritum S. qui datus eſt eis*, pignus æternæ vitæ.

III. Præcurſor lymbi.

Colloquiū d Rom. 5. 3.

PVNCTVM III.

CVM dies opportunus accidiſſet, Herodes Natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilæa. Cumq́; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq́; recumbentibus: Rex ait puellæ: Pete à me quod vis & dabo tibi, & iurauit illi, quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ à matre inducta, petijt caput Ioannis in diſco: Rex etſi contriſtatus, propter iuſiurandum tamen & ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.

a Marc. 6. 21

PERPENDE hic ſatanæ aſtum & crudelitatem; quā per tyrannū Herodē exercuit, omniū vitiorū aciē cōgregans, vt caput Ioānis amputaretur in

I. Exercitus Dæmonis

odiũ clariſsimarum eius virtutum. Nam *inglauiem* in conuiuio aduerſus Præcurſoris temperantiam armauit Herodiadis *luxuriam* aduerſus eius vitæ caſtimoniam & puritatem; puellæ *leuitatem*, aduerſus eius modeſtiam; *inanem* conuiuarum *gloriam*, aduerſus eius grauitatem; Herodis *prodigalitatem* & iactantiam in promittendo etiam dimidio regno ob leuiſsimam ex ſaltatione hauſtam voluptatem cõtra eius paupertatem & humilitatem: Ac denique *crudelitas*, fictio, fraus, infidelitas, falſaque ob iuramentum religio inſurrexerunt aduerſus manſuetudinem, ſinceritatem, veritatem, & perfectiſsimam ſanctiſsimi huius viri religionem. Ex quo aduertam, qua ratione Dæmon per vitia bellum virtutibus moueat: qui tamen non prævalebit aduerſus verè ſtudioſos, qui ſolida in virtute fundamenta iecerunt. Quare magna animi fortitudine ſtatuam b *ſerpentis* huius *caput conterere*; etiamſi meum ab eodem præcidatur: etſi enim caput à corpore ſecet, non me tamen à capite meo CHRISTO, in quo totum bonum meum repoſitum habeo, ſeparabit. O IESV dulciſsime, c *caput corporis Eccleſiæ, qui in omnibus primatum tenes*, eum, quæſo, mihi ſpiritûs feruorem largire, vt neque d *tribulatio, neq; angustia, neq; periculũ nec perſecutio, neq;* ipſa *mors à charitate tua* vel ad momentum *ſeparet*. Adiuua me, vt ita in militante Eccleſia pro ſeruitio & gloria tua pugnem; vt ad triumphantem perueniam, in qua tecum regnem in æternum. Amen.

in caput S. Ioannis

Caput mil motor

Caput meũ Chriſtus eſt.

b *Gen.*3. 15.

Oratio

c *Coll.*1.18.

d *Rom.*8.35

II.

LICEBIT etiam tam peccati quàm peccatoris, qui fræna ſibi laxare incipit, conditionem moreſq; ue perpendere: quod videlicet ruat ſemper in peius. *neque* in myſterio vocare cenſendum eſt, quod S. Lucas huic adiecit hiſtoriæ: *Herodes* ADIECIT *& hoc ſuper omnia quæ fecerat mala, vt Ioannem includeret in carcerem*, & præter hoc alia ſine dubio adiecit multa peccata in illo conuiuio: vt in ipſo impleretur illud Dauidis: f *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Primum enim ad Ioannis increpationem *aures* obturauit; eundem poſtea incluſit ac *vinxit* in carcerem; ac deinde aſtutiſsimæ vulpis inſtar, falſæ religionis prætextu, ne, iuſiurandum quod male fecerat, violare videretur, decollauit. Ad cuius imitationem ego, qui aliquando diuinæ gratiæ, quæ per Ioannem ſignificatur familiariter coniunctus eram, libenter diuinas inſpirationes auſcultans, poſtea paulatim eiſdem reſiſtere incepi, ac meis deinde affectibus & animi perturbationibus dans locum, in carcerem gratiam tuam includo; ac *denique* peccatis admiſsis, eam iugulo, adijciens quotidie plura peioraque prioribus, feſtum quaſi in eis diem agens, vel etiam religionem violari fingens, niſi ea perpetrẽ. Ex quibus omnibus diſcã principijs malis obſtare; & præcipuè admonitionẽ & increpationẽ humili gratoq; animo ſuſcipere nõ enim hoc prædeſtinati à reprobis diſtãt, quod hi peccent, illi non peccent: ſed quod illi tandem correptionem amplectentes ſicut g *Dauid* e-

Peccata concatenata

e *Luc.*3.20

f *Pſal.*73.23

Scala peccatorum Herodis

Prætextus peccati

Reſiſtere S. Spiritui oſtium peccatorũ

2. *Reg.*12. 1.

mendan-

mendantur; hi verò eandem vt h *Saul* repellunt; iramque ſuam in corripientes ipſos conuertunt ſicut etiam Herodes, vſque ad lapſum in profundum malitiæ, & abyſſum inferni.

h 1. *Reg.* 15 30.

PVNCTVM IV.

HERODES, *miſſo ſpeculatore, præcepit adferri caput Ioannis in diſco; & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.*

I. Cum gaudio mortẽ excipit, quaſi conuiuium. Chriſti Pascha mors.

HIC perpendam primùm, quanta animi voluptate S. Ioannes ſententiam mortis excepit, cum ei fuit annunciata, exultauit enim animo quod in tali cauſa vitam amitteret; ſuamque voluntatem diuinæ omnino, quæ vt ita diſponebat, ſubiecit. Eſtque fas credere, ſicut Chriſtus ipſe in ſolenni die *Paſchatis* mori voluit, vt vel hac ratione animi ſui ad vitã pro hominibus exponendam promptitudinem oſtenderet; ita voluiſſe, vt S. Ioannes in die ſolennis *conuiuij* moreretur, vt appareret, lauti conuiuij loco ſe habere, pro iuſtitia mori & veritate.

II. Orans moritur. Mortem delet defluentem.

CREDENDVM quoque eſt, flexis ipſum genibus *orationem* feciſſe, primùm pro ſuis *perſecutoribus*: ac dixiſſe: Dimitte illis Domine, quia paſſione excæcati, neſciunt quid agant: & mox pro ſuis etiam *diſcipulis*; ac demùm pro *ſeipſo*, ſpiritum ſuum in Dei manus commendando: ſicque forti animo caput ſuum obtuliſſe præcidendum: & ſi quo fortè *dolore* afficiebatur, is non erat propterea, quod vitam amitteret; ſed quòd mors non eſſet acerbior, quò ampliùs in obſequium dilecti ſui pateretur.

III. a *Luc.* 16. 22.

TERTIÒ conſiderare licet, quanto honore ſanctiſsima illa anima ad Abrahæ ſinum deducta fuerit: ſi enim ad pauperis a *Lazari* deducendam, multi *Angeli* venerunt, quot millia ad tanti Præcurſoris comitandam veniſſe par eſt credere? & ſi b *multi eius in natiuitate* (quod Angelus Zachariæ parenti futurum prædixerat) *gauiſiſunt*, quid feciſſe credendi ſunt illi iuſti, qui in Lymbo detinebantur? quanto gaudio eos perfuſos exiſtimabimus ex eius præſentia, qui tam certa recentiaque illis de Meſsia, quem ipſi tantis deliderijs tanto tempore expectabant, noua referet.

b *Luc.* 1. 14. Honor Angelorum. Gaudium Patrum.

IV. Gloriæ S. Ioannis magnitudo. Longum tempus vitæ breuis. Feruor.

HINC gradum faciam ad *gloriæ* magnitudinem contemplandam, qua nunc in cœlo, tanquam præmio tot præſtantium obſequiorũ perfruitur, quæ ab inſtanti ſuæ in vtero materno ſanctificationis, ad illud quo in carcere decollatus eſt, Chriſto Domino præſtitit. Nam etſi breuis eius vita fuerit, (vt quæ trigeſimum tertium annum non exceſſerit) merita tamen ob inſignem, qui in eius vitæ decurſu cernitur, feruorem, fuerunt ingentia: Quem propterea idem Chriſtus Dominus, ad vnum ex altiſſimis in cœlo thronis inter ſuprem os Seraphinos euexit; tribusque Laureolis & Coronis Virginis, Doctoris, ac Martyris decorauit; imò *bis mar-*

tyris

Tres Coronæ Martyriũ duplex Potestas iudiciaria e. alio

tyris, tum quòd paupertate, castitate, continuataque carnis suæ mortificatione toto vitæ tempore martyrium sustinueriti tum quòd vitam pro testimonio veritatis, effuso sanguine, finierit: & in die nouissimo ob relicta sua omnia Christi amore sedebit in gloriosa sede sicut Apostoli, ad duodecim Tribus Israel & totum ipsum mundum iudicandum. O *Præcursor* Sancte congaudeo de tanta ista tua exaltatione! Felix fuisti in natiuitate; felicior in vita; & in morte adhuc felicior; sed in gloria felicissimus, quam tali vitatalicq; morte es consecutus. Felicia obsequia quæ Christo Domino præstitisti! felices labores, quos toleraſti; qui felicia adeò præmia & coronas sunt sortiti, & quandoquidem tanta est felicitas tua, orare Dominum, vt mihi concedat, vitam tuam imitari, vt gloriæ etiam tuæ partem obtineam. Amen.

V. Breuis triumphus Herod. anorum. c Iob. 21. 12. d Psal. 33. 22

VLTIMÒ considerandum, Herodem, Herodiam, & filiam eius hodie quidem de viro sanctissimo & eius capite triumphasse: Sed non ita multò post, Dei iustitia superueniente, omnes tres miserè vitam finiuisse, & locum in eis sententiam illam Iob habuisse: c *Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Propterea enim Dauid ait: d *Mors peccatorum pessima*, non in conspectu Dei tantùm; sed in oculis etiam hominum, superueniente illis infelici mortis genere, ob admissa in vita peccata. Quare comparatione vitæ mortisque S. Ioannis in Dei conspectu pretiosæ, ad infelicem inimicorum eius vitam & mortem, præferam Ioannis morte mori quàm Herodis imperio regnare: si quidem nunc Herodes horrendis sine spe remedij tormentis cruciatur; Ioannes verò inenarrabilibus & nunquam finiendis gaudiis delectatur.

MEDITATIO XVII.

DE MIRACVLO A CHRISTO DOMINO, DVM quinque hominum millia quinque panibus pauit, patrato.

a Matt. 14. 15. b Marc. 6. 35 a Luc. 9. 12. Turbæ pietas.

POST S. Ioannis decollationem IESVS *receſsit in locum desertum seorsum: & cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres*, b *& misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa*: a *Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. IESVS autem dixit eis: Non habent necesse ire: date vos illis manducare.*

CON-

CONSIDERANDA hic primùm eſt ingens turbæ illius, quæ Chriſtũ ſequebatur pietas ac deuotio ob duas præcipuè cauſas. PRIMA *quia videbant ſigna quæ faciebat, ſuper his qui infirmabantur*: SECVNDA, propterea quòd admiranda doctrina eorum animas paſcebat: iuxta illud Oſeæ: d *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*, beneficiis videlicet corporalibus & ſpiritualibus quibus funiculis ita eos Chriſtus conſtringebat; vt etiã ſi tardè iam eſſet, & ipſi non comediſſent, nec haberent quod comederent, nollẽt tamen ab eo ſeparari: cibiq; prorſus obliti, iucundâ illius præſentiâ continebantur. O IESV ſuauiſſime, trahe me ad te funiculis huiuſmodi, meque ita arctè tibi conſtringe, vt omnium creaturarum oblitus, te ſolum Creatorem meum quæram.

I. ob corporis ſanitatẽ.
c *Ioan. 6. 2.*
& doctrinę ſuauitatẽ.
d *Oſe. 11. 4.*

Oratio

DEINDE perpendenda eſt *miſericordia* Apoſtolorum & Chriſti erga turbam: vtramque inter ſe conferendo. Nam Apoſtolorum fuit exigua, vtpotè hominum debilium: dum enim turbæ defatigationem, famemque cernerent; ſe verò ad eam ſubleuandam impotentes, miſeratione tacti, magiſtro ſuggeſſerunt, vt eam dimitteret; quo ſibi ipſa in locis proximis prouideret: cùm enim ipſi ad nutum magiſtri ſui eſſent promptiſſimi, noluerunt propria, ſed eius auctoritate illam dimittere: ſed ipſe *Chriſtus* exiguam illorum miſericordiam cernens, & maiorem aliam, quæ Dei erat, concipiens, voluit reipſa turbæ neceſsitati ſuccurrere: & ideo hortabatur diſcipulos, vt ipſi ei prouiderent: *Date illis vos manducare*: atque ſi exiguam illis miſericordiam exprobrans, dilatare viſcera pietatis iuberet; & ne tantam turbam adeoque indigentem, aliò mitterent, vt remedium quærerent; ſed vos, inquit, quærite & ſubuenite: ſiquidem poteſtatem vobis iam dedi, etiam miracula patrandi; aut ſaltem à me, vt id faciam, efflagitate; quem ſcitis ea facere poſſe. Ex quo diſcimus Miſericordiam, *Prælatorum* præcipuè, non anguſtam, ſed amplam, & vt loquitur Dauid e *Miſericordiam Dei* eſſe debere, adhibitis omnibus, quos poſſumus, modis, ad ſuccurrendum indigentiæ proximorum: quòd ſi facultas nobis deſit, ad eum meritò recurrendum eſt, qui eam habet; & ſolicitandus, vt prouideat.

II. Miſericordia Apoſtolorum parua, Chriſti magna.

Vel ſuccurre vel Deo cõmenda.

VT altiùs adhuc miſericordiam hanc Chriſti agnoſcamus, reuocandum in memoriam eſt, quod in ſimili occaſione idem dixit: f *Miſereor ſuper Turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via; quidam enim ex eis de longè venerunt*: In quib. verbis inſinuat nobis, quàm ſit ipſius proprium *miſerias* noſtras intimè, & in particulari cognoſcere, & *titulos* ſiue cauſas, quæ illum ad occurrendum permouent, inuenire, *periculum* denique præuidere, cui, niſi occurrat ipſe, expoſiti ſumus: quas omnes cauſas, ſibi ipſi aſſumit, quaſi propter eas incumbat ſibi nobis prouidere, atque ſi multum ſua intereſſet, id facere. O *benigniſsime DEVS* quid multum faciam, ſi *tri-*

III.
f *Marc. 8. 2.*
f *Mat. 15. 32.*

Miſerendi cauſas Ieſus exquirit.
Oratio

duo

duo te ſuſtineam, qui omnes dies tuos in bene faciendo nobis expendis. Plus tu præſtas, cùm vis mecum manere; quàm ego quòd velim tecum perſeuerare, & quid mirum, ſi de longè ego ad te quærendum veniam; qui de cœlis ipſis, vt me quæreres, deſcendiſti? Procul à te, Deus, diſceſsi mala mea vita; ſed acceſsi tamen ad te per pœnitentiam. Ne, quæſo, me ieiunum dimittas à tuo conſpectu, ne in aſpera & periculoſa huius vitæ via deficiam. Suſtenta me continuis gratiæ tuæ ſubſidiis, vt robuſtus ad felicem meæ peregrinationis finem perueniam. Amen.

IV. Sollicitudo Chriſti circa ſuos. Miracula nō temere expetenda Oratio

PERPENDAM *quartò* Chriſtum Dominum, tum, vt ſolicitudinem ſuam, de ſubueniendo illi turbæ, manifeſtaret, Philippum interrogaſſe: g *Vnde ememus panes vt manducent hi*: quod etiam dixit, vt ait Euangeliſta, *tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus*: tum vt appareret cauſa & neceſsitas, quæ miraculum poſtulabat: nolens prodigio & ſupernaturali medio vti, ad nos ſuſtentandos, vbi naturalia media ſuppetunt, & ſufficiunt. *Reſpondit autem Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat*: Idemque cæteri diſcipuli fatebantur agnoſcentes exiguas ſuas vires. Sed ex eadem diſcipulorum ſententia ego, *Magiſter dulciſſime*, immenſam tuam potentiam intelligo: nam vbi tu es, non eſt opus pecunia: cùm ſolo verbo poſsis non ſolum panis bolum vnicuique largiri, ſed abundantiſsimos panes omnibus hominibus ſubminiſtrare. Ex nunc ſtatuo, ſpem meam non ponere in pecunia, etiam ſi h *ei obediant* omnia; ſed in te liberaliſsimo rerum omnium largitore; qui *aperiens manum tuam imples omne animal benedictione.*

g *Ioan.6. 5,6.*

h *Eccl.10.19*

i *Pſa. 144. 16.*

PVNCTVM II.

PETENTI Chriſto à diſcipulis panes, quos habebant, obtulerunt ei 5. *panes hordeaceos, & duos piſces*, quos pro ſua ſuſtentatione ſecum acceperant.

I. TRIA in hoc ſunt conſideranda, myſterio plena. PRIMVM, Chriſti Domini noſtri eiusque diſcipulorum magna *paupertas*, quamque paruam curam gererent de corporis ſui commoditatibus & indulgentia, qui in loco illo deſerto, pro tredecim perſonis, & alijs, qui vt plurimùm accedebāt, non habebant, niſi *quinque* panes, eosque hordeaceos & valde inſipidos, ac pauperum omninò hominum proprios: &, cùm *piſcatores* illi eſſent, non niſi duos piſces pro omnib. habebant. Quo exēplo erubeſcens, vt qui ſollicitè quærā & ſuperflua, & ea quæ delectant in cibis: meipſum conabor excitare ad ea tantū acceptanda, quæ & pauca & communia ſint etiam ſi alioqui inſipida. O dulcis IESV, qui ingratum populum cælesti pane in deſerto ſatiaſti, te verò tibiq; chariſsimos diſcipulos hordeaceo pane ſuſtētas, impertire mihi gratiā, qua illud mihi eligā, quod tu tibi elegiſti; & cor-

Paupertatis amor

Oratio

pus

pus meum ea tractem asperitate, qua tuum te tractasse video. Amen.

II. Apost. tota Obedientia & charitas.

DEINDE *Charitas & obedientia* Apostolorum est perpendenda, qui absque replica vlla aut mora, statim Christo petenti panes obtulerunt, nec se illis, pro seipsis, indigere dixerunt: potius gratum sibi esse insinuarunt, vel ex ipso ore sibi auferre, quò eorum, qui aderant & indigebant, necessitati subueniretur. Ex quo discam obedientiam cum charitate in pauperum bonum coniungere, meas commoditates ex commiseratione, in eorum vtilitatem libenter contemnendo: certus, me illas non amissurum, sed in meliores commutaturum, vt hic Apostolis euenisse cerno.

III. Apostolorũ Eleemosyna ad miraculum vtitur Deus

Ex quo etiam intelligam, etsi Christo Domino alia quoque media miraculosa præsenti necessitati occurrendi non defutura fuissent, voluisse tamen hoc medio panum, quos Apostoli pro se habebant, vti, & illos ab eis petere, vt eorum charitatem & commiserationem probaret, num solida esset; & eadem opera tanti miraculi participes illos faceret: simulque doceret me, si non possum totam omninò pauperis miseriam expedire, tentem saltem partem aliquam subleuare: vt Deus liberalitate sua supppleat, quod mihi defuerit, vt hac ratione consilij illud Tobiæ impleam: a *Quomodo potueris, ita esto misericors si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit etiam exiguum libenter impertiri stude.* Idem porrò euenit in spiritualibus necessitatibus tum proprijs, tum proximorum. Vult enim Christus Dominus, vt ex parte mea offeram ego, quod possum; etiamsi parum illud sit: ipse verò omnipotentiâ & misericordiâ suâ supplebit defectus meos.

a *Tob.* 4. 8.

Fac quod potes Deus supplebit

PVNCTVM III.

PERPENDENDVM etiã & illud est, quod huius conuiuij initio Christus præmisit.

I. Christus ordinem mandat.

PRIMVM enim a *præcepit* Apostolis, vt *accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum: discubuerunt in partes per cẽtenos & quinquagenos*: tum vt hac ratione conuiuarum numerus constaret: qui fuit b *quinque millia virorum exceptis mulieribus & paruulis*, qui totidem ferè fuerunt; tum vt *ordo* seruaretur & decorum inter comedendum & in panum distributione; & omnes possent miraculi magnitudinem aduertere.

a *Marc* 6. 39
b *Matt.* 14. 21.

II. Cælum aspicit

ACCEPTO itaquè in manibus suis pane Christus c *aspexit in cælum*, vt doceret *omne datum optimum, & donum perfectum de sursum esse, & descendere à Patre luminum*, etiam ipsam, quam ipse vt homo habebat, miracula faciendi potestatem.

c *Matt.* 14. 19
d *Iacob.* 1. 17.

III. Iob. 61.

TERTIÒ e *gratias de more egit*, tum ob cibum, quem coram se habebat, tũ propter eũ quẽ miraculosè turbæ largiri statuerat: Docens nos, Deo

tur, donec omnes saturarentur: quia panis erit sapidissimus, sicut panis Dei, & ab eius manu donatus.

PRIMVM itaque omnipotentiam Christi perpendam, qui panes quinque in tot millia, & insipidos aliàs in sapidissimos, adeò facilè conuertere potuit: & similiter pisces: hauriamque ex hac consideratione magnum animum ad libenter adeò potenti Domino seruiendum. O *Rex cœli*, quis non sibi honori ducet, quod tibi seruire possit? qui possis etiam in deserto a *parare mensam populo tuo?* Verè vbi tua est omnipotentia, non est quod locus desertus timeatur: Illa enim b *educis riuos de petra durissima*, efficisque vt populus tuus c *sugere possit mel de petra, oleumque, de saxo durissimo.* d *Pluis illis manna ad manducandum, panem cœli das eis. Panem Angelorum manducat homo, & cibaria mittis ei in abundantia: Transfers Austrum de cœlo, & inducens in virtute tua Africum; pluis carnes, & sicut arenam maris volatilia, & coturnices;* quibus saturentur: & in manibus eliurientis, panes piscesque multiplicas, e *vt scirent filij tui quos dilexisti Domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat.*

I. Omnipotentia Dei.

Oratio.

a *Psal.* 77. 20.
b *Deut.* 8. 15
c *Exc* 32. 13
d *Psal* 77. 24. &c.
e *Sap.* 16. 26

Hinc ad paternam, magni huius Dei *prouidentiam* contemplandam cõscendam, quam in eos, qui illi inseruiunt, nutriendos liberalissimè & prodigiosis his mediis, quando humana desunt, ostendit: modò fiducia nostra quam de se nos habere vult, non desit, illi innixa promissioni, quã nobis fecit, cum dixit: f *Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis: quærite ergò primum Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*, sicut huius Turbæ docet exemplum, quæ ipsum Christum studio eius doctrinam audiendi, quærens (ita enim S. Lucas, quod g *loquebatur illis de regno Dei*) cibum etiam ab ipso corporis liberalem accepit sibi & vxoribus ac filijs suis, vt hic locum habeat, quod Regius Propheta dixit: h *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*: O PATER amantissime, gratias tibi ago pro paterna hac tua in eos qui tibi seruiunt, & in te spem suam collocant, prouidentia: concede mihi hanc gratiam, vt mihi sicut vero filio curæ sit obsequi tibi, sicut experior, tibi optimo Patri, curæ esse, õnia mihi largiri, quæ sũt mihi necessaria.

II. Prouidentia Dei in seruos suos

f *Matt.* 6. 31

g *Luc.* 9. 10

h *Ps.* 36. 25

Oratio

MODVS etiam eiusdem prouidentiæ considerandus est, qui in hoc apparet miraculo. Nam etsi, qui comedebant, plurimi essent, variarum ætatum & complexionum iuuenes, senes, robusti, debiles, fœminæ, pueri: eiusdemque panis ea tantum, quam Apostoli volebant, mensura daretur, ita illa sufficiebat omnibus, vt omnes satians contentos redderet: vt idem hic locũ habere videatur quod est scriptũ de Manna: i *Nec qui plus collegerat, habuit ãplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterãt congregauerũt*: & quod adiecit Apost. l *Qui multũ habuit non*

III. Inæquali æqualiter tribuens omnes satiat.

i *Exod.* 16. 18.
l *2 Cor* 8. 15

LICET etiam conijcere, quid ſit Deus in futura vita redditurus, qui tãta reddit in preſenti? d *Menſuram*, inquit, *bonã, & confertam & coagitatã & ſupereffluentem dabunt in ſinũ veſtrum*, pro ijs, quæ diuini amoris intuitu præſtantur. O DEVS *immenſe*, quid tibi reddemus pro his, quæ nobis confers. Opto menſuram omni ex parte bonam offerre, ſanctis operibus plenam, ſtrictis pœnitentijs cõfertam, feruentibus affectibus ſupereffluentem, quæ vltra ea, quæ iubes, etiam quæ tantùm conſulis ſupereffluenter complectatur. & quoniam gratiâ tuâ hæc mihi deſideria contuliſti; ad ea explenda vires etiam adiunge.

III. Aeternæ gloriæ magnitudo. Oratio.

d *Luc.* 6. 38.

DEMVM lætitiam Turbæ admirationemque perpendam; quam ex inſigni illo miraculo hauſit: quæ tanta reipſa fuit, vt ſtatuerent in cordibus ſuis e *eum rapere & facere Regem*: felices ſe exiſtimantes, adeò potenti liberaliq́ue Regi inſeruire. Sed cognitis IESVS eorum cogitationibus, *fugit in montem ipſe ſolus*, quò hominum illorum conatus auerteret, dignitatesque & honores temporales declinaret: exemplo hoc me docens, temporalia hominum prẹmia aut dignitates bonis meis actionibus non quærere; ſed quod in me ſit, eas & earum occaſiones ſtudiosè effugere. O *Rex æterne*, qui regnum temporale adeò es auerſatus, quia f *Regnũ tuum de hoc mundo non erat*: concede & mihi, vt æternis excellentijs contentus, temporales omninò calcem.

IV. Turbę ſtudium in Chriſto extollendo.

e *Ioan.* 6. 15 Ieſus ſpernit hominum gratiam. Oratio.

f *Ioan.*

MEDITATIO XVIII.

DE SEDATA A CHRISTO DOMINO maris tempeſtate.

POST miraculum de *quinq; panibus*, alterum ſucceſsit famoſum, quo ingẽs *maris tempeſtas* fuit ſedata, ſed quia ſimile aliud prẹceſsit, de eo præſens inſtituitur meditatio eò quòd multum ſit ad ſequentem conductura.

PVNCTVM I.

POST concionem prolixam coram multitudine à Chriſto habitam; a *cùm ſerò eſſet factum* b *aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus & erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens.*

a *Mar.* 4. 35 *Mat.* 8. 23

CIRCA hunc Chriſti Domini *ſomnum*, conſiderabo primùm tres, quæ in eo erant circumſtantias: PRIMA quòd fuerit poſt longum laborem, vt ſe oſtenderet hominem tali ſubſidio indigentem. SECVNDA, quòd fuerit modicus: non enim c *ad interiora nauis*, vt Ionas *deſcendit*; ſed in puppi dormiebat, quò in oculis omnium eſſet, ac excitari facilè poſſet.

I. Somnus neceſſarius c *Ioan.* 1. 5. Modicus.

TERTIA, quod etsi corpore d *dormiret*, *cor eius* tamen *vigilaret*, non minùs omnia quæ agerentur, circumspiciens, quàm si omninò vigilaret. Has tres circumstantias decet me somno meo adhibere, ne sit ex indulgentia aut otiositate; sed à *necessitate* coactus, cum *moderatione* & modestia &, si possibile fuerit, etiam pijs adiunctis *somnijs*, vt illud Psalmi liceat vsurpare: e *Nox illuminatio mea in delitijs meis*: licet ego dormiam, cor tamen meum vigilet.

d *Cant.* 5. 2. Corde vigilante.

e *Ps.* 138. 11.

II. In desolatione IESVS fingit se dormire.

PERPENDAM deinde somni huius mysterium: quo, inquam, pacto Christus Dominus in *Ecclesia* suæ, imò & cuiusuis *anima* naui fingat interdum se dormire, atque si nostri curam non gereret, dum feras adeò tempestates exurgere sinit, persecutionem & tentationem, vt mergi propè videatur: non enim exteriùs modò fluctus eam impellunt, sed. vt S. Marcus addit, etiam f *fluctus mittebat in* ipsam *nauim, ita vt impleretur nauis*, ipsas enim internas animæ facultates implent interdum tristitiæ, timores, scrupuli & variæ aliæ turbationes, ob quas tamen existimandum non est, Christum Dominum à naui esse absentem, aut quæ in ea geruntur, & electorum suorum pericula non respicere: propterea enim per os Dauid dixit: g *cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum:* & iterum h *Ecce non dormitabit: neq; dormiet qui custodit Israel.* O *Saluator* dulcissime, qui nauis instar in procelloso huius mundi mari horrendis fluctibus adeò fuisti iactatus, vt amarissimæ tristitiarum ac timorum i *aquæ intrarent vsq; ad animam tuam*, exemplo illo tuo me corrobora, ne tribulatio interna, aut externa, quæ me iactauerit, etiam submergat.

f *Mar.* 4. 37.

g *Ps.* 90. 15.

h *Ps.* 120. 4.

Oratio.

i *Ps.* 68. 2.

III. Tentationum commoda.

PERPENDAM denique huiusmodi tempestates à Christo, vt hic insinuatur, permitti, ad nostræ *fidei* probationem, ad *fiduciam* excitandam, *humilitatis* profectum & purgationē *vitiorum*, & vt ad *orationis* variarumque *virtutum* exercitium prouocemur; propterea.n. vulgò dicitur *quod intrat in mare, discit orare*: nam intrantibus in animam *tribulationibus*, exire solent fluctus *vitiorum*: & intrante *humiliatione*, egreditur ventus *superbiæ*; & *angustiâ* intrante, *tepiditas* expellitur. O *Gubernator* peritissime, gubernа pro libitu tuo nauem animæ meæ, modò ne ab ea discedas: etsi.n. plurimùm iactetur, te præsente submergetur, sed perficietur; ipsis tribulationum fluctibus eam, ad omnium virtutum præclaram exercitationem, subleuantibus.

Oratio.

PVNCTVM II.

I. Discipuli orant pauci sed efficaciter.

ET *accedentes ad Iesum* discipuli *suscitauerunt eum dicentes*: *Domine saluа nos, perimus & dicit eis: quid timidi estis modicæ fidei.*

DVO hic perpendenda: alterum ex parte *discipulorum*, qui in his angustijs media *oratione* ad eum recurrerunt, qui vnicum est laborum omnium leuamen, DEVS videl. ipse: aliqui enim breuibus quidem sed efficacibus

ficacibus vti verbis, periculum, & necessitatem suam aptissimè explicantibus, dixerunt: a *Domine salua nos perimus*: alij suauis cuiusdam *querela*, insinuatione dixerunt: b *Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* atq; si dixissent: Magister, ad te omninò pertinet, nostri curam habere, quia noster es Magister, & fiduciam omnem nostram in te vno collocatam habemus: cur ergò in tanto nos periculo deseris? Ad horum ergò discipulorum imitationem, in meis calamitatibus ad Christum Dominum recurrere statuam, vtraque hac vtens oratione: Domine, salua me: ecce pereo: &: Magister ad te pertinet animam meã liberare, vtpote quę tua sit magis, quam mea. Ego discipulus tuus sum, & sub tua viuo protectione, c *Tuus sum ego, saluum me fac.* d *Exurge, quare obdormis Domine exurge & ne me repellas in finem: quare faciem tuã auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ.*

a *Mat.* 8. 25
b *Mar.* 4. 38
Et cum fiducia queruntur suauiter.

c *Ps.* 118. 94.
d *Ps.* 43. 23

ALTERVM perpendendum est ex parte *Christi* Domini nostri, qui statim excitatus est, vt qui ad auxilium discipulis ferendum esset propensissimus, quos tum de modica fide, & in eius omnipotentia exigua fiducia reprehendit. *Quid, inquit, timidi estis modicæ fidei?* atq; si distinctiùs eis diceret. Licet quidem ad exiguas vestras vires, & præsens periculum aspicientes, timendi occasionem habeatis: at, si fidei oculos in me conijcientes, credatis quis ego sim, & attendatis in meo vos comitatu, ac tutela esse omnem vos timorem deponere par est. O *dulcissime Saluator* ingenuè fateor, nihil esse debere, si te aspiciam, in quo meritò dubitare debeam de potẽtia tua aut sapiẽtia, aut propensione ad mihi auxilium ferendum: quia tu es infinitè potens, sapiens, bonus: ideoq; totum me & ex toto corde in tuas conijcio manus; & quò tribulatio maior fuerit, erit etiam fiducia maior, vt tuam in me liberando omnipotentiam ostendas.

II. Christus inuocatus statim expergiscitur & post reprehẽsionẽ iuuat. Oratio.

PVNCTVM III.

TVNC *surgens Iesus imperauit ventis & mari, & c comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce: & cessauit ventus & facta est tranquillitas magna.*

a *Mat.* 8. 26
b *Mar.* 4. 39

PERPENDENDA hoc loco est Christi Domini omnipotentia, & imperium in creaturas; earumq; exacta & ad nutum obedientia, ad omnia, quæ illi imperat: *exulta bo* itaque de his, propter gloriam, quæ Redemptori meo inde accedit: simul verò *confundar* ob exiguam meam obedientiã, magnamq; in eius mandata rebellionem. Sed latet in illis verbis, *Tace, obmutesce*, mysterium. Quia n. Dei opera sunt perfecta, cùm suam vult omnipotentiam manifestare, nõ solùm *tacere* imperat; sed etiam *obmutescere*, quod ampliùs est: vt turbationẽ ipsã à radice sedãs, perfectã efficiat pacẽ. Quãobrẽ, si varijs cogitationibus & passionib⁹ turbari me sensero, orabo ipsũ Dominũ, vt nõ *tacere* solũ ad tẽpus, sed eas etiã *mutescere* imperet: ne vnquã ampli⁹ me in ea re perturbẽt, in qua turbarũt hactenus. Quod si

Omnipotentia Christi. Creaturarũ obediẽtia. Christus non modo Tacere sed & obmutescere facit tẽtationes.

me inter-

d Cant. 5. 2. Corde vigilante.

TERTIA, quod etsi corpore d *dormiret*, *cor eius* tamen *vigilaret*, non minùs omnia quæ agerentur, circumspiciens, quàm si omninò vigilaret. Has tres circumstantias decet me somno meo adhibere, ne sit ex indulgentia aut otiositate; sed à *necessitate* coactus, cum *moderatione* & modestia &, si possibile fuerit, etiam pijs adiunctis *somnijs*, vt illud Psalmi liceat vsurpare: e *Nox illuminatio mea in delitijs meis*: licet ego dormiam, cor tamen meum vigilet.

e Psal. 138. 11.

II. In desolatione IESVS fingit se dormire.

PERPENDAM deinde somni huius mysterium: quo, inquam, pacto Christus Dominus in *Ecclesia* suæ, imò & cuiusuis *anima* naui fingat interdum se dormire, atque si nostri curam non gereret, dum feras adeò tempestates exurgere sinit, persecutionem & tentationem, vt mergi propè videatur: non enim exteriùs modò fluctus eam impellunt, sed vt S. Marcus addit, etiam f *fluctus mittebat in* ipsam *nauim, ita vt impleretur naui*, ipsas enim internas animæ facultates implent interdum tristitiæ, timores, scrupuli & variæ aliæ turbationes, ob quas tamen existimandum non est, Christum Dominum à naui esse absentem, aut quæ in ea geruntur, & electorum suorum pericula non respicere: propterea enim per os Dauid dixit: g *cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum:* & iterum h *Ecce non dormitabit: neq; dormiet qui custodit Israel.* O *Saluator* dulcissime, qui nauis instar in procelloso huius mundi mari horrendis fluctibus adeò fuisti iactatus, vt amarissimæ tristitiarum ac timorum i *aqua intrarent vsq; ad animam tuam*, exemplo illo tuo me corrobora, ne tribulatio interna, aut externa, quæ me iactauerit, etiam submergat.

f Mar. 4. 37.

g Psal. 90. 15.

h Psal. 120. 4.

Oratio.

Psal. 68. 2.

III. Tentationum commoda.

PERPENDAM denique huiusmodi tempestates à Christo, vt hic insinuatur, permitti, ad nostræ *fidei* probationem, ad *fiduciam* excitandam, *humilitatis* profectum & purgationē *vitiorum*, & vt ad *orationis* variarumque *virtutum* exercitium prouocemur; propterea.n. vulgò dicitur *quod intrat in mare, discit orare*: nam intrantibus in animam *tribulationibus*, exire solent fluctus *vitiorum*: & intrante *humiliatione*, egreditur ventus *superbiæ*; & *angustiâ* intrante, *tepiditas* expellitur. O *Gubernator* peritissime, guberna pro libitu tuo nauem animæ meæ, modò ne ab ea discedas: etsi.n. plurimùm iactetur, te præsente submergetur, sed perficietur; ipsis tribulationum fluctibus eam, ad omnium virtutum præclaram exercitationem, subleuantibus.

Oratio.

PVNCTVM II.

I. Discipuli orant paucis sed efficaciter.

ET *accedentes vd Iesum* discipuli *suscitauerunt eum dicentes: Domine saluos nos, perimus & dicit eis: quid timidi estis modicæ fidei.*

DVO hic perpendenda: alterum ex parte *discipulorum*, qui in his angustijs media *oratione* ad eum recurrerunt, qui vnicum est laborum omnium leuamen, DEVS videl. ipse: aliqui enim breuibus quidem sed efficacibus

ficacibus vti verbis, periculum, & necessitatem suam aptissimè explicantibus, dixerunt: a *Domine salua nos perimus*: alij suauis cuiusdam *querela*, insinuatione dixerunt: b *Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* atq; si dixissent: Magister, ad te omninò pertinet, nostri curam habere, quia noster es Magister, & fiduciam omnem nostram in te vno collocatam habemus: cur ergò in tanto nos periculo deseris? Ad horum ergò discipulorum imitationem, in meis calamitatibus ad Christum Dominum recurrere statuam, vtraque hac vtens oratione: Domine, salua me: ecce pereo: &: Magister ad te pertinet animam meã liberare, vtpote quę tua sit magis, quam mea. Ego discipulus tuus sum, & sub tua viuo protectione, c *Tuus sum ego, saluum me fac.* d *Exurge, quare obdormis Domine exurge & ne me repellas in finem: quare faciem tuã auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ.*

a *Mat.* 8. 25
b *Mar.* 4. 38
Et cum fiducia quęruntur suauiter.

c *Ps.* 118. 94.
d *Ps.* 43. 23

ALTERVM perpendendum est ex parte *Christi* Domini nostri, qui statim excitatus est, vt qui ad auxilium discipulis ferendum esset propensissimus, quos tum de modica fide, & in eius omnipotentia exigua fiducia reprehendit. *Quid, inquit, timidi estis modicæ fidei?* atq; si distinctiùs eis diceret. Licet quidem ad exiguas vestras vires, & præsens periculum aspicientes, timendi occasionem habeatis: at, si fidei oculos in me conijcientes, credatis quis ego sim, & attendatis in meo vos comitatu, ac tutela esse omnem vos timorem deponere par est. O *dulcissime Saluator* ingenuè fateor, nihil esse debere, si te aspiciam, in quo meritò dubitare debeam de potẽtia tua aut sapiẽtia, aut propensione ad mihi auxilium ferendum: quia tu es infinitè potens, sapiens, bonus: ideoq; totum me & ex toto corde in tuas conijcio manus; & quò tribulatio maior fuerit, erit etiam fiducia maior, vt tuam in me liberando omnipotentiam ostendas.

II. Christus inuocatus statim expergiscitur & post reprehẽsionẽ iuuat. Oratio.

PVNCTVM III.

TVNC *surgens Iesus imperauit ventis & mari, & c comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce: & cessauit ventus & facta est tranquillitas magna.*

a *Mat.* 8. 26
b *Mar.* 4. 39

PERPENDENDA hoc loco est Christi Domini omnipotentia, & imperium in creaturas; earumq; exacta & ad nutum obedientia, ad omnia, quæ illi imperat: *exultabo* itaque de his, propter gloriam, quæ Redemptori meo inde accedit: simul verò *confundar* ob exiguam meam obedientiã, magnamq; in eius mandata rebellionem. Sed latet in illis verbis, *Tace, obmutesce*, mysterium. Quia n. Dei opera sunt perfecta, cùm suam vult omnipotentiam manifestare, nõ solùm *tacere* imperat; sed etiam *obmutescere*, quod amplius est: vt turbationẽ ipsã à radice sedãs, perfectã efficiat pacẽ. Quãobrẽ, si varijs cogitationibus & passionib⁹ turbari me sensero, orabo ipsũ Dominũ, vt nõ *tacere* solũ ad tẽpus, sed eas etiã *mutescere* imperet: ne vnquã ampli⁹ me in ea re perturbẽt, in qua turbarũt hactenus. Quod si

Omnipotentia Christi. Creaturarũ obediẽtia. Christus non modo Tacere sed & obmutescere facit tẽtationes.

me inter-

odiũ clariſsimarum eius virtutum. Nam *inglauiem* in conuiuio aduerſus Præcurſoris temperantiam armauit Herodiadis *luxuriam* aduerſus eius vitæ caſtimoniam & puritatem; puellæ *leuitatem*, aduerſus eius modeſtiam; *inanem* conuiuarum *gloriam*, aduerſus eius grauitatem; Herodis *prodigalitatem* & iactantiam in promittendo etiam dimidio regno ob leuiſsimam ex ſaltatione hauſtam voluptatem cõtra eius paupertatem & humilitatem: Ac denique *crudelitas*, fictio, fraus, infidelitas, falſaque ob iuramentum religio inſurrexerunt aduerſus manſuetudinem, ſinceritatem, veritatem, & perfectiſsimam ſanctiſsimi huius viri religionem. Ex quo aduertam, qua ratione Dæmon per vitia bellum virtutibus moueat: qui tamen non prævalebit aduerſus verè ſtudioſos, qui ſolida in virtute fundamenta iecerunt. Quare magna animi fortitudine ſtatuam b *ſerpentis* huius *caput conterere*; etiamſi meum ab eodem præcidatur: etſi enim caput à corpore ſecet, non me tamen à capite meo CHRISTO, in quo totum bonum meum poſitum habeo, ſeparabit. O IESV dulciſsime, c *caput corporis Eccleſiæ, qui in omnibus primatum tenes*, eum, quæſo, mihi ſpiritûs feruorem largire, vt neque d *tribulatio, neq; angustia, neq; periculũ nec perſecutio, neq;* ipſa *mors à charitate tua* vel ad momentum *ſeparet*. Adiuua me, vt ita in militante Eccleſia pro ſeruitio & gloria tua pugnem; vt ad triumphantem perueniam, in qua tecum regnem in æternum. Amen.

in caput S. Ioannis

Caput mil moſor

Caput meũ Chriſtus eſt.

b *Gen.*3.15.

Oratio

c *Coll.*1.18.

d *Rom.*8.35

II. Peccata concatenata

LICEBIT etiam tam peccati quàm peccatoris, qui fræna ſibi laxare incipit, conditionem moreſque perpendere: quod videlicet ruat ſemper in peius. *neque* in myſterio vocare cenſendum eſt, quod S. Lucas huic adiecit hiſtoriæ: *Herodes* ADIECIT *& hoc ſuper omnia quæ fecerat mala, vt Ioannem includeret in carcerem*, & præter hoc alia ſine dubio adiecit multa peccata in illo conuiuio: vt in ipſo impleretur illud Dauidis: f *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Primum enim ad Ioannis increpationem *aures* obturauit; eundem poſtea incluſit ac *vinxit* in carcerem; ac deinde aſtutiſsimæ vulpis inſtar, falſæ religionis prætextu, ne, iuſiurandum quod male fecerat, violare videretur, decollauit. Ad cuius imitationem ego, qui aliquando diuinæ gratiæ, quæ per Ioannem ſignificatur familiariter coniunctus eram, libenter diuinas inſpirationes auſcultans, poſtea paulatim eiſdem reſiſtere incepi, ac meis deinde affectibus & animi perturbationibus dans locum, in carcerem gratiam tuam includo; ac *denique* peccatis admiſsis, eam iugulo, adijciens quotidie plura peioraque prioribus, feſtum quaſi in eis diem agens, vel etiam religionem violari fingens, niſi ea perpetrẽ. Ex quibus omnibus diſcã principijs malis obſtare; & præcipuè admonitionẽ & increpationẽ humili gratoq; animo ſuſcipere nõ enim hoc prædeſtinati à reprobis diſtãt, quod hi peccent, illi non peccent: ſed quod illi tandem correptionem amplectentes ſicut g *Dauid* e-

e *Luc.*3.20

f *Pſal.*73.23

Scala peccatorum Herodis

Prætextus peccati

Reſiſtere S. Spiritui oſtium peccatorũ

g 2. *Reg.*12. 13.

mendan-

mendantur; hi verò eandem vt h *Saul* repellunt; iramque suam in corripientes ipsos conuertunt sicut etiam Herodes, vsque ad lapsum in profundum malitiæ, & abyssum inferni.

h 1. *Reg.* 15 30.

PVNCTVM IV.

HERODES, *misso speculatore, præcepit adferri caput Ioannis in disco; & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.*

I. Cum gaudio mortē excipit, quasi conuiuium. Christi Pascha mors.

HIC perpendam primùm, quanta animi voluptate S. Ioannes sententiam mortis excepit, cum ei fuit annunciata, exultauit enim animo quod in tali causa vitam amitteret; suamque voluntatem diuinæ omnino, quæ vt ita disponebat, subiecit. Estque fas credere, sicut Christus ipse in solenni die *Paschatis* mori voluit, vt vel hac ratione animi sui ad vitā pro hominibus exponendam promptitudinem ostenderet; ita voluisse, vt S. Ioannes in die solennis *conuiuij* moreretur, vt appareret, lauti conuiuij loco se habere, pro iustitia mori & veritate.

II. Orans moritur. Mortem delet defluentem.

CREDENDVM quoque est, flexis ipsum genibus *orationem* fecisse, primùm pro suis *persecutoribus*: ac dixisse: Dimitte illis Domine, quia passione excæcati, nesciunt quid agant: & mox pro suis etiam *discipulis*; ac demùm pro *seipso*, spiritum suum in Dei manus commendando: sicque forti animo caput suum obtulisse præcidendum: & si quo fortè *dolore* afficiebatur, is non erat propterea, quod vitam amitteret; sed quòd mors non esset acerbior, quò ampliùs in obsequium dilecti sui pateretur.

III. a *Luc.* 16. 22.

b *Luc.* 1. 14. Honor Angelorum. Gaudium Patrum.

TERTIÒ considerare licet, quanto honore sanctissima illa anima ad Abrahæ sinum deducta fuerit: si enim ad pauperis a *Lazari* deducendam, multi *Angeli* venerunt, quot millia ad tanti Præcursoris comitandam venisse par est credere? & si b *multi eius in natiuitate* (quod Angelus Zachariæ parenti futurum prædixerat) *gauisi sunt*, quid fecisse credendi sunt illi iusti, qui in Lymbo detinebantur? quanto gaudio eos perfusos existimabimus ex eius præsentia, qui tam certa recentiaque illis de Messia, quem ipsi tantis desideriis tanto tempore expectabant, noua referet.

IV. Gloriæ S. Ioannis magnitudo. Longum tempus vitæ breuis. Feruor.

HINC gradum faciam ad *gloriæ* magnitudinem contemplandam, qua nunc in cœlo, tanquam præmio tot præstantium obsequiorū perfruitur, quæ ab instanti suæ in vtero materno sanctificationis, ad illud quo in carcere decollatus est, Christo Domino præstitit. Nam etsi breuis eius vita fuerit, (vt quæ trigesimum tertium annum non excesserit) merita tamen ob insignem, qui in eius vitæ decursu cernitur, feruorem, fuerunt ingentia: Quem propterea idem Christus Dominus, ad vnum ex altissimis in cœlo thronis inter supremos Seraphinos euexit; tribusque Laureolis & Coronis Virginis, Doctoris, ac Martyris decorauit; imò *bis martyris*

Tres Coronæ Martyriũ duplex Potestas iudiciaria relatio

tyrij, tum quòd paupertate, castitate, continuataque carnis suæ mortificatione toto vitæ tempore martyrium sustinuerit: tum quòd vitam pro testimonio veritatis, effuso sanguine, finierit: & in die nouissimo ob relicta sua omnia Christi amore sedebit in gloriosa sede sicut Apostoli, ad duodecim Tribus Israel & totum ipsum mundum iudicandum. O *Præcursor* Sancte congaudeo de tanta ista tua exaltatione! Felix fuisti in natiuitate; felicior in vita; & in morte adhuc felicior; sed in gloria felicissimus, quam tali vitaliq; morte es consecutus. Felicia obsequia quæ Christo Domino præstitisti! felices labores, quos toleraſti; qui felicia adeò præmia & coronas sunt sortiti, & quandoquidem tanta est felicitas tua, ora Dominum, vt mihi concedat, vitam tuam imitari, vt gloriæ etiam tuæ partem obtineam. Amen.

V. Breuis triumphus Herodianorum. c Iob. 21. 12. d Psal. 33. 22

VLTIMÒ considerandum, Herodem, Herodiam, & filiam eius hodie quidem de viro sanctissimo & eius capite triumphasse: Sed non ita multò post, Dei iustitia superueniente, omnes tres miserè vitam finiuisse, & locum in eis sententiam illam Iob habuisse: c *Tenent tympanum & citharam. & gaudent ad sonitum organi: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Propterea enim Dauid ait: d *Mors peccatorum pessima*, non in conspectu Dei tantùm; sed in oculis etiam hominum, superueniente illis infelici mortis genere, ob admissa in vita peccata. Quare comparatione vitæ mortisque S. Ioannis in Dei conspectu pretiosæ, ad infelicem inimicorum eius vitam & mortem, præferam Ioannis morte mori quàm Herodis imperio regnare: si quidem nunc Herodes horrendis sine spe remedij tormentis cruciatur; Ioannes verò inenarrabilibus & nunquam finiendis gaudiis delectatur.

MEDITATIO XVII.

DE MIRACVLO A CHRISTO DOMINO, DVM quinque hominum millia quinque panibus pauit, patrato.

a Matt. 14. 15. b Marc. 6. 35 c Luc. 9. 12. Turbæ pietas.

POST S. Ioannis decollationem IESVS *secessit in locum desertum seorsum: & cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres*, b *& misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa*: c *Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. IESVS autem dixit eis: Non habent necesse ire: date vos illis manducare.*

CON-

CONSIDERANDA hic primùm eſt ingens turbæ illius, quæ Chriſtũ ſequebatur pietas ac deuotio ob duas præcipuè cauſas. PRIMA *quia videbant ſigna quæ faciebat, ſuper his qui infirmabantur*: SECVNDA, propterea quòd admiranda doctrina eorum animas paſcebat: iuxta illud Oſeæ: d *In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis*, beneficiis videlicet corporalibus & ſpiritualibus quibus funiculis ita eos Chriſtus conſtringebat: vt etiã ſi tardè iam eſſet, & ipſi non comediſſent, nec haberent quod comederent, nollẽt tamen ab eo ſeparari: cibiq; prorſus obliti, iucundâ illius præſentiâ continebantur. O IESV ſuauiſſime, trahe me ad te funiculis huiuſmodi, meque ita arctè tibi conſtringe, vt omnium creaturarum oblitus, te ſolum Creatorem meum quæram.

I. ob corporis ſanitatẽ.

c *Ioan. 6. 2.* & doctrinę ſuauitatẽ.

d *Oſe. 11. 4.*

Oratio

DEINDE perpendenda eſt *miſericordia* Apoſtolorum & Chriſti erga turbam: vtramque inter ſe conferendo. Nam Apoſtolorum fuit exigua, vtpotè hominum debilium: dum enim turbæ defatigationem, famemque cernerent; ſe verò ad eam ſubleuandam impotentes, miſeratione tacti, magiſtro ſuggeſſerunt, vt eam dimitteret; quo ſibi ipſa in locis proximis prouideret: cùm enim ipſi ad nutum magiſtri ſui eſſent promptiſſimi, noluerunt propria, ſed eius auctoritate illam dimittere: ſed ipſe *Chriſtus* exiguam illorum miſericordiam cernens, & maiorem aliam, quæ Dei erat, concipiens, voluit reipſa turbæ neceſsitati ſuccurrere: & ideo hortabatur diſcipulos, vt ipſi ei prouiderent: *Date illis vos manducare*: atque ſi exiguam illis miſericordiam exprobrans, dilatare viſcera pietatis iuberet; & ne tantam turbam adeoque indigentem, aliò mitterent, vt remedium quærerent; ſed vos, inquit, quærite & ſubuenite: ſiquidem poteſtatem vobis iam dedi, etiam miracula patrandi; aut ſaltem à me, vt id faciam, efflagitate; quem ſcitis ea facere poſſe. Ex quo diſcimus Miſericordiam, *Prælatorum* præcipuè, non anguſtam, ſed amplam, & vt loquitur Dauid e *Miſericordiam Dei* eſſe debere, adhibitis omnibus, quos poſſumus, modis, ad ſuccurrendum indigentiæ proximorum: quòd ſi facultas nobis deſit, ad eum meritò recurrendum eſt, qui eam habet; & ſolicitandus, vt prouideat.

II. Miſericordia Apoſtolorum parua, Chriſti magna.

Vel ſuccurre vel Deo cõmenda.

VT altiùs adhuc miſericordiam hanc Chriſti agnoſcamus, reuocandum in memoriam eſt, quod in ſimili occaſione idem dixit: f *Miſereor ſuper Turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via; quidam enim ex eis de longè venerunt*: In quib. verbis inſinuat nobis, quàm ſit ipſius proprium *miſerias* noſtras intimè, & in particulari cognoſcere, & *titulos* ſiue cauſas, quæ illum ad occurrendum permouent, inuenire, *periculum* denique præuidere, cui, niſi occurrat ipſe, expoſiti ſumus: quas omnes cauſas, ſibi ipſi aſſumit, quaſi propter eas incumbat ſibi nobis prouidere, atque ſi multum ſua intereſſet, id facere. O *benigniſsime DEVS* quid multum faciam, ſi *tri-*

III.

f *Marc. 8. 2.* f *Mat. 15. 32.*

Miſerendi cauſas Ieſus exquirit.

Oratio

duo

duo te ſuſtineam, qui omnes dies tuos in bene faciendo nobis expendis. Plus tu præſtas, cùm vis mecum manere; quàm ego quòd velim tecum perſeuerare, & quid mirum, ſi de longè ego ad te quærendum veniam; qui de cœlis ipſis, vt me quæreres, deſcendiſti? Procul à te, Deus, diſceſsi mala mea vita; ſed acceſsi tamen ad te per pœnitentiam. Ne, quæſo, me ieiunum dimittas à tuo conſpectu, ne in aſpera & periculoſa huius vitæ via deficiam. Suſtenta me continuis gratiæ tuæ ſubſidiis, vt robuſtus ad felicem meæ peregrinationis finem perueniam. Amen.

IV.

PERPENDAM *quartò* Chriſtum Dominum, tum, vt ſolicitudinem ſuam, de ſubueniendo illi turbæ, manifeſtaret, Philippum interrogaſſe: g *Vnde ememus panes vt manducent hi*: quod etiam dixit, vt ait Euangeliſta, *tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus*: tum vt appareret cauſa & neceſsitas, quæ miraculum poſtulabat: nolens prodigio & ſupernaturali medio vti, ad nos ſuſtentandos, vbi naturalia media ſuppetunt, & ſufficiunt. *Reſpondit autem Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat*: Idemque cæteri diſcipuli fatebantur agnoſcentes exiguas ſuas vires. Sed ex eadem diſcipulorum ſententia ego, *Magiſter dulciſſime*, immenſam tuam potentiam intelligo: nam vbi tu es, non eſt opus pecunia: cùm ſolo verbo poſsis non ſolum panis bolum vnicuique largiri, ſed abundantiſsimos panes omnibus hominibus ſubminiſtrare. Ex nunc ſtatuo, ſpem meam non ponere in pecunia, etiam ſi h *ei obediant* omnia; ſed in te liberaliſsimo rerum omnium largitore; qui *aperiens manum tuam imples omne animal benedictione.*

g *Ioan. 6. 5, 6.*

Sollicitudo Chriſti circa ſuos. Miracula nõ temere expetenda

Oratio

h *Eccl. 10. 19*

i *Pſa. 144. 16.*

PVNCTVM II.

PETENTI Chriſto à diſcipulis panes, quos habebant, obtulerunt ei 5. *panes hordeaceos, & duos piſces*, quos pro ſua ſuſtentatione ſecum acceperant.

I.

TRIA in hoc ſunt conſideranda, myſterio plena. PRIMVM, Chriſti Domini noſtri eiusque diſcipulorum magna *paupertas*, quamque paruam curam gererent de corporis ſui commoditatibus & indulgentia, qui in loco illo deſerto, pro tredecim perſonis, & alijs, qui vt plurimùm accedebãt, non habebant, niſi *quinque* panes, eosque hordeaceos & valde inſipidos, ac pauperum omninò hominum proprios: &, cùm *piſcatores* illi eſſent, non niſi duos piſces pro omnib. habebant. Quo exẽplo erubeſcens, vt qui ſollicitè quærã & ſuperflua, & ea quæ delectant in cibis: meipſum conabor excitare ad ea tantũ acceptanda, quæ & pauca & communia ſint etiam ſi alioqui inſipida. O dulcis IESV, qui ingratum populum cælesti pane in deſerto ſatiaſti, te verò tibiq; chariſsimos diſcipulos hordeaceo pane ſuſtẽtas, impertire mihi gratiã, qua illud mihi eligã, quod tu tibi elegiſti; & or-

Paupertatis amor

Oratio

pus

pus meum ea tractem asperitate, qua tuum te tractasse video. Amen.

II. Apost. totis Obedientia & charitas.

DEINDE *Charitas & obedientia* Apostolorum est perpendenda, qui absque replica vlla aut mora, statim Christo petenti panes obtulerunt, nec se illis, pro seipsis, indigere dixerunt: potiùs gratum sibi esse insinuarunt, vel ex ipso ore sibi auferre, quò eorum, qui aderant & indigebant, necessitati subueniretur. Ex quo discam obedientiam cum charitate in pauperum bonum coniungere, meas commoditates ex commiseratione, in eorum vtilitatem libenter contemnendo: certus, me illas non amissurum, sed in meliores commutaturum, vt hic Apostolis euenisse cerno.

III. Apostolorũ Eleemosyna ad miraculum vtitur Deus

Ex quo etiam intelligam, etsi Christo Domino alia quoque media miraculosa præsenti necessitati occurrendi non defutura fuissent, voluisse tamen hoc medio panum, quos Apostoli pro se habebant, vti, & illos ab eis petere, vt eorum charitatem & commiserationem probaret, num solida esset; & eadem opera tanti miraculi participes illos faceret: simulque doceret me, si non possum totam omninò pauperis miseriam expedire, tentem saltem partem aliquam subleuare: vt Deus liberalitate sua suppleat, quod mihi defuerit, vt hac ratione consiliũ illud Tobiæ impleam: a *Quomodo potueris, ita esto misericors si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit etiam exiguum libenter impertiri stude.* Idem porrò euenit in spiritualibus necessitatibus tum proprijs, tum proximorum. Vult enim Christus Dominus, vt ex parte mea offeram ego, quod possum; etiamsi parum illud sit: ipse verò omnipotentiâ & misericordiâ suâ supplebit defectus meos.

a *Tob.* 4. 8.

Fac quod potes Deus supplebit

PVNCTVM III.

PERPENDENDVM etiã & illud est, quod huius comiuij initio Christus præmiserit.

I. Christus ordinem mandat.

PRIMVM enim a *præcepit* Apostolis, vt *accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum: discubuerunt in partes per cẽtenos & quinquagenos*: tum vt hac ratione conuiuarum numerus constaret: qui fuit b *quinque millia virorum exceptis mulieribus & paruulis*, qui totidem ferè fuerunt; tum vt *ordo* seruaretur & decorum inter comedendum & in panum distributione; & omnes possent miraculi magnitudinem aduertere.

a *Marc* 6. 39
b *Matt.* 14. 21.

II. Cœlum aspicit

ACCEPTO itaquè in manibus suis pane Christus c *aspexit in cœlum*, vt doceret *omne datum optimum, & donum perfectum de sursum esse, & descendere à Patre luminum*, etiam ipsam, quam ipse vt homo habebat, miracula faciendi potestatem.

c *Matt.* 14. 19
d *Iacob.* 1. 17.

III.

TERTIÒ e *gratias de more egit*, tum ob cibum, quem coram se habebat, tũ propter eũ quẽ miraculosè turbæ largiri statuerat: Docens nos, Deo

tur, donec omnes saturarentur: quia panis erit sapidissimus, sicut panis Dei, & ab eius manu donatus.

PRIMVM itaque omnipotentiam Christi perpendam, qui panes quinque in tot millia, & insipidos aliàs in sapidissimos, adeò facilè conuertere potuit: & similiter pisces: hauriamque ex hac consideratione magnum animum ad libenter adeò potenti Domino seruiendum. O *Rex cœli*, quis non sibi honori ducet, quod tibi seruire possit? qui possis etiam in deserto a *parare mensam populo tuo?* Verè vbi tua est omnipotentia, non est quod locus desertus timeatur: Illa enim b *educis riuos de petra durissima*, efficisque; vt populus tuus c *sugere possit mel de petra, oleumque, de saxo durissimo.* d *Pluis illis manna ad manducandum, panem cœli das eis. Panem Angelorum manducat homo, & cibaria mittis ei in abundantia: Transfers Austrum de cœlo, & inducens in virtute tua Africum; pluis carnes, & sicut arenam maris volatilia, & coturnices;* quibus saturentur: & in manibus esurientis, panes piscesque multiplicas, e *vt scirent filij tui quos dilexisti Domine, quoniam non nationatus fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat.*

I. Omnipotentia Dei. Oratio.

a *Psal.* 77. 20.
b *Deut.* 8. 15
c *& 32.* 13
d *Psal* 77. 24. *& 6.*
e *Sap.* 16. 26

Hinc ad paternam, magni huius Dei *prouidentiam* contemplandam cõscendam, quam in eos, qui illi inseruiunt, nutriendos liberalissimè & prodigiosis his medijs, quando humana desunt, ostendit: modò fiducia nostra quam de se nos habere vult, non desit, illi innixa promissioni, quã nobis fecit, cum dixit: f *Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis: quærite ergò primum Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*, sicut huius Turbæ docet exemplum, quæ ipsum Christum studio eius doctrinam audiendi, quærens (ita enim S. Lucas, quod g *loquebatur illis de regno Dei*) cibum etiam ab ipso corporis liberalem accepit sibi & vxoribus ac filijs suis, vt hic locum habeat, quod Regius Propheta dixit: h *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*: O PATER amantissime, gratias tibi ago pro paterna hac tua in eos qui tibi seruiunt, & in te spem suam collocant, prouidentia: concede mihi hanc gratiam, vt mihi sicut vero filio curæ sit obsequi tibi, sicut experior, tibi optimo Patri, curæ esse, õnia mihi largiri, quæ sũt mihi necessaria.

II. Prouidentia Dei in seruos suos

f *Matt.* 6. 31

g *Luc.* 9. 10

h *Ps.* 36. 25 Oratio

MODVS etiam eiusdem prouidentiæ considerandus est, quî in hoc apparet miraculo. Nam etsi, qui comedebant, plurimi essent, variarum ætatum & complexionum iuuenes, senes, robusti, debiles, fœminæ, pueri: eiusdemque panis ea tantum, quam Apostoli volebant, mensura daretur, ita illa sufficiebat omnibus, vt omnes satians contentos redderet: vt idem hic locũ habere videatur quod est scriptũ de Manna: i *Nec qui plus collegerat, habuit ãplius; nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterãt congregauerũt*: & quod adiecit Apost. l *Qui multũ habuit non*

III. Inæquali æqualiter tribuens omnes satiat.

i *Exod.* 16. 18.
l *2 Cor* 8. 15

LICET etiam conijcere, quid ſit Deus in futura vita redditurus, qui tãta reddit in præſenti? d *Menſuram*, inquit, *bonã, & confertam & coagitatã & ſupereffluentem dabunt in ſinũ veſtrum*, pro ijs, quæ diuini amoris intuitu præſtantur. O DEVS *immenſe*, quid tibi reddemus pro his, quæ nobis confers. Opto menſuram omni ex parte bonam offerre, ſanctis operibus plenam, ſtrictis pœnitentijs cõfertam, feruentibus affectibus ſupereffluentem, quæ vltra ea, quæ iubes, etiam quæ tantùm conſulis ſupereffluenter complectatur. & quoniam gratiâ tuâ hæc mihi deſideria contuliſti; ad ea explenda vires etiam adiunge.

III. d *Luc.* 6. 38. Aeternæ gloriæ magnitudo. Oratio.

DEMVM lætitiam Turbæ admirationemque perpendam; quam ex inſigni illo miraculo hauſit: quæ tanta reipſa fuit, vt ſtatuerent in cordibus ſuis e *eum rapere & facere Regem*: felices ſe exiſtimantes, adeò potenti liberaliq́ue Regi inſeruire. Sed cognitis IESVS eorum cogitationibus, *fugit in montem ipſe ſolus*, quò hominum illorum conatus auerteret, dignitatesque & honores temporales declinaret: exemplo hoc me docens, temporalia hominum prẹmia aut dignitates bonis meis actionibus non quærere; ſed quod in me ſit, eas & earum occaſiones ſtudiosè effugere. O *Rex æterne*, qui regnum temporale adeò es auerſatus, quia f *Regnũ tuum de hoc mundo non erat*: concede & mihi, vt æternis excellentijs contentus, temporales omninò calcem.

IV. Turbę ſtudium in Chriſto extollendo. e *Ioan.* 6. 15 Ieſus ſpernit hominum gratiam. Oratio. f *Ioan.*

MEDITATIO XVIII.

DE SEDATA A CHRISTO DOMINO maris tempeſtate.

POST miraculum de *quinq; panibus*, alterum ſucceſsit famoſum, quo ingẽs *maris tempeſtas* fuit ſedata, ſed quia ſimile aliud prẹceſsit, de eo præſens inſtituitur meditatio eò quòd multum ſit ad ſequentem conductura.

PVNCTVM I.

POST concionem prolixam coram multitudine à Chriſto habitam; a *cùm ſerò eſſet factum* b *aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus & erat ipſe in puppi ſuper cęruical dormiens.*

a *Mar.* 4. 35 *Mat.* 8. 23

CIRCA hunc Chriſti Domini *ſomnum*, conſiderabo primùm tres, quæ in eo erant circumſtantias: PRIMA quòd fuerit poſt longum laborem, vt ſe oſtenderet hominem tali ſubſidio indigentem. SECVNDA, quòd fuerit modicus: non enim c *ad interiora nauis*, vt Ionas *deſcendit*; ſed in puppi dormiebat, quò in oculis omnium eſſet, ac excitari facilè poſſet.

I. Somnus neceſſarius c *Ioan.* 1. 5. Modicus.

TERTIA, quod etsi corpore d *dormiret*, *cor eius* tamen *vigilaret*, non minùs omnia quæ agerentur, circumspiciens, quàm si omninò vigilaret. Has tres circumstantias decet me somno meo adhibere, ne sit ex indulgentia aut otiositate; sed à *necessitate* coactus, cum *moderatione* & modestia &, si possibile fuerit, etiam pijs adiunctis *somnijs*, vt illud Psalmi liceat vsurpare: e *Nox illuminatio mea in delitijs meis*: licet ego dormiam, cor tamen meum vigilet.

d *Cant.5.2.* Corde vigilante.

e *Ps.* 138.11.

II. In desolatione IESVS fingit se dormire.

PERPENDAM deinde somni huius mysterium: quo, inquam, pacto Christus Dominus in *Ecclesiæ* suæ, imò & cuiusuis *animæ* naui fingat interdum se dormire, atque si nostri curam non gereret, dum feras adeò tempestates exurgere sinit, persecutionem & tentationem, vt mergi propè videatur: non enim exteriùs modò fluctus eam impellunt, sed. vt S. Marcus addit, etiam f *fluctus mittebat in* ipsam *nauim, ita vt impleretur nauis*, ipsas enim internas animæ facultates implent interdum tristitiæ, timores, scrupuli & variæ aliæ turbationes, ob quas tamen existimandum non est, Christum Dominum à naui esse absentem, aut quæ in ea geruntur, & electorum suorum pericula non respicere: propterea enim per os Dauid dixit: g *cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum:* & iterum h *Ecce non dormitabit: neq; dormiet qui custodit Israel.* O *Saluator* dulcissime, qui nauis instar in procelloso huius mundi mari horrendis fluctibus adeò fuisti iactatus, vt amarissimæ tristitiarum ac timorum i *aqua intrarent vsq; ad animam tuam*, exemplo illo tuo me corrobora, ne tribulatio interna, aut externa, quæ me iactauerit, etiam submergat.

f *Mar.* 4.37.

g *Ps.* 90.15.

h *Ps.* 120.4. Oratio.

i *Ps.*68.2.

III. Tentationum commoda.

PERPENDAM denique huiusmodi tempestates à Christo, vt hic insinuatur, permitti, ad nostræ *fidei* probationem, ad *fiduciam* excitandam, *humilitatis* profectum & purgationē *vitiorum*, & vt ad *orationis* variarumque *virtutum* exercitium prouocemur; propterea.n. vulgò dicitur *quod intrat in mare, discit orare*: nam intrantibus in animam *tribulationibus*, exire solent fluctus *vitiorum*: & intrante *humiliatione*, egreditur ventus *superbiæ*; & *angustiâ* intrante, *tepiditas* expellitur. O *Gubernator* peritissime, gubernа pro libitu tuo nauem animæ meæ, modò ne ab ea discedas: etsi.n. plurimùm iactetur, te præsente submergetur, sed perficietur; ipsis tribulationum fluctibus eam, ad omnium virtutum præclaram exercitationem, subleuantibus.

Oratio.

PVNCTVM II.

I. Discipuli orant paucis sed efficaciter.

ET *accedentes ad Iesum* discipuli *suscitauerunt eum dicentes*: *Domine saluа nos, perimus & dicit eis: quid timidi estis modicæ fidei.*

DVO hic perpendenda: alterum ex parte *discipulorum*, qui in his angustijs media *oratione* ad eum recurrerunt, qui vnicum est laborum omnium leuamen, DEVS videl. ipse: aliqui enim breuibus quidem sed efficacibus

ficacibus vſi verbis, periculum, & neceſsitatem ſuam aptiſsimè explicantibus, dixerunt: a *Domine ſalua nos perimus*: alij ſuauis cuiusdam *querela*, inſinuatione dixerunt: b *Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus?* atq; ſi dixiſſent: Magiſter, ad te omninò pertinet, noſtri curam habere, quia noſter es Magiſter, & fiduciam omnem noſtram in te vno collocatam habemus: cur ergò in tanto nos periculo deſeris? Ad horum ergò diſcipulorum imitationem, in meis calamitatibus ad Chriſtum Dominum recurrere ſtatuam, vtraque hac vtens oratione: Domine, ſalua me: ecce pereo: &: Magiſter ad te pertinet animam meã liberare, vtpote quę tua ſit magis, quam mea. Ego diſcipulus tuus ſum, & ſub tua viuo protectione, c *Tuus ſum ego, ſaluum me fac.* d *Exurge, quare obdormis Domine exurge & ne me repellas in finem: quare faciem tuã auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ.*

a *Mat.* 8. 25
b *Mar.* 4. 38
Et cum fiducia queruntur ſuauiter.

c *Pſ.* 118. 94.
d *Pſ.* 43. 23

ALTERVM perpendendum eſt ex parte *Chriſti* Domini noſtri, qui ſtatim excitatus eſt, vt qui ad auxilium diſcipulis ferendum eſſet propenſiſsimus, quos tum de modica fide, & in eius omnipotentia exigua fiducia reprehendit. *Quid, inquit, timidi eſtis modicæ fidei?* atq; ſi diſtinctiùs eis diceret. Licet quidem ad exiguas veſtras vires, & præſens periculum aſpicientes, timendi occaſionem habeatis: at, ſi fidei oculos in me conijcientes, credatis quis ego ſim, & attendatis in meo vos comitatu, ac tutela eſſe omnem vos timorem deponere par eſt. O *dulciſsime Saluator* ingenuè fateor, nihil eſſe debere, ſi te aſpiciam, in quo meritò dubitare debeam de potẽtia tua aut ſapiẽtia, aut propenſione ad mihi auxilium ferendum: quia tu es infinitè potens, ſapiens, bonus: ideoq; totum me & ex toto corde in tuas conijcio manus; & quò tribulatio maior fuerit, erit etiam fiducia maior, vt tuam in me liberando omnipotentiam oſtendas.

II. Chriſtus inuocatus ſtatim expergiſcitur & poſt reprehẽſionẽ iuuat. Oratio.

PVNCTVM III.

TVNC ſurgens Ieſus imperauit ventis & mari, & c comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmutęſce: & ceſſauit ventus & facta eſt tranquillitas magna.

a *Mat.* 8. 26
b *Mar.* 4. 39

PERPENDENDA hoc loco eſt Chriſti Domini omnipotentia, & imperium in creaturas; earumq; exacta & ad nutum obedientia, ad omnia, quæ illi imperat: *exulti abo* itaque de his, propter gloriam, quæ Redemptori meo inde accedit: ſimul verò *confundar* ob exiguam meam obedientiã, magnamq; in eius mandata rebellionem. Sed latet in illis verbis, *Tace, obmutęſce*, myſterium. Quia n. Dei opera ſunt perfecta, cùm ſuam vult omnipotentiam manifeſtare, nõ ſolùm *tacere* imperat; ſed etiam *obmutęſcere*, quod ampliùs eſt: vt turbationẽ ipſã à radice ſedãs, perfectã efficiat pacẽ. Quãobrẽ, ſi varijs cogitationibus & paſsionib⁹ turbari me ſenſero, orabo ipſũ Dominũ, vt nõ *tacere* ſolũ ad tẽpus, ſed eas etiã *mutęſcere* imperet: ne vnquã ampli⁹ me in ea re perturbẽt, in qua turbarũt hactenus. Quod ſi

Omnipotentia Chriſti. Creaturarũ obediẽtia. Chriſtus non modo Tacere ſed & obmutęſcere facit tẽtationes.

me inter-

tur, tum quo discipulorũ fides magis magisq; probetur, videntium magistrum absentem esse, tum vt intelligatur, solere eundem Christum suis, quoad sensibile gratiæ subsidium, abesse, & grauibus interdum tempestatibus agitari permittere, quò eorum fidelitas magis probetur: Et quò illi maiores in virtute progressus faciunt, eò solent huiusmodi probationes, ea absentiæ ratione, magis crescere, ob innumera bona, quæ inde solent prouenire.

PVNCTVM II.

TAMETSI Christus esset in monte, & nocte: a *vidit eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis &* miseratione motus: *circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare: & volebat praeterire eos At illi, vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse; & conturbati pra timore clamauerunt dicentes, quia phantasma est.* a Mar. 6. 48

PERPENDENDVM hic primùm, discipulos, etsi tẽpestate agitatos, non tamen animum abiecisse, aut otiosos fuisse; sed contra ventum & grauem tempestatem remigando strenuè laborasse: quò nauiculam suam & seipsos salnos ad portum deducerent: vt ex eo discam animum non abijcere instante tribulatione, aut complicatis manibus otio me tradere, & in solum Deum totum eius remedium coniicere; sed manum admouere, & quidquid in me erit, etiamsi sudandum sit apponere, illius instar, qui solus remigat: *orationem* & alia pœnitentiæ opera sedulò & optimo, quo licebit, modo exercendo: quò Deus auxilium ferre non differat. I. Discipuli afflicti sẽ nue laborant.

CHARITATEM deinde Christi expendam, qui etsi absens esse videatur, non tamen suorum obliuiscitur; sed eorum laborem, diligentiamque respiciens, *hinc* sibi complacet ex eorum conatu; *inde* commiseratione mouetur ob ea, quæ patiuntur. O *anima mea*, quamuis in huius mundi ex mari, & in seculi huius tenebrosa nocte constitutam, & tentationibus agitatam te conspicias, magnam habe fiduciam, quia Saluator tuus in cœlorum montibus orans b *ad dextram Dei est*, & c *aduocatum habemus apud patrem qui interpellat pro nobis*, & labores tuos ex throno illo suo aspiciens commiseratione tactus, misericordia sua infinita aderit, teque sicut Stephanum iuuabit; quò possis ad coronam peruenire. II. Christi charitas. Colloquiũ

b Rom. 8. 34
c 1. Ioã. 2. 1.

TERTIÒ causas expendam, cur voluerit Christus ad suos discipulos veniens, super aquas ambulare. PRIMA enim causa fuit, quò suam *omnipotentiam* manifestaret, & potestatem, quam in maris aquas, & mundi huius tribulationes & tempestates haberet, quas dum pedibus suis nullo timore calcaret; eisdem se superiorem ostenderet: ac porrò & si passionis suæ tempore d *aqua tempestas eum demergeret, aut absorberet profundum, vt* III. Omnipotentia Christi.

d Psal. 68. 16. 30. 32.

tus & inſtinctus eſſe ab Spiritu S. cùm reipſa à proprio ſuo, carnali, ſeculari, ſuperbo, cœcoque dictentur. Alias propria *imaginatio*, cum capitis præſertim imbecillitate, eos decipit, dum adeò viuam Chriſti imaginem ſibi illa effingit, vt Chriſtum ipſum verum exiſtiment, & fictitio hoc fauore inaniter euaneſcunt, ſibi perſuadentes ea verba, quæ paulò antè ipſi fortè cogitauerant, aut quæ libenter audirent ab ipſo Chriſto eſſe prolata. Ac denique etiam ipſi valde ſpirituales, qui veras *Dei inſpirationes* habere conſueuerunt, iudicant interdum tales eſſe, *proprias* ipſorum *ratiocinationes*, ſicut Nathan Prophetæ accidit, cùm dixit Dauidi, cogitanti domum Domino ædificare: b *Omne*, inquit, *quod eſt in corde tuo, vade & fac: quia Dominus tecũ eſt*. Adnotauit autem c S. Gregor, non ex reuelatione id dixiſſe Nathan, ſed ex proprio iudicio, ſiquidem eadem nocte dixit Dominus eidem Nathan, vt diceret Dauidi, non ipſum, ſed filium eius *domum nomini Domini ædificaturum*. Eodem etiam modo decepti, de aliorum ſpiritualibus motionibus iudicium faciunt; fidem facilè ijs, quæ ipſis dicuntur, adhibentes, ſeq; ſignis externis apparentijsq; deduci patientes. Ex quo fit, vt approbent ea, quæ verè ſunt *phantaſmata*, illamq; viam teneant, de qua ſpiritus ſanctus; d *Eſt via, quæ videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem.*

ab Imaginatione lud untur

Ratiocinationes proprias pro reuelationibus habent.

b 2. *Reg.* 7. 3. 13.

c 2. *Dial.* 2. & *Homil.* 1. *in Ezech.* Idem in aliis iudicat 1 *Pr.* 14. 21.

II.

Alij cõtra Inſpirationes Chriſti phãtaſmata reputãti: *Pſal.* 52. 6.

Scrupuloſi etiam Proficientes.

Tentatio terribilis.

Alios temere iudicant.

Ex S. Greg. hom. 5 *in Ezech.*

Verum que periculoſũ

ALII contrà omninò, quod verè Chriſtus eſt, Phantaſma exiſtimant, & ſolidam *virtutem* appellant paſsionem; veram *inſpirationem*, proprij ſpiritus impulſum iudicant. Tales ſolent eſſe nimis timidi, *ſcrupuloſi*, & ignari, qui ob ſuam ignorantiam, aut timidam & melancholicam cõplexionem illic e *trepidauerunt timore, vbi non erat timor*. Quod interdum etiam iis, accidit, qui in via ſpiritus aliquos *progreſſus* fecerunt: cũ graues aliquæ tentationes & tempeſtates exurgunt; ſicut in hac occaſione Apoſtolis accidit, ipſo Chriſto Domino has tenebras, dubiaque permittente: ſit ne Deus an Phantaſma, quod ipſis oculis cernunt, & experientia nouerunt: quò ſic exerceantur, & probentur; creſcantque in humilitate, & alijs virtutibus. tunc enim terribilior cenſenda tentatio eſt, cũ illud ipſum, quod *Deus* tanquam remedium mihi offert, nouã interpretor *deceptionẽ*. Et ſimiliter decepti aliqui increduli, & inexperti de aliorũ ſpiritualib. motionibus ſentiunt; de ijs, quæ ignorãt, *blaſphemantes*: exiſtimantes, viſiones omnes ac reuelationes, & opera, quæ vidét, audiuntve admiranda, *phantaſmata* atq; deliria eſſe. Idq; perinde aſſerunt, atq; ſi hiſce temporibus nemini ſe Deus, ſicut olim Sanctis cõmunicaret. Vtrunque hoc extremè eſt perniciosum: neque enim minus malum cenſeri debet, ſi Chriſtum exiſtimes eſſe phantaſma; quam ſi contrà, habeas phantaſma pro Chriſto; aut repellas quod eſt Deus exiſtimans eſſe dœmonem; quam admittere quod reuera eſt dœmon, exiſtimans eſſe Deum: Et

cor timidum in valde confidens, ex triſti in lætiſsimum, ex perturbato in tranquilliſsimum, ex duro in molliſsimum, ex arido in deuotum, ex afflicto varijs carnis, vanitatis, concupiſcentiæ tentationibus, in quietum & contrarijs affectibus ornatum. Itaque *tempeſtatum* & perturbationum tempore, *Dæmonis* ſpiritus adfert puſillanimitatem, animi defectionem, diffidentiam, deſperationem, at *Chriſti* ſpiritus contra adfert magnanimitatem, excitationem, & in Deo fiduciam, ac in eius ſeruitio conſtantiam. Tempore autem *proſperitatis*, & conſolationis ſiue ſenſualis, ſiue ſpiritualis, *Dæmonis* ſpiritus ſuperbiam adfert, vanitatem, præſumptionem, propriam fiduciam, ſui ipſius complacentiam, rerum proprtarum, maximè verò iudicij proprij æſtimationem, rerum verò aliarum contemptum: at ſpiritus *Chriſti* humilitatem ſuggerit, ſui ipſius contemptum, de ſeipſo diffidentiam, ſanctum timorem, ne recidat, ſubiectionem Deo, & omnibus propter eum.

Potentia Chriſti in corde trãſmutando. In deſolatione, & proſperitate contrarij ſpiritus Chriſti, & Dæmonis

Et vt idem homo alio tono in eodem verbo efferendo vtitur, cùm ad terrendum vult *iram* oſtendere, quàm cùm ad indulgendum oſtendit *lenitatem*; ita Chriſtus eodem illo verbo, *Ego ſum* contrarios in diuerſis hominib. effectus producit. Nam hic diſcipulos à concepto timore liberauit *pacig*, reddidit: eos verò qui, vt cum comprehenderent, in hortum venerant, ita *terruit*, vt verbo illo b *Ego ſum* audito *abierint retrorſum, & in terram ceciderint, vt in 4. Part. dicetur.* Eodem etiam modo præſentiæ ſuæ teſtimonia interna peccatoribus reddit, & iuſtis *illos* reprehenſionibus, minis, terroribusq; conterendo, vt peccata ſua deſerant; *his* verò indulgendo blandioribus affectibus gaudij, pacisque ſpiritualis, vt in ſuo animet obſequio. & ſi initio *timorem* interdum incutit, vt excitet *reuerentiam*; mox tamen *pacem* adfert cum lætitia, & conſcientiæ ſecuritate.

III. Ego ſum. Idem verbũ iuſtos recreat, terret impios.

b *Ioã.* 18. 6. *S. Thom.* 3. *p. q.* 30. *a* 3. *ad* 3. *B. P. Ignat. in Regul. de hoc.*

His benè perpenſis ſupplex à Chriſto Domino petam, vt me viſitans, ita ad cor loquatur, vt verè ipſum loquentem agnoſcens, reuerear, amem, ſeruiam, & illi omninò confidam. O *Deus* omni potens, qui es ille, *qui eſt*, dic quæſo animæ meæ: *Ego ſum, noli timere*, dulcem tuam, & iucundam ei manifeſtando præſentiam, qua inanes eius omnes timores euaneſcant; ferueniaverò deſideria inflammentur, opere ipſo illa ad tuam gloriam exequendo. Amen.

& eadem Chriſti præſentia. oratio.

PVNCTVM V.

Avditis Chriſti Domini verbis, a *Reſpondens Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.*

a *Mat.* 14. 28

In his verbis, *quinque* ferventis charitatis proprietates indicantur quibus verus feruor à falſo diſcernitur. Prima proprietas eſt ingens

PVNCTVM. VI.

RESPONDENTE Christo, *Veni, descendens a Petrus de naui cula ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum.* a Matt. 14. 29.

PERPENDENDVM hic primùm, licet Christus aliàs S. Petri feruorem repreſſerit, non tamen nunc repreſsiſſe, ſed in eo potius ſibi complacuiſſe; petitioniq́ue eius annuiſſe, quam videbat à verò amore profluxiſſe, & reſignationis, fiduciæq́; ſpiritu non in ſe, ſed in Chriſti virtute factam fuiſſe. Petitiones autem, quæ tales habent comites, quia ab Spiritu ſancto procedunt, facilè Chriſtus exaudit. Libenter enim b *Voluntatem timentium ſe facit, & deprecationem amantium exaudit*, quas ad amoris eorum manifeſtationem dirigi cernit. Contra verò, cum idem S. Petrus in nocte Paſionis diceret: a *Etiã ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor*: & d *paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire*: non illi reſpondit: *Veni* ſciens illam promptitudinem à *ſuperbia* & præſumptione de ſeipſo procedere, etiam cum aliquo reliquorum condiſcipulorum contemtu, quibus ſèſe præferebat; quæ quod in hac petitione defuerint, illi annuit. Ex quo intelligam, qua ratione, quæ à Chriſto Domino impetrare cupio, petere me oporteat.

b Pſ. 144. 16
c Mat. 29. 33
d Luc. 13. 33.
Ex ſuperbia reiicitur.

ANNVIT etiam Chriſtus illi petitioni, vt ipſi diſcipuli experientiâ diſcerent, ipſum iure meritò illis dixiſſe *Confidite, habete fiduciam, ego ſum, nolite timere*, ſiquidem adeò ſe potentem oſtendebat, vt vel illo verbulo *Veni*, tantum prodigium perficere poſſet, vt purus homo æquè ſuper aquas, atque ſupra firmã terrã ambularet. Ex quo ſpiritum ſuũ eleuarent ad credendum, & confidendum, ipſum eſſe adeo potentem, vt efficeret ipſos e *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulare; & conculcare leonem & draconem*, nulla ab eiſdem accepta læſione: & vt maris huius mundi fluctus non horreſcerent: eò quòd efficere ipſe poſſet, vt illi ſupra eos ambularent, nec ſolũ non mergerẽtur, ſed nec madefierẽt quidẽ, niſi ad ſuminũ, pedũ *plantæ*, hoc eſt leuiores aliquas culpas cõtraherẽt, aut imperfectionis incuriã aliquã.

II. Miraculũ hoc Ieſus facit, vt diſcipuli ei poſthac magis credãt in alios,
e Pſ. 90. 13.

O IESV potentiſsime, anxia eſt & ſolicita anima mea, vt te vitamq́ue tuam ſequatur; vt ad te gloriamq́ue tuam perueniat. Dic ei verbum illud: *Veni*, eius enim virtute, omnia illi facilia fient; Nam f *credenti* & fiduciam in te habenti *omnia ſunt poſsibilia.* oratio
f Mar. 9. 23.

III. Velox Petri obediẽtia.

DENIQVE perpendam, S. Petrum mox, atque verbum illud Chriſti *Veni* audiuit, abſque vlla mora aut timore ex naui exiliuiſſe, & ambulare ſuper aquas incœpiſſe verſus ipſum Ieſum, cupientem illi approximare. vt ex hoc diſcã quanta velocitate fiduciaq́; oporteat me exequi, quicquid ipſius Chriſti erit voluntatis, & quicquid eius obſequij intuitu propoſuerim aut obtulerim, neq; hęrere aut dubitare quibuſuis periculis me committere, in virtute verbi ipſius: ſiquidẽ g *omnia potero in eo, qui me cõfortat.*
g Phi. 4. 13.

PVN-

PVNCTVM. VII.

VIDENS a *Petrus ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? & cùm ascendissent nauiculam cessauit ventus,* b *& statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.*

PRIMVM hic perpendendum, permisisse Christum illum timorem in Petro, ne inaniter se extolleret; & agnosceret, se necdum habere perfectam fidem, vt qui imperterrito quidem animo se se in mare perturbatum proiecisset; sed validum tamen in eo *ventum* pertimuisset: quia *oculos* ab ipso *Christo*, in quem initio eos coniecerat, auertit, & respexit ad ventum: deficiente autem Petri in Christum *fiducia*, defecit etiam eius in aqua *consistentia*, cœpitque mergi. O *Deus* omnipotens adiuua debilem fidem meam, nec patiaris me auertere oculos à te in tribulationibus occurrentibus, ne absorbear ab eis.

I. Mergitur quia ventum respicit & timet. Oratio

DEINDE perpendam, eum, qui, vt Christi Domini voci obediat, eius verbo confidens, aliqua adit pericula, non periturum: nã statim, atq; in auxilium ipse vocabitur, aderit, manum porriget, ac à periculo eruet: sin sponte propria, ob vanitatem, aut iactantiam illa adiero, deseret me Deus in tantæ temeritatis pœnam; atque vt Machabæos illos Sacerdotes, qui ob c *nomen inane sine consilio pugnam aggressi sunt perire permittet.*

II. Erigitur, qui Christo obedit cũque inuocat. Perit, qui proprio nititur sensu. c) *Mach. 5. 60.*

TERTIÒ perpendam, Christo nauiculam ingrediente, *Ventum cessasse*, vt intelligamus, tentationes, quæ ipso absente exurgunt, eo præsente euanescere: eiusdemque auxilio appellit nauis cito & feliciter, magnaque tranquillitate terram viuentium, & æternæ salutis portum ingreditur.

III. Christi præsentia omnia fecundat.

DENIQVE in tota hac historia docuit nos Christus familiarem suam nobiscum agendi rationem, dum vel ad religiosum statum, & ad aliquod magni momenti negotium *vocat*. Nam initio omnia nobis reddit *facilia*, & expedita, quò omni metu depolito, confidenter nos ad ea conijciamus sed paulò pòst, *tempestates* exurgere permittit & timores, non vt deserat, sed vt in virtutibus progressum faciamus: ac demùm plenam cum ingenti lætitia *pacem* impertit, ob noua experimenta, quæ nos docent, quàm multa possimus ex eius gratia. Et in hunc sensum dixit per Prophetam: d *Ego lactabo eam*, hoc est, consolationum mearum lacte eam decipiam, vt me sequatur, & *ducam eam in solitudinem; & loquar ad cor eius*, & collocabo eam in *valle Achor & tribulationum ad aperiendam spem*, vt ex eis nouam concipiat spem, *& cantet ibi iuxta dies iuuentutis suæ*, & exultabit sicut in principio cum affluceret consolationibus. O *dilecte mi*, lacta ac decipe me sancta hac deceptione, vt à mundi fraudibus me eripias, & ad æternam cœlestemq; requiem deducas. Amen.

IV. Vocatio Dei.

1 Dilatat cor.

2 Exercet tentationibus. d *Ose. 2. 14*

3. Perfectam pacem impartitur.

MEDI-

MEDITATIO XX.

DE ILLVSTRI DIVINITATIS CHRISTI Confeſſione, quam S. Petrus profeſſus eſt.

PVNCTVM I.

INTERROGABAT IESVS a *diſcipulos ſuos: Quem dicunt homines eſſe filium hominis?*

PERPENDENDVM primùm Chriſtum Dominum hãc interrogationem propoſuiſſe, vt ait S. Lucas, b *cùm ſolus eſſet orans:* vt intelligeretur, non curioſitate, ſed *neceſſitate*; nec proprij ſui, ſed *noſtri* commodi cauſa propoſitam eſſe; & doceret, *orationis* ſuæ virtute Petro reuelatam eſſe veritatem, quam ſuo reſponſo profeſſus eſt, & ſi hoc *lumen* ego habere cupio, oratione illud me obtenturum, iuxta illud Iacobi: c *Si quis veſtrùm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei: poſtulet autem in fide nihil hæſitans*

DEINDE perpendam, eam interrogationem à Chriſto fuiſſe propoſitam, PRIMÒ vt clariorem ſuis diſcipulis ſui notitiam communicandi occaſionem acciperet: ex qua cognitione & notitia tanquam ex radice & ſemine noſtra ſalus dependet, vti ipſemet faſſus eſt, cùm dixit: d *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti* IESVM *Chriſtum.* DEINDE etiam fuit propoſita, vt nos doceret ex hominum dictis & ſermonibus fructum capere, velle enim hominum de nobis *opinionem* ſcire, vt *ſalutis* noſtræ ſecuritatem in ea conſtituamus, magnus eſſet error: cum Apoſtolo teſte: e *Qui iudicat nos, Dominus ſit*: Non nocet autem imò *expedit* ſæpe eam velle cognoſcere; vt ſcientes, quid ipſi de nobis ſentiant, tum *defectus* emendemus, quos illi in nobis aduertunt: aut eos euitemus, ne verè de nobis dicantur, tum *bona* quæ dixerint, ſi fortè non habemus, acquirere ſtudeamus; aut ſi habemus, eadem perficere contendamus. hac enim ratione hominum de nobis opiniones & iudicia in commodum noſtrum conuertemus.

CONSIDERANDA demùm eſt inſignis Chriſti humilitas, quæ in eo elucet, quod ſeipſum ſemper *Filium hominis* appellet, quod nomen tum vniuerſis hominibus eſt commune, tum ita vile & abiectum iudicatur: vt nullus eo facilè vtatur: cum abſque vlla iactantia potuiſſet ſpecioſiora & glorioſiora nomina vſurpare: ſed nimirum docere nos voluit *humilitatem*; & abiectiores vilioresque titulos, quos iuxta ſtatûs noſtri rationem licebit eligere: quia etiam in hoc eſt verum; f *qui ſe humiliauerit exaltabitur*: vt etiam in hoc loco apparet. Nam ſtatim atque ipſe Chriſtus

a *Matt.* 16. 13. a *Mar.* 8. 27

I. Quæſtio neceſſaria & vtilis.

b *Luc.* 9. 18

c *Iacob.* 1. 5. Oratio illuminat

II. Notitia Chriſti tradit ſalutis noſtræ.

d *Ioan.* 17. 3

Opiniones hominum de nobis quatenus requirendæ.

e 1. *Cor.* 4. 4

III. Humilitas Filij hominis.

f *Mat.* 23. 12. Filij Dei gloria.

Oratio.

filium se hominis appellauit, Petro reuelauit Pater, esse *filium Dei viui*, idque omnium Apostolorum nomine palam confessus est. O *fili Dei viui*: impertire mihi eam humilitatem, quam dum hominis filius fieres & humilia filiorum hominum amplectereris, ostendisti; vt ex hac humiliatione ad filij Dei dignitatem per te perueniens gloria illa fruar, qua eius filij gaudent. Amen.

PVNCTVM II.

DISCIPVLI *dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.*

I. a Ioan. 4 4 b Matt. 11: 19: Discipuli falsas inimicorum calumnias reticent. c Luc 9. 18

PERPENDENDA hic primùm Apostolorum prudentia in hac respõsione. Scientes. n. Scribas & Pharisæos de Christo dicere, quod a *Samaritanus esset*, b *vorax & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus*, & alia huiusmodi mala, nihil tamen horum retulerunt, sed quod magistro suo honorificum videbatur: hoc nos exemplo docentes, non debere iustos aut prudentes alijs referre, quæ eorum *inimici* de eis referunt: quia vt plurimum illa sunt *falsa*; nec alium fructum adferunt narrata, quàm quod eos, quibus referuntur, ad iram & indignationem contra inimicos prouocant: Est itaque prudentiæ talia illos celare, nec nugas ferere, quæ lædunt fraternam charitatem. & fortasse propterea Christus non quæsiuit, quem Scribæ & Pharisæi dicerent esse filium hominis: sed quem dicerent *homines*, hoc est, turbæ & populus. & S. Luc. ait dixisse Christum: c *Quem me dicunt esse turbæ?*

II. Errores circa Dei & Christi cognitionẽ ex triplici fonte. d Isai. 5. 13: Commiseratio infidelium. e 1. Cor. 15. 34: Ec. 14. 38. g 1. Reg. 2 3 Oratio h Isai. 11. 9.

DEINDE perpendendum, quam sit familiare hominibus imbecilli suæ naturæ relictis circa Dei & Christi IESV cognitionem errare, siue ob intelligentiæ *stuporem*, siue ob aliquam *perturbationem*, quæ mentis lumen obtundit, aut ob *dæmonis* fraudes, qui veram Dei cognitionem illis auferre studet, vt sub tyrannide sua innumeris peccatis teneat captiuos, iuxta illud Prophetæ: d *Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam*. hoc est, veram fidem & cognitionem Dei, rerumque ad eius obsequium pertinentium. Ex quo magnam hauriam infidelium commiserationem, & ignorantia hac laborantium. de quibus Apost. ait: e *Ignorantiam Dei quidam habent, sed qui ignorat, ignorabitur*: quia eum Deus non agnoscet vt suum, nec ad æternam vitam approbabit: g O *scientiarũ Deus*, miserere ignorantiarum nostrarum, impleque quod promisisti, h *replebo terram scientia Domini*.

III. Omnes errantes aliquid Christo detrahunt

PERPENDAM tertiò homines, cùm circa res Dei & Christi Domini errant, plerumque aliquid illi, quod habet auferre; dum Dei magnalia sui ingenij angustijs, aut iudicio suo, perturbationi alicui succũbenti, metiri conantur. Et ita hic apparet, turbam & plebem Christo abstulisse *diuin.* dicẽtem, eum esse vel Ioan. Bapt. vel Eliam. Alios autẽ perturbationi

maior

maiori locum dantes, *ſapientiam* illi ſuſtuliſſe, dicētes i *quoniam in furorem verſus eſt*, alios *ſanctitatem*. k *Samaritanum* eū appellātes: alios *potentiam* eius miracula calūniantes, ac dicentes: l *In Beelzebub principe dæmoniorum eĳcit dæmonia*; alios *Prudentiam*, dum aliquē defectū in eius operibus, ac rerum diſpoſitionibus carpebant, ſicut illi qui in morte Lazari dicebāt: m *Nō poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere vt & hic non moreretur?* & in hodiernū diē fert Chriſtus à Gētilibus & ab hæreticis & ignaris huiuſmodi *calumnias*: vt dum aliquas ego patior, quia iniuriâ mihi honor aufertur, aut quid ſimile, Chriſti exemplo meipſum conſoler.

i *Marc.* 3. 21
k *Ioa.* 8. 48.
l *Luc.* 11. 15

QVARTÒ perpendam etiam aliquos Chriſtianos ob malā ſuā conſcientiam, ſuis operibus teſtimonium facere, quod falſas habeant de Deo & Chriſto apprehēſiones, & practicè errent in eius cognitione, dum Deum quendā vel *ſeuerum* & implacabilē, qui n *metere velit, vbi non ſeminauit*; vt piger ille ſeruus dicebat: vel ita nimiū *miſericordem*, vt licet pro libitu viuāt homines, omnia tamen ipſe diſſimulet: & o *Mētita eſt iniquitas ſibi. Formans* (vt ait S. Bernard) *ſibi idolum pro eo, quod non eſt Deus*, adeò enim à veritate quæ eſt in Deo, alienū ſibi format conceptū, vt nō ſit cōceptus Dei veri, ſed falſi & idoli, quod p *nihil eſt in mundo*: quia in mūdo talis Deus nō eſt, qui ſit crudelis, obliuioſus, inexorabilis, perſonarū acceptor, aut peccata diſſimulans, ſicut ipſi ſibi fingunt.

IV. Mali Deū ſeuerū aut nimis miſericordem fingunt.
n *Matt.* 25. 24.
o *Pſa.* 26. 12
Serm. 38. *in Cant.*
p 1. *Cor.* 8. 4.

DENIQVE etiā aliqui *ſpirituales*, quà homines ſunt, errant interdum practicè in Dei & ſpiritus Chriſti cognitione, aliquid eorū quę ipſe habet illi auferendo: dum Chriſtū ſibi aliquem apprehēdunt tēnacem & certis terminis limitatū, & anguſtæ ſuæ apprehenſioni aptatū. Quidam enim, Chriſti ſpiritum putant eſſe ſolum ſpiritum *Ioannis Baptiſtæ* ſeuerum, aſperum, valdeq; pœnitentē; alij ſolùm *Eliæ* ſpiritum exiſtimant, zelantē, terribilē aduerſus peccata & ipſos peccatores; alij contra, ſolùm *Ieremiæ* ſpiritū iudicant, cōpatientem, flebilem, ob peccata & huius mundi miſerias; alij, quod ſolū ſit ſpiritus *Prophetarum*, qui in deſertū ſecedebant aut qui populo prædicabant, aut qui miracula faciebāt &c. Et hi omnes valdè ſunt anguſti multumq; ſpiritui Chriſti detrahūt, dum anguſtū adeò illū limitatumq; fibi proponunt, cùm tamen ille à Sapiente q *vnicus & multiplex* eſſe prædicetur, vt qui magnam ſpirituum varietatē, varioſq; Deo ſeruiendi modos cōplectatur: qui tamen omnes in vno amoris & charitatis ſpiritu fundātur, & ad finem vnū, qui eſt Dei gloria, diriguntur. Ex quo intelligā, grauē eſſe errorem, ſi Chriſtū & eius ſpiritū ei ſpiritui, quē in me ego ſentio limitare & accōmodare velim, deſiderās oēs eādē quā ego ſequor, tenere viam: hoc enim eſt limitatè & anguſtè de Deo, & de Chriſti redēptione ſentire, qui aliquibus quidē eſt S. Ioānes Bapt. alijs Elias, alijs Ieremias: his eſt ſolitarius, & contēplationi deditus; illis affabilis

V. Spirituales aliqui Chriſtum arctant. Chriſti ſpiritus vnus ſine & connexione, multiplex vocatione.
q *Sap.* 7. 22

Non arctandus ad vnum modum.

& actiuus. O *Patris æterni Sapientia*, in quo sunt omnes spiritus, quibus sancti omnes tibi placuerunt; illum quæso mihi spiritum elargire, quo tibi magis placeam; & vnicuique tuorum electorum eum etiam concede, qui illi magis expedit. Purga intelligentiam meam ab omni errore, vt talem te cognoscam, qualis tu verè es; & in medio cordis mei in ea te forma habeam, qua verè dignus est.

Oratio.

PVNCTVM III.

[a] DIXIT a *illis* IESVS: *vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui.*

a *Mat.16.15*

I. Discipuli plusquam homines doctrina & vita.

PERPENDENDVM hic primùm Christum Dominum nostrũ cùm audiuisset quid *homines* de seipso sentirent, voluisse etiam cognoscere, quid ipsi *discipuli* sentirent, dicens, *vos* qui *plusquam homines* estis, ob cœlestem quam audiuistis *doctrinam*, & *vitæ* quam estis professi altitudinem, *quem me esse dicitis?* hoc dixit, non quod ignoraret quid ipsi sentirent, sed vt hac occasione accepta, illos excitaret, & in fide suæ diuinitatis confirmaret. Ad Christi ergò imitationẽ, ingressus in cor meum ab anima mea percunctabor, tu quem dicis esse Christum? quid de eo sentis? quid de eius bonitate ac misericordia? de eius sapientia & omnipotẽtia? quid sentis de eius humilitate & obedientia? de virtutibus, quas exercuit, in ea abiectione, quam vt tibi subueniret, accepit? hæc autem mihi ipsi dicam, vt me ad altè sentiendum de Christo, eiusque virtutibus prouocem, magna de his opinione & æstimatione concepta, me ipsum simul reprehendendo; ob defectum quem in hac re animaduerto.

Animæ testimoniũ de IESV Christo.

II. Petrus primus; eſpõdet quia feruentiſſimus. Et ob diſpoſitionẽ à Deo illuminatus.

SECVNDÒ perpendam, quamuis hæc interrogatio omnibus esset proposita, solùm tamen Petrum respondisse, ob duas causas. ALTERA fuit quod in Christi amore & obsequio feruentior esset; in omnibus enim quæ magistri sui honorem concernebant, diligentissimus erat ac *primus*. Cuius imitatione, conabor inter bonos excellere, & primus esse, in ijs quæ spectãt obsequium diuinum, quamuis simul etiam studere debeo in meis oculis esse *vltimus*, propter humilitatem, vt si in feruore sim primus, id fiat absque meo detrimento. ALTERA causa fuit, quod Deus Dominus noster, cum illum tam benè *dispositum* ad sua dona suscipiẽda videret, singulari & extraordinaria *luce* illũ illustrauit, vt Christi magnalia cognosceret, quare à lumine illo abreptus, reliquos discipulos præueniens, omnium illorum nomine respondit: *tu es Christus filius Dei viui*. Præpara te anima mea, feruore magno, ad seruiẽdum tuo dilecto, qui dicit: [b] *qui habet dabitur ei, & abundabit*, Tene quod accepisti, eoque magnâ vtere diligentiâ, quò gratiæ suæ dona Deus in te multiplicet.

b *Matt. 13 12. & 25. 29*

TERTIÒ perpendã singula, illustris huius confessionis verba seorsim.

PRIMVM fuit, *tu es*, atque si diceret, *tu* qui filium hominis te appellas, *tu* de quo homines dicunt esse Ioannem Baptistam, aut vnum ex Prophetis, *tu* qui noster es magister, & qui nos in tuos discipulos elegisti, *tu* es qui es, & es ipsum esse per essentiam, à quo, quidquid esse habet dependet. SECVNDVM verbum fuit, c *Christus Dei*, atque si diceret, tu es Christus, & *Christus Dei*, hoc est, tu es ille Messias Iudæis promissus, & d *desideratus cunctis Gentibus*; tu es Rex Israel, Rex regum, & Dominus Dominantium, e *Tu es* summus *sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Tu summus ille es f *Propheta, quem omnes audire debēt*. Tu es g *vnctus sanctus sanctorum*, h *Quem Deus vnxit oleo lætitiæ, præ consortibus tuis*. Hæc omnia cōplectitur nomen Christi, quod vnctum significat, & eminenter conuenit nostro Saluatori, in quo simul dignitates eorū inueniuntur, qui vngebantur, quæ sunt prædictæ.

TV, ES.

c *Luc.* 9. 20
CHRISTVS vnctus
d *Agg.* 2. 8.
e *Ps.* 109. 4.
f *Deut.* 18 15
g *Dan.* 9. 8 4
h *Psal.* 44. 8

TERTIVM fuit, *Filius Dei viui*, atque si diceret, non tu es quicunque Christus, sicut sunt puri homines, sed es *Filius Dei*, non adoptiuus, sed naturalis Filius Dei *viui*, qui quod viuus sit, habet nobilissimam viuentiū operationem, quæ est sibi similem generare, & ita te Deum viuum sicut ipse est genuit, & porrò infinitum, immensum, æternum, omnipotentem, sapientem, & bonum, immò sapientiam ipsam & bonitatem. Adhæc omnia & multò plura S. Petrus cœlesti lumine penetrauit, & ore confessus est quando hæc verba est prolocutus, & licet, S. Ioannes Baptista & Nathanael, & alij hanc confessionem fecissent, eisdem ferè verbis, excelluit tamen S. Petrus, eadem, insigni feruore, magna reuerentia, ac deuotione dicendo. Et eodem spiritu studebo ego illa proferre, & exultans ob redēptoris mei excellentias supplicabo lumen illud mihi concedi, quod S. huic Apostolo fuit communicatum, vt viua fide, eoque modo dicam, qui il[illegible]li placeat.

FILIVS DEI VIVI

S. Petri Confessio excellit cæteras.

PVNCTVM IV.

RESPONDENS *autem* a *Iesus dixit ei: beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.*

a *Matt.* 16 17

PERPENDENDVM hic est, quàm fuerit grata Christo Domino hæc adeo illustris S. Petri confessio; & qua ratione eandem ipse confirmauerit, & approbauerit, & hunc S. Apostolum propter illam exaltauerit. PRIMVM enim *beatum* illum appellat, quia ex hac cognitione & cōfessione, cœpit eius felicitas, & nostra incœpit, quia initiū est, vt aliàs diximus, b *æternæ & beatæ vitæ*. SECVNDO vocauit illum *Simonem*, quod *obedientem* significat, & filium c *Ioannis*, quod significat *gratiam*, aut Iona quod *Columbam* significat, vt ostenderetur hac confessione adeò nobili, se Deo obedientem ostendisse, à quo fuerat ipsi reuelata; & filium ipsius

I. Beatus
b *Ioan.* 17. 3
II.
c *Ioan.* 21. 15
Simon Obediens Filius

milem, quod est esse Petram fundamentalem Ecclesiæ, & in fortitudine & constantia, & reliquis precioſi fortisque lapidis virtutibus.

IDEOQVE adiungit *secundam* excellentiam dicens, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quasi diceret, ego qui per excellentiam sum *sapiens ille homo, qui domum suam ædificat super petram, ne descendens pluuia & venientia flumina, aut flantes venti eam subruant*, ædificabo Ecclesiam meam vniuersalem super me, qui lapis sum fundamentalis, & fundamentorum omnium *fundamentum*, & simul etiam eandem super te tanquam super firmam petram fundabo, tribuens tibi dignitatem *capitis*, omnium fidelium vniuersalis, qui in te, & confessione viuaque fide tua innitentes superædificabunt domos suarum conscientiarum, quos tu in fide, religione sanctæque legis meæ obedientia confirmabis atque stabilies.

II. Fundamentum & caput Ecclesiæ. c. *Cor.* 3. 11.

TERTIVS fauor siue excellentia fuit securum eum reddidisse de perseuerentia & inuicta huius petræ, & huius ædificij fortitudine, dicens etiamsi *portæ inferi* omnino pateant, exeantque omnes inferni potestates ad eam oppugnandam, d *non præualebunt aduersus eum, & quamuis pluuiæ descendant & flumina & venti* tribulationum huius mundi & carnis *irruant in domum illam, non cadet, quia fundata est super petram*, omnipotentiam. I. sapientiam, & protectionem ipsius Christi, qui est viua petra, qui domum illam defendet, & firmitatem dabit illi petræ, qui est Petrus, & eius successoribus, quà ipsius sunt vicarij, ne in hac fide deficiant.

III. S. Petri & Ecclesiæ perseuerantia d *Matt.* 16. 18.

QVARTVS fauor fuit, quo dixit *& tibi dabo claues Regni cælorum*, quo eius portas hominibus aperire & claudere possit, hoc est, dabit illi clauem *Scientiæ*, vt veritates quæ in sacris literis latent, hominibus declaret & aperiat, clauem etiam *potestatis* ad remittenda peccata, quæ ingressum in cælum impediunt. Quæ omnia Christus impleuit, vt medit. 9. & 13. part. 5. apparebit, vbi etiam harum promissionum præstantia expendetur, propter quas, maximam agam gratias, tanquam mea iudicans beneficia Apostolo huic sancto collata. Non enim hæc priuilegia tam in ipsius vtilitatem, quam totius Ecclesiæ, sunt illi collata, & mei ipsius, qui fructum ex eis ita capio, atque si pro me solo fuissent concessa. Gaudebo quoque ob huius Sancti excellentias, cupiens illum quantum licebit imitari. O *glorioſe Apoſtole*, gaudeo te nouo hoc nomine, hodie tibi impoſito & noua dignitate quæ tibi promittitur: sit ergò fauſtum & felix, quod factus sis Petra fundamẽtalis Ecclesiæ, terribilis dœmonibus, & clauiger æthereus Angelis & hominibus amabilis, ora supplex eum Dominum qui fundamentalẽ te petrã cõstituit, vt me iuuet ad vitã meã, super eã petrã exstruẽdam, ita vt portæ inferi aduersũ me non præualeãt. Apermihi tuis illis clauibus Cœli portas quas ioſe mihi clausi, claude verò portas inferi quas eo

IV. Claues Scientiæ & Potestatis

Beneficia Apostoli mea sunt

Oratio

aperui

cum respectu æternitatis; nam vt ait Dauid a *mille anni ante oculos Dei*, b *tanquam dies hesterna quæ præterijt*, siue vt Apostolus ait, totum est tanquam *momentum* quod vix percipi potest.

a *Psal.* 89. 4.
b 2. *Cor.* 4. 17. Vitæ breuitas.

Locus fuit mons excelsus & separatus, aptus ad orationem, vt intelligamus huiusmodi fauores, & prærogatiuas, non fieri à Deo animabus in loco publico, & in strepitu & tumultu huius mundi, sed in *solitudine* & secreto recollectionis, & quando valdè illæ sunt remotæ ab *affectibus* curisque terrenis, & ad vitam magnæ perfectionis *eleuatæ*: sicut Moyses & Elias non peruenerunt ad contemplationem, cùm inter homines versabantur, sed in monte valdè ab eis remoto; ex quo me ipsum excitabo ad solitudinem, & altitudinem vitæ, dicens cum Dauide: c *quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo & requiescam, ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine* sperans, quod ibi d *loquetur Deus ac cor meum*, vbi desideratam requiem inueniam.

II. Solitudinē Perfectionē & mortificationē honorat Deus.
c *Psal.* 54. 7.
d *Ose.* 2. 14. Colloquiū

O *anima mea* te super teipsam eleua & contende, vt cor tuum sit sicut mons altus & separatus, mons propter actionum tuarum perfectionem, altus propter contemplationem rerum æternarum, separatus propter mortificationem rerum transeuntium, vt complaceat sibi Christus ad te venire, teque per amorem in se transfigurare.

PVNCTVM III.

CONSIDERABO TERTIO, quos socios secum duxit Christus ad montem; & orationis exercitium cui vacabat. *Socij* fuerunt tres feruentissimi ac dilectissimi eius Apostoli; quamuis enim DEVS Dominus noster, omnes iustos diligat, feruentioribus tamen plus indulget; quòd verò non omnes 12. duxerit, ostendit non omnibus extraordinarios hos fauores fieri, ac fortè quod inter duodecim esset *Iudas* impius ac peruersus homo. Nec expediebat talem deducere, vt tantæ *voluptatis* particeps fieret, nec solum relinquere ne *infamaretur*, ex quo discam quantum referat esse aliquem in Christi amore *feruentem*, quam verò noceat, aliquem *nequam* esse in communitate bonorum.

I. Socios feruētissimos elegit Deus Forte ob Iudam reliqui exclusi.

Est tamen & hoc aduertendum Christum Dominum nostrum huiusmodi extraordinaria priuilegia conferre; quibus vult & sicut vult, & interdum, alicui minus sancto illa communicat, sanctiore prætermisso, ob sua secreta iudicia, differens huius præmium ad futuram vitam, quare licet *S. Andreas* non fuerit ad montem deductus, non propterea efficitur, non fuisse æquè feruentem atque alios, qui fuerunt deducti. Et hoc me debet consolari, cùm videro amplioribus fauoribus Deum alios prosequi, me verò præteriri, ne propterea animum abijciam, aut in pusillanimitatem, aut desperationem deueniam, summā potiùs *felicitatem* existimabo

II. Non semper sanctior, qui hic magis honoratur etiam à Deo.

Dei Domini noſtri *diſpoſitionem*, & vt ſuas ipſe diſpoſitiones exequatur, quandoquidem illæ & magis aptæ ſunt, & mihi magis expediunt.

Diſpoſitio Dei mea felicitas.

TERTIÒ perpendam myſterium horũ trium ſociorum, qui referũt 3. præcipuas virtutes eleuatæ orationis comites, in qua fit animæ transfiguratio, *Fides*, videlicet viua ac feruens, per Petrum indicata; *Spes* firma fortiter aduerſus hoſtes orationis pugnando, quæ per S. Iacobum exprimitur; & accenſa atque affectuoſa *charitas*, per S. Ioannem inſinuata, neceſſe tamen eſt, *Chriſtum* Dominum præire, & inſpirationibus ſuis illos ducere ac dirigere, vt poſſint ad perfectiſsimorum affectuum altitudinem conſcendere, quibus transfiguratio in Deum per vnionem amoris obtinetur. O dulciſsime Magiſter a *emitte* de cœlo *lucem tuam, & veritatem tuam, quæ me deducant, & adducant in montem ſanctum tuum*, trahendo eò omnes affectus meos, quibus tibi coniungar.

III. Chriſtus f. ns. Petrus Fides Iacobus Spes Ioannes charitas Oratio. 1 *Pſa.* 42. 3

HINC apparet exercitium, quo Chriſtus in monte occupatur, fuiſſe (vt ait S. Luc.) *orationem*, vt diſcamus in ea delicias & fauores cœleſtes communicari, eamque animæ transfigurationem impetrare, terrenam vitam in cœleſtem commutare, & ex humana diuinam facere. Nam in oratione anima eleuat ſe ſupra ſeipſam, eius facies reſplendet ob lucem veritatum & ſplendorem virtutum, quæ in ea ipſi communicantur, emittit enim radios dilectorum affectuum, dealbatque veſtes, opera videlicet, puriſsimis intentionibus. Deniq; ibi manet transformata in Deum, & Deificata, iuxta id, quod S. Apoſtolus de ea dicit, quod *reuelata facie gloriam Domini ſpeculans in eandem imaginem transformetur à claritate in claritatem.* O dulciſsime IESV, concede mihi ita tuarum virtutum gloriam meditari ac contemplari, vt in eas transformer; & me doce, tanto ſpiritu orare, vt in tuæ gloriæ imaginem transfigurer, Amen.

IV. Orationis mira virtus.

Oratio

PVNCTVM IV.

QVARTÒ Conſiderandus eſt *modus*, quo ſe Chriſtus transfigurauit, id enim fecit permittendo, vt animæ ſuæ gloria, quæ aliàs detinebatur, ne deriuaretur in corpus, exiret extrà & ei communicaretur, ex quo effectum eſt, vt illud ſplenderet, ſicut ſol, & multò amplius, ſed *ſol* eſt expreſſus, quòd nihil ſit ſplendidius cum quo conferretur. Inde etiam factum eſt, vt veſtimenta fierent alba ſicut *nix*, ac diuina illius facies, ineffabili pulchritudine ſplenderet, maiori inquam, quàm vnquam fuerit aut futura ſit a *in filijs hominum*, vt ait Dauid. Ex quo valdè illi exultans congratulabor, ac dicam: ô IESV Nazarene Nazaræorum omnium Princeps, gaudeo me videre te, b *candidiorem* ipſa *niue, nitidiorem lacte, rubicundiorem ebore antiquo, & Sapphiro pulchriorem*, ô quàm glorioſus apparuiſti

Modus. Gloria & ſplend or Ieſu.

a *Pſa.* 44. 3 Oratio b *Tren.* 4. 7.

in

in conſpectu Domini illa pulchritudine, qua ipſe te induit. O *anima mea* aſpice dilectum tuum lunæ pulchriorem, ſole ſplendidiorem, c *Candidum & rubicundum, electum ex millibus*, & lætare de eius gloria, ama eius pulchritudinem, & requieſce in ea. Hauriam etiam magnos affectus laudis & gratitudinis Chriſti Domini noſtri; quòd tot annis corpus ſuum tanta gloria noſtri cauſa priuauerit, & quòd nunc illam ei dederit delibandam, quamuis ad modicum tempus, & animo iterum eam ſubtrahendi, vt redemptionis noſtræ negotium commodius proſequeretur. O bone IESV quantas poſſum gratias tibi ago, ob leuamen, quod afflicto & rigidè tractato corpori tuo hodie attuliſti concedendo, vt gloriæ dulcedinem quam poſt reſurrectionem eſt habiturum, hodie delibet priuſquam dolores & paſsionis ignominias experiatur; ex hoc Domine aduerto, quantum tibi debeam, qui ſanctiſsimum tuum corpus per tot annos tanta gloria priuaſti, quò poſſet in cruce tanta ignominia ſacrificari. O vtinam poſſem omnibus delicijs & perituris huius miſeræ vitæ voluptatibus renunciare, vt aliquid liceret pati ob tuum infinitum amorem! mallem, Saluator mi, tecum nunc eſſe in monte Caluariæ patiens, quàm in monte Thabor gaudens; nunc præeligo pati, & quando tu dignaberis, veniet etiam vt fruar.

c *Can.* 5. 10. Colloquiũ Ieſu propter te, ſe priuat gloria.

oratio

MEDITATIO XXII.

DE IIS, QVAE IN IPSA TRANSFIguratione Chriſti euenerunt.

PVNCTVM I.

ET *ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias, viſi in maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem.*

a *Luc.* 9. 30 Moyſes & Helias.

In hoc puncto *primùm* eſt conſiderandum, cur Chriſtus Dominus noſter ex omnibus Teſtamenti veteris Prophetis, hos *duos* elegerit? *Prima* huius cauſa fuit, quod hi & notiores & excellentiores fuerint ob *ſanctitatis* magnitudinem. *Deinde*, quòd vterque fuerit valde *zelans* obſeruationem legis, & vtilitatem populi ſui, quo nomine plurimos labores pertulerunt. *Tertia*, quod vterque b *quadraginta dies ieiunauerit*, ſicut ipſe Chriſtus Dominus. Et vterq; in alio monte *contemplatus* fuerit Dei magnitudinem eiusq; incarnationis myſteriũ, ideoq; voluit Chriſtus ab illis honorari, & honorare illos. Ex quo concipiã ingens deſideriũ virtutũ, quę in eiſdem ſanctis reſplenduerunt, *ieiunij* præcipuè, *orationis*, & *zeli*, vt apud eundem Dominum bono ſim loco, ſicut illi fuerunt.

I.

1. Sanctiore

2. zelatores legis.

3. Ieiunante

b *Exod.* 3. 28. 3. *Reg.* 19.

4. Contemplatiui.

II. Spleudidi ad Christi honorem, & suam gloriam.

SECVNDÒ perpendam, duos istos S. Prophetas, *visos esse in* magno splendore & *maiestate.* Tum quod ita expediret honori Christi; quem veniebant recognituri suum Redemptorem, tum vt intelligeretur, sanctos debere esse Christo similes, in gloria & maiestate, sicut sunt in laboribus & ignominijs huius vitæ. O quàm fuerunt læti hi sancti eum videntes, quem à tot annis desideraverant & expectauerant, quo modo recognouerunt & tanquam Deum suum & Saluatorem adoraueruut, quas gratias eidem egerunt, quod ad eos redimendos veniſſet. Perpendens autem hos eorum affectus, excitabo & ego in me eosdem simul cum illis.

III. De passione agunt in gloria.

TERTIO perpendam, de qua re cum CHRISTO Domino colloquerentur, *Dicebant* enim *excessum eius quem completurus erat in Hierusalem*, de Passione videlicet & morte ipsius, quæ plena fuit excellutque in doloribus & ignominijs, sicut etiam in satisfactione pro nostris peccatis, quidquid enim in eo fuit, excellens, & pium mum fuit, vltra quàm nos merebamur, & quàm esset necessarium, ad nostrum remedium.

Oratio. c *Eccl.* 22. 6. Musica Christi est Passio Iesus nec ad momẽtũ requirit

O *dulcis* IESV qualia hæc sunt colloquia inter tot gaudia? colloquia de passione & morte, cum tanta gloria & exultatione cohærent? c *si musica in luctu est importuna narratio*, etiam luctus erit in ipsa musica; verùm ex hoc conijcio, tuas *musicas* esse colloquia de passione, quia amor illa reddit iucunda. Hinc intelligam Christum Dominum nostrum, quamdiu vixit, nec ad breue quidem tempus, requiem habere voluisse, sed miscuisse semper laborem; vt nos doceret gaudium in hac vita ad passionem esse dirigendum, & vt intelligamus eum qui in amando excedit, libenter colloqui de eo, quod amat, & quoniam impensè amabat ipse passionem, in gratiam sui patris & nostræ vtilitatis, delectabatur valdè colloquia de ea audire.

Oratio.

O *excellens amator*, concede mihi te amare sicut me amasti, quo pati delecter & de passione sermones miscere, sicut tu fuisti delectatus. O vtinam omnes consolationes meæ ad ignominias, & dolores cum excessu tolerandos dirigantur, quamuis verè non erit excessus, siquidem quidquid pati potero, modicum censebitur, si cum eo conferatur, quod meis peccatis sum promeritus, aut cum eo, quod tu Domine pro eisdem pertulisti.

PVNCTVM II.

a *Luc.* 9. 32

PETRVS *verò & qui cum illo erant; grauati erant somno, & euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Preceptor bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, vnum tibi, vnum Moysi, & vnum Eliæ nesciens, quid diceret.*

HIC

HIC inprimis perpendenda eſt, miſeria & imbecillitas noſtra, quod cùm Chriſtus Dominus noſter, orat ac vigilat, & in ſua oratione transfiguratur, Apoſtoli *dormiunt*. Fas quidem eſt credere incepiſſe illos orare cũ ſuo Magiſtro, ſed quia oratio protrahebatur, præ laſsitudine obdormierunt, in quo apparet diſcrimen inter orationem feruentium & tepidorum, nam illorum *orationis*, vt Sapiens ait, b *melior eſt finis quam principium*; in fine enim obtinetur tranſiguratio, ſicut oſtendit Chriſtus in ſua oratione, ſed cõtrà tepidorum òrationis principium melius eſt, quàm finis, ſtrenue enim inchoantes mox defatigantur, ideoque perfectam tranſigurationem, ad quam oratio dirigitur, non aſſequuntur. Et ſi ſupra meipſum me reflectam, reprehendam me ſæpè quod in hoc impingam, & iacturam faciam ſauorum quos mihi Deus concederet, ſi feruens in oratione vigilarem; Vult tamen interdum Chriſtus Dominus infinitam ſuam miſericordiam nobis oſtendere, & dormientem excitare extemporaneis ſuis illuſtrationibus, gloriam ſuam aperiendo, & conſolationem quam meritus non fuerat communicando, ſicut his Apoſtolis hic accidiſſe videmus.

I. Orante Chriſto diſcipuli dormiunt.

b Eccl. 7. 9. Transfiguratio eſt in fine orationis

DEINDE perpendam c gaudij illius immenſitatem quod erit in æterna gloria, cuius vel vna guttula, quam S. Petrus deguſtauit dum Chriſti Domini corpus vidit glorificatũ, ita illum ſatiauit vt voluerit perpetuò ibi manere, ac doluerit, quod Moyſes & Elias abierint, ideoque obtulerit tria ibi tabernacula ſe facturum, in quibus habitarent, nihil de ſe aut ſuis ſociis cogitans, atque ſi in mundo non eſſent, aut talibus tabernaculis ad habitandum non indigerent. Rerum enim cœleſtium pulchritudo & ſuauitas ſi guſtetur, facilè efficit, vt rerum terrenarum obliuiſcamur, & cum Apoſtolo dicamus d *exiſtimo omnia detrimentum eſſe & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam*, & ſim cũ illo in gloria. e *O Deus meus quam magna multitudo dulcedinis tua, quam abſcondiſti timentibus te!* fac me vel vnicam guttam eius delibare, vt rerum omnium terrenarum fatidium concipiam ſolaque cœleſtia quæram.

c S. Aug. in Soliloq. c. 21.

Dulcedo cæleſtis gaudii.

Quo guſtato deſipit terra.

d Phil. 3. 8.

e Pſ. 30. 20. Oratio

TERTIÒ perpendam S. Petrum non *ſciuiſſe* quid diceret, tum quod ſuauitate qua in anima afficiebatur ebrius eſſet; tum propter horrorem quem habebat ad paſsionem & mortem Chriſti, cuius mentione non delectabatur, & potiùs optabat illam impedire, ſicut reipſa tentauit ſex dies ante tranſigurationem dicens Chriſto: f *abſit à te Domine non erit tibi hoc* quem Chriſtus Dominus repulit dicens, *vade poſt me, ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*. Et cùm nunc audiret Moyſen & Eliam, confirmantes ea quæ Chriſtus de morte ſua ante paucos dies dixerat, voluiſſet ipſe hoc impedire, & in eo feruore dixit, vt in eo loco perpetuò manerent. Sed neque hic ſciebat quid diceret, quia

III. Petrus præ dulcedine ebrius.

f Mat. 16. 22. Vult impedi e paſsionẽ Chriſti

Deus ſtatuerat Chriſtum mori, & quia hæc vita non eſt ad fruendum, ſed ad patiendum, & orationis *conſolationes*, non dantur vt in eis ſiſtamus, ſed vt eiſdem excitemur ad *labores* paſsionis, & quia inſignis eſt ignorantiæ non delectari ijs colloquiis, quibus Chriſtus delectatur, & cum in ipſius ſis comitatu, velle effugere ne eiuſdem amplectaris voluntatem. O dulcis IESV, hoc mihi concede, vt amem quod tu amas, & ijs delecter quibus tu delectaris, atq; delecter ea iucunditate, quam mihi in monte Thabor dabis, qua animer, vt libenter ſim tecum etiam in monte Caluariæ, Amen.

Conſolationes hic dantur in o dine ad labores. Oratio.

PVNCTVM III.

Matt. 17 5 a Petr. 1.17.

ADHVC *Petro loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube dicens, hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite.*

I. Ieſum honorant.

PERPENDENDVM hic primùm Patrem æternum & Spiritum ſanctum, voluiſſe etiam hac occaſione CHRISTVM Dominum noſtrum honorare, eiusque authoritatem manifeſtare, quò ipſius perſonæ authoritas, dignitas & doctrina agnoſceretur, quod etiam in ipſius Baptiſmo præſtiterat. Spiritus ſanctus in *nube*, ſignificat copioſam doctrinam & ſcientiam & gratiam ac donorum cœleſtium abundantiam, quæ eſſent hominibus per Chriſtum communicanda, & hæc nubes non obſcura fuit, ſicut olim Deus manifeſtabatur in nube & nebula, ſed *lucida* & ſplendens, vt ſignificaret, ceſſaſſe iam figuras, ac peruenisſe *veritatem* per illas ſignificatam.

S. Spiritus in nube lucida Veritatis

Pater in voce

Ipſe quoque Pater æternus authoritatem Filio ſuo voluit afferre *voce* illa, quæ prodiit ex nube, quæ ipſius Chriſti Domini etiam diuinitatem referebat, iuxta illud Ioannis: b *tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres vnum ſunt* in diuinitate, & omninò conformes in teſtimonio, quod de illa reddunt.

b 1. *Ioan. 5. 7*

II.

DEINDE perpendã illa Patris æterni verba: *hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Quibus ea confirmauit, quæ in eius baptiſmo dixerat, ſimul nos monens, ſtatum filiorum Dei incipere in hac vita à *Baptiſmo*, perfici verò in *gloria* vbi accipiunt hæreditatem. Hæc verba expenſa ſunt ſupra *Meditation.* 3. Hic verè adiecit Pater *ipſum audite* quaſi diceret, audite quæ docet & præcipit, credite & exequimini, quia Magiſter eſt veſter, non Moyſes, neque Elias, eſtque mea voluntas vt ipsũ audiatis. O *ſupreme Pater* gratias tibi ob teſtimonium quod tribuis Filio tuo, placet mihi Domine, eius doctrinam audire & amplecti, ipſe enim dixit: c *mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me, & quæcunq; à te audiuit hæc loquitur in mundo*, & cum illũ audimus te audimus. *ô Dulciſſime Ieſu*, congratulor tibi, nouam hanc officij tibi commiſsi & magiſterij muneris approbationem, & quandoquidem Pater tuus iubet te audiri: d *loquere Domine* ad cor meũ, *quia audit ſeruus tuus*, cupiens id implere quod audierit.

Chriſtus noſter Magiſter. oratio

c *Ioan. 7. 16 & c. 8. 26.* oratio d *1. Rom. 3. 10.*

PVNCTVM IV.

ET a *audientes discipuli ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde, & accessit* IESVS, *& tetigit eos, dixitque eis: surgite & nolite timere.*

a *Mat.17.7.*

Hoc facto docemur boni spiritûs proprium esse initio cum loquitur hominem turbare, postmodũ verò quietum cor & tranquillum reddere, quod etiam *b* Danieli contigit. Sed tu *anima mea* perpende, si iucunda suauisque Dei vox ita electos turbauit quid factura sit terribilis ac tremenda eiusdem vox, cum in auribus reproborum sonuerit? audi itaque nunc dulcis Magistri vocem, ne postea seueri iudicis vox te perterrefaciat. *Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum* IESVM, vt intelligerent de ipso solùm vocem illam esse intelligendam, ipsumque solum ipsis sufficere absque Moyse, & Elia. O *mi amantissime*, descendant licet omnes meq; deserant, modò tu mecũ permaneas, nihil mihi supereſt desiderandũ: Moyses discedat, discedat Elias, abeant creaturæ omnes, modò tu Deus meus non discedas, nec me deseras, securus maneo, contentus & satiatus.

b *Dan.10.11* Colloquiũ

II. Iesus vnus instat omnium.

DENIQVE *descendentibus illis de monte, præcepit eis* IESVS *dicens: nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.* Cupiens hanc gloriam latere, ne esset impedimentum passionis, & mortis eius. O profunda humilitas! ô ardens charitas Redemptoris! vt *gloriam* suam manifestet, eligit montem & locum secretum, paucosque testes, quibus perpetuum imponit silentium quam diu ipse vixerit, vt verò *mortem* & ignominiam subeat, montem eligit & locum publicum, his adeò raris humilitatis exemplis superbiam meam confundere volens, meq; ad laborum tolerantiam insignib. adeò charitatis operib. permouere. Cõcede mihi *Domine* te in his virtutibus imitari, siquidẽ in eum finẽ earum exemplum mihi præstitisti.

III. Humilis Iesus in occulto splẽdet, in publico patitur. Oratio

MEDITATIO XXIII.

DE IIS QVAE CHRISTO DOMINO CVM FIlijs Zebedæi euenerunt, cùm ab eo peterent, ad dextram & sinistram eius sedere in Regno eius.

EQVEMVR *in hac Meditatione historiã prout refert S. Marcus, quod ita sit magis ad nostrum institutum, adiungemus autem aliquid ex S. Matthæo. Et aduertendum est, quod referre aut perpendere Apostolorum defectus in ea occasione, non est cum iniuria ipsorum, sed cũ exaltatione bonitatis & potestatis Christi Domini nostri, qui tunc illos sustinebat & docebat, sed postmodũ adeo illos mutauit, tantã eis sanctitatẽ & perfectionẽ cõmunicãs, quod ipsum habebit locũ in aliquot meditationib. subsequentibus.*

PVNCTVM I.

POSTQVAM Christus passionem & resurrectionem suam Apostolis prædixisset, *a accedunt* (ait Sanctus Marcus) *ad eum Iacobus*

a *Matt.10.35.*

cobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. Circa hoc punctum perpendendæ sunt in his duobus fratribus proprietates *ambitiosorum*, modusq; & ratio qua vtuntur, ad orandum & impetrandum quod ambiunt.

a *Marc. 10. 35.*

Ambitionis proprietates.

I.

PERPENDAM ergo primũ hos duos Apostolos, cum à Christo Domino audiuissent, quam b *multa esset passurus*, quia tamen etiam audiuerunt ipsum *resurrecturum*, ac regnaturum, oblitos *prioris posterius* arripuisse, & optima loca in eius regno desiderasse, cũ aliqua ambitionis & honoris cõcupiscentia. Ex quo apparet, qua ratione affectus ille ambitiosus, qui sensus obtundit, ne intelligant quid sit *ignominia* ne ad eam appetendam nos inclinet, eosdem tamen aperit, vt capiant quid sit *honor* & vrgeant desiderium illum procurandi.

b *Matt. 16. 21.*

Ignominiã negligunt Honorem appetunt.

Ambitiosi.

DEINDE perpendam eosdem Apostolos, qui tunc valdè erant imperfecti, ambitionem & imperfectionẽ suam in ipso *modo* orandi & petendi aperuisse, dicentes: *Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis*, in quibus verbis *tres* fuerunt imperfectiones. PRIMA quòd se ostenderint suæ *voluntati* addictissimos, tanquam regulam eam adhibentes eorum quæ petebant, & quæ Christus deberet illis concedere. Ex qua imperfectione ALTERA illa processit, hoc est defectus *resignationis* propriæ voluntatis in ipsius Christi voluntatem, quia non dixerunt, Magister si vis, aut si possibile est, aut si nobis ita expedit, sed absolutè, inquiunt, *volumus*, conantes Christi voluntatem ad suam pertrahere, non verò suam Christi voluntati conformare. Et hinc TERTIA imperfectio manauit, *præsumptio* videlicet in petendo à Christo Domino nostro adeò generaliter, vt illis faceret quicquid ipsi peterent, ac si certi, ac securi essent, se quod iustũ esset petituros aut Christum non debere illis denegare, quod ipsi petere auderent, abutentes ipsius Christi promissione qua dixerat: c *petite & dabitur vobis, omnis enim qui petit accipit*, & d *dico vobis, omnia quæcunq; orantes petitis credite, quia accipietis, & euenient vobis.* In quo toto tanquam imperfecti errabant, nam oratio quæ Christo Domino nostro placet, non ab *amore* proprio, sed ab amore Dei, non à propria *voluntate*, sed à desiderio diuinam exequendi procedere debet, nec *gloriam* nostram, sed Christi quærere debet. O *supreme Magister*, hoc mihi tribue ne petam vnquam, quod propria appetit voluntas, sed quod sit tuæ consentaneum: nec permittas me temerè dicere, da mihi quod ego volo: sed supplex petam: da mihi quod tibi placet.

1. Volũtatis mancipia.

2. Resignatione carétes.

3. Præsumptuosi.

c *Matt. 7. 7.*

d *Marc. 11. 24.*

Oratio

TERTIÒ perpendam, qua ratione duo isti fratres in vnam petitionem tã facilè *conuenerunt*, solet enim caro & sanguis facilè in honoris ambitionem conuenire, qui tamen vt ambitionem celarent & negotiũ facilius expedirent, noluerunt ipsi per seipsos petitionem proponere, sed matrẽ soli-

III. Conueniũt in ambitione

citarunt

citarunt, vt peteret quod ipsi desiderabant, & ita sanctus Matthaeus ait, *Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis adorans* exteriori reuerentia *& magni aliquid ab eo petens*. Et quoniam illa velut interpres erat voluntatis filiorum, Sanctus Marcus ipsos dicit accessisse, vt peterent quod mater pro illis petijt, vt hinc constet, ambitionem etiam ipsis qui ea laborant in specie displicere, ac propterea, eam occultare, & honorem vel dignitatem ita quærere vt alij non aduertant eos tale quid ambire. Ex altera verò parte valde sunt soliciti in *medijs* omnibus carnis, sanguinis & mundi huius adhibendis, quæ ipsis ambitio tanquam apta & opportuna ad finem suum consequendum suggerit. Et propterea Dauid tentationem huius vitij appellat f *negotium perambulans in tenebris*. AMBITIO enim est subtile malum, venenum secretum, pestis occulta, fraudum textrix, mater hypocrisis, fons inuidiæ, origo vitiorum, tinea virtutum, vt vermis omnem destruens sanctitatem, quare supplex Dominum orabo, vt g *scuto circumdet me veritas eius* & ab hac ambitiosa negotiatione defendat, quæ tantum ipsis negotiantibus detrimentum adfert.

Per matrē petunt quia ipsi met pudet *Mat.* 20.20

Ambitio ingeniosa S. *D. Bernar. serm.* 6 *in Psal.* 96. Eius præclaræ dotes

f *Psal.* 90.5

g *Psal.* 90.5

PVNCTVM II.

DIXIT eis IESVS *quid vultis, vt faciam vobis? & dixerunt: da nobis vt vnus ad dextram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria & regno tuo.*

h a *Marc.* 10 36.

HIC primùm perpendam prudentiam & sapientiam Christi Domini nostri, qui etsi nouerat occulta cordis vtriusque Apostoli, non tamen illos statim reprehendit; nec dixit nolite petere quod vultis, quia non expedit; sed expectauit, vt ipsi ambitionis suæ vulnus aperirent, & ore venenum exspuerent, nec tamen dixit eis daturum se quidquid peterent, vt nos doceret, non esse prudentis in *genere* offerre quidquid alij à nobis petierint, præcipuè cum illi sunt imperfecti, continget enim tales aliquid mali petere, aut imperfectum quid, sicut accidit Herodi quando filiæ Herodiadis dixit: b *quidquid petieris dabo tibi*, quæ instinctu matris petiuit caput Ioannis Baptistæ.

I.

Christus prudenter expectat, dum ipsi vitium fateantur Nō annuēdum in genere.

b *Marc* 6.23

DEINDE perpendam hos *duos fratres* etiamsi scirent se simul cum Petro, cæteris omnibus Apostolis à Christo præferri, grauiter tamen tulisse, *Petrum* ipsis prælatum, ac propterea petiuisse vtrumque locum Christo proximum, vnum ad dextram, alterum ad sinistram, vt nec ipse Petrus ipsis præferretur. Estque fas credere ambitionem illam, si fuisset vlterius progressa, etiam ipsosmet *fratres* ab inuicem disiunctura fuisse, vterque enim manum dextram quæsiuisset, vt alteri præferretur. Ex quo intelligam huius vitij inquietudinem, quod nec socijs, nec proprijs fratribus

II.

Contra Petrum conspirant Fratrum quoque gratia rara est

tribus parcat, & quantò ſecurius ſit eligere, (ſicut Chriſtus ipſe docuit) c *nouiſſimum locum*, infra quem nullus ſit alius, & nolle vel vni ſoli præferri, alioqui hoc ipſum d cordis mei pacem turbabit, & fructum humilitatis auferet. O *humilitatis* magiſter Chriſte IESV, qui nec Barrabæ præferri voluiſti, ſed vltimum locum in hominum opinione tibi elegiſti, ſupplex oro adiuua me, vt eundem mihi etiam eligam, rationi enim eſt conſentaneum, diſcipulum id ſibi eligere quod videt talem magiſtrum ſibi elegiſſe.

c *Luc.* 14. 10
d *D. Bernar ſerm.* 37. *in Cant.*
Oratio

III. Excellentiam quærũt in tẽporali, aut ſpirituali rega o.

TERTIÒ conſiderabo, ambitionem ad res omnes ſe effundere, corporeas & ſpiritales, *primatum* in omnibus inordinatè quærens, ſic enim hi Apoſtoli, aut deſideraruut maximam excellentiam in regno & gloria Chriſti, exiſtimantes ſtatim pòſt reſurrectionem, regnum ipſius futurum *temporale*, ſicut Iudæi exiſtimabant, aut ſi credebant fore regnum *ſpirituale*, ambiebant maximam in eo excellentiam, non vt ſanctiores eſſent, ſed vt præ alijs in maiori veneratione eſſent. Et hinc proueniebat, vt medijs valde inordinatis, eam ambirent. Vterque autem hic ſuperbiæ & ambitionis modus diſplicet valdè Chriſto Domino noſtro, vt mox apparebit.

PVNCTVM III.

Orationis requiſita a *Iacob.* 4. 3.

AIT *illis* IESVS, *neſcitis quid petatis*. circa hæc verba cõſiderandi ſunt errores orationis ex parte noſtra, quia non ſcimus quid petamus, ex eo enim prouenit, (ait S. Iacobus) a *vt petentes non accipiamus, eò quod male petamus.*

I. Reſignatio

PRIMVS error eſt, excellentiam aliquam aut temporalem dignitatem aut quid terrenum petere, abſque *reſignatione* in Dei voluntatem, & non adhibita conditione, ſi ad noſtram ſalutem expediat illud obtinere.

II. Intentio pura

SECVNDVS error eſt excellentiam aliquam ſpiritualem petere etiam in virtutibus, non adhibita *puritate intentionis* neceſſaria, eam prætendentes non tam ob Dei gloriam, quàm noſtram.

III. Ordinaria petere.

TERTIVS eſt aliquam in his excellentijs petere, quæ noſtra merita valde excedit, & ſingularis eſt, aut *extraordinaria* altiorque quam exiſtimemus, ſed petimus tamen illã ex ignorantia & humilitatis defectu, ſicut qui peteret extaſes, reuelationes, alioſve huiuſmodi fauores, ſicut ſpõſa quæ dixit: b *indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, & reſponſum accepit, *ſi ignoras te egredere & abi.* quaſi illi dictũ eſſet, plus petis quam ſis promerita quia teipſam ignoras.

b *Cant.* 1. 7.

QVARTVS error eſt eaſdem ſpirituales excellentias petere, ſolis precibus aut aliorum interceſsionibus, non habita ratione propriorum meri-

torum aut operum. Etsi enim orationes sint necessariæ, non tamen illæ sufficiunt, nisi *opera* accedant & labores, quibus ad eas recipiendas disponamur, multoque minus sufficiunt, quando ad impetrandas adfertur prætextus carnis & sanguinis, aut solius cognationis, quæ apud Deum parui fiunt, vt res adeò excelsa propterea tribuatur.

IV. Opera orationi iungenda. Carne Deus nõ mouetur.

QVINTVS error est huiusmodi excellentias quæ in præmium & coronam *vincentibus* dari solent, petere ante pugnam & commeritum præmium.

V. Certamen Præmio præmittendum.

HIS omnibus de causis, iuxta variorum doctorum expositionem, dixit Christus Dominus noster, duobus his Apostolis, *nescitis, quid petatis*. Quare in alieno capite experimentũ accipiens, diligenter attendam quid petã, qua intentione, quo modo & modo, illud petam, ne & ego illud à Christo audiã, nescis quid petas. O *bone* IESV qui Apostolis tuis dixisti, *quodcũque petieritis in nomine meo hoc faciã*, cõcede mihi id solũ petere quod in nomine tuo petere deceat, vt petens quod tibi placet, des mihi quod petiero. O Spiritus sapientissime, cum sim ego adeo ignarus, vt d *quid orem sicut oportet, nesciam*, nec modum quo petere expedit, vtrumq; me doce, vt petenti, quod me docebis & inspirabis non dicatur nescis quid petas.

Oratio : Ioan. 14. 13. oratio d *Rom.* 8. 26

PVNCTVM IV.

ADIECIT Christus: a *potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari*? quasi diceret, Ergone sufficientes in vobis vires experimini & parati estis ad hæc toleranda?

a *Marc.* 10. 38

HIC perpendendum est primùm, magnum esse Christi Domini nostri beneficium, cum aliquid petendo aut in modo petendi erramus illud nobis negare, nosque è vestigio in vtroque dirigere, ob oculos nobis proponendo, quod par est ab ipso petere, sicut fecit cum his duobus dilectis Apostolis, nunc & aliàs cum ipsi interrogarent b *vis dicimus, vt ignis descẽdat de cœlo & consumat illos*! Samaritanos. *Et conuersus increpauit illos dicens, nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere sed saluare.*

I. Christus negat male petita & docet petẽda

b *Luc.* 9. 55.

EX quo discam gratias Deo agere, non solum ob ea quæ mihi tribuit, sed ob ea etiam quæ vt Pater *negat*, quando nescio quid petam, meque *instruit* vt petam quæ petere debeo.

DEINDE charitatem & suauitatem Christi Domini in hac sua interrogatione perpendam, qua suos Apostolos ad labores suæ passionis verbis, exemplis, & efficacibus rationibus allatis inuitauit, eos docens, medium ad dexteram vel sinistram quam ambiebant obtinendam, illud esse aptissimum, si *calicem* quem ipse bibebat, & illi biberent, &

II. Passio est mediũ ad Gloriam

aperui, quo ab omni culpa expeditus, ingrediar tecum regnum Cœlorum in quo fruar Dei gloria. Amen.

MEDITATIO XXI.

DE CHRISTI DOMINI TRANSfiguratione.

ET *post dies sex, assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit eos in montem excelsum seorsum, & dum oraret, transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.*

CIRCA hæc verba, *sex* sunt in subiectis punctis expendenda.

a Matt. 17. 1 Marc. 9. 2. Luc 9 28.
b S. Tho. 3. p. q. 45.
1. Causæ
2. Tempus
3. Locus
4. Socij
5. Exercitiũ
6. Modus
Rationes cur IESVS transfiguratus
1
2
3
4
c Matt. 16. 28

PVNCTVM I.

PRIMVM considerabo quibus *rationibus* Christus Dominus ad luctus transfigurauerit se ac glorificatum ostenderit suis Apostolis, ad testimonium videlicet aliquod adferendum *gloriæ* quam sub mortali & passibili humanitate opertam tenebat, & quam *habituri* essent qui illi seruirent, quando cum ipso regnarent, & vt illos ad portandam *crucem* magis animaret, & vt intelligerent, etiam in hac vita præbere Deum interdum *delibanda* æternæ gloriæ gaudia, quamuis obiter. Et hoc est quod paulò ante dixerat: b *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabũt mortẽ, donec videãt Filiũ hominis venientem in regno suo, & ipsum regnum Dei.* His similia sunt quæ supra diximus, vitam eius qui sequitur Christi, ita esse *crucem* vt spiritus delitijs sit *dulcorata*, quibus fit iugum eius suaue & onus leue. Ex quibus omnibus magna concipiam desideria, glorioso adeò huic Domino deseruiendi ea spe, quod eo fruar in *futura* gloria, & forte aliquid eius, etiam in *hac* vita delibandum dabit.

Christi Crux dulcis.

PVNCTVM II.

1. Deus festinat in bonis.

DEINDE perpendam, tempus & locum, quem ad hoc mysterium Christus elegit. *Tempus* fuit in medio suæ Prædicationis, & 6. dies postquam omnes hortatus est, vt tollerent *crucem* suam, subiungens quod nũc dicebamus, aliquos visuros ipsũ in *regno* suo, quod, vt alius Euãgelista dicit, impleuit *octauo* die (computatis eo in quo facta est promissio & in quo fuit impleta) vt nos doceret Deum non diu differre quæ promittit, quando opus est statim implere, ad nos magis animandos. Itẽ perfectam glorificationem futuram post *sex* dies vitæ huius mortalis quæ erit *octaua* generalis resurrectionis, quamuis totum tempus est *modi-*

2. Gloria plena post hãc vitam.

cum

cum respectu æternitatis; nam vt ait Dauid a *mille anni ante oculos Dei*, b *tanquam dies hesterna quæ præterijt*, siue vt Apostolus ait, totum est tanquam *momentum* quod vix percipi potest.

a Psa. 89. 4.
b 2. Cor. 4. 17.

Vitæ breuitas.

II. Solitudinē Perfectionē & mortificationē honorat Deus.

Locus fuit mons excelsus & separatus, aptus ad orationem, vt intelligamus huiusmodi fauores, & prærogatiuas, non fieri à Deo animabus in loco publico, & in strepitu & tumultu huius mundi, sed in *solitudine* & secreto recollectionis, & quando valdè illæ sunt remotæ ab *affectibus* curisque terrenis, & ad vitam magnæ perfectionis *eleuatæ*: sicut Moyses & Elias non peruenerunt ad contemplationem, cùm inter homines versabantur, sed in monte valdè ab eis remoto; ex quo me ipsum excitabo ad solitudinem, & altitudinem vitæ, dicens cum Dauide: c *quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo & requiescam, ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine* sperans, quod ibi d *loquetur Deus ac cor meum*, vbi desideratam requiem inueniam.

c Psal. 54. 7.
d Ose. 2. 14.

Colloquiū

O *anima mea* te super teipsam eleua & contende, vt cor tuum sit sicut mons altus & separatus, mons propter actionum tuarum perfectionem, altus propter contemplationem rerum æternarum, separatus propter mortificationem rerum transeuntium, vt complaceat sibi Christus ad te venire, teque per amorem in se transfigurare.

PVNCTVM III.

CONSIDERABO TERTIO, quos socios secum duxit Christus ad montem; & orationis exercitium cui vacabat. *Socij* fuerunt tres feruentissimi ac dilectissimi eius Apostoli; quamuis enim DEVS Dominus noster, omnes iustos diligat, feruentioribus tamen plus indulget; quòd verò non omnes 12. duxerit, ostendit non omnibus extraordinarios hos fauores fieri, ac fortè quod inter duodecim esset *Iudas* impius ac peruersus homo. Nec expediebat talem deducere, vt tantæ *voluptatis* particeps fieret, nec solum relinquere ne *infamaretur*, ex quo discam quantum referat esse aliquem in Christi amore *feruentem*, quam verò noceat, aliquem *nequam* esse in communitate bonorum.

I. Socios feruentissimos elegit Deus Forte ob Iudam reliqui excluſi.

EST tamen & hoc aduertendum Christum Dominum nostrum huiusmodi extraordinaria priuilegia conferre; quibus vult & sicut vult, & interdum, alicui minus sancto illa communicat, sanctiore prætermisso, ob sua secreta iudicia, differens huius præmium ad futuram vitam, quare licet *S. Andreas* non fuerit ad montem deductus, non propterea efficitur, non fuisse æquè feruentem atque alios, qui fuerunt deducti. Et hoc me debet consolari, cùm videro amplioribus fauoribus Deum alios prosequi, me verò præteriri, ne propterea animum abijciam, aut in pusillanimitatem, aut desperationem deueniam, summā potiùs *felicitatem* existimabo

II. Non semper sanctior, qui hic magis honoratur etiam à Deo.

Dei Domini noſtri *diſpoſitionem*, & vt ſuas ipſe diſpoſitiones exequatur, quandoquidem illæ & magis aptæ ſunt, & mihi magis expediunt.

Diſpoſitio Dei mea felicitas.

TERTIÒ perpendam myſterium horũ trium ſociorum, qui referũt 3. præcipuas virtutes eleuatæ orationis comites, in qua fit animæ transfiguratio, *Fides*, videlicet viua ac feruens, per Petrum indicata; *Spes* firma fortiter aduerſus hoſtes orationis pugnando, quæ per S. Iacobum exprimitur; & accenſa atque affectuoſa *charitas*, per S. Ioannem inſinuata, neceſſe tamen eſt, *Chriſtum* Dominum præire, & inſpirationibus ſuis illos ducere ac dirigere, vt poſſint ad perfectiſſimorum affectuum altitudinem conſcendere, quibus transfiguratio in Deum per vnionem amoris obtinetur. O dulciſsime Magiſter a *emitte* de cœlo *lucem tuam, & veritatem tuam, quæ me deducant, & adducant in montem ſanctum tuum*, trahendo eò omnes affectus meos, quibus tibi coniungar.

III. Chriſtus finis. Petrus Fides Iacobus Spes Ioannes charitas Oratio.

a *Pſa.* 42. 3

HINC apparet exercitium, quo Chriſtus in monte occupatur, fuiſſe (vt ait S. Luc.) *orationem*, vt diſcamus in ea delicias & fauores cœleſtes communicari, eamque animæ transfigurationem impetrare, terrenam vitam in cœleſtem commutare, & ex humana diuinam facere. Nam in oratione anima eleuat ſe ſupra ſeipſam, eius facies *reſplendet* ob lucem veritatum & ſplendorem virtutum, quæ in ea ipſi communicantur, emittit enim radios dilectorum affectuum, dealbatque veſtes, opera videlicet, puriſsimis intentionibus. Deniq; ibi manet transformata in Deum, & Deificata, iuxta id, quod S. Apoſtolus de ea dicit, quod *reuelata facie gloriam Domini ſpeculans in eandem imaginem transformetur à claritate in claritatem.* O dulciſsime IESV, concede mihi ita tuarum virtutum gloriam meditari ac contemplari, vt in eas transformer; & me doce, tanto ſpiritu orare, vt in tuæ gloriæ imaginem transfigurer, Amen.

IV. Orationis mira virtus.

Oratio

PVNCTVM IV.

QVARTÒ Conſiderandus eſt *modus*, quo ſe Chriſtus transfigurauit, id enim fecit permittendo, vt animæ ſuæ gloria, quæ aliàs detinebatur, ne deriuaretur in corpus, exiret extrà & ei communicaretur, ex quo effectum eſt, vt illud ſplenderet, ſicut ſol, & multò amplius, ſed *ſol* eſt expreſſus, quòd nihil ſit ſplendidius cum quo conferretur. Inde etiam factum eſt, vt veſtimenta fierent alba ſicut *nix*, ac diuina illius facies, ineffabili pulchritudine ſplenderet, maiori inquam, quàm vnquam fuerit aut futura ſit a *in filijs hominum*, vt ait Dauid. Ex quo valdè illi exultans congratulabor, ac dicam: ô IESV Nazarene Nazaræorum omnium Princeps, gaudeo me videre te, b *candidiorem* ipſa *niue, nitidiorem lacte, rubicundiorem ebore antiquo, & Sapphiro pulchriorem*, ô quàm glorioſus apparuiſti

Modus. Gloria & ſplendor Ieſu.

a *Pſa.* 44. 3.

Oratio

b *Tren.* 4. 7.

in

in conſpectu Domini illa pulchritudine, qua ipſe te induit. O *anima mea* aſpice dilectum tuum luno pulchriorem, ſole ſplendidiorem, c *Candidum & rubicundum, electum ex millibus*, & lætare de eius gloria, ama eius pulchritudinem, & requieſce in ea. Hauriam etiam magnos affectus laudis & gratitudinis Chriſti Domini noſtri; quòd tot annis corpus ſuum tanta gloria noſtri cauſa priuauerit, & quòd nunc illam ei dederit delibandam, quamuis ad modicum tempus, & animo iterum eam ſubtrahendi, vt redemptionis noſtræ negotium commodius proſequeretur. O bone IESV quantas poſſum gratias tibi ago, ob leuamen, quod afflicto & rigidè tractato corpori tuo hodie attuliſti concedendo, vt gloriæ dulcedinem quam poſt reſurrectionem eſt habiturum, hodie delibet priuſquam dolores & paſsionis ignominias experiatur; ex hoc Domine aduerto, quantum tibi debeam, qui ſanctiſsimum tuum corpus per tot annos tanta gloria priuaſti, quò poſſet in cruce tanta ignominia ſacrificari. O vtinam poſſem omnibus delicijs & perituris huius miſeræ vitæ voluptatibus renunciare, vt aliquid liceret pati ob tuum infinitum amorem! mallem, Saluator mi, tecum nunc eſſe in monte Caluariæ patiens, quàm in monte Thabor gaudens; nunc præeligo pati, & quando tu dignaberis, veniet etiam vt fruar.

c *Can.* 5. 10. Colloquiũ Ieſus propter te, ſe priuat gloria.

oratio

MEDITATIO XXII.

DE IIS, QVAE IN IPSA TRANSFIguratione Chriſti euenerunt.

PVNCTVM I.

ET *ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias, viſi in maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem.*

a *Luc.* 9. 30. Moyſes & Helias.

In hoc puncto *primùm* eſt conſiderandum, cur Chriſtus Dominus noſter ex omnibus Teſtamenti veteris Prophetis, hos *duos* elegerit? *Prima* huius cauſa fuit, quod hi & notiores & excellentiores fuerint ob *ſanctitatis* magnitudinem. *Deinde*, quòd vterque fuerit valde *zelans* obſeruationem legis, & vtilitatem populi ſui, quo nomine plurimos labores pertulerunt. *Tertia*, quod vterque b *quadraginta dies ieiunauerit*, ſicut ipſe Chriſtus Dominus. Et vterq; in alio monte *contemplatus* fuerit Dei magnitudinem eiusq; incarnationis myſteriũ, ideoq; voluit Chriſtus ab illis honorari, & honorare illos. Ex quo concipiã ingens deſideriũ virtutũ, quę in eiſdem ſanctis reſplenduerunt, *ieiunij* præcipuè, *orationis*, & *zeli*, vt apud eundem Dominum bono ſim loco, ſicut illi fuerunt.

I. Sanctiores.

2. zelatores legis.

3. Ieiunantes

b *Exod.* 34. 28. 3. *Reg.* 19. 8.

4. Contemplatiui.

II. Spleudidi ad Christi honorem, & suam gloriam.

SECVNDÒ perpendam, duos istos S. Prophetas, *visos esse in* magno splendore & *maiestate.* Tum quod ita expediret honori Christi; quem veniebant recogniturí suum Redemptorem, tum vt intelligeretur, sanctos debere esse Christo similes, in gloria & maiestate, sicut sunt in laboribus & ignominijs huius vitæ. O quàm fuerunt læti hi sancti; eum videntes, quem à tot annis desideraverant & expectauerant, quo modo recognouerunt & tanquam Deum suum & Saluatorem adorauerunt, quas gratias eidem egerunt, quod ad eos redimendos venisset. Perpendens autem hos eorum affectus, excitabo & ego in me eosdem simul cum illis.

III. De passione agunt in gloria.

TERTIO perpendam, de qua re cum CHRISTO Domino colloquerentur, *Dicebant* enim *excessum eius quem completurus erat in Hierusalem*, de Passione videlicet & morte ipsius, quæ plena fuit excellutque in doloribus & ignominijs, sicut etiam in satisfactione pro nostris peccatis, quidquid enim in eo fuit, excellens, & plurimum fuit, vltra quàm nos merebamur, & quàm esset necessarium, ad nostrum remedium.

Oratio. c *Eccl.* 22, 6. Musica Christi est Passio Iesus nec ad momẽtũ requirit

O *dulcis* IESV qualia hæc sunt colloquia inter tot gaudia? colloquia de passione & morte, cum tanta gloria & exultatione cohærent? c *si musica in luctu est importuna narratio*, etiam luctus erit in ipsa musica; verùm ex hoc conijcio, tuas *musicas* esse colloquia de passione, quia amor illa reddit iucunda. Hinc intelligam Christum Dominum nostrum, quamdiu vixit, nec ad breue quidem tempus, requiem habere voluisse, sed miscuisse semper laborem; vt nos doceret gaudium in hac vita ad passionem esse dirigendum, & vt intelligamus, eum qui in amando excedit, libenter colloqui de eo, quod amat, & quoniam impensè amabat ipse passionem, in gratiam sui patris & nostræ vtilitatis, delectabatur valdè colloquia de ea audire.

Oratio.

O *excellens amator*, concede mihi te amare sicut me amasti, quo pati delecter & de passione sermones miscere, sicut tu fuisti delectatus. O vtinam omnes consolationes meæ ad ignominias, & dolores cum excessu tolerandos dirigantur, quamuis verè non erit excessus, siquidem quidquid pati potero, modicum censebitur, si cum eo conferatur, quod meis peccatis sum promeritus, aut cum eo, quod tu Domine pro eisdem pertulisti.

PVNCTVM II.

a *Luc.* 9. 32

PETRVS *verò & qui cum illo erant; grauati erant somno, & euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Preceptor bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, vnum tibi, vnum Moysi, & vnum Eliæ nesciens, quid diceret.*

HIC

HIC inprimis perpendenda eſt, miſeria & imbecillitas noſtra, quod cùm Chriſtus Dominus noſter, orat ac vigilat, & in ſua oratione transfiguratur, Apoſtoli *dormiunt*. Fas quidem eſt credere incepiſſe illos orare cũ ſuo Magiſtro, ſed quia oratio protrahebatur, præ laſsitudine obdormiuerunt, in quo apparet diſcrimen inter orationem feruentium & tepidorum, nam illorum *orationis*, vt Sapiens ait, b *melior eſt finis quam principium*; in fine enim obtinetur tranſiguratio, ſicut oſtendit Chriſtus in ſua oratione, ſed cõtrà tepidorum òrationis principium melius eſt, quàm finis, ſtrenue enim inchoantes mox defatigantur, ideoque perfectam tranſigurationem, ad quam oratio dirigitur, non aſſequuntur. Et ſi ſupra meipſum me reflectam, reprehendam me ſæpè quod in hoc impingam, & iacturam faciam fauorum quos mihi Deus concederet, ſi feruens in oratione vigilarem; Vult tamen interdum Chriſtus Dominus infinitam ſuam miſericordiam nobis oſtendere, & dormientem excitare extemporaneis ſuis illuſtrationibus, gloriam ſuam aperiendo, & conſolationem quam meritus non fuerat communicando, ſicut his Apoſtolis hic accidiſſe videmus.

I. Orante Chriſto diſcipuli dormiunt.

b *Eccl.* 7. 9. Tranſiguratio eſt in fine orationis

DEINDE perpendam c gaudij illius immenſitatem quod erit in æterna gloria, cuius vel vna guttula, quam S. Petrus deguſtauit dum Chriſti Domini corpus vidit glorificatũ, ita illum ſatiauit vt voluerit perpetuò ibi manere, ac doluerit, quod Moyſes & Elias abierint, ideoque obtulerit tria ibi tabernacula ſe facturum, in quibus habitarent, nihil de ſe aut ſuis ſociis cogitans, atque ſi in mundo non eſſent, aut talibus tabernaculis ad habitandum non indigerent. Rerum enim cœleſtium pulchritudo & ſuauitas ſi guſtetur, facilè efficit, vt rerum terrenarum obliuiſcamur, & cum Apoſtolo dicamus d *exiſtimo omnia detrimentum eſſe & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam*, & ſim cũ illo in gloria. e *O Deus meus quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te!* fac me vel vnicam guttam eius delibare, vt rerum omnium terrenarum faſtidium concipiam ſolaque cœleſtia quæram.

c *S. Aug. in Soliloq. c.* 11.

Dulcedo cæleſtis gaudii.

Quo guſtato deſipit terra.

d *Phil.* 3. 8.

e *Pſ.* 30. 20. Oratio

TERTIÒ perpendam S. Petrum non *ſciuiſſe* quid diceret, tum quod ſuauitate qua in anima afficiebatur ebrius eſſet; tum propter horrorem quem habebat ad paſsionem & mortem Chriſti, cuius mentione non delectabatur, & potiùs optabat illam impedire, ſicut reipſa tentauit ſex dies ante tranſigurationem dicens Chriſto: f *abſit à te Domine non erit tibi hoc* quem Chriſtus Dominus repulit dicens, *vade poſt me, ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* Et cùm nunc audiret Moyſen & Eliam, confirmantes ea quæ Chriſtus de morte ſua ante paucos dies dixerat, voluiſſet ipſe hoc impedire, & in eo feruore dixit, vt in eo loco perpetuò manerent. Sed neque hic ſciebat quid diceret, quia

III. Petrus præ dulcedine ebrius.

f *Mat.* 16. 22. Vult impedi e paſsionẽ Chriſti

Deus ſtatuerat Chriſtum mori, & quia hæc vita non eſt ad fruendum, ſed ad patiendum, & orationis *conſolationes*, non dantur vt in eis ſiſtamus, ſed vt eiſdem excitemur ad *labores* paſsionis, & quia inſignis eſt ignorantiæ non delectari ijs colloquiis, quibus Chriſtus delectatur, & cum in ipſius ſis comitatu, velle effugere ne eiuſdem amplectaris voluntatem. O dulcis IESV, hoc mihi concede, vt amem quod tu amas, & ijs delecter quibus tu delectaris, atq; delector ea iucunditate, quam mihi in monte Thabor dabis, qua animer, vt libenter ſim tecum etiam in monte Caluariæ, Amen.

Conſolationes hic dantur in ordine ad labores. Oratio.

PVNCTVM III.

Matt. 17 5 a Petr. 1.17.

ADHVC *Petro loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube dicens, hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite.*

L Ieſum honorant.

PERPENDENDVM hic primùm Patrem æternum & Spiritum ſanctum, voluiſſe etiam hac occaſione CHRISTVM Dominum noſtrum honorare, eiusque authoritatem manifeſtare, quò ipſius perſonæ authoritas, dignitas & doctrina agnoſceretur, quod etiam in ipſius Baptiſmo præſtiterat. Spiritus ſanctus in *nube*, ſignificat copioſam doctrinam & ſcientiam & gratiam ac donorum cœleſtium abundantiam, quæ eſſent hominibus per Chriſtum communicanda, & hæc nubes non obſcura fuit, ſicut olim Deus manifeſtabatur in nube & nebula, ſed *lucida* & ſplendens, vt ſignificaret, ceſſaſſe iam figuras, ac peruenisſe *veritatem* per illas ſignificatam. Ipſe quoque Pater æternus authoritatem Filio ſuo voluit afferre *voce* illa, quæ prodiit ex nube, quæ ipſius Chriſti Domini etiam diuinitatem referebat, iuxta illud Ioannis: b *tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres vnum ſunt* in diuinitate, & omninò conformes in teſtimonio, quod de illa reddunt.

S. Spiritus in nube lucida Veritatis

Pater in voce

b 1. *Ioan. 5. 7*

II.

DEINDE perpendã illa Patris æterni verba: *hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Quibus ea confirmauit, quæ in eius baptiſmo dixerat, ſimul nos monens, ſtatum filiorum Dei incipere in hac vita à *Baptiſmo*, perfici verò in *gloria* vbi accipiunt hæreditatem. Hæc verba expenſa ſunt ſupra *Meditation.* 3. Hic verè adiecit Pater *ipſum audite* quaſi diceret, audite quæ docet & præcipit, credite & exequimini, quia Magiſter eſt veſter, non Moyſes, neque Elias, eſtque mea voluntas vt ipsũ audiatis. *O ſupreme Pater* gratias tibi ob teſtimonium quod tribuis Filio tuo, placet mihi Domine, eius doctrinam audire & amplecti, ipſe enim dixit: c *mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me, & quæcunq; à te audiuit hac loquitur in mundo,* & cum illũ audimus te audimus: *ô Dulciſſime Ieſu,* congratulor tibi, nouam hanc officij tibi commiſsi & magiſterij muneris approbationem, & quandoquidem Pater tuus iubet te audiri: d *loquere Domine* ad cor meũ, *quia audit ſeruus tuus,* cupiens id implere quod audierit.

Chriſtus noſter Magiſter. oratio

c *Ioan. 7. 16 & c. 8. 26.* oratio

d *1. Reg. 3. 10.*

PVNCTVM IV.

ET a *audientes discipuli ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde, & accessit* IESVS, *& tetigit eos, dixitque eis: surgite & nolite timere.*

a *Mat.* 17. 7.

Hoc facto docemur boni spiritûs proprium esse initio cum loquitur hominem turbare, postmodũ verò quietum cor & tranquillum reddere, quod etiam *b* Danieli contigit. Sed tu *anima mea* perpende, si iucunda suauisque Dei vox ita electos turbauit quid factura sit terribilis ac tremenda eiusdem vox, cum in auribus reproborum sonuerit? audi itaque nunc dulcis Magistri vocem, ne postea seueri iudicis vox te perterrefaciat.

I. Bonus spiritus turbatũ pacat.

b *Dan.* 10. 11 Colloquiũ

Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum IESVM, vt intelligerent de ipso solùm vocem illam esse intelligendam, ipsumque solum ipsis sufficere absque Moyse, & Elia. O *mi amantissime*, descendant licet omnes meq; deserant, modò tu mecũ permaneas, nihil mihi supereſt desiderandũ: Moyses discedat, discedat Elias, abeant creaturæ omnes, modò tu Deus meus non discedas, nec me deseras, securus maneo, contentus & satiatus.

II. Iesus vnus instar omnium.

DENIQVE *descendentibus illis de monte, præcepit eis* IESVS *dicens: nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.* Cupiens hanc gloriam latere, ne esset impedimentum passionis, & mortis eius. O profunda humilitas! ô ardens charitas Redemptoris! vt *gloriam* suam manifestet, eligit montem & locum secretum, paucosque testes, quibus perpetuum imponit silentium quam diu ipse vixerit, vt verò *mortem* & ignominiam subeat, montem eligit & locum publicum, his adeò raris humilitatis exemplis superbiam meam confundere volens, meq; ad laborum tolerantiam insignib. adeò charitatis operib. permouere. Cõcede mihi *Domine* te in his virtutibus imitari, siquidẽ in eum finẽ earum exemplum mihi præstitisti.

III. Humilis Iesus in occulto splẽdet, in publico patitur. Oratio

MEDITATIO XXIII.

DE IIS QVAE CHRISTO DOMINO CVM FILIJS Zebedæi euenerunt, cùm ab eo peterent, ad dextram & sinistram eius sedere in Regno eius.

EQVEMVR *in hac Meditatione historiã prout refert S. Marcus, quod ita sit magis ad nostrum institutum, adiungemus autem aliquid ex S. Matthæo. Et aduertendum est, quod referre aut perpendere Apostolorum defectus in ea occasione, non est cum iniuria ipsorum, sed cũ exaltatione bonitatis & potestatis Christi Domini nostri, qui tunc illos sustinebat & docebat, sed postmodũ adeo illos mutauit, tantã eis sanctitatẽ & perfectionẽ cõmunicãs, quod ipsum habebit locũ in aliquot meditationib. subsequentibus.*

PVNCTVM I.

POSTQVAM Christus passionem & resurrectionem suam Apostolis prædixisset, *a accedunt* (ait Sanctus Marcus) *ad eum Iacobus*

a *Matt.* 10. 35.

cobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. Circa hoc punctum perpendendæ sunt in his duobus fratribus proprietates *ambitiosorum*, modusq; & ratio qua vtuntur, ad orandum & impetrandum quod ambiunt.

a *Marc. 10. 35.*

Ambitionis proprietates.

I.

PERPENDAM ergo primũ hos duos Apostolos, cum à Christo Domino audiuissent, quam b *multa esset passurus*, quia tamen etiam audiuerunt ipsum *resurrecturum*, ac regnaturum, oblitos *prioris posterius* arripuisse, & optima loca in eius regno desiderasse, cũ aliqua ambitionis & honoris cõcupiscentia. Ex quo apparet, qua ratione affectus ille ambitiosus, qui sensus obtundit, ne intelligant quid sit *ignominia* ne ad eam appetendam nos inclinet, eosdem tamen aperit, vt capiant quid sit *honor* & vrgeant desiderium illum procurandi.

b *Matt. 16. 21.*

Ignominiã negligunt Honorem appetunt.

Ambitiosi.

DEINDE perpendam eosdem Apostolos, qui tunc valdè erant imperfecti, ambitionem & imperfectionẽ suam in ipso *modo* orandi & petendi aperuisse, dicentes: *Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis*, in quibus verbis *tres* fuerunt imperfectiones. PRIMA quòd se ostenderint suæ *voluntati* addictissimos, tanquam regulam eam adhibentes eorum quæ petebant, & quæ Christus deberet illis concedere. Ex qua imperfectione ALTERA illa processit, hoc est defectus *resignationis* propriæ voluntatis in ipsius Christi voluntatem, quia non dixerunt, Magister si vis, aut si possibile est, aut si nobis ita expedit, sed absolutè, inquiunt, *volumus*, conantes Christi voluntatem ad suam pertrahere, non verò suam Christi voluntati conformare. Et hinc TERTIA imperfectio manauit, *præsumptio* videlicet in petendo à Christo Domino nostro adeò generaliter, vt illis faceret quicquid ipsi peterent, ac si certi, ac securi essent, se quod iustũ esset petituros aut Christum non debere illis denegare, quod ipsi petere auderent, abutentes ipsius Christi promissione qua dixerat: c *petite & dabitur vobis, omnis enim qui petit accipit*, & d *dico vobis, omnia quæcunq; orantes petitis credite, quia accipietis, & euenient vobis.* In quo toto tanquam imperfecti errabant, nam oratio quæ Christo Domino nostro placet, non ab *amore* proprio, sed ab amore Dei, non à propria *voluntate*, sed à desiderio diuinam exequendi procedere debet, nec *gloriam* nostram, sed Christi quærere debet. O *supreme Magister*, hoc mihi tribue ne petam vnquam, quod propria appetit voluntas, sed quod sit tuæ consentaneum: nec permittas me temerè dicere, da mihi quod ego volo: sed supplex petam: da mihi quod tibi placet.

1. Volũtatis mancipia.

2. Resignatione carétes.

3. Præsumptuosi.

c *Matt. 7. 7.*

d *Marc. 11. 24.*

Oratio

TERTIÒ perpendam, qua ratione duo isti fratres in vnam petitionem tã facilè *conuenerunt*, solet enim caro & sanguis facilè in honoris ambitionem conuenire, qui tamen vt ambitionem celarent & negotiũ facilius expedirent, noluerunt ipsi per seipsos petitionem proponere, sed matrẽ soli-

III. Conueniũt in ambitione

citarunt

citarunt, vt peteret quod ipsi desiderabant, & ita sanctus Matthæus ait, *Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis adorans* exteriorē reuerentia *& magni aliquid ab eo petens*. Et quoniam illa velut interpres erat voluntatis filiorum, Sanctus Marcus ipsos dicit accessisse, vt peterent quod mater pro illis petijt, vt hinc constet, ambitionem etiam ipsis qui ea laborant in specie displicere, ac propterea, eam occultare, & honorem vel dignitatem ita quærere vt alij non aduertant eos tale quid ambire. Ex altera verò parte valde sunt soliciti in *medijs* omnibus carnis, sanguinis & mundi huius adhibendis, quæ ipsis ambitio tanquam apta & opportuna ad finem suum consequendum suggerit. Et propterea Dauid tentationem huius vitij appellat f *negotium perambulans in tenebris*. AMBITIO enim est subtile malum, venenum secretum, pestis occulta, fraudum textrix, mater hypocrisis, fons inuidiæ, origo vitiorum, tinea virtutum, vt vermis omnem destruens sanctitatem, quare supplex Dominum orabo, vt g *scuto circumdet me veritas eius* & ab hac ambitiosa negotiatione defendat, quæ tantum ipsis negotiantibus detrimentum adfert.

Per matrē petunt quia ipsi met pudet. *Mat.* 20.20

Ambitio negotiosa *D. Bernar. serm.* 6 *in Psal.* 90. Eius præclaræ dotes

f *Psal.* 90.5

PVNCTVM II.

DIXIT *eis* IESVS *quid vultis, vt faciam vobis? & dixerunt: da nobis vt vnus ad dextram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria & regno tuo.*

h *Marc.* 10 36.

HIC primùm perpendam prudentiam & sapientiam Christi Domini nostri, qui etsi nouerat occulta cordis vtriusque Apostoli, non tamen illos statim reprehendit; nec dixit nolite petere quod vultis, quia non expedit; sed expectauit, vt ipsi ambitionis suæ vulnus aperirent, & ore venenum exspuerent, nec tamen dixit eis daturum se quidquid peterent, vt nos doceret, non esse prudentis in *genere* offerre quidquid alij à nobis petierint, præcipuè cum illi sunt imperfecti, continget enim tales aliquid mali petere, aut imperfectum quid, sicut accidit Herodi quando filiæ Herodiadis dixit: b *quidquid petieris dabo tibi*, quæ instinctu matris petiuit caput Ioannis Baptistæ.

I. Christus prudenter expectat, dum ipsi vitium fateantur Nō annuēdum in genere.

b *Marc* 6.23

DEINDE perpendam hos *duos fratres* etiamsi scirent se simul cum Petro, cæteris omnibus Apostolis à Christo præferri, grauiter tamen tulisse, *Petrum* ipsis prælatum, ac propterea petiuisse vtrumque locum Christo proximum, vnum ad dextram, alterum ad sinistram, vt nec ipse Petrus ipsis præferretur. Estque fas credere ambitionem illam, si fuisset vlterius progressa, etiam ipsosmet *fratres* ab inuicem disiuncturam fuisse, vterque enim manum dextram quæsiuisset, vt alteri præferretur. Ex quo intelligam huius vitij inquietudinem, quod nec socijs, nec proprijs fra-

II. Contra Petrum conspirant Fratrum quoque gratia rara est

torum aut operum. Etsi enim orationes sint necessariæ, non tamen illæ sufficiunt, nisi *operæ* accedant & labores, quibus ad eas recipiendas disponamur, multoque minus sufficiunt, quando ad impetrandas adfertur prætextus carnis & sanguinis, aut solius cognationis, quæ apud Deum parui fiunt, vt res adeò excelsa propterea tribuatur.

IV. Operatio. tioni iungenda Carne Deus nõ mouetur

QVINTVS error est huiusmodi excellentias quæ in præmium & coronam *vincentibus* dari solent, petere ante pugnam & commeritum præmium.

V. Certamen Præmio præmittendum.

HIS omnibus de causis, iuxta variorum doctorum expositionem, dixit Christus Dominus noster, duobus his Apostolis, *nescitis, quid petatis*. Quare in alieno capite experimentũ accipiens, diligenter attendam quid petã, qua intentione, quo modo & modo, illud petam, ne & ego illud à Christo audiã, nescis quid petas. O *bone* IESV qui Apostolis tuis dixisti, *quodcũque petieritis in nomine meo hoc faciã*, cõcede mihi id solũ petere quod in nomine tuo petere deceat, vt petens quod tibi placet, des mihi quod petiero. O Spiritus sapientissime, cum sim ego adeo ignarus, vt d *quid orem sicut oportet, nesciam*, nec modum quo petere expedit, vtrumq; me doce, vt petenti, quod me docebis & inspirabis non dicatur nescis quid petas.

Oratio : Ioan. 14. 13. Oratio d Rom. 8. 26

PVNCTVM IV.

ADIECIT Christus: a *potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari*? quasi diceret, Ergone sufficientes in vobis vires experimini & parati estis ad hæc toleranda?

a Marc. 10. 38

HIC perpendendum est primùm, magnum esse Christi Domini nostri beneficium, cum aliquid petendo aut in modo petendi erramus illud nobis negare, nosque è vestigio in vtroque dirigere, ob oculos nobis proponendo, quod par est ab ipso petere, sicut fecit cum his duobus dilectis Apostolis, nunc & aliàs cum ipsi interrogarent b *vis dicimus, vt ignis descẽdat de cœlo & consumat illos*! Samaritanos. *Et conuersus increpauit illos dicens, nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere sed saluare.*

I. Christus negat male petita & docet petẽda

b Luc. 9. 55.

EX quo discam gratias Deo agere, non solum ob ea quæ mihi tribuit, sed ob ea etiam quæ vt Pater *negat*, quando nescio quid petam, meque *instruit* vt petam quæ petere debeo.

DEINDE charitatem & suauitatem Christi Domini in hac sua interrogatione perpendam, qua suos Apostolos ad labores suæ passionis verbis, exemplis, & efficacibus rationibus allatis inuitauit, eos docens, medium ad dexteram vel sinistram quam ambiebant obtinendam, illud esse aptissimum, si *calicem* quem ipse bibebat, & illi biberent, &

II. Passio est mediũ ad Gloriam

Exemplo Christi

eo baptizarentur *baptismo*, quo ipse erat baptizandus, ad quod eos exemplo suo prouocabat.

c Luc.22.30

NAM si supremus cœli terræque *monarcha*, ad thronum suæ gloriæ occupandum peruenit hauriendo istum calicem, quantò magis est rationi consentaneum eiusdem *subditos* non peruenire eò, vt c *sedeant cum ipso in thronis* ab ipso promissis, nisi eundem calicem bibant, & quid mirum est *discipulos* eum bibere, quem bibit ipse *Magister*? ô *dilecte* mi, satis mihi est, quod eum calicem tu biberis, & gratum sit tibi me eundem bibere, vt ad id præstandum me offeram.

Oratio

Etiam sine mercede cupio pati amore sui III.

ET quamuis nec ad dexteram tuam aut sinistram in regno tuo sedes mihi esset, felicem & fortunatum me iudico, quod possim illum *bibere*, quia præcipuum mihi præmium est multa facere & pati pro te, vt gratus sim, ob plurima quæ tu fecisti, & passus es pro me.

d Luc.12.50

TERTIÒ perpendam Spiritum latentem, in eo quod CHRISTVS Dominus noster passionem & mortem suam d *calicem & baptismum* appellauerit, alludit enim ad antiquam consuetudinem occidendi malefactores oblato illis *venenato* haustu, aut in aquis *suffocando*, ad significandũ, sicut calix mortis ingrediente veneno in hominem eum occidit, & baptismus suffocat totum hominem in aquas submergendo, ita ad Christi Domini passionem & mortem, conuenerunt *duo* genera cruciatuum (sicut in quarta parte dicetur) alij enim fuerunt *interni*, qui sanctissimam eius *animam* penetrarunt; alij *externi*, qui etiam *corpus* afflixerunt. Et quamuis sanctus Matthæus dicat interrogasse Christum, potestis bibere calicem *quem ego bibiturus sum*: Sanctus Marcus tamen dicit, *quem ego bibo* quia reuera desiderio & repræsentatione *interna* continuè illum bibebat, eratque prope, vt *exterius* quoque in sua passione biberet. Et vtrumque magnum continet mysterium, quia dirigebatur ad reprimendam internam & externam discipulorum ambitionem, eos inuitans, ad eam reprimẽdam eo calice & baptismo tot laborum & contemptuum, eos corde desiderando & aggrediendo reipsa.

In eius Introduct. §. 1. & in Medit. fundament. punct. 2.

Christus calice intus, Baptismo foris cruciatus

Christus iugiter passus IV.

f *Psal.* 115. 33.15.5.25.5. 74.9. *Isai.* 51.17

VLTIMÒ consideranda & alia causa mysterio plena, ob quam dixit: *potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum*? fit enim in sacra scriptura mẽtio multorum *calicum*, quos tamen CHRISTVS Dominus nõ omnes exhausit. Vnus est enim calix *passionis* & laborum, alius est calix *gloriæ*, & præmij, qui est sors beatorum, alius est calix *iræ* DEI & eius pœnarum quæ sunt sors damnatorum. *Primum* bibit Christus Dominus noster & ad eũ bibendũ nos exhortatur, & qui eũ biberit, bibet etiã *secundũ* quẽ Christus bibit, & nõ gustabit *vltimũ* sicut nec Christus gustauit, Sed qui *laborũ* calicẽ bibere recusat, ac propterea legẽ Dei cõculcat, non gustabit *secundũ*,

Calix Triplex Passionis & Gloriæ aut iræ

& eue-

& eueniet illi ſorte *tertius*. Quare *anima mea* accipe libenter tuæ ſalutis calicem licet amariſsimum, nam temporali hac amaritudine expedies te ab æterno, bibeſque excellentem calicem, qui inebriat, videns & ſummo gaudio Deum amans. Colloquiũ V.

HAC conſideratione fingam mihi Chriſtum Dominum noſtrum idem me, quod ſuos Apoſtolos interrogare dicentem, tantumne animi tibi eſt & paratus es bibere calicem quem ego bibi, & eo baptiſmo baptizari, quo ego baptizatus fui? & mox cor meum ingreſſus, meipſum examinabo, num verè tantus mihi ſit animus, & ea mihi adſit promptitudo, vt reſpondere annuendo poſsim, ſicut mox dicemus, & ſi eum non habere deprehendo, contendam aſſequi prædictis conſiderationibus.

PVNCTVM V.

AT *illi* Iacobus & Ioannes *dixerunt ei* : *poſſumus*. IESVS *autem ait eis*: *calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini; ſedere autẽ ad dextrã meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.*

PERPENDENDVM hic PRIMVM extriplici capite prouenire poſſe vt quis ad calicem hunc bibendum ſe offerat, dicatque abſolutè: *Poſſum*; 1. ex *ambitionis* ſpiritu: qui vt ad magna inſtigat, ita etiã ad ipſa media, quæ ad ea cõſequenda iudicantur apta, etiam cùm aliquam humilitatem coniunctam habẽt: quia per ea ſperat ſe ad altiora peruenire. 2. ex ſpiritu *feruenti*, ſed cæco, ignaro, & inexperto, qui in cumulo, vt dicitur, & in genere pati vult, quod quidẽ multis facile videri ſolet: quia & pugna ſiue bellum eſt iucundum in experto: ideoque facile exiſtimat eſſe, calicem hũc bibere, qui nunquam illũ guſtauit. 3. ex *Chriſti* ſpiritu, qui huiuſmodi deſideria ſuis electis inſpiret, vt etiam in particulari ſeſe offerant ad eos labores tolerandos quos Chriſtus ipſe ſuſtinuit: Et hoc ſpiritu excitatos fuiſſe hos duos fratres ad dicendum verbum illud: *Poſſumus*: credibile eſt: ſi non *tunc* cum illud dixerunt, at certè cum *re ipſa* deſiderium illud opere compleuerunt. Ex eodem ſpiritu debeo ego me ad idem offerre, non meis viribus confidẽs, ſed Chriſti virtuti & gratiæ dicens cum Apoſtolo: a *omnia poſſum in eo qui me confortat*: qua gratia confortatus potero, & volo bibere calicem, quem ipſe bibit.

I. 1. Superbus ſe nequiter humiliat. 2. Inexpertus ſe temere offert. 3. Chriſti gratia munitus eius paſſiones appetit. a *Phil.* 4. 13.

DEINDE perpendam, magnam eſſe Chriſti Domini gratiam & fauorem, quod nobis *calicem* ſuæ paſsionis bibendum propinet, ſic enim duobus his dilectis Apoſtolis, illum obtulit. Sed non caret myſterio, quod alter illorũ reipſa pro Chriſto mortuus fuerit, alter verò etſi plurima pro eodem paſſus, mortem tamen obierit naturalem: vt oſtendatur, calicem

II. Pati pro Chriſto maxima gratia.

passionis Christi non solùm mortem ipsam sicut *martyres* mortem obeundo, bibi, sed etiam patiendo sicut *confessores*. O *dulcissime* magister, eùm mihi feruorem concede, vt ex ore tuo audiam & reipsa experiar, *calicem meum bibes & baptismo meo baptizaberis*, vt patiens tecum, ad regnandum etiam tecum perueniam, Amen.

Et Confessores grati Deo. Oratio.

TERTIÒ consideranda est infinita sapientia, bonitas & charitas Christi Domini nostri, quæ in vltimis ad hos duos Apostolos verbis elucet. Nam etsi sessionem ad dextram & sinistram suam eo prætextu quem ipsi proponebant, negauerit, *alio* tamen id ipsum illis concesit. Atque si distinctiùs illis dixisset, non ex officio mihi incumbit, nec decet vt vobis quia mihi *cognati* estis, neque ob solam intercessionem & *preces* absq; merito & labore vestro ad dextram vel sinistram meâ, vos assidere faciam, meum est tamen idipsum illis concedere, quibus est à Patre meo constitutum, quales illi sunt qui *calicem* meum biberint, & in mei obsequium, explentes quæ illis mandauero, laborauerint. At porrò quoniam vos calicem meum bibetis, id hoc nomine vobis præstabo, postquam illum exhauseritis, Pater enim meus, cuius est homines ac cœlum prędestinare ita statuit, vt prædestinati ad magna præmia non perueniant, nisi per magnos labores. O dulcissime IESV, Deus vere, cui æquè atque Patri tuo competit, sedes & loca in tuo regno disponere, vehementer exulto, de ea rectitudine, quam adhibes, tantæ suauitati coniunctam. Et siquidem tuum non est indignis sed dignis sedes huiusmodi conferre, b *& regnum disponere; sicut Pater tuus disposuit.* fac me quæso dignum gratiâ tuâ, vt aliquam illarum obtineam in gloria. Amen.

III. Nõ ob cognationẽ aut intercessionem. Sed ob merita vos extollam.

Oratio.

b *Luc.* 22. 30

PVNCTVM VI.

a *Matt.* 24: *Mar.* 10, 46

ET *audientes decem* Apostoli, *indignati sunt: Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, scitis quia principes gentium dominãtur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut Filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis.*

I. Discipuli plus aliorũ exemplo seducuntur quàm Christi verbo instruuntur. Ambitionis pestis.

PRIMVM perpendenda est magna imbecillitas & miseria hominum, nisi à diuina gratia perficiantur, nam etsi 10. Apostoli audiuissent, Christi Domini nostri responsum adeò efficax, vt stultam filiorum Zebedæi ambitionẽ reprimere posset, nihil tamen apud illos effecit, potiùs in idem vitium impegerunt indignati contra illos duos, quod quæsiuissent, ipsis præferri. Ex quo apparet quantum detrimentum adferat malum exemplum, quamque sit ambitio pernicioſa in communitatibus, adferens illis discordias, inuidias, & indignationes.

DEINDE

DEINDE consideranda Christi Domini nostri *mansuetudo*, quæ non est indignata, aut in ambitiosos, aut in eos, qui contra illos sunt indignati, sed spiritu amoris omnes congregans, omnes sui erroris admonuit, ambitionemque duobus exemplis repressit, altero quod fugere debent, altero quod sequi. Quod *fugere* debent, est exemplum *principum* huius mũdi, qui in eo suam excellentiam ponunt, vt subditis *imperent* cum imperio & tyrannide, eosque sub pedibus suis collocent: vos autem inquit totam vestram excellẽtiam in eo ponite, vt omnibus *seruiatis*, sitisq; potiùs omnium serui. Et hac via ad altitudinem Regni mei peruenitur, quam qui obtinuerit in eundem finem tendere debet. Exemplum quod *sequi* debẽt est *ipsius* vita, nam ego inquit etiamsi vester sim *magister*, vobisque maior ac primus in Regno Patris mei, veni tamen in mundum, non vt mihi ministraretur, sed vt ego alijs ministrarem, essemque omnium vltimus, sicut est *seruus*, in eoque vitam grauissimis tormentis ac despectibus pro hominum salute traderem. Quare si mei estis *discipuli* attendite sicut ego ad hoc veni in mundum, ita vos ad idem in meam scholam peruenisse. O *dulcissime magister*, audiui excellentem lectionem, quam mihi prælegisti, ex nunc non ampliùs mundi exempla discere volo, quæ in meam vergunt damnationem, sed tua quæ mihi sunt ad salutẽ & perfectionem. Et quandoquidem gratia tua ad tuã me scholam deduxisti; adiuua me vt in praxim deducam lectionem quam in ea audiui, ad gloriam sanctissimi nomini tui. Amen.

II. Mansuetudo Christi erga omnes.

Exemplum Tyrannorum fuge.

Christi imitare. Oratio.

MEDITATIO XXIV.

DE MENDICO LAZARO ET diuite Epulone.

Luc. 16. 20.

HAEC historia quam Christus Dominus noster retulit, ad exemplum & experimentum nostrum, est viuæquedam effigies, felicis mortis iustorum, qui passionis eius *calicem* bibunt, & contra infelicissimæ mortis, ac supplicij peccatorum, qui illum abijcientes Babylonicum a *poculum* bibũt, quod S. Ioannes *aureum* esse cõmemorat, quia honoribus & diuitijs confidit, quod tamen *abominatione & immunditia plenum est.*

a *Apoc.* 17. 4.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDA inprimis est mendici *Lazari* vita, quæ fuit continuum quoddam *patientiæ* exercitium, in tribus aut quatuor

Lazari patientia.

præcipuis

præcipuis circumſtantijs, quibus ad magnam peruenit ſanctitatem, vt in ſe exprimeret, quod Chriſtus poſtea eſt paſſus.

I. Dolor. PRIMÒ ergò fuit ſingulari in tolerandis grauiſſimis vulnerum *doloribus* patientia. erat enim à planta pedis vſque ad verticem capitis ſicut alter *Iob* plenus, non potens ab vna in alteram partem ſe mouere, ſed iacebat ad portam auari diuitis, hoc ipſum tolerans magna conformitate cũ Dei voluntate, abſque rancore, murmuratione, aut querelis.

II. Paupertas. DEINDE excelluit in extrema *paupertate*, inopia & fame toleranda, quam tanto ſilentio ſuſtinebat, vt nec verbis quidem eleemoſynam petiiſſe dicatur, ſed oſtenſis tantummodo vulneribus.

III. Derelictus ab hominibus. Famelicus coram ſaturis. TERTIÒ hæc ipſa ſuſtinebat omninò *derelictus* & in hominum contemptu, nam cùm tãta fame premeretur, *vt cuperet ſaturari de micis quæ cadebant de menſa Diuitis, & cùm nemo illi daret*, non de diuitis crudelitate, aut ſeruorum eius conquerebatur: Accedit etiam quod hæc omnia pateretur, ipſis oculis cernens, quanta abundantia & *copia* alijs ſuppeteret, quod ſolet propriæ inopiæ dolorem augere.

IV. Canes vel afflixerunt vel homines pietate ſuperarũt. QVARTÒ ad eam peruenit miſeriam, *vt canes ad eum venirent & lingerent vlcera eius*, adeoque debilis & infirmus erat, vt neque eos ipſe *abigere* poſſet, neque qui illos remoueret inueniretur. Quod ſi exiſtimemus hanc fuiſſe ingenitam canibus *pietatem*, potiùs mendici pœnam auxiſſet, cùm in canibus inueniret pietatem, quam ab hominibus non experiebatur. Ex quo apparet, quod perfecta *patientia*, omne genus calamitatum amplectitur, ſiue illæ ex propria *natura* proueniant, quales ſunt morbi, ſiue per manus *hominum*, quales ſunt deprædationes & ſimiles iniuriæ: ſiue à *creaturis* rationem non vtentibus, quales ſunt feræ, veſpæ, cyniphes; ſiue à frigore, glacie, alijſq; *temporum* iniurijs, ſiue denique quas *dæmones* procurant & inferunt: in quibus id impletur quod S. Iac. Apoſt. dixit: *patientia opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes.*

Patientia perfecta omnes amplectitur calamitates. a Iac. 1. 4.

Dolor Indigentia Deſertio. Hæc tria ſimul iungenda.

HIS gradibus peruenit Lazarus ad tantam ſanctitatem, vt eius vitæ & laborum Chriſtus Dominus voluerit eſſe hiſtoricus, & eam in exemplum ſanctitatis proponere. Et in ea videtur paſsionem propriam delineaſſe, in qua & ipſe fuit *vulneribus* plenus in extrema *paupertate* & tanta ab omnibus *deſertione*, vt cùm in cruce pendens aquę guttam deſideraſſet, nec qui illam daret repertus eſt, nec qui ei compateretur, ſuis itaque Chriſtus Dominus cruciatibus Lazari vulnera confirmauit, nosque docuit breuem & expeditam ad ſanctitatem viam eſſe, pati dolores, rerum indigentiam, deſeri ab alijs & contemni, amplectentes in omnibus diuinam ipſius voluntatem, in *omnibus* inquam, nam in aliquo horum, quando ſolum eſt, diuinæ nos voluntatati cõformare, non eſt res magna, ſed quãdo omnes ſunt ſimul, heroicæ virtutis eſt æquanimiter omnes tolerare, non

enim

enim heroicum est *morbum* ferre, quando adsunt diuitiæ,& homines qui adsunt,indulgent & compatiuntur,nec magnum est *inopiam* ferre,quando adest,qui illam subleuet, sed omnes hasce calamitates ferre,& neminem esse qui subueniat,heroicæ virtutis est,& illi quam Christus habuit simillima.O IESV *vulnerate,pauper* ac *deserte*,adesto mihi gratia tua, vt sanctissimam tuam patientiam,& Lazari huius mendici possim imitari, voluntatem meam,cum tua in meis calamitatibus conformando, siquidem in eum finem hæc mihi proponis exempla. Oratio

PVNCTVM II.

GLORIOSAM Lazari mortem deinde considerabo, de qua Christus Dominus dixit:*factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ*.In quo PRIMVM perpendam, Lazari *mortem* fuisse *finem* dolorum,paupertatum, ac temporalium desertionum, *principium* verò quietis,diuitiarum,& æternorum honorum. Et quamuis mors eius quoad *corpus* fuerit vilis,& apud homines contemptibilis,quoad *animam* tamen pretiosa fuit in oculis Dei,qui *angelos* suos misit, vt illam ad Abrahæ sinum,vbi cum iustis requiesceret, deferrent: & quamuis ad hoc vel solus angelus eius custos sufficisset, voluit tamen Deus plurimos angelos,& angelorum exercitum ad illam honorandam & comitandam venire.O quam læta exiuit anima illa ex corpore suo; quam exultans cum tam illustri comitatu, quot congratulationes de suâ victoria ab *angelis* accepit.quàm verò contra *Dæmones* confusi erubuerunt.Vere DEVS meus iã video,*aquam pretiosa sit in conspectu Domini mors Sanctorũ tuorum*, quamuis vlcerosi,pauperes & contempti fuerint in mundo.O vtinam b *moriatur anima mea morte iustorum,& fiant nouissimu mea horum similia*.

Fœlix Lazari mors.

I. Mors finis dolorum principiũ honorum. Corpore vilis Anima pretiosa ab Angelis excepta. oratio à *Psa.*115.5. b *Nũ.*23.10.

II. Secundum multitudinem dolorũ consolationes tuæ lætificauerunt anima mea *ex.Cor.*4.7 Colloquiũ

EXPENDAM DEINDE quanta gloria mendici huius anima in cœlo, fruatur,quando ex Lymbo translata fuit, & qua etiam corpus afficietur in resurrectione, nam ob eius *vlcera* immenso nunc afficitur gaudio, ob *paupertatem* æternas possidet diuitias, ob *nuditatem* gloriæ habet vestem, ob *famem* satietatem æternam, ob *desertionem* & hominum contemptum, protectionem & honorem à Deo & angelis eius.O quam bene collocatos nunc iudicat labores omnes quos in hac vita sustinuit,iudicans nimirum,c *quod in præsenti fuit illi momentaneum & lene tribulationis,supra modum, in sublimitate æternum gloriæ pondus in se fuisse operatum*.Excitare *anima mea* ad patiendum aduersa in hac vita quandoquidem tanta requies & gloria te exspectat in futura.

PVNCTVM III.

Lazari gloria in hac vita.

I. Nomen æternum Diuitum memoria perijt.

CONSIDERANDVM tertiò quantum honorem Christus Dominus etiam *in hac vita* huic mendico tribuerit præcipuè in duobus. PRIMVM fuit quod eius *nomen* cuius in mundo nulla erat memoria, voluit nobis reuelare, & quidem vt in suo Euangelio perpetuò scriptum maneret, vt omnes eius memoriam retinerent; diuitem verò illum auarum nec nominauit, nec in ore suo accepit, vt pauperes & contempti intelligant se non esse in obliuione apud Deum, & quod de nomine illos agnoscat, & eorum curam gerat, & suo tempore illos promulgaturus & honore sit affecturus. Vult enim eos in Ecclesia sua in honore esse, sicut *S. Paulum* primum Eremitam, *S. Franciscum* & alios quorum nomina dudū fuissent obliuione sepulta, nisi fuissent sancti: & vt appetitum retundamus, quo noti & in mundo nominati esse cupimus, studeamus autem, vt opera nostra sciantur, Deo potiùs hanc curam relinquentes.

II. Canonizatus à Christo.

d *Psal.138.17.* Patientia sola ad canonizationē sufficit Imò & obedientia

SECVNDVM fuit quod eundem *canonizauerit* tanquam sanctum, gloriamque reuelauerit, quam ab angelis in morte sua accepit, vt omnes eum pro tali habeant, & in Ecclesia templa illi ædificentur & imagines exponantur, cuius si reliquiæ haberentur, eas etiam veneraremur, iuxta illud Dauidis: d *nimis honorati sunt amici tui Deus*, nominatim verò hæc fecit Christus, vt ostenderet excellentiam *patientiæ* in calamitatibus & miserijs, sola siquidem sufficit ad testimonium sanctitatis, vt qui eas sustinet, vt sanctus canonizetur; qui enim Dei voluntati se in *patiendo* subijcit, facilius subijciet in *obediendo*, vt autem aliquis fiat sanctus insignis, sufficit si Deo in omnibus obediat, & æquanimiter toleret quæ ipse ordinat aut permittit, modo prædicto. O *Deus æterne* gratias maximas tibi ago pro honore quem tuis exhibes seruis, erigens de stercore pauperem, vt eum colloces cum cœli Principibus: Concede mihi, eius patientiam & obedientiam imitari, vt tua cum eo fruar gloria. Amen.

Oratio

Tria in sanctis meditanda: Vita mors Honor.

AD hæc *tria* puncta reduci potest, quidquid de vnoquoque sancto meditamur; PRIMVM est ipsius *vita* & virtutum gradus, quibus ad tantam sanctitatem imitatione Christi peruenit; SECVNDVM est, eius felix *mors* & præmium, quod in illa Deus illi contulit; TERTIVM est *honor*, quo Deus illum etiam in hac vita affecit, dum etiam inter homines præmium tribuit meritorum.

PVNCTVM IV.

Auari diuitis vita.

QVARTÒ consideranda est execranda auari *diuitis vita* è diametro contraria vitæ iusti Lazari. Nam vniuersa eius vita fuit continuú quoddam superbiæ & auaritiæ exercitium, indulgentiæ in seipsum,

duri-

duritiei verò cordis in reliquos. *Superbiam* & ſenſualitatem oſtendit in veſtitu, *induebatur enim purpurâ & byſſo*, purpura propter *vanitatem*; byſſo propter *indulgentiam*: quæ etiam in victu erat, *quia epulabatur quotidiè ſplendidè*: ob *iactantiam*, delicatis verò cibis veſcebatur. ob *guloſitatem*, & quotidie vſque ad ſatietatem comedebat ac bibebat. *Auaritiam* oſtendit, quia diuitijs in propriam tantum vtilitatem vtebatur, magnam cordis duritiem & crudelitatem in pauperes oſtendens, quibus adeo miſericordiam & eleemoſynam denegabat, vt nec micas quidem, quæ ex menſa ipſius cadebant, illis largiretur, nec vlla commiſeratione tangebatur, vlcerosi & eſurientis pauperis, qui ad ianuam eius iacebat, in quo proprijs canibus crudeliorem ſe oſtendit, quibus tamen aliquid comedendum projiciebat, nihil verò pauperibus. Hinc proueniebat, vt eius domeſtici ſimiles ipſi eſſent, diſcentes facilè exemplo Domini ſui non miſereri pauperũ, ſi quidem nemo fuit domeſticorum, qui pauperis illius miſereretur. His greſſibus in grauiſſima incidit peccata, exhauriens totum maligni huius mundi ſpiritum, qui innititur *concupiſcentia carnis*, *concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ*, tale enim eſt, quidquid eſt in mundo, contrarium prorſus ſpiritui Chriſti.

I. Vitiorum theatrum Superbia Gula Auaritia Crudelitas

a 1. Ioa. 2. 16

Qvam ob cauſam adeò illum Chriſtus eſt deteſtatus, vt etiam eius vitam enarrans, nec nominare voluerit, vt oſtenderet quantopere illum deteſtaretur & ſperneret, & quod nec agnoſceret, nec approbaret, cuius *nomen* ex libro vitæ eſſet deletum, velletque nullam ipſius apud homines eſſe memoriam. Et eodem modo cæteris paribus omnes eos deteſtatur qui illo ducuntur ſpiritu, vel omninò, vel ex parte quærentes vanitatem, ſenſualitatem & propria commoda, quamuis cum detrimento proximorum, ex quo licet conijcere quàm ſint repugnantia Chriſti Domini, & mundi huius *iudicia*. *Lazarus* enim in oculis mundi huius erat *infelix*, in oculis Chriſti *felicißimus*. Contrà *diues*, in mundi oculis erat *felicißimus*, apud Chriſtum verò *infeliciſſimus*. Chriſtus enim humilis fuit, & in ſeipſum *rigidus*, *mollis* verò in reliquos, & tales vult ipſe habere ſeruos. O *dulcis* Iesv ex toto corde deteſtor purpuræ ſuperbiam, & byſſi delicias, cum tu purpura quidem veſtitus fueris, ſed ad irriſionem, nudus verò in cruce pependeris; nolo conuiuia, nec delitias in cibis, cum tu hordeaceos comederis panes, tibique in cibum & potum fel & acetum porrigi permiſeris. Nolo nomen meum inaniter per mundum promulgari, ne tu illud deleas è libro vitæ, aut mei oblitus è regno tuo repellas.

II. Diuitis nomen in obliuione eſt.

Iudicia Chriſti & hominum diuerſa. oratio

Pvnctvm V.

I. Infelix diuitis mors.

Conſideranda quintò eſt infelix hui⁹ diuitis *mors*, & cruciatus, quib. afficitur in inferno. Statim.n. ac ſe *mortu⁹ eſt diues*, *pultus eſt*. (vt Chriſt⁹ di-

xit) *in inferno*. Mors itaque eius, *finis* fuit eius diuitiarum, deliciarum, & vanitatum; *initium* verò miseriarum, cruciatuum & contemptuum, quibus afficietur in æternum. Ex hac vita *nihil* eorum, quæ habebat, secum abstulit, præter vitia & *peccata*, quæ illius tormentorum essent alimentum: in quo propterea locum habuit illud Iob. a *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Nam etsi primo aspectu mors eius suauis appareret; sed vltimus tamen vitæ terminus, fuit principium eius pœnæ. O *punctum* horrendum, finis vitæ delectabilis, quæ breui finitur; & initium vitæ miserrimæ, quæ nunquam finietur. Si in hoc puncto ad inferna descendero, b *quid mihi profuit superbia? & diuitiarum iactantia quid mihi contulit?* præstat ergo in labor bus ducere dies vitæ huius, & in puncto, in cœlum ascendere, vt illorum fructu præmioque æternum fruar.

Mox Christus Dominus, vt infelicis huius diuitis pœnas aperiat, de illo ait; *eleuans autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma.* In his monemur damnatos affici tormentis, culpis suis proportionatis, ideoque infelix hic diues *quatuor* atrocia sustinebat. PRIMVM *flammarum*, quæ totum eum à pedibus ad caput cooperiebant, ob vanitatem & delitias purpuræ, & byssi, quibus induebatur. SECVNDVM fuit in *lingua*, quæ, vt fuit instrumentum gulæ, & garrulitatis, ita comburebatur ab igne; horrendaque fame, & rabida siti cruciabatur. TERTIVM fuit *inuidia*, cùm videret per reuelationem, felicem Lazari sortem: vt propterea ausus non sit quicquam ab eo petere: sed ipsum *Abrahamum* accesit. QVARTVM fuit *desertionis* & contemptus omnium, in pœnam suæ crudelitatis: neque enim apud *Abrahamum* misericordiam inuenit, nec *gutta aquæ*, quam petebat, est illi concessa: quia ipse micas panis negauerat pauperi, & ideo non meruit misericordiam obtinere: quia non fecit ipse misericordiam. O DEVS *iustissime*, quàm sunt iusta iudicia tua; & quàm proportionatæ pœnæ tuæ peccatis nostris; quomodo non timeo rigorem iustitiæ tuæ; quomodo non tremo ad pœnas illas inferni: Libera me Deus à tui offensione, ne veniant super me iræ tuæ; aperi oculos diuitum, vt experimentum capiant in hoc diuite: oculos etiam aperi pauperum, vt non inuideant diuitibus.

PVNCTVM VI.

PERPENDAM sextò, responsum Abrahami diuiti datum, quo promulgauit illi immutabilem diuinæ iustitiæ sententiam: a *Fili* inquit, *recordare, quia recepisti bona in vita tua; Lazarus similiter mala; nunc autẽ hic consolatur, tu verò cruciaris; & in his omnib. inter nos & vos chaos* hiatus

magnum

itium
olorum,
nis varie-
tum.

Iob. 21 13.
) punctũ
orrendu.
Sap. 5. 8

1.
Tormenta
chennæ
electis
ro portio-
ata.

1.
flamma.

2.
itis.

3.
nuidia,
Cui ante
non digna
batur, iam
non audet
oqui.

4.
Desertio
udiciũ fi
ie miseri-
cordia, ei
qui non
ecit mise-
icordiam.
Oratio

Luc. 16. 25.

magnum firmatum est. vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint; neque inde huc transmeare.

DVAS partes complectitur hæc sententia: PRIMA est, quod diues receperit in hac vita *bona* temporalia hoc est, magna sua *voluptate* illa sit complexus, collocans in illis suam *felicitatem* & acceptans eadem in *præmium* aliquorum operum bonorum; mutata autem sorte, in *pœnã* malorum, nũc habeat cruciatus & *tormenta*. Contra verò Lazarus in hac vita receperit *mala* & calamitates quas patienter complectens, eis *purgauit* culpas, in quas fortè inciderat: in *præmium* verò bonorum operum, quæ fecerat, mutata sorte, magna nũc accipiat *bona* & inæstimabiles delitias. Quare vtramque horum hominum sortem conferens, eligam mihi illam, quæ est *Lazari*: neque enim possibile est, in hac vita sortẽ habere diuitis; & in altera mendici, si autem mendici sortem hic habuero; ea mihi erit consolatio, quòd in futura sors diuitis mihi non continget. O anima mea, attentè considera, quam in hac vita sortem eligas: ex ea enim dependet, qualis in altera tibi continget. *Tremas* ad prosperitates temporales; quia fortè præmium erunt operum tuorum; & postea commutabuntur in aduersitates æternas. Contra verò *lætum* te ostende ad huius vitæ aduersitates; quia Deus illas tibi mittit, in pignus & arrham prosperitatum, quas tibi conferet in futura.

I. Bona eadu ca pro fine & præmio suo accepit Gehennam pro pœna Lazarus contra.

Elige alte- utrum cõ unctim. Colloquiũ

SECVNDA pars est, quòd non sit *transitus* ex inferno ad cœlum, nec ex cœlo ad infernum, nullus itaq; beatorum vnquam è cœlo exibit ad condemnationem: decretum enim Dei in hoc est absolutum, firmum, & immutabile: vt suo loco dicetur.

Beatorum securitas *Medit. 51. 6. Part.*

VLTIMÒ expendã aliam petitionem quam miserrimus iste proposuit Abrahamo; quam tamen ille similiter denegauit: cùm Lazarus (ait) ad me venire non possit: b *Rogo ergo te Pater, vt mittas eum in domum Patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quod non dicebat ex *charitate*, sed quòd fratrũ in infernum aduentus, ipsius pœnam esset auctурus ob culpam, quam malo suo exemplo illis dato contraxerat. O miseria horrenda damnati, cuius pœna crescit aspectu *bonorum*, quos priùs despexerat; & societate *malorum*, quos opera sua iuuerat; quare & boni & impij, ipsi sunt carnifices; & omnia illi conuertuntur in damnum, sicut: c *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Et ait illi Abraham: habent Moysen & Prophetas: audiant illos*; hoc enim illis est satis. cui diues dixit, *non* credo Pater Abraham id sufficere illis, sicut nec mihi suffecit. *Sed, si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent: Ait autem illi Abraham, si Moysen & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.* Facilè enim dicent, esse aliquod phantasma, aut subesse fraudẽ: & multò est certiùs testimoniũ sacræ scripturæ, quæ à Deo est reuelata, & quàm testimoniũ mortuorũ. Ex quo concludam, quantũ mea re-

II.

b *Luc. 16. 2*

c *Rom. 8. 2*

A bonis & malis impii afflguntur.

Cum Privilegio Regiæ Majestatis.

I. Peccatrix

PERPENDENDAE hic sunt primùm huius *peccatricis* qualitates: cùm enim hoc nomine appellatur, insinuatur eius peccata fuisse carnalia, profundè radicata, & scandalosa, ob huiusmodi .n. peccata, peccatrices solent mulieres nominari. Sed Euangelista non expressit horum peccatorum speciem, nam vt Apostolus ait, b *nec nomen* quidem *huiusmodi peccatorum* decet *in vobis nominari.* Sed quoniam postea Sanctus Lucas, & Marcus dicunt Christum ab ea c *septem dæmonia eiecisse*, colligitur eam innumeris peccatis obnoxiam fuisse, quæ *septenario* illo numero intelliguntur; & quòd septem Lethalia peccata, & dæmones, qui illa suggerunt, hospitium, & mansionem in eius anima inuenissent. Ex quo duos affectus eliciam, alterum *timoris*, de imbecillitate mea; experimentum in ipsa Magdalena accipiens; quæ, ob leuia non vitata, in multa & grauissima peccata prolapsa est; & quod illi euenit, contingere & mihi potest. Alter effectus est *confidentiæ*, de misericordia Dei: apud quem enim peccatrix hæc remedium inuenit, confidam me etiam illud inuenturum; si, vt secutus sum peccantem, sequar etiam pœnitentem.

b *Ephes* 5.3.

c *Luca.* 8. 2. c *Mar.* 16. 9.

Time mollica, Dueunt ad magna re Diffide Spes est veniæ.

II. Occasiones, cõcio Mãsuetudo inspiratio Christi, Oratio

DEINDE perpendam *occasionem*, quam hæc mulier habuit ad Christum Dominum nostrum accedendi; quæ fortè fuit, quòd aliquam eius *concionem* audiuerit; & quòd eius *mansuetudinem* sciret, qua recipiebat peccatores; & super omnia, cœlestis *inspiratio*, quæ illam magno lumine illustrauit; non graues illi pœnas propter peccata minando; *sed obligationes* aperiendo, propter quas teneretur, omniũ Creatorem præ creaturis diligere, totumque amorem suum in eo collocare, quem collocabat in creaturis. O Pater Cœlestis de quo Christus dixit: d *quia nemo posset ad ipsum venire, nisi fuerit ei datum à te*, e *Trahe* me ad eius seruitium *in vinculis charitatis*, dolentem quòd eum offenderim, qui tot nominibus meretur ab omnibus diligi.

d *Ioan.* 6. 65 e *Osea* 11. 4

III. Obedientia prompta non differt proposita aut conuenienti

TERTIÒ perpendam promptam illam *obedientiam*, qua peccatrix hęc diuinæ inspirationi & impulsui paruit: non enim exspectauit, donec Christus ad hospitium suum rediret, in quo manere consueuerat; sed statim atque cognouit, vbi Christus manducaret, etiam in domo aliena, tempore conuiuij, & inter alios inuitatos accessit, vt eum quæreret. Vt ex eo discam ego, bona proposita non differre; ac diuinis inspirationibus respondere, præcipuè circa meam conuersionem, memor illius dicti Sapientis: f *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.*

f *Eccl.* 5. 8

PVNCTVM II.

ET *stans* hæc peccatrix *retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis suis tergebat, & osculabatur pedes eius, &* g *Luc.* 7. 38

vnguento

vnguento vngebat, quod secum in Alabastro attulerat. In hoc adeò insigni opere perpendenda est perfecta huius mulieris *pœnitentia*, & excellentes virtutes, quas hic ostendit.

Pœnitentia & virtutes Magdalenæ

I. Fides

PRIMA fuit magna FIDES ac diuinitatis & Christi misericordiæ æstimatio: *credidit* enim, ipsum esse Deum, cui soli competit condonare peccata; *credidit* etiam, se nullo verbo prolato, sicut reuera nullum protulit, intelligi; & quidquid in corde haberet, ab ipso cognosci; eumque scire, ad quid illa veniret, quidque peteret. Alij ad Christum accedebant, vt morborum corporis remedium peterent; de hac *sola* muliere peccatrice legimus, quod venerit, vt spiritualium morborum tantùm remedium impetraret, & veniam peccatorum.

Solam animæ quærit salutem.

II. Humilitas

SECVNDA virtus fuit heroica HVMILITAS, qua suum honorem contemsit, nihil curans, quid conuiuæ eam videntes de illa dicerent: b *Nicodemus* venit ad Christum, vt eum de suis *dubijs* consuleret, sed *venit nocte* & humano timore plenus. At Magdalena venit ad Christum, vt *animæ* salutem impetraret: sed venit de die, & amoris diuini plena; humanos omnes timores calcans, & quicquid homines dicerent contemnens, quia totum cor suum in eo collocauerat, vt Deum placaret. Nec solum insignem humilitatis gradum habuit dum in conspectu hominum promptam *se* obtulit, vt ab illis contemneretur; sed alterum etiam humilitatis gradum apud Deum obtinuit, dum non ausa ante eius faciem comparere, præ pudore suorum peccatorum, *stetit retro*, seque ad pedes Christi proiecit. O *anima mea*, humilia te coram Deo, & hominibus; c *qui* enim *se* in omnibus rebus, & coram omnibus hominibus *humiliat*, c *coram Deo inuenit gratiam*, eritque postea veneratione angelis & ipsis etiam hominibus.

Homines non curat Deum placaret.

Colloquij c Eccl. 1, 20

III. Contritio Lachrymæ Capilli Osculum Vnguentũ.

TERTIA virtus fuit DOLORIS interni amore plenissimi, cui magnos orationis & deuotionis affectus coniunxit, quos illis externis insignis manifestabat, nã *Lacrymis* pedes Christi rigabat, malos suos gressus deplorans, & ipsius Christi gratia lauari supplicans; eosdẽ pedes *capillis* suis tergebat, petens à culpis mundari; eosdem *osculabatur*, petens cum ipso reconciliari, & pacis osculum veniamque sibi concedi; *vnguento* illos vngebat, petens se ipsius Christi virtutibus vngi, sublato à se peccatorum fœtore, d *& in corde tantum suo loquens, vox penitus non audiebatur*, e *tacensque delictum suum illi cognitum faciebat plusque orationem suam*, quàm ipsum vnguentum *in conspectu* Christi *effundens*, miserias suas, & insignem earum sensum aperiebat. Ex his discam excellentissimum quendam orandi modum, non verbis, sed *affectibus*; quos externis *actionibus* signisque ex igne cordis procedentibus manifestabo, quales sunt *gemitus*, suspiria, pectoris tunsiones, manũ eleuationes, genuum flexiones vsque ad terram, cum humilitate eam osculando, & similes, quibus sancti, vt seipsos ad deuotionem

I. Reg. 1, 13. e Psal 31 35. & 141. 3. Orationẽ magis efficaciter vngueretur. Affectuum oratio excellentissima

excita-

excitarent, vti consueuerunt, *ignis* enim qui intus in sinu ardet, statim apparet in vestibus, & spiritus deuotio statim erumpit in corpus.

Ignis abscondi nequit.

QVARTA virtus fuit, EXTERIOR POENITENTIA, qua quæ ipsi perditionis causa fuerant, ea fecit *instrumenta* satisfactionis: dum oculos suos, capillos, labia, odores pretiosos, & seipsam totam in Christi seruitio expendit, oblita sui, & omnium quæ non faciebant ad placandum Dominum suum. Opere ipso explens, quod postea Sanctus Apostolus faciendum consuluit, Rom 6.19. g *sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiei & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* O feruentem pœnitentiam! ô diuinæ inspirationis efficacitatem! Tange me *Domine* tanta efficacitate, vt viscera mea omnia contremiscant, omnesque facultates ac sensus, in te placando occupentur, h *sicut fuit sensus meus vt errarem à te, decies tantũ iterum conuersus requirã te.*

IV. Pœnitentia peccandi instrumẽta facit salutis remedia Oratio.

h *Baruch.* 4.28.

PVNCTVM III.

VIDENS *autem Pharisæus, qui vocauerat IESVM, ait intra se dicens: hic si esset Propheta, sciret vtiq; quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum; quia peccatrix est.* Considera hic *duo* grauia *indicia* temeraria huius *Pharisæi*, alterum in *Christum*, alterum in *Magdalenam*, vtrumque ortum ex eo, quòd ipse *superbus* esset ac præsumptuosus.

Luc. 7.39 Duo iudicia temeraria Pharisæi.

PRIMVM iudicium fuit, quo iudicauit, *Christum* non nouisse quę illa esset mulier; ac propterea ipsum non esse *prophetam*; aut si illam nouit, ipsum non esse *sanctum*, quòd se ab ea tangi, & eo contactu se maculari permitteret. In vtroque autem grauiter erranit, secutus cæterorum Pharisæorum, qui etiam *superbi* erant, dictamen, quorum illa est apud Isaiam sententia, b *qui dicunt, recede à me, non appropinques mihi; quia immundus es:* quorum pœnam subijcit Propheta dicens: *Isti fumus erunt in furore meo; ignis ardens tota die*, pœnas reddentes erroris quidem sui *fumo*, superbiæ verò *igne*. O bone IESV, propheta sancte, sapiens & humilis, nouisti benè Domine, quæ illa sit, quæ tangit te, ac propterea tangi te permittis: vt hoc cõtactu illa sanctificetur, te impolluto manente; non enim refugis à peccatoribus tangi; quò à suis illi peccatis mundentur.

I. Si nescit non est Propheta. Si nouit Sanctus non est. b *Isai.* 95.5. Oratio.

SECVNDVM iudicium temerarium fuit, quo de illa muliere iudicauit, quòd quæ antea *peccatrix* fuisset, etianmnum talis esset; cùm tamẽ sufficientia haberet indicia, quibus eam talem tunc non esse, posset iudicare, quam ad Christi pedes adeò largiter flere videret. Intellligam ex hoc quàm errent superborum hominum iudicia, qui audent adeò temerè aliorum corda & *intentiones* quæ soli Deo reseruantur, iudicare: *malum ex bono* ita haurientes, vt ex quo commiserationem & ædificationem sumere deberent, inde occasionem arripiant, proximum contemnendi. Nomi-

II. Temerariũ iudicare intentionẽ Pcius ex bono malũ inferre,

natim verò aduertam in Phariſæo, deceptionem quandam valdè pernicioſam aliquorum, in primis ſuis apprehenſionibus adeò *pertinacium*, vt quem ſemel improbitatis nota ſignauerint, nũquam amplius ſibi perſuadere poſsint eundem eſſe probum; adeoque ſemper illum ſuſpectum habent, vt quamuis aperta videant ſigna eius in melius mutationis, fidem nullam adhibeant, & difficiliùs ipſi proprium *iudicium* mutent, quàm malam alij *vitam*. Quod ſi tales ſint ſuperiores, occaſionem ſubditis adferunt *deſperationis*, quia non credunt eorum *pœnitentiæ*, ſicut crediderunt *culpæ*; In quo etiam infinitæ Dei bonitati iniuriam faciunt, cuius eſt proprium, obliniſci peccatorum, ſi quem illorum pœnitet, & honore ac fauore proſequi eum, qui, etſi peccauit aliquandò, ſeſe tamen emendauit.

Pertinacia in iudicio ſiniſtro.

Mutata vita, muta iudicium. Maxime ru ſuperior Deus obliniſcitur peccatorũ.

PVNCTVM IV.

a Luc. 7. 40

I. Sapientia Chriſti iudicantis rectè.

INTELLIGENS a IESVS Phariſæi cogitationes *dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere, at ille ait: Magiſter, dic.* In hoc perpendam diuinam Chriſti *ſapientiam*, qui, vt iudex eſt vniuerſalis, aſpiciens peccatricem, & Phariſæum, vtriusque tacentis cogitationes cognouit, tam bonas illius pœnitentis, quàm peruerſas & temerarias Phariſęi: de quibus ipſe admirabile, iuſtiſsimum, ac miſericordiâ pleniſsimum iudicium fecit, illas approbando & has cõdemnando, vtrumque in vtilitatem vtriuſq;. Cœleſti enim prudentiâ reſpondit pro illa muliere, vt illam honorans, phariſæo præponeret; repreſsit verò phariſæi temeritatem vt eam curaret: oſtendens ſe eſſe Prophetam, & agnoſcere, quæ illa eſſet mulier, cuius cognoſceret cogitationes.

II. Moleſtia Chriſti in corripiẽdo. b 2. Reg. 12. 7.

SIMVL autem magnam oſtendit *humilitatem & modeſtiam*: nam cùm Simon illum inuitaſſet, eſſetque in illius domo, cùm illum corripere ſtatuiſſet, prius *ciuiliter* ab eo quaſi licentiam petijt, verbum aliquod dicendi: nec tamen ſtatim atque illam obtinuit, illum reprehendit aut cõdemnauit; ſed plauſibili quadam parabola ſenſim illum diſpoſuit. vt hinc diſcamus *manſuetudinem* & modeſtiam, quæ adhiberi debet in corrigendis viris peritis, amicis, & magnatibus, quò noſtra correctio fructum illis adferat: ſicut etiam fecit *Nathan Propheta*, qui iuſſu Domini corripuit Dauid Regem, cui peccatum illius propoſuit ſub quadam parabola, qua illum induxit ad veram pœnitentiam.

PARABOLA, qua CHRISTVS vſus eſt ad Simonem, hæc fuit, *duo debitores erant cuidam fœneratori; vnus debebat ei denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;: quis ergò eum plus diliget? reſpondens Simon, dixit; æſtimo quia is cui plus donauit, at ille dixit ei,*

rectè iudicasti. Circa hanc parabolam, considerandum primo generaliter *mysterium* quod in se claudit, expendendo, quis ille sit *creditor*, & qui *debitores*? quis *plus* & quis *minus* debeat? vnde fiat, vt non habeant vnde *reddant*, & qua ratione vtrique *donetur*, ac denique quis debitorum plus *amet* eum qui ipsi donauit.

I. Deus creditor. c *Coloss. 2. 14.*

PRIMVM creditor est DEVS, quem nostris peccatis offendimus, & habet aduersum nos scripturam obligatoriam, quam Apostolus vocat c *chirographum decreti quod erat contrarium nobis*, est inquã chirographum illud Dei decreto firmatum, quo peccatores rei fiunt pœnæ temporalis & æternæ, quam peccata nostra meruerunt. Et quoniam infinitè sapiens est ac potens, non potest debitor illum decipere, aut effugere.

II. Debitores homines, 50 vel 500.

DEBITORES sumus *homines*, quorum aliqui plus, aliqui minus debent, ob plura & grauiora peccata. Aliqui debent, *quinquaginta*, quod quinque sensibus decem legis *Dei* mandata sint transgressi; alij debẽt *quingentos*, quia eadem sæpius violarunt, contemnentes etiam *Ecclesiæ* præcepta, & propria statûs ipsorum, denique legis *euangelicæ*, quæ *centenario* numero significata, perfectionem complectitur. Inter hos ego meipsum numerabo, persuasus, me plus debere quàm cogitem; sunt enim multa debita ipsi debitori occulta, quæ creditori sunt manifesta, quorũ causa dixit Dauid: d *ab occultis meis munda me Domine.*

Occulta plurima. d *Psa. 18. 14*

TERTIÒ hi debitores non possunt debitum reddere; e *Quia non poterit ei respondere vnum pro mille.* est enim impossibile nostris viribus Deo pro nostris culpis *satisfacere*; aut *mereri* vt nobis illa dimittat; aut chirographum deleat obligationis, quod contra nos habet: quod propterea semper integrum remansisset nisi ipse Deus ex infinita sua misericordia factus fuisset homo, & passione ac morte sua f *illud deleuisset, & è medio sublatum cruci affixisset*, cuius virtute gratis nobis condonat culpas mediâ pœnitentiâ, vt obstringat nos ad ipsum amandum ex toto nostro corde, ob infinitam ipsius bonitatem quam ostendit, dum tãtum debitum ad ò vili mancipio condonat: quò illud ad ipsum reamandum, eidemque seruiendum prouocet.

III e *Iob. 9. 3.* Reddere nil valeo. c *Coloss. 2. 14*

IV. Cui plus remittitur plus diligit vel potius

EX quo fit, vt qui *maior* fuerit peccator, postquam Deus illi donauit, magis obstrictus hoc nomine maneat ad plus amandum, eò quòd maius receperit beneficium, in tam longa ad pœnitentiam expectatione, & grauiorum culparum remissione, & à grauioribus pœnis liberatione.

ETSI cœlesti lumine hoc beneficium agnoscat, ita faciet, gratum se, ei qui illud contulit, ostendendo. Et eò respicit hæc parabola. Nam plus

Qui plus agnoſcit is plus diligit

aut minus Deum diligere, non tam ex eo dependet, quod maior aut minor fuerit peccator; quàm quòd plus aut minus peccatorum ſuorum grauitatem agnoſcat: Et quia *ſuperbi* (qualis iſte erat Phariſæus) parũ exiſtimant ſe Deo debere; exiguamq́; habent culparum ſuarum cognitionem, quas paruas eſſe exiſtimant; ita *parum* Deum diligunt, quia beneficiũ remiſsionis illarum paruum exiſtimant. Qui verò ſe graues iudicant peccatores, & multitudinis ac grauitatis peccatorum ſuorum profundam habent cognitionem, *multum* Deum amant, quando illis remittuntur, iudicantes, magnum hoc eſſe beneficium. O DEVS liberaliſsime & benigniſsime, ex toto corde deſidero te diligere, ſiquidem loco ſupplicij, quod te offendendo promerui, peccata mea mihi donas, vt te diligam; fateor multa eſſe grauiaq́ue peccata mea; & pro eis cupio, multa & magna ſeruitia reddere.

Oratio.

PVNCTVM V.

HIC perpendam, qua ratione CHRISTVS Dominus hanc parabolam *mulieri*, quæ ſe magnam peccatricem exiſtimat, & *Phariſæo* qui iuſtum ſe, aut minus peccatorem putabat, accommodauerit, nam a *conuerſus ad mulierem dixit Simoni, vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, vt*, ſi voluiſſem, eos lauarem; *hæc autem lacrymis rigauit pedes meos*, & non linteo aliquo, ſed *capillis ſuis terſit; oſculum mihi* pacis *non dediſti; hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos; oleo caput meum non vnxiſti, hæc autem* pretioſo *vnguento vnxit pedes meos, propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit*, atque ſi diceret, mulier hæc exiſtimat, ſe multum debere: ideoque maius à me beneficium expectat, vt tantum debitum illi remittam; ideoq́; me dilexit multum, vt opere ipſo oſtendit: & ego illi multa donaui peccata; quia hoc ſuo amore ſe ad id benè *diſpoſuit*. tu autem exiſtimas te parum debere; ideoque paruum expectas beneficium, etiamſi tibi donem: propterea parum diligis.

a Luc. 7. 44.

I. Peccatores confundũt Iuſtos.

PRIMVM hic conſiderandum, Chriſtum Dominũ exemplo magnorum *peccatorum* qui conuertuntur, confundere plerumq; eos qui ſe *iuſtos* exiſtimant; ideoq́; ſuadet nobis, vt illos inſpiciamus & attentiùs conſideremus, dicens, *vides hanc mulierem*? vides eius lacrymas? ſuſpiria? humiliationem, confuſionem, & tot inuentiones, quas inuenit ad placandũ Deum, vides inquam hoc totum? perpende igitur totum benè, & erubeſce, quòd tam parum tu facias, quo Deus tibi ignoſcat.

a Mat. 21. 31

NAM b *amen* (inquit ipſe Chriſtus) *dico vobis, quia publicani & meretri-*

ces præce-

es precedent vos in Regno Dei, & eos qui se iustos existimant.

DEINDE perpendam magnum aliquem peccatorem, *feruenti* aliquo actu plerumque ad excellentiorem charitatem & sanctitatem peruenire, quam iustus quispiam tepidus multis actibus, & multis annis, sicut hic euenit Magdalenæ. Et simul obseruabo, quam sit generosa ratio veniam peccatorum impetrandi, multum Deum amare; *amor* enim disponit adveniam peccatorum impetrandam, & cum ea incedit, crescit, & augetur, dum se obstringi videt ad amandum eum, qui tanta illi remittit. O REDEMPTOR mi, erubesco in præsentia huius adeò feruentis pœnitentis, meam aduertens extremam tepiditatem, *c laua quæso Domine sordes huius filiæ Sion* animæ videlicet mendicæ meæ *in spiritu iudicij, & spiritu ardoris*, iustitiæ spiritum & charitatis ignem mihi communicando, vt te multum amem, qui tam multa mihi donasti.

II. Feruens actus vnus superat plures tepidos.

Amor mox impetrat veniam

c *Isai.* 4. 4.

Oratio

PVNCTVM VI.

DIXIT *autem Iesus ad mulierem remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se, quis est hic, qui etiam peccata dimittit. dixit autem ad mulierem, fides tua te saluam fecit, vade in pace.*

a *Luc.* 7. 48.

Perpendam hîc primùm efficacitatem illius verbi *remittuntur tibi peccata* quo Christus Dominus à culpa simul & pœna Magdalenã absoluit & copiosam ei gratiam communicauit, vehementer ipsa exultante, dum illa verba audiret. Et nos decet etiam exultare, si quidem etiam nunc, quãdo confessarij nos absoluunt eisdem verbis vtuntur, quæ eundem quoq; efficient effectum, si habuerimus eandem dispositionem.

I. Absolutio Sacerdotis

ELVCET etiam hîc *modestia* Christi Domini, qui aduertens circumstantes hærere, quod audirent, ipsum dimittere peccata, noluit eam remissionem, suæ liberalitati, sed peccatricis fidei tribuere; dicens illi: *fides tua te saluam fecit*, *fides* videlicet viua, quam de mea diuinitate & potestate, & *spes* amoris plena, quam de mea misericordia habuisti, salutis tuæ causa fuerunt.

II. Christi modestia remissionẽ fidei peccatricis adscribit.

DENIQVE perpendam, quam affixa hæreret Magdalena *pedibus* Christi, à quibus, etiam post optatam veniam peccatorum obtentam, non volebat discedere, donec illi Christus dixit. *vade in pace*, quandoquidem pacificata iam esset cum Deo, & intra teipsam plenaria tuorum peccatorum indulgentia & plena tuarum passionum sensualium victoria; totum enim hoc, fas est credere, concessisse liberalitatem huius Domini ei, quæ tantopere ipsum dilexit. Ac propterea fortassis ei non dixit, quod aliis peccatoribus dicere consueuit *noli amplius peccare*, vt qui agnosceret magnam firmitatem illius conuersionis, ob copiosam gratiam, & amorem,

III. Magdalis à Christi pedibus nequit auelli.

quem illi impertiuit. O felices illos qui cum humilitate & charitate ad Christi pedes accedunt, à quibus tam feliciter expediti exurgunt. Accede ô *anima mea*, magnâ ad eosdem pedes confidentiâ, amplectere magno amore, statue firmissimè, eorũ vestigia sequi; nec ab eis recedas, donec ipse tibi dixerit, *vade in pace*.

MEDITATIO XXVI.

DE CONVERSIONE SAmaritanæ.

PVNCTVM I.

TRansiens Christus à Iudæa in Galilæam per Samariam a *venit in ciuitatem quæ dicitur Sichar, erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergò fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem, hora erat quasi sexta* (hoc est meridies) *tunc venit mulier de Samaria haurire aquam.*

a *Ioan. 4. 5.*

I Christus pedes proficiscitur Oratio

PERPENDE hîc primùm labores ac defatigationes Christi Domini nostri in suis profectionibus & peregrinationibus ob animarum vtilitatem: nam *pedes* iter faciebat, & absque aliquo leuamine, etiam in ipso meridie, & prolixis itineribus. O *supreme pastor*, quam tibi carè stat, perditas oues quærere? tantum enim subis laborem, vt vnam quæras, atque si essent multæ: quoties in itineribus sudasti, defatigatione corporis te interdum ad sedendum compellente, vt aliquod leuamen acciperes; gratias tibi, Domine, pro hac lassitudine, cui compatior, quia grauiores alias prænuntiat: paulò siquidem post, aliud leuamen non habebis in meridie, quàm durum crucis lectum.

II. Sedet, vt venetur, nõ vt quiescat. Oratio b *Sap. 6. 14.* c *Isai. 65. 1.* Magdalis quærit impulsa Samaritana quæsita inuenit.

DEINDE eiusdem Christi Domini charitatem considerabo, non enim dum ad fontem *sedit*, tam quæsiuit corporis sui *quietem* quàm *venari* voluit animam illam, quam sibi prælegerat; nunquam enim passus est præterire occasionem, animabus benefaciẽdi. O *incarnata sapientia* quàm dulci & admirabili prouidẽtia b *eos præoccupas qui*, à te aberrantes te concupiscunt *vt illis te prior ostendas*, c *qui te non quærunt inueniunt, & ijs, qui ante nõ te interrogabãt dixisti, ecce ego, ecce ego*: Si *Magdalena* te quæsiuit, tu id ei inspirasti, eãq; traxisti; & si mulier hæc *Samaritana* te inuenit, id factũ est, quia tu iussisti vt eam quæreres. suggere mihi Domine, vt te *quæram*; quære me, vt te *inueniam*.

III.

HINC vlterius ascendam, vt videam, quam sint mirabilia Dei secreta, circa animarum conuersionem, ad quam occasiones disponit, quãdo nihil

minus

minus illæ cogitant, erat hæc mulier *peccatrix*, & carnalis, quæ cum quinque viros habuisset, nunc erat cum altero in concubinatu. immò sanctus Chrysostomus & alij Doctores dicunt, cum quinque etiam prioribus fuisse in concubinatu. & quod dicitur, quinque viros habuisse, non intelligi de maritis legitimis. Cum igitur talis hæc mulier esset, & venisset haurire aquam, nihil minus, quàm de salute sua cogitans, inuenit ibi Christum, qui extraordinario fauore, & admiranda efficacitate, ac suauitate illam prosecutus, eius qualitati, & conditioni sese accommodauit, vt mox apparebit.

Samaritana peccatrix & salutis negligens. *Chrys. in Ps. 13. Mal. donatus hic.*

PVNCTVM II.

VENIENTI Samaritanæ ad fontem, a *dicit ei Iesus da mihi bibere: dicit ei mulier, quomodo tu Iudeus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana, non enim coutuntur Iudei Samaritanis. respondit Iesus, si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* a Ioan. 4. 7.

IN huius colloquij initio proponitur omninò ad viuum, qualis *homo* sit erga Deum, qualisque Deus erga hominem, quæ duo sunt capita spiritui vtilissima.

Parcitas hominis ad Deum: & liberalitas Dei ad hominem.

PRIMVM igitur considerabo, quamuis Christus Dominus *corporali siti* premeretur, vt qui ex itinere defatigatus, & in meridie eò peruenisset, multò tamen maiorem *spiritualem* sitim eum habuisse salutis illius animæ, sicut in cruce, cum dixit: *Sitio*. Et quia qui sitit, magno gustu haurit aquam, in seipsum illam *immittendo*; ita Christus Dominus noster maxima sua voluptate bibit ac recipit *animas*, quas in viscera sua immittens, amore sibi illas incorporat. & hoc desiderio dixit: *da mihi bibere*. O IESV dulcissime, quám optarem innumeras tibi animas offerre, quibus sitim tuam expleres; ecce meam: accipe illam, tibique ita coniunge, vt nunquam à te separetur.

Christus sitit magis animas, quam potũ easque, vt aquam emittit.

Oratio.

II.

Homo parcus
Negat
Excusat
Reprehẽdit
Fugit colloquiũ Dei,
quia non nouit Deum.

DEINDE perpendam, Samaritanam non solùm aquam Christo *denegasse*; sed eum etiam *reprehendisse* qnod illam peteret, & secum loqueretur, in quo depicta nobis proponitur *parcitas*, inurbanitas, & rusticitas hominum erga Deum; cui *negat* quod ille petit: siue petat per secretam *inspirationem* siue per communem suam sanctam *legem*, siue per *superiores*, siue per *pauperes* petentes eleemosynam: neque vnquam illis desunt *excusationes* & prætextus ad denegandũ, quod petitur; immò *reprehendunt* obliquè & conqueruntur, quòd multa & grauia ab ipsis petantur, & molestè ferũt ipsũ *colloquium*, & familiaritatẽ cum Deo. Quod totũ prouenit ex eo quòd, sicut Samaritana, nõ nouerũt, quis iste sit magnus Deus, qui illa petit

nece-

nec eum existimant, vt par ēssēt, quia pene extinctam fidem habent.

III. TERTIÒ perpendam responsum *Christi* Domini, in quo apparet infinita eius *charitas* & liberalitas erga hominem. Nam loco *vltionis* de nobis sumendæ (vt facere statuerat b *Dauid de Nabal* quod ei negasset, quæ petiuerat) nos denuo inuitat, vt ea bona ab illo petamus, quæ nobis desunt, cupiens vt agnoscamus, quis sit Deus, & quanta eius dona, & excitetur in nobis desiderium ea petendi. Et propterea Samaritanæ dixit, *si scires donū Dei*, quem præsentem habes, qui est vnigenitus eius filius, donatus mundo vt Spiritus S. donum, & reliqua gratiæ suæ dona ei communicet, & si scires qualis occasio tuæ salutis nunc tibi offertur, & quis est hic qui petit à te bibere, tu forte ab eo petijsles & est ipse adeò liberalis, vt nihil tibi negaret, sicut tu illi negas, potiùs tibi quandam aquam daret, non mortuam, sed *viuam* ex qua tua ipsius vita dependet.

b 1. *Reg.* 25. 22.

Auarum liberalitate vlciscitur Christus.

IV. ET vlterius adhuc infinita eius liberalitas progreditur; nam vehemētius ipse desiderium ostendit, sua dona communicandi, quam homines habent eadem petendi, etiam postquam illa cognouerunt. Nam in primo nullam adhibet dubitandi rationem, cum in secundo adhibuerit, ait enim, *si scires, quis est, qui petit à te bibere, tu forsitan ab eo peteres:* quia enim libera es, fieri potest vt spirituale bonum, quod cognoscis, non desideres; ne aliud, quod magis diligis, præter mittas; si tamen, vt decet petiueris, absq; dubio tibi dedero, *dedisset tibi* quia omnibus dixi: c *Petite & dabitur vobis:* Quamobrem ait S. Augustinus: Erubescat humana pigritia quia plus paratus est Deus dare, quàm nos accipere. O mundi Saluator illustra animā meam, vt Dei donum agnoscat; & me ad petendum efficaciter permoue, vt illud obtineam, & mox tibi dicam: d *Dilectus meus mihi, & ego illi.* qualis mihi est dilectus meus; talem me illi exhibere par est, vt quicquid à me petit; eidem, sicut ipse mihi dat quicquid peto, imò desiderabo vt aliquid petat, vt statim illi annuam: sicut cupit ipse multum à se peti, vt multum mihi det. Ipse mihi est *donum*, siquidem totum se mihi gratis donat: & ego illi ero donum, me totum ei donans, non ob aliam mercedem, quàm vt illi seruiam, in sæcula. Amen.

Deus prōptior ad dādum, quàm tu ad petendum, & accipiendū

c *Mat.* 7. 7 *D. Tho. in illud Iac. 1. 5. qui dat. omnibus affluenter* Oratio d *Can.* 2. 16.

PVNCTVM III.

a *Ioh.* 4. 11. DIXIT a *mulier Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? respondit Iesus, omnis qui bibet ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in æternam.*

b 1. *Cor.* 2. 14. IN hoc Samaritanæ respōso proponitur nōbis primū animalis & carnalis hominis effigies, de quo Apostolus b *animalis homo nō percipit ea quæ sūt*

spiritus

ſpiritus Dei, nec intelligere poteſt vltra id, quod oculis corporis cernit; nec aliã aquam viuam eſſe exiſtimat, quàm quæ ex fontibus manat, & oculis cernitur. Sed Chriſti tamen proprietas eſt, docere nos ſpititum à rebus inuiſibilibus ad inuiſibiles, à temporalibus ad æternas, à creaturis ad Creatorem eleuare, cõſiderantes, in ipſo Creatore & rebus cœleſtibus, omnes creaturarum & bonorũ terrenorum perfectiones præſtantiori modo, & abſque defectibus illis, & imperfectionibus, quas in his inferioribus admixtas habent inuenire: quare ab ipſa aqua & fonte viſibili, docet nos inuiſibilia ratiocinari. Et hoc exemplo diſcemus methodum in mentali oratione circa res huiuſmodi viſibiles ratiocinandi.

Animalis homo à Chriſti ſpiritu elenatur à creaturis ad creatorem

QVINQVE admirandas proprietates aquæ viuæ gratiæ ſuæ, hic inſinuauit Chriſtus Dominus, ex oppoſitione ad aquam corporalem; quas decet nos perpendere, vt eam aquam cognoſcamus, deſideremus, & toto corde obtinere contendamus.

Diuinę gratiæ proprietates, ab aqua sũptę

PRIMA proprietas aquæ illius viuæ eſt, quod *ſitim* ſedet in æternum; in quo differt à corporali, quæ ad breue tantùm tempus illam ſedat: quia, cum ſit corruptibilis, mox conſumitur: ſed aqua illa viua, quòd in ſe incorruptibilis eſt, perdurat in anima perpetuò, niſi peccato aliquo lethali ſponte ſua illam euomat.

I. Sedat ſitim in æternũ.

SECVNDA proprietas eſt, quòd ita animam *ſatiet*, vt aliarum aquarum, & bonorum terrenorum ſitim vniuerſim extinguãt, eo modo, quo dixit Chriſtus: c *qui credit in me non ſitiet vnquam*, hoc eſt, nec ſitiet, nec rem creatam mihi contrariam appetet: quia ego illum ſatiabo & pro omnibus ei ſatisfaciam. In quo differt iſta aqua à bonis terrenis, quæ parum & breui tempore ſatiant; ac facilè faſtidium adferunt, quia vilia ſunt, & citò pereunt: ſed cœleſtia ſatiant in æternum, & abſque vllo faſtidio; quia pretioſa ſunt & ſuauia: adferunt verò faſtidium terrenorum.

II. c Ioan. 6.35

TERTIA proprietas eſt, quòd ipſa aqua viua ſit fons, qui *ſemper manat*; eſt enim intra ipſam animam ipſe Spiritus ſanctus, qui fons eſt gratiarum. Ex quo fonte, vt Chriſtus ipſe ait: d *Flumina de ventre eius fluent aqua viua*, cum abundantia magnorum donorum cœleſtium. Et ipſamet gratia ſemper impellit ad aũgmentum, vt propterea de illà dicatur: e *qui bibunt me, adhuc ſitient*, hoc eſt, quamuis rerum terrenarum ſitis extinguatur, ſitient tamen illud bonum, quod tanta ſua voluptate poſſident.

III. Semper dederat, quod ſemper poſſideret. d Ioan. 7.37 e Eccl. 24.29

QVARTA proprietas eſt, quod *ex ipſa* anima manet hæc aqua viua, quaſi *ebulliens*, & magno impetu verſus cœlum ſaltans, inclinat inquam magnã lætitiã, velocitate & promptitudine ad res cœleſtes, quia nec ſe à rebus terrenis detineri permittit; nec patitur mores aut dilationes; nec repugnantias admittit aut tædia; nec intra humanum cor vult ſe coarctare, ſed magno impetu vrget foras exire, & ſupra ſeipſam eleuare, vt ſe cum

IV. Vt fons iugiter ebulliat.

sua origine, à qua procedit, & quæ DEVS est, sese coniungat.

V. Durat vsq. ad vitam æternam. f *Eph.* 1. 14. g 1. *Cor.* 13. 8.

QVINTA proprietas est, quòd saliat in vitam æternam. nã vt Apostolus ait; f *est pignus hæreditatis nostræ* cælestis, quam speramus; & permanet cum illa in æternum: quo nomine, non solùm à bonis corporis differt, sed etiam ab aliquibus bonis spiritûs, quæ cum vita corporis finiuntur, nec ad *æternam vitam* perueniunt: qualis est virtus Fidei, & Spei, & aliæ quædam gratiæ gratis datæ, de quibus Apostolus: g *Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.*

h *Isai.* 12. 3.

Ex his considerationibus, magnã huius diuini doni æstimationẽ concipiam, magnaque desideria illud procurandi; accedens in magno h *gaudio ad fontes Saluatoris*, qui sunt *sacramenta*, ex quibus hæc aqua, eiusque augmentum hauritur: perpendens, quòd statim atque Samaritana tantas eius aquæ excellentias audiuit, dixit Christo: *Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire*, quibus verbis ostendit, se aliquantulum in sua conuersione progredi, desiderans aquam illam viuam sibi oblatam, eamque instanter, ac reuerenter ab eodem Domino petens, qui eam obtulerat. Adhuc tamen carnalis & rudis erat, vt quæ ob finem adhuc abiectum (ne videlicet sitiret, & laborem, ad aquam ex fonte illo hauriendam veniendi vitaret) illam petebat, in quo proponitur nobis aliquorum imperfectio, qui cupiunt quidem spiritualia bona; non tam ob illorum pulchritudinem, quàm ob aliqua temporalia *commoda*, quæ ex eis cupiunt sibi euenire, honorum verbi gratia, aut lucrum aliquod, siue vt à melancholia & tristitia liberentur: quales illi sunt, qui sensibiles à Deo consolationes expetunt, affectu amoris proprij; quò leuius ferant huius vitæ molestias: qui autem perfecti esse desiderant, quærere ac petere hanc aquam debent, propter bona prædicta, quæ in ea sunt, dicentes feruenti affectu: *Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam iterum.*

Agnita dona petit, sed Intentione minus recta.

Oratio

O DEVS cœli & terræ, da mihi hanc aquam, ne vnquam aliquid aliud sitiam, aut anxiè occuper in quærenda aqua corporalium & corruptibilium bonorum: satis enim mihi sunt spiritualia & æterna. O dulcis IESV fons aquæ viuæ, pone intra animam meam diuinum hunc fontem, qui ebulliat semper; crescat & saltet in vitam æternam. Amen.

PVNCTVM IV.

Dexteritas Christi in reducenda oue.

HIc perpendam admirandam Christi Domini *dexteritatem*, qua Samaritanam disponebat, vt ea *remoueret*, quæ illam impediebant accipere aquam gratiæ viuam. videns enim eius desiderium, dixit ei: a *Vade, voca virum tuum, & veni huc*, quæ respondit: *non habeo virum*, dicit ei

I.

a *Ioan.* 4. 16

Ieſu benè dixiſti, quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir, hoc verè dixiſti.

Creaturarũ impurus amor.

Circa hoc præſupponimus, hanc mulierem referre eas animas, quæ cum *creaturis* in continuo ſunt *concubinatu*, concedentes *quinque* ſuis ſenſibus & appetitionibus, quidquid voluptatum effrenatè concupiſcunt. Ex quo prouenit, vt, quamdiu ita manent, ſint incapaces ad viuam gratiæ aquam & Spiritûs ſancti dona recipienda, qui b *non habitat in corpore ſubdito peccatis*, præcipuè carnis; quæ Apoſtolo teſte c *prophanant templum ſpiritus ſancti*, & abominanda carnis cum meretrice coniunctione diſſoluunt pretioſam animæ cum Dei ſpiritu coniunctionem, ac propterea idem Apoſtolus hortatur: *fugite fornicationem*, & omnes eius occaſiones: vt animas veſtras per amorem: d *vni vero* Chriſto *deſponde atis.*

b *Sap.* 1. 4. c 1. *Cor.* 6. 19.

d 2. *Cor.* 11. 2.

His præmiſſis, perpendam, qua ratione Chriſtus Dominus noſter, vt huius mulieris ſanitatem à morbi radice, auſpicaretur, *apoſtema* peccati, quod occultauerat aperuit, illam corripiens, non verbis aſperioribus, ſed in ſpiritu lenitatis; dicens, *cum quinque viros habueris, nunc quem habes, non eſt tuus vir*, atque ſi dixiſſet rationi ſuiſſet conſentaneum, inſatiabili voluptatum appetitioni frænum imponere, & ab eis recedere.

Morbi radicem euellit occultũ carnis peccatum.

Deinde perpendam, quàm moderatè acceperit Samaritana hanc admonitionem, quæ veritatem non negauit, nec indignata eſt aut iniuriæ verba contra Chriſtum dixit, quòd probro illam afficeret, potiùs illum venerata, Dominum appellauit, & credens eum eſſe Prophetam, vt qui res adeò occultas cognoſceret dixit: *Domine video quia Propheta es tu*: atque ſi diceret: verum dicis in omnibus, & hac humili *confeſſione* ſuarum culparum, initium dedit ſuæ conuerſioni, propè enim eſt vt curetur, qui moderatè fert reprehenſionem. Et ideò dixit Sapiens: e *quàm bonum eſt, correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugiet voluntarium peccatum.*

II.

Samaritanæ agnoſcit culpã. Confeſſio initiũ conuerſionis.

e *Eccl.* 20. 4

Aliud ſtatim ſignum dedit Samaritana ſuæ pœnitudinis & fidei, æſtimationis, quam de Chriſto Domino conceperat, volens ab eo inſtrui circa fidem & religionem, de qua eousque fuerat dubia, ideoque dixit, *patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet*, quaſi diceret, Domine, quandoquidem es propheta, libera me à *dubio*, in quo verſor, docens in quo loco debeam Deum adorare, & offerre ſacrificia, ad illum placandum & illi placendum. Ex quo apparet primã veri pœnitentis curam eſſe debere cognoſcere quæ ad veram *fidem* cultumq; diuinum pertinent, quandoquidem f *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Reſpondens autem Ieſus dixit illi; mulier, crede mihi, quia veniet hora quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem; ſed venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in*

III.

Fides fundamentum pœnitentiæ

f *Heb.* 11. 6

ſpiritu & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorant eum; Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare, quod ſuit illi dicere, iam non eſt ampliùs tua interrogatio neceſſaria, quo ad *locum* adorandi Deum, eumque ſacrificijs ac cæremonijs, vt hactenus colendi; omnia enim hæc ceſſabunt: quia Deus adorandus eſt in ſpiritu, & veritate, quæ externis iſtis vmbris & figuris hactenus latebat.

IV. Adoratio in ſpiritu & veritate.

SED ampliùs horum verborum ſpiritum perpendens, intelligam Chriſtum nos docere modum, quo à ſuis fidelibus velit in euangelica lege adorari; nominatim verò eâ adoratione, quam quiſque ſolus & ſeorſim Deo exhibet. PRIMVM enim hæc adoratio in omni *loco* fieri poteſt: nam etſi templa ſint ad miſſæ ſacrificium deſtinata, adorare tamen Deum in quouis loco & angulo licet, quia ipſe in omni loco eſt, ac propterea dixit Apoſtolus: g *volo viros orare in omni loco leuantes puras manus* ad Deum.

I. Vbique gi. *Tim.* 2. 8

PRAETEREA adoratio fieri debet intra ipſum *ſpiritum* noſtrum, qui templum eſt ſpirituale Dei: & cubiculum orationi deſtinatum, de quo dixit Chriſtus: h *tu autem, cum oraueris intra cubiculum tuũ, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito*, qui videt, quomodo illum adoremus. TERTIÒ hæc adoratio eſſe debet in ſpiritu & veritate; qui ab inſpiratione & *Spiritus* ſancti motione; ac *veritate*, qui eſt Chriſtus, procedere debet, eiusque directionem ac dictamen ita ſequi, vt ſenſus noſtros cum fidei *veritate* noſtram vitam cum *vita* Saluatoris, & opera externa cum *interuis* abſque fictione, & fraude aliqua conformemus. Quia enim DEVS eſt ſpiritus, & ipſamet veritas, ſimiles quærit adoratores, qui & *ſpirituales* ſint & *veraces*, ſicut ipſe eſt. Ac porrò non *externo* ſolo cultu contentus eſſe debeo, quia illud eſſet *corpus* ſine ſpiritu & *vmbra* ſine veritate; præcipuè itaque procurare debeo, *internos* virtutum actus, qui illi dent vitam; quales ſunt *fides* magnitudinum Dei, cum humilitate & mearum abiectionum recognitione; *Spes* diuinarum promiſsionum; cum oratione & petitione earum; *amor* Dei, cum obedientia, & ſanctæ ipſius voluntati ſubiectione actibuſq; deuotionis, laudis, & orationis gratiarum. Hoc modo adoratur Deus, ſicut ipſe deſiderat adorari, *nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.*

II. In ſpiritu h *Mat.* 6. 6

III. In S. Spiritu & Chriſto. Spirituales & veraces. Externus cultus parũ iuuat ſine interno affectu. Oratio

O *pater miſericordiarum*, in cuius manu eſt inuenire quod quæris, & facere quod deſideras, effice vt multi te ſpiritu & voluntate adorent, quo modo tu vis adorari. Et quandoquidem, eam mihi felicitatem conceſsiſti vt viuerem in lege gratiæ; concede etiam vt te adorem, non in vno tantùm loco, ſed vbique; nec tantùm corpore, ſed etiam ſpiritu, non externis tantum ſignis, ſed veritate ſequens te, qui es i *via, veritas, & vita*, cui ſit honor & gloria in æternum. Amen.

i *Ioan.* 14. 6.

PVN-

PVNCTVM V.

CONSIDERANDA hic eſt admiranda Samaritanæ huius conuerſio, & mutatio, quæ; vt erat rudis in rebus Dei, non eſt aſſecuta altitudinem doctrinæ Chriſti; & ideò dixit: a *ſcio, quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia: dicit ei Ieſus ego ſum, qui loquor tecum.* In quibus verbis perpendenda in primis eſt infinita Chriſti *charitas*, qui veritatem adeò altam, & tanti momenti, tam apertè voluerit mulieri illi peccatrici, quamuis ſinceræ, *reuelare* quam tamen Scribis & Phariſæis occultauerat; aut certè per ambages & parabolas tantùm, in pœnam ſuperbiæ eorum, inſinuauerat. Sed non minus tamen ſuauiſsima eius *omipotentia* elucet in mirabilibus illis, quæ in ea muliere operatus eſt, virtute illius verbi: *Ego ſum qui loquor tecum.* Quo in primis eius intellectum vera *fide* illuſtrauit; vt cognoſceret, quis eſſet, qui cum illa loquebatur, & crederet, eſſe Meſsiam, & ſimul locutus eſt illi ad cor, ita illud emolliendo, vt præteritam ſuam vitam *deteſtaretur.* Præterea dedit illi viuam *gratia* ſuæ aquam, quã illa petiuerat, implens quod promiſerat, cùm dixit: *tu forſitan petiſſes ab eo, & ille dediſſet tibi aquam viuam.* TERTIÒ adeò repleuit illã interno *gaudio*, vt oblita corporalis aquæ ad quam hauriendam venerat & *hydriæ* ad fontem *relicta, abierit* feſtinanter *in ciuitatem*, vt Chriſti notitiam ſuis conciuibus afferret, & accederent ad fruendũ eo, quo ipſa fruita fuerat. In quo apparet, quantus ſit *feruor* animæ, quam Deus tangit, vt quæcunque habet præ manibus *abiiciat*, vt libera ſit, & expedita ad ea præſtanda, quæ diuini ſunt *obſequij*, ſicut ipſi Apoſtoli fecerũt. QVARTÒ, dedit illi perfectam *humilitatem*, qua non recuſauit ſeipſam infamare, vt Chriſtũ honoraret; manifeſtè proteſtans, quòd ſecreta malè actæ vitæ ſuæ illi Chriſtus aperuiſſet, vt propterea illum tanquam Prophetam acciperent, exemplum nobis præbens, Chriſtum prædicandi, vt Apoſtol. ait b *per infamiam & bonam famam.* QVINTÒ magnam ei *prudentiam* tribuit, & aquam viuam ſapientiæ circa modum ipſum Chriſtum prædicandi: neque enim dixit; mihi credite, quia vidi Prophetam, qui dubio procul eſt Meſsias, ſed muliebris ſuæ imbecillitatis conſcia propter quam non exiſtimabat ſe dignam eſſe cui fides adhiberetur, ſolum dicebat, *venite, & vos ipſi videte:* & quamuis adiecit *nunquid ipſe eſt Chriſtus?* non id dubitando dixit, ſed optando modeſtè, vt ipſi venientes & videntes, idem crederent, confidens quod Chriſtus eſſet illos docturus ſicut ipſam docuerat.

SEXTÒ, Denique tantum *ſpiritum*, & feruorem ei in *verbis* communicauit, vt multi *exirent de ciuitate & venirent ad IESVM*, & crederent in eum. O diuitiæ diuinæ gratiæ! c *O mutatio dextræ excelſi!* quis alius præter

a Ioan. 4. 2 Charitas Chriſti reuelẽtis partis Omnipotẽtia Chriſti. Samaritanæ Fides.

I. Contritio

II. Gratia.

III. Faſtidium terrenorũ Feruor diuini obſequij. Matt. 4. 20

IV. b 2. Cor. 6. 8

V. Prudentia modeſtè docet memor ſe ſus.

VI. Verborum efficacia. c Pſa. 76. 11

Oratio.

te, *Deus meus*, protuiſſet tam citò mulieris huius cor immutare, & in[illegible] ac per eam tot admiranda operari? erubeſco meam tepiditatem, qua[illegible]do aduerto magnæ huius peccatricis feruorem. illuſtra me Domine, imm[illegible]ita, & accende, ſicut hanc Samaritanam, vt tibi ſeruiam, & magnalia tu[illegible]ita prædicem, vt fiam dignum inſtrumentum tuæ gloriæ. Amen.

PVNCTVM VI.

I. a *Ioan. 4. 27.* Humilitas Chriſti & Charitas Oratio

CONSIDERANDVM ſextò eſt, quid diſcipulis cum Chriſto Dominо in hac occaſione euenerit. Nam cùm in ciuitatem abiiſſent, vt cibos emerent, a *venientes ex ciuitate mirabantur, quòd cum muliere loqueretur:* iudicantes, ex magna *humilitate* Magiſtrum ſuum cum illa miſciſſe ſermones, ſtatuentes tamen eum de more ſuo egiſſe de rebus *cæleſtibus*. Ego tamen, *Redemptor* mi, etſi *humilitatem* tuam vehementer admirer, laudo tamen etiam *charitatem*, qui adeò ſolicitè ouem vnam perditam quæris, quamuis totius gregis viliſsimam, familiariter cum ea agens, quò ex ſtatu peccati illam extrahas. Adiuua Domine me tuâ gratiâ, vt & ego totum me applicem ad lucrandum tibi tàm paruum quàm magnum, ſiquidem æquè vtriuſq; ſalutẽ deſideras. Mirati ſunt etiã Diſcipuli, vidẽtes eum ſolum cũ muliere loquentem, quod in ipſo erat valde rarum; nihil tamen illi dixerunt, quia quæcunque magiſter illorum faciebat in veneratione habebant, nunquam malè iudicantes, quicquid ille faceret. Ex quo diſcent *Superiores* cautè agere in huiuſmodi colloquiis familiaribus, niſi rarò & graui neceſsitate vrgente; *ſubditi* etiam exemplum accipient ad non temerè iudicandum, nec malè ſuſpicandum de maiorum ſuorum dictis & factis, quos debent vt ſanctos venerari; iuxta illud Pſalmi: b *nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.*

Superiores cautè agãt Subditi ne iudicent

b *Pſ.* 104. 15

c *Ioan.* 4. 31-34.

INTEREA c *rogabant eum diſcipuli dicentes: Rabbi manduca, reſpondit, ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis, meus enim cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.* In his verbis aperuit ipſe Chriſtus, magnam, quam de Patris ſui *voluntate* exequenda haberet, æſtimationem; quæ voluntas erat, vt *animæ* ad ipſum conuerterentur; ſiquidem defatigatus & eſuriens, nec comedere vult, nec cibum guſtare; potiùs dicens, cibum ſuum eſſe, voluntatem illam Patris exequi, idque non quomodocunque, ſed magna perfectione, & integritate: quamuis enim eam voluntatem exequi carò illi conſtaret; felque & acetum eſſet illi guſtandum, omnia tamen leuia dulciaque reputabat, quòd ea eſſet eius voluntas; quem ipſe tantopere diligebat.

Voluntas Dei eſt refectio Chriſti Zelus animarum

Oratio

O Dulcis IESV, fac me cibum meum exiſtimare, vt tuam, non meam exequar voluntatem perfectè faciens opus, quod mihi iniungis; & tanta fame cibum hunc animæ manducans, vt cibi corporalis me faciat obliui-

ſci. Hinc etiam Sanctum concipiam *timorem*, ne mihi dicat Chriſtus, ego cibum manduco, *quem tu neſcis*; talem inquam cibum, quem tu non probas, quia tibi non arridet; & ideò non comedis, ſicut ego comedo. Si enim ego ſim inobediens legi Dei, eius inſpirationibus, & ſuperiorum meorum præceptis; non agnoſco *cibum*, quem comedit Chriſtus, & porrò, nec *vitâ* Chriſti viuam, nemo enim poteſt vnitus eſſe Chriſto, niſi cibum eum comedat, quem ipſe comedit.

Cibũ Chriſti qui negligit, nec in ipſo viuit.

PERPENDAM denique, mox peruenisse Samaritanos ad Chriſtum; qui magna illos charitate & humanitate excepit, & prædicauit regnũ Dei; manſitque apud illos duos dies: vbi ſpirituali hoc cibo famem ſuam, & appetitum ſatiauit, quia multi crediderunt in eum, tanta certitudine, vt nullo conſpecto eius miraculo diuinis tantùm eius ſermonibus ad credendum conuincerentur, *& mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipſi enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt verè Saluator mundi*, non Iudæorum tantùm, ſed etiam Gentilium; & hoc ſcimus, quia eius ſufficientia teſtimonia habemus. O *Cæleſtis magiſter*, qui per tuam Eccleſiam, hac feruente Samaritana ſignificatam, nobis aperis quiſnam ſis; idipſum etiam nobis intra cor noſtrum dignare per te ipſum aperire. Mane nobiſcũ integros *duos* dies, duo illa charitatis præcepta exactè nos docens, vt illa exactè ſeruantes, perueniamus ad videndum clarè, quod tu ſis noſter Deus & Saluator, cui ſit honor & gloria in omnia ſecula. Amen.

III. Samaritani multi Chriſti ſermone conuertuntur biduo.

Oratio

Duo præcepta Charitatis

MEDITATIO XXVII.

DE MVLIERE ADVLTERA, QVAM A SVIS accuſatoribus Chriſtus liberans, eius etiam peccata dimiſit.

PVNCTVM I.

VMa IESVS in templo ſedens populum doceret, adducunt Scribæ, & Phariſæi mulierẽ in adulterio deprehenſam, & dixerunt ei: Magiſter, hac mulier modò deprehenſa eſt in adulterio, in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare, tu ergo quid dicis? hoc autem dicebant tentantes eum vt poſſent accuſare eum. a Ioan. 8.3.

PERPENDENDA hic primũ eſt Chriſti Domini noſtri *mãſuetudo*, circa familiaritatẽ cũ peccatorib. & magna ei' *miſericordia* in eorũ peccatis cõdonãdis: ſiquidẽ ipſimet eius hoſtes à

I. Chriſti miſericordia in peccatores.

Dœ-

Dilemma iudæorum Aut transgressor legis aut impiscricors, oratio

Dæmone instigati, ex ea laqueum facere constituerunt, vt ipsum hac occasione tentarent, constituentes illum adulteræ huius iudicem; existimantes illum misericordia sua illius peccatum remissurum, etiamsi propterea Moysis legem, aut conculcare, aut corrigere, aut mutare opus esset; vt occasionem hinc arriperent illum accusandi tanquam Moysi & eius legi aduersantem; aut si iuxta legem, adulteram condemnaret, proclamarent ipsi, non esse eum adeò misericordem, sicut præ se ferebat. Ex quo gaudium hauriam, quòd mitem adeò & misericordem Saluatorem & Magistrũ habeam; ac dicam: exulto, SALVATOR mi; de tanta ista tua mansuetudine & misericordia, ex qua cupio laqueum fabricare, non ad tentandum te, sicut Pharisæi, sed ad trahendum te ad cor meum, quo mei commiseratione tactus plurima mea grauiaque peccata remittas.

II. Ad extrema vrget Sathan. Virtus in media cõsistit.

PERPENDENDA secundò est Satanæ & eius ministrorum *astutia*, in tentandis iustis, parandisque eis laqueis, in ea maximè virtute, in qua illi excellunt, vt ad vitium contrarium per excessum eos pertrahant, efficiãtque, vt legẽ Dei pallio & prætextu illius virtutis cõculcẽt. Nã valde, *misericordẽ* impellũt, vt prætextu misericordiæ, transgrediatur leges iustitiæ; & valde *zelantẽ* vrgent, vt sub specie zeli, vltionẽ quærat contra leges mãsuetudinis: quare necesse est scire, virtutes omnes ita coniungere, vt dũ aliã exercemus, aliarũ iacturã non faciamus; sed CHRISTVM Dominum nostrũ imitemur, de quo ait Dauid: b *propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua*: & iterum, c *misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.*

b Psa. 44. 5. c Psa. 24. 11.

Oratio. d Cant. 2. 4.

O Sapientissime *Magister*, doce me ea dexteritate catenã ex virtutibus construere, vt perfectè vni satis faciens nullius perfectioni aliquid desit, d *introduc me in cellam tuorum vinorum, & ordina in me charitatem*, vt ita vnius virtutis affectus hauriam, vt non turbent meum iudicium in aliarum detrimentum.

PVNCTVM II.

I Ioan. 8. 6.

I. Negligit quæstionẽ id se impertinentẽ.

IESVS a *autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra.*

PERPENDENDAE hic sunt facti huius causæ, & huius scripturæ mysteria. PRIMVM *inclinauit* se Christus Dominus vt scriberet in terra instar hominis *cogitabundi*, vt ostenderet, se quæstionem illam non tanti facere, eò quòd tunc temporis ad ipsum non spectaret, in exteriori iudicio huiusmodi causarum iudicem agere; nec se velle illis admiscere, sicut cuidam petenti ab ipso Christo: b *Magister dic fratri meo, vt diuidat mecũ hereditatem, respondit: homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorẽ super vos?* vt nos doceret id quod Apostolus postea dixit: c *nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus*, quæ illum ratione officij alicuius non concernunt.

b Luc. 12. 14 c 2. Ti. 2. 4.

DEINDE videns Christus, quanta furia illi veniſſent; vellentque ſtatim in momento pauperem illam mulierem condemnari, ipſe *moram* potiùs trahens, in terra cœpit ſcribere, vt illi intelligerent, in negotijs grauibus, & præcipuè vbi de honore, & vita proximi agitur, non eſſe properandum, aut præcipitandum; ſed maturè ac tranquillè de ijs cogitandum, ſcribendo, legendo & exactè cognoſcendo, quæ ad rem pertinent: facilè enim homines, dum de factis proximorum iudicant, decipiuntur; propterea enim Abrahamo dixit Deus: d *clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam.* Hoc exemplo vtar, ne aliquid temerè iudicem, (quamuis alij rem certam mihi eſſe narrent) donec plenè rei veritatem cognoſcam.

II. Mora trahendo præcipitantiã illorum arguit.

d *Gen.* 18. 20.

TERTIÒ *digito ſcribebat in terra*, vt reuocaret illis in memoriam eundem ſe Deum eſſe, qui digito ſuo in lapideis tabulis Moyſis legem ſcripſiſſet, ac porrò ſcire ſe, & noſcere omnes, qui illam pertinaciter violabant: ac propterea, vt Ieremias ait: e *recedentes à te in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum*, & gratiam eius. Et porrò ipſe illos in terra ſcriberet. ſiquidem accuſantes mulierem, quòd legem transgreſſa eſſet, ipſi etiam in modo eam accuſandi, & in peruerſa intentione, quam habebant, eandem legem tranſgrediebantur. O *Iudex* iuſtiſsime, qui ſcrutaris hominum corda, ſcribe in meo ſanctam tuam legem digito tuo, ita vt integrè eam exequar, ne, cum damnatis in terra, ſed cum electis ſcribar in f *Cælo.*

III. Transgreſſores legis in terra ſcribentur.

e *Ier.* 17. 13

f *Luc.* 10. 20

DENIQVE licet ratiocinari, non de ijs, quæ Chriſtus Dominus ſcripſit, ſiquidem nec Euangeliſta ea expreſsit, nec ſciri poſſunt; ſed de iis, quæ fas eſt credere ipſum appoſitè ad præſentem occaſionem ſcripſiſſe, ſicut de hypocrita dixit: g *quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Aut ſcribebat forte ipſorum accuſatorum peccata propter quæ digni erant, qui in terra ſcriberentur. Sed illi ita paſsione ſua erant excæcati, adeoque accuſatione mulieris immerſi, quò ſui voti compotes fierent, vt non aduerterent ſcripturam, ſi enim aduertiſſent, fortè fuiſſent conturbati, ſicut h *Rex Balthaſar quando aſpexit articulos manus ſcribentis contra candelabrum parietis aulæ regiæ*, ſententiam eius damnationis. O *Magiſter cæleſtis* clarifica oculos animæ meæ, vt trabes meorum peccatorum videam, ne temerè me alienis immiſceam; excita ſpiritum meum, vt ita *amaritudines*, & minas, *quas contra me ſcribis* intelligam in hac vita, vt me emendem & conſequar æternam. Amen.

IV. Scripſit v Monita ſa iutaria ve peccata eorum.

g *Mat.* 7. 3 *S. Ambr. ſpiſt.* 76. *S. Hier. li.* 3 *cont. Pela* h *Dan.* 5. oratio

PVNCTVM III.

CVM a *Scribæ & Phariſæi perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe & dixit eis: qui ſine peccato eſt veſtrùm primus in illum lapidem mittat, & iterum ſe*

a *Ioan.* 8.

inclinans scribebat in terra. Audientes autem vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus.

I. Prudentia eludit rete Calumniatorum.

HIC primùm considera prudentiam, & integritatem Christi Domini nostri in hac responsione, nam nihil contra legem faciens, nec mulierem condemnans, accusatores eius valdè confudit, idque magna *rectitudine*, quod significat ipsa elevatio & erectio, vt rectus stans sententiam pronuntiaret. Simile quid respondit, quando interrogatus: b *num liceret censum dare Cæsari, an non? respondit reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Ex quo eliciam affectus gaudij, ob cœlestem hanc Christi Domini nostri *prudentiam*, petens eam huius virtutis partem mihi concedi, quæ *solertia* appellatur, qua me à Satanæ astutijs defendam, & hominum calumnias euadam.

b *Matt.* 22. 21.

II. Conscientia peccatorũ proprior ũ eos compescit.

DEINDE considerabo, Christum Dominum nostrum hac sua sententia memorias accusatorum permouisse, vt *peccatorum*, quorum erant obliti, recordarentur, vt ea videntes, & propriæ conscientiæ accusationem sentientes, desisterent mulierem illam accusare, decet siquidem, eum, qui alterum accusare & condemnare velit, non esse earundem culparum, aut maiorum *reum*, de quibus alium accusat; item vt omnes discant, peccatoribus compati; siquidem & ipsi sunt *peccatores* sicut illi; & facilè in idem peccatum ruere ego possum, in quod meus proximus ruit: & non est æquum me murmurationum *lapides*, calumnias, & ignominias in alium iacere qui nollem similes alium iacere contra me.

III. Dat tẽpus pœnitẽtiæ. Nolunt fa eri & humiliari pro lectis suis Conscientiæ ormentũ Peccator ioli fugere esum, sed ccede ad um. *Gen.* 3. 8. *Luc.* 18. 13. Oratio

TERTIÒ perpendam, Christum Dominum nostrum, *secundò* se vt in terra scriberet inclinasse: vt locum illis relinqueret faciendi, quod debebant, propriæ conscientiæ manibus illos tradens, vt ab illa sententia propriam audirent.

VERVM infelices illi, etsi culpas suas conscientia teste agnouerunt, & propterea erubuerunt, illas tamen coram Christo confiteri, & veniam de illis petere *recusarunt*, & pudefacti statim ex eius conspectu se subduxerunt. vt hinc appareat, quàm sit atrox propriæ *conscientiæ* cruciatus; & quantopere horreat esse coram supremo Iudice; ex quo etiam discrimen licet aduertere, inter varios peccatores; quidã. n. valdè in suo peccato obstinati; etsi illud agnoscant, & propterea erubescant, non tamẽ illud confitentur, sed ipsum Deum fugiunt, & ab eo se abscondere quærũt, sicut fecit Adam & vxor eius, quando post peccatum c *absconderunt se à facie Domini.* Alij verò peccatores inspiratione diuina moti, peccata sua agnoscentes ad ipsum potiùs Deum accedunt, & confitentes sua peccata d *Deum sibi propitium esse* petunt.

O *Pater* benignissime, & Iudex iuste, quamuis culpas meas agnoscò, nolo tamen à tuo conspectu me subducere, sicut hi terreni Adami filij,

pa-

patrem ſuum imitantes, fecerunt, potius quia peccatorem me agnoſco, in tuo conſpectu ſicut ægrotus coram medico compareo, aperiens cum meo pudore, culpas meas, vt integram earum veniam concedere mihi digneris.

IV. In peccati ſocij, in pœnis ſe ſeparant.

QVARTÒ attendam, etiamſi infelices illi Phariſæi communibus votis & animis contra Chriſtum veniſſent, non tamen ſe ita coniunctos ſubduxiſſe: *ſed vnũ poſt vnum*: quia adeò vnuſquiſq; de proprijs peccatis erubeſcebat, vt, nulla alterius habita ratione illum relinqueret ac diſcederet. Inceperunt autem à *ſenioribus*, vt enim illi ſceleratiores erant; ita in ijſdem profundiorem locum inuenit iniquitas, & confuſio de ea; vt propterea citius ſe ſubducere feſtinarent. Ex quo diſcam quanta futura ſit confuſio in hora mortis meæ, & iudicij; & quàm parum iuuare & conſolari me poterunt illi, quos habui, peccati mei complices. Hac ergò conſideratione diligentiùs in poſterum attendam negotio ſalutis meæ, euitans quamcunque malam *ſocietatem*, vt me Chriſto Domino noſtro coniungam, à quo tam temporale, quàm æternum meum remedium dependet.

Infida ſocietas.

PVNCTVM IV.

ERIGENS *autem a ſe Ieſus, dixit mulieri, vbi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnauit? quæ dixit, nemo Domine; dixit autem Ieſus, nec ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* a Ioan. 8. 11

I. Bis ſe erexit Ieſus Terrori impiorum Solatio afflictorum: b Pſ. 33. 16 17. c Pſ. 144. 14. 20. Phariſæos deſpicit. Adulteram reſpicit, omnio

HIC perpendam primùm *bis* Chriſtum Dominum ſe erexiſſe è loco vbi ſcribebat, *ſemel* vt Phariſæos aſpiciens ex iuſtitia confunderet, *iterum* verò vt aſpiceret mulierem & illam ex miſericordia liberaret, vt enim ait Dauid: b *oculi Domini ſuper iuſtos*, ſiue contritos peccatores *& aures eius in preces eorum*, vt illis ignoſcat, *vultus enim Domini ſuper facientes mala* ſiue rebelles peccatores, *vt perdat de terra memoriam eorum.* item c *alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos*, qui erigi cupiunt, *omnes* verò *peccatores*, qui in peccatis ſuis hærere volunt, *diſperdet*. Et in vtroque eſt ipſe rectus, iuſtus, & ſanctus. Sed poſtquam Phariſæos aſpexerat, iterum ſe inclinauit; ne eos *videret*, tanquam indigni eſſent, quos ipſe aſpiceret; & qui ſeipſos eius præſentiæ ſubtraherent, qui ea eſſent indigni. hanc verò mulierem *aſpexit* ex miſericordia, & dimiſit cum bona gratia; quia contrita & humiliata erat. O *dulciſſime* IESV, aſpice in me oculis miſericordiæ, nec illos vnquam auertas, ſiquidem ex benigno tuo aſpectu prouenit, vt ego à te nunquam recedam.

II.

DEINDE conſiderabo, qua ratione mulier illa liberatam ſe à ſuis accuſatoribus videns, & ſolam ante Chriſtum Dominum, grauiter de ſuo peccato *compunct*a fuerit; erubeſcens valdè, quod illud admiſiſſet, ſententiamque Domini, in cuius præſentia erat conſtituta expectans: ſed idem Dominus cõſolatus eſt illã dicẽs: *vbi ſunt qui te accuſabãt? nemo te cõdẽnauit?*

atque si diceret; hoc à me beneficium accepisti, vt accusatores tui recedentes, liberam dimitterent, & quandoquidem illi non te condemnarunt, non ego ero seuerior illis: ideoque nec ego te condemnabo, quia non veni condemnare peccatores; sed illos saluare: ideoque *vade in pace.* Quibus verbis non solùm eam à temporali morte, sed etiam ab *æterna*, omnia illi peccata condonans liberauit: quia opera Christi Domini fuerunt plena & perfecta, quare dicens se eam nolle condemnare, significare voluit, nec temporali, nec æterna pœna illam condemnare; sed ab illa causa, propter quam erat vtramque promerita, illam absoluere.

O *dulcissime* & benignissime IESV protectio & refugium peccatorum, quid tibi retribuam Domine pro tanto amore & solicitudine, quam erga me habes: d *quis audebit me accusare aut condemnare, si tu me iustificas*, & liberum pronuncias, cur non tuæ misericordiæ fidam, qui in tua præsentia omnem miseriam meam dissoluis: *redime me, à calumnijs hominum*, & ab accusationibus inimicorum meorum, donando mihi liberaliter culpam, ne locum habeat condemnatio ad pœnam; & siquidem tua misericordia est adeò copiosa, nunquam à laudibus tuis desistam, nec me à tuo seruitio propter illam subtraham.

PERPENDAM vltimò postremum illud Christi verbum, *noli amplius peccare.* Atque si illi diceret, quandoquidem ab hoc te periculo liberaui; non intelligas id factum esse, vt in posterum ea carnis libertate vitias, quâ hactenus; sed vt temperatam, mundam, & castam in posterum vitam ducas, non rediens ad antiqua peccata. Est autem fas credere, sicut acculatores nó amplius sunt ausi contra illam agere, Christo Domino ita statuente, ita illam nunquam ad antiqua peccata *redijsse*; sed in Dei seruitio perseueraſſe, non tam pœnæ formidine; quàm eius amore, à quo tantum beneficium se accepisse agnoscebat; cui sit honor & gloria in æternum. Amen.

MEDITATIO XXVIII.

DE ZACHAEI PVBLICANORVM PRINcipis conuersione.

PVNCTVM I.

a *Luc. 19. 1.* INGRESSVS a Iesus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacheus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues; & quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat: & præcurrens ascendit in arborem Sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus.

HIC

HIC considerandum est *initium* conuersionis huius hominis diuitis & potentis inter suos, qui tamen insignis erat peccator, valdeque cupidus & primus ac principalis inter publicanos, qui in populo illo Hebræo magni peccatores habebantur. Initiũ ergò conuersionis, eius fuit *desideriũ* quoddam à Deo immissum, *videndi* & cognoscendi *Iesum*, persuasus, hunc solum aspectum, profectum aliquem sibi allaturum. nec fraudatus est spe sua, quia initium nostræ salutis est, viua fide Christum videre illumque eo modo cognoscere, quo ille vixit in hoc mundo per *Iericho* adumbrato: aspicientes illum pauperem, mitem, humilem, ac pro nobis crucifixũ, cuius aspectus nos mouet, ad peccata nostra & cupiditates abiiciendas. O bone IESV, da mihi desiderium efficax te hac ratione aspiciendi. nam si b *quicunque à veris serpentibus percussus, aneum serpentem aspiceret, sanabatur*: multò efficacius, si te verum Deum & hominem, imagine peccatoris in cruce pendentem aspexero, ab omnibus meis peccatis liberabor.

I. Initiũ conuersionis desiderium videndi Iesum. Vita Iesu speculum peccatoris, Oratio

b *Num.* 21. 9.

DEINDE perpendendum est, quàm fuerit efficax desiderium illud Zachæi, & quantã, vt illud expleret, diligentiam adhibuerit, nullam ducens rationem *honoris* huius mundi, nec curans, quid de illo *homines* dicerent, cùm diuitem ipsum ac inter suos principalem currentem viderent tanquam *puerum*, & arborem posteà conscendentem; vbi est verisimile, quod transeuntes illum *irriserint*; præcipuè cùm statura pusillum aduerterent. Ex quo exemplo discam in primis, quando bonum aliquod desiderium mihi Deus inspirauerit, *conculcandum* esse mundi honorem, vt illud pro salute mea exequar: & sicut Zachæus fecit, conscendendam esse Sycomorum siue *ficum stultã*, vt delitias huius mundi, diuitias & honores calcẽ, amplectar verò quæ ipse iudicat stulta, qualis est crux Christi. O *bone* IESV, qui mei causa crucis arborem conscendisti, vbi despectus & derisus ab hominibus fuisti; concede mihi, vt & ego eandem conscendam arborem, quæ c *electis est virtus Dei* & sapientia, *pereuntibus autem*, & mundi huius *est stultitia*: certus sum enim, si eam spiritu conscendero, te oculos in me misericordiæ, sicut in Zachæum, coniecturum.

II. Efficax salutis desiderium, spernit mundi honorẽ & gaudium, & Crucem Christi amplectitur. *Theophil. S. Greg.* 17. *Mor.* c. 17.

Oratio

c 1. *Cor.* 18.

PVNCTVM II.

ET a *cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*

a *Luc.* 19. 5.

PERPENDENDA hic est infinita Christi Domini charitas & misericordia, quæ in hoc opere luxit, dum publicani illius desideriis adeò abundè satis fecit, vt non solùm permiserit se ab illo videri, sed etiam ad illum se *inuitarit*, quod cum nullo alio eum fecisse legimus. vnumquodq; horum verborum, proprium habet mysterium expendendum. PRIMVM,

I. Iesus ad Zachæum se inuitat.

Zachæum uo nomi ne vocat.

proprio eum nomine *Zachæum* compellat, vt oſtenderet ſe eum etiam nunquam antea viſum, benè tamen noſcere, eiusq; nomen tenere, & ſcriptum illud eſſe in libro vitæ. optabat etiam vacuum illud implere, quod in illo nomine continebatur, *Zacheus* enim ſignificat *purum*, vel iuſtificatum, quod propterea nomen falsò priùs vſurpabat, eò quod impurus eſſet, iniuſtus, & ſordidus: ſed ad primam Chriſti Domini compellationem cœpit purificari, vt iuſtus eſſet ac purus.

Zachæus purus.

II. Neſcit tarda molimina Spiritus S. gratia.

DIXIT deinde: *feſtinans deſcende*, vt oſtenderet magnam propenſionem, quam ad eius iuſtificationem perficiendam habebat; nec velle ſe punctum temporis, & occaſionem illum iuſtificandi, quæ occurrebat, negligere, ſed priuſquam feruens illud deſiderium frigeſceret, velle illud explere. docens hoc facto eos, qui in animarum conuerſionem incumbunt, quam primùm illas Deo impelli vident, feſtinare, & vrgere, vt cœpta propoſita, opere exequantur, priuſquam aut *ventis* tentationũ concreſcant, aut perſecutionis *æſtu* marceſcant. Et propter eandem cauſam, vult Chriſtus Dominus, vt quæ ipſe inſpirat deſideria, ſine mora & magno feruore exequi curem; &, ſi in alto loco ſum conſtitutus, *deſcendam* & me humiliem; ſi hæreo, vt *pergam* velociter ad explendum quod ipſe præcipit. O Saluator mi, qui nomen illud tibi accepiſti, b *Accelera*, Feſtina quęſo me iuſtificare, ac omnes peccatores quos tua inſpiratione tetigiſti, tanta nos efficacitate permouens, vt mox copioſam gratiam obtineamus. Amen.

Oratio b *Iſai. 8. 3.*

III. Hodie vox Chriſti cras Dæmonis.

TERTIÒ dixit: *hodie in domo tua oportet me manere.* non ait cras, aut alio die, ſed *hodie*, non enim placet illi ſi bona propoſita in diẽ ſequentem reiiciantur, quando poſſunt hodie expediri, quia hodierna dies eſt ſecurior, craſtina incertò; & ideò vult hodie cum feſtinatione & feruore nos agere de ipſo recipiendo hoſpitio, quia fortè cras vellemus, & non poterimus, aut certè, præteribit ipſe, nosque relinquet in altis, quia oblatam occaſionem illum habendi, negleximus. Quare anima mea c *hodie ſi vocem Domini audieris, noli obdurare cor tuum:* qui enim hodie te vocat, fortè cras non vocabit, & ſi hodie cùm ſe offert vt hoſpes ſit in domo tua, tu hoſpitio non recipis? fortè quando tu illum vocaueris, & inuitabis, ille non veniet.

c *Pſal. 94. 8.* Colloquiũ.

IV. Dominus re opus habet. Oratio d *Pſal. 15. 2.*

SED præ omnibus valdè eſt dulce illud verbum *oportet*: quaſi ipſius Chriſti Domini interſit omninò manere in domo Zachæi. O *dulciſſime* IESV, multò magis Zachæi quàm tua refert; nam tu noſter es Deus, & d *bonorum noſtrorum non indiges*; & ſi quis hoſpitium tibi deneget, inuenies mille qui in ſuo te libẽter excipiãt: Zacheo autem, ſi tu deſis, omne defuerit bonum, cur igitur dicis *oportet me* in domo tua manere? verè amor, Deus meus, quo nos proſequeris, in cauſa eſt, vt dicas, tua referre, quod

maximè intereſt noſtra; accipis enim noſtra bona & mala, atque ſi eſſent tua; & quandoquidem ita eſt, quòd oportet te in domo mea eſſe, ô Domine, ingredere eam, quia plurimum mea refert, vt tu eam ingrediaris; & hoc ipſum tu accipis quaſi tua interſit.

DENIQVE ait oportet me *manere*, hoc eſt, ex inſtituto in ea eſſe donec opus *perficiam*, quod intendo; quod enim tanti momenti eſt, non obiter, ſed ex inſtituto, & quaſi *ſedendo*, id efficit Chriſtus. Et quamuis *venire* feſtinet non tamen feſtinat *exire*, niſi ab anima quæ illum excepit, excludatur. O fili Patris æterni, cum quo ſimul ad animam e *venis*, & *manſionem apud eam facis*, veni Domine ad meam & mane in ea conſtanter, ita vt nunquam tu eam deſeras, nec illa in eam deueniat inſaniam, vt à ſe te repellat. Amen.

V. Manet, vt perficiat, nec feſtina exire. e *Ioan.* 14. 2 Oratio

PVNCTVM III.

ET *feſtinans Zacheus deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet.*

HIC primùm conſiderabo obedientiam Zachæi expeditam, & cum gaudio, vt expleret, quæ dixerat Chriſtus. Prius indignum ſe iudicabat, qui talem hoſpitem inuitaret; nec auſus eſt id petere; contentus ſi vel illum videre liceret: at cùm eius expertus eſſet modeſtiam & affabilitatem; audiſſetque adeò dulcia verba; quæ illi dixit; ſtatim plenus gaudio, omni timore reiecto illi paruit, eumque excepit hoſpitio. Hinc diſcam promptè & cum gaudio voci Dei obedire, quando ille a *ſtat*, vt ipſe ait, *ad oſtium* animæ meæ *& pulſat*, cupiens *ad illam intrare & cœnare cum illa*. Si enim moras traxero: eueniet mihi quod ſponſæ, quæ poſtquam moras traxerat in aperiendo b *pulſanti ſponſo* quando tandem *ſurrexit, vt illi aperiret, iam ille declinauerat & tranſierat.*

I. Zachæus Ieſu pulſanti mox aperit, a *Apoc.* 3. 20 b *Cant.* 5. 5 6.

DEINDE ignorantiam & malitiam perpendam eorũ, qui de hoc Chriſti facto *murmurabant*; quia temerè iudicantes, vt imprudentem eum & parum circumſpectum condemnabant, *quod ad hominem peccatorem diuertiſſet*. Quia ignari & ſuperbi murmuratores, finem ignorabant, ob quem id feciſſet, & indignum Chriſto iudicabant, quod maximè ipſius erat officij. Non eſt ſiquidem res indigna *medico*, vt domum accedat *ægroti*, ipſumque viſitet, ac ſanitati reddat. *Omnes* autem *murmurabant*, quia cùm incipit aliquis murmurationem, ſtatim ſe ad alios diffundit, & omnes inficit imperfectos. At Chriſtus Dominus noſter, quamuis haſce murmurationes audiret; & aliàs ex cauſa ſimili contra ſe fuiſſe murmuratũ ſciret, ni hili tamen illas duxit, nec propterea à familiari cum peccatoribus conuerſatione abſtinuit quò illos lucraretur; potiùs dixit c *non eſſe opus valentibus medico ſed malè habentibus*. O *medice* ſupreme, qui è cœlo veniſti, nõ vt

II. Murmurantium ignorantia, & malitia

Murmur inficit omnes

Contemnitur à rectis corde. c *Mat.* 9. 12 Oratio

non

iustos, sed vt peccatores ad pœnitentiam, qua indigebant, vocares; veni visitare animã meam, quę malè habet, vt gratia tua illã restituas sanitati.

PVNCTVM IV.

1. Tristus o ei- corpo- animã ficit.

STANS autem Zacheus dixit ad Iesum: ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

CONSIDERABO hic primùm, quàm fuerit perfecta publicani huius conuersio; perpendens Christum Dominum nostrum siue ante, siue post conuiuium locutum fuisse cum illo, suauiterque & ijs rationibus ad hanc mutationẽ persuasisse, vt cor eius deprædatus in aliud omninò transmutaret: quo exemplo nos docet qua ratione nobis sit cũ peccatoribus agendum in huiusmodi occasionibus; vt *corporis* cibis ab eis acceptis, *animæ* cibum ad salutem necessarium eisdem præbeamus.

II. Iachæus omittit certò, si iam esset. Ps. 100. 8 Ps. 76. 11.

CONSIDERABO deinde firma illa & adeò efficacia Zachæi propositum, vt factum putaret, quod facturum se statuebat. Non enim ait, *dabo*, & *reddam*; sed *do* & *reddo*; & reipsa rem executus eam adeò certã reddidit, ac si facta tunc esset. Cui simile illud est Dauidis: a *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Adeò enim firmiter id facere statuebat, vt iam pro facto reputaret. Simili ergò animi firmitate vitæ meæ emendationẽ proponam, diuinâ ad id gratiâ adsistente, ita vt statim renouationi eius manum admoueam, dicens cum Dauide: b *Nunc cœpi*: cui mox adiecit: *Hæc mutatio dexteræ excelsi.* Nam si verè & ex deliberato animo dixero: *Hinc volo incipere*: statim sequetur cordis mutatio, accedente manu omnipotentiæ Dei, vt gratiâ suâ faueat iuuetque.

III. Difficilia omittit, & ad quæ non tenebatur

SED eadem animi firmitas adhuc pluris æstimanda est, quòd fuerit in materia non qualicunque, sed *difficili* admodum; nec tali, quæ ipsum ad ea ad exquendũ obligaret; sed etiam quam ex solo *consilio* & sua sponte, si aliàs non teneretur, facere decreuerat. Nam cùm prædiues esset, valdè suis addictus diuitiis, quarum aliquam partẽ (quæ ipsius erat auiditas habendi) illicitè acquisiuerat ex tẽplò tamen facultates omnes in duas æquales partes diuidens, alteram omninò *pauperibus* elargitur pro suis peccatis: ex altera verò ita soluere statuit, quicquid ex iustitia debebat; vt proiecta Minimam partem sibi retinet, oratio c Matth. 19. 24.

iori conscientiæ suæ tranquillitate, *quadruplum redderet.* Ac porrò ex omnibus facultatibus, quas habebat, valdè *exigua* illa pars superesset. & si omnibus renunciaret, & se spoliaret, vt Christũ Dominum perfectè sequeretur. O *mundi Saluator* quã verũ esse ostendis, licet sit c *difficilius camelum per foramen acus transire quã diuitem in regnum cœlorum introire quã camelum per foramen acus*, id tamẽ *apud te possibile, quod hominib. est impossibile.* O quàm possibile, imò quã facilè & iucundũ fuit huic diuiti per gratiã tuã, subitò se reb. omnib. spoliare, vt per

angu-

angustam pœnitentiæ portam ingrederetur. Fac mihi quæso per gratiam tuam possibile, quod imbecilli naturæ aliàs est impossibile.

IV. Ratio conficient æ exactissime reddenda Cõfessario.

VLTIMÒ considerabo, Zachæum non inaniter, aut vt se ostentaret, hanc animi sui minutam rationem Christo reddidisse, sed ex animi demissione, quo ipsi Christo tunc mentis suæ illud decretum, si bonum esset, probaretur; tum ab eodem in rebus & actionibus suis dirigeretur. Hoc nos exemplo instruens, Confessariis nostris similem rationem corũ, quæ facere decreuimus esse reddendam: quo exactius securiusque in bonis procedamus: Et ipsi Deo nominatim eadem proponamus, dicentes: Deus meus hæc per tuam gratiam concepi proposita: si placet tibi ea, vt exequar, adiuua ad exequendum: siquidem qui opus incepit, eidem incumbit absoluere, & ad perfectum deducere.

PVNCTVM V.

AIT IESVS a *ad Zachæum: quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.* a Luc. 19. 9.

IN hac responsione est considerandũ, ea Christũ Dominũ Zachæi vota approbasse, & sanctificasse; nõ ipsum tantũ, sed totã etiã *familiam*. Cum enim ipse sit vera salus, si in domum aliquam ingrediatur, totã saluat atq; sanctificat, eam quasi propriam sibi faciens: quod hîc per illius caput, qui Zachæus erat, præstitit. Vt boni exempli efficacem virtutem nobis proponeret. Nam Zachæo ad Deum conuerso, omnes famuli, & domestici, ac familia vniuersa, eum secuti sunt. & propterea fortè dixit: Christus: *Hodie salus illi domui facta est*: eò quòd Zachæus esset filius Abrahæ, eius Fidei imitator, & obedientiæ, & liberalitatis: & ideo tota domus & familia ipsum est imitata. Ex quo desideria concipiam bonum omnibus præbendi exemplum, tali enim occasione vti consueuit Christus ad multos conuertendos. Est tamen certum, præcipuam horum omnium eam fuisse causam, quam ipse Christus subiunxit. Quod filius hominis venerit quærere, & saluum facere, quod perierat. *Sicut Meditat. 49. de Oue perdita, amplius expendetur.*

Boni exẽpli efficacia

Christi misericordia caput reparationis.

QVICQVID hactenus in hac historia est dictum, licet ad sacram communionem in hunc modum applicare. PRIMVM enim considerabo: sicut Zachæo vehementer desiderante Christum Dominum hospitio recipere; sed ob propriam indignitatem id petere non audente, eius desiderio Redemptorem nostrum permouit, vt seipsum ad illum inuitaret; quia pluris ipse *desideria* facit, quàm verba: ita me decere vehementia desideria Christum Dominum in hoc Sacramento recipiendi concipere, & exemplo Zachæi contendere, eundem prius Fidei oculis *videre*, per-

Preparatio ad sacram communionem.

Desideria verbis potiora

pendentem, quanta bona in hoc mundo, quocunque ingrederetur perficeret; moxque sanctissimæ crucis arborem conscendentem, aliquas *mortificationes* amplecti, quæ eundem Dominum prouocent, vt sibi complaceat ingredi animam meam.

Mortificatio. II. Præparatio

Et mox mihi effingam, eum dulcissima illa verba ad me dicere: *Festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*: perpendam igitur, ipsum, ante quam ad me ingredi velit, exigere, vt *festinem*, magno feruore domum meam prior ingredi, eamque præparare, verrere, & sacra Confessione purgare, ac virtutibus, vt tantum decet hospitem, exornare, admirans simul, eundem tantum Dominum apertè protestari, quòd *oporteat ipsum* quasi ipsius referret *in domo mea manere*, cùm tam ego sim vilis & miserabilis. Ex quo eliciam: quamuis ipse in hoc sacramento veniat, vt me ad se inuitans, gratiæ suæ dona mihi communicet; simul tamen velle à me, sicut à Zachæo, *inuitari*; conuiuium verò, quod à me expectat, & quo ipse valde delectatur, illud esse, vt inflammatis amoris desiderijs, animi gratitudine, laudibus, & *spirituali gaudio* illi sim præsens: magna etiam spe concepta, quod ipso veniente, sanitatem integram & sanctitatem sim adepturus.

nuitatio Christi. Gaudium piritus.

III. Propositum ratia

Demum plurima tanto Domino fideliter seruiendi *proposita* ei offerã tam in rebus *misericordiæ*, quàm *iustitiæ*; nec solùm in ijs, quæ ille *præcepit* sed etiam quæ *consuluit*: quicquid etiam habeo, & *meipsum* eidem offeram, qui seipsum adeò liberaliter mihi tradit. Et hæc omnia desideria ei offerens, supplex petam, vt ea probet. O *dulcis* Iesv, qui in hoc sacramento, ad pauperem domum meam venire dignaris, vt mansionem in ea facias, dic ei, quæso, omnipotentia verbi tui: quia *hodie huic domui salus facta est*; eiusque familiam totam & facultates sanctifica, vt placeat tibi in eadem in æternum permanere. Amen.

Oratio

MEDITATIO XXIX.

DE MVLIERE CHANANAEA CVIVS filiam Christus à Dæmonio liberauit.

PVNCTVM I.

Mat. 15. 21 Marc. 7. 26.

Egrediente Iesv a *in partes Tyri & Sidonis, ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur.*

Virtutes Chananææ

Perpendendæ hîc sunt *virtutes*, quæ in huius mulieris oratione eluxerunt, vt eas quòd insignes valde fuerint, imitari studeamus.

PRIMA fuit magnæ FIDEI & CONFIDENTIAE: ostendit enim quã præclarè de Christo Domino sentiret, quem Dominum & Messiam confitebatur; adeoque potentem, vt vel sola voluntate, aut mandato eijcere Dæmonia posset. Quare non dixit: Ora pro me; sed, *miserere mei, adiuua me*, breuissimis verbis miseriam suam explicans ei, quem credebat posse adferre remedium.

Fides in Christum

II. Charitas

SECVNDA virtus fuit magnæ CHARITATIS qua filiæ calamitatem, propriam suam æstimabat. ideo enim non dixit: miserere filiæ meæ & iua eam; sed *mei*, & *adiuua me*. IMÒ & HVMILITAS hîc eluxit, quia suis fortè peccatis potiùs quàm filiæ, eius calamitatem tribuebat.

III. Humilitas

IN duabus his virtutibus eminent *Sancti*, proximorum incommoda, vt propria æstimantes; Parentes, filiorum; Superiores, Subditorum; & Subditi, Superiorum, & simul fatentes, ob propria sua peccata alios à Deo puniri.

Sanctorum p opriæ vi tutes.

IV. Reuerentia

EX eadem hac animi demissione profecta illa REVERENTIA est, qua vsa est in orando. Nã teste S. Marco; b *procidit ad pedes eius*, & eũ adorauit.

V. Affectus & confidẽtia

DENIQVE magnum adhibuit in orando AFFECTVM & CONSTANTIAM, quam tum clamores ex cordis affectu prodeuntes; tum ipsa post eum petitionum & obsecrationum suarum improba repetitio satis prodebant. His insignibus virtutibus orationem meam exornare contendam: & cum vitio aliquo superbiæ, gulæ, aut iræ me vrgeri sensero; ad ipsius Christi pedes prostratus semel & sæpius repetam: *Domine fili Dauid, miserere mei, quia* anima mea *malè à Dæmonio*, & graui superbia *vexatur*, adiuua & libera me. Et pari ratione, cum proximum aliquem, qui me consuetudine aut iure aliquo contingit, alicui vitio succumbentem perspexero, eius miseriam, vt meam propriam accipiens, eidem Christo Domino dicam: *Domine fili Dauid miserere mei*; quia anima fratris mei *malè à Dæmonio torquetur*. Adiuua me, nam, si, illius misertus, eum eripueris me erupueris: eius enim calamitas, mea etiam est calamitas; quia meis peccatis eam omninò tribuo.

Tentationum asylũ

Compassio proximi

PVNCTVM II.

QVI, IESVS *non respondit ei verbum: At illa venit, & adorauit eum dicens Domine adiuua me: qui respondens ait illi: non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Neque decet, beneficia, & gratias, quæ Iudæi tanquam filijs conferuntur, Gentibus, qui vt canes ea non agnoscerent, conferre. *At illa dixit: etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.*

L.

HIC perpendẽda sũt, tũ quæ Christus ipse, tum quæ Chananæa in hoc suo congressu fecerunt. Nam Christus ad Chananææ clamores atq; si eius

Christus tacet vt desiderium, virtus, & humilitas crescant. *Serm. 34. in Cant.* Humiliatio signum exaltationis secuturæ

petitiones nihili faceret, *tacebat*: non quod eas reipsa contemneret; sed vt ea dilatione desideria eius *crescerent*, & affectus, & in ipso progressu etiam indicia dedit negãdi, quę illa petebat, quasi ei exprobraret, quod canis esset, & indigna, quæ tale quid impetraret: quod *probandi*, & eam humiliãdi causâ obiecit: quo magis ad accipiẽdũ quod petebat disponeretur. Quãdo enim Deus nos *humiliat*, signum est, teste S. Bernardo, quod nos velit *exaltare*; & quos sic probat, signum est etiam eos esse vasa *solida*, valdeque capacia: *Debilibus* enim potius statim tanquam infantibus, quod petunt, elargitur: *robustiores* autem, quorum virtutem habet perspectam, probat, nunc differendo, quæ petunt; nunc duriori aliqua & aspera responsione; sicut propriam *matrem* suam in Nuptijs probauit: quo tali exemplo discamus, non abijcere animum, etiamsi non pro votis cito exaudiamur.

II.

Constans patientia

Humilitas.

DEINDE in quibus virtutibus Christus Chananæam probauit? in patientia, humilitate & constantia, quæ veræ virtutis lapis sunt *Lydius* quas illa excellenter hic exercuit, & valde prudenter. PRIMVM enim etiam duris & asperioribus verbis excepta; nec turbata, nec indignata fuit, aut conquesta; nec murmurauit: Nec propterea à sua petitione destitit; sed magnâ animi *constantiâ* petendo perrexit. DEINDE rara animi demissione confessa quod erat; dixit: *Etiam Domine* fateor me canem esse, ac gentilem, & catellum inutilem: Imò vlterius progressa in *humilitate* est. Nam etsi catelli comedere solent de micis quæ cadunt de mensis dominorum suorum; ipsa tamen nec earum dignam se esse existimans, non petijt vel aliquam sibi micam dari; sed id prætermittens, liberalitati & misericordię ipsius Domini sese permisit. TERTIÒ prudenter omnino ex verbis ipsius Christi, & ex propria sua vilitate rationes & causas deduxit, vt feliciter expediri impetraret. Dicens: Si canis ego sum, Domini non filios suos tantum sustentant; sed catellos etiam suos micis, quæ ex eorum mensis cadunt, alere consueuerunt. Hoc ego etiam spiritu Christo dicam: O *Rex cœli*, qui in regno tuo mensæ tuæ beatitatis assidens, filios tuos splendidè pascis, non est mensa tua sicut auari illius & epulonis diuitis, ex cuius micis nemo fuit, qui mendico & esurienti Lazaro daret: nam etsi ditissimus es, non tamen auarus, sed liberalis, non parcus, sed profusus & potiùs prodigus, ad tuum ecce conspectum vt catellus tuus accedo, buccellam panis aliquam expectans, quæ ex ista mensa tua cadit pro ijs, qui in hac vita degunt. Fateor Domine, Sanctum non esse mittendum canibus, quando ad lacerandũ illud quærũt: sed ego, Deus meus, illud cupio, vt desinam esse canis: ideoque cœlestem panem peto, qui ea virtute pollet, vt ex canibus filios tuos faciat. Huius, quæso, panis aliquã mihi partẽ largire, quãuis nõ sim eo dignus: qui tã es liberalis ad dãdũ tuis dom sticis, quicquid habes.

Oratio.

PVN-

PVNCTVM III.

TVNC *respondens* IESVS *ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* a *Et propter hunc sermonem vade; exijt Dæmonium à filia tua; & sanata est filia eius ex illa hora.*

a *Marc.7. 29.*

I. Magna fides Christũ recreat

PERPENDE hic, quantoperè Christus recreatur humili aliqua, tolerante, & confidente anima! quomodo eam laudet! quomodo extollat, eiusque votis annuat! dans illi quicquid petit. Hunc affectum expressit ipse, cùm dixit: *O mulier, magna est fides tua*; O quantam fuisse necesse est; quam tantus Deus *magna* nomine insignit! Apostolos sæpè Christus *modicæ fidei*. homines appellauit: hanc appellat mulierem *magnæ fidei*. O Domine infunde mihi *viuæ* huius *fidei* celsitatem, fiduciamque de bonitate tua certam, qua tibi, sicut hæc mulier, placeam.

II. Honorantes se honorat.

SIMILITER considera, Deum laudare, & honoribus prosequi eos, qui tanta hac fide pollent; quia ipsi eâ Deum *honorant*, & glorificant, sentientes de eo altè in bonitate & eius prouidentiæ sese committentes: est autem Deo familiare eos honorare à quibus honoratur.

III. Humilitas expultrix Dęmonum

DENIQVE obseruandum est verbum illud: *Propter hunc sermonem vade: exijt Dæmonium à filia tua.* Ea enim sententia videtur Christus expulsionem Dæmonis humili Chananææ verbo tribuisse: quia vera *humilitas* terret Dæmones, cogitque fugere è corporibus & animabus. O *Redemptor mi* pone in corde meo & in lingua mea verba humilitatis verę, quibus in virtute & nomine tuo expellam ex mea & proximorum meorum animabus omnes Dæmones, à quibus vexamur, quò ab eius seruitute liberati, in iustitia & sanctitate seruiamus tibi, Amen.

Oratio

MEDITATIO XXX.

DE SERVO CENTVRIONIS A CHRISTO DOMINO sanitati restituto.

VM introisset IESVS Capharnaũ. a *Centurionis cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de* IESV, *misit ad eum Seniores Iudæorum* b *rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.*

a *Luc.7.2.*

b *Matt.8.6*

PERPENDE hîc primùm Centurionis huius *pietatem*, qui adeò solicitus erat de sanitate, nõ filij; sicut Chananæa, sed *serui*; magna etiã charitate prosequẽs *paruulos*; præter multa alia pia opera, quæ præsta-

Pietas Centurionis in seruos & Iudæos.

bat, *Synagogas* Iudæis ædificans & alia multa beneficia in eos, etiamsi gentilis esset, conferens.

II. Humilis.

DEINDE considera profundam eius *humilitatem*, qui non est arbitratus se dignum, qui antè Christum compareret, aut per se ipsum accederet: abiectè de se, altissimè verò de Christo sentiens. & licet Seniores illi ab ipso ad Christum missi, dicerent, dignum eum esse, cui gratia petita conferretur, ob multa bona quæ ipsis præstitisset: ipse tamen bonorum, quæ præstitisset, oblitus, indignum se eius conspectu iudicauit.

Beneficiorum exhibitorum oblitus.

TERTIÒ magna fuit eius *fides*, & *confidentia*: qui satis sibi esse existimauit, quòd serui sui necessitatem, quia paraliticus esset, & malè torqueretur, Christo Domino proposuisset: nihil dubitans *posse* ipsum etiam absentem seruum sanitati reddere: adeoq; *benignum* esse ac misericordem, cui satis esset, eam calamitatem cognoscere, etiamsi non peteretur, vt ei subueniret. Ex quo discam rationem cum Christo Domino agendi, quæ nõ tam est posita in verbis, quàm in *affectibus*; nec tam in præsumptuoso ad eundẽ *accessu*, quã in humili ab eodẽ ob reuerentiã *recessu*; sic enim recedere, appropinquare est. Vnde S. Matthæus refert, Centurionem *accessisse* ad Iesum, quò significaret, non corporis passibus, sed spiritûs ad Christum esse accedendum actibus scilicet affectibusque fidei, fiduciæ, humilitatis, reuerentiæ, & charitatis. O *Deus* animæ meæ da mihi sicut Centurioni huic, propriæ cognitionis lumen: vt quodcunque bonum perfecerim oblitus, inutilem me seruum semper agnoscam, indignumq;, qui in tuo conspectu compaream: sic tamen obtinere desidero, vt non ita pusillanimitate retraham, quin vera accedam charitate. Ecce Domine seruus meus, qui est corpus meum, quod ministrare mihi deberet, est paraliticum, valdeq; ad ministrandum spiritui ineptum, mancum & ad virtutum opera deficiens: Et nisi huic eius necessitati subuenias, nemo poterit me ab ea eripere.

III. Fiducia Christum posse & velle iuuare.

Affectu & humilitate accedit ad IESVM.

Oratio.

PVNCTVM II.

Matt. 8. 7 Luc. 7. 6.

ET *ait illi* IESVS: a *ego veniam & curabo eũ* b *& cum* reipsa *iret* versus domum Centurionis, *& iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexari; non enim sum dignus, vt sub tectũ meum intres: propter quod, & me ipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.*

I. Ioan. 4. 48 Christus regulum permit, Centurionem horat.

PRIMVM hîc perpende Christi Domini benignitatem, & quanto fauore humiles & paruulos prosequatur: parui omninò faciens potentes & superbos: Nam *Regulo*, qui c *rogabat eum, vt descenderet & sanaret filium eius*, etsi principi aliàs & per seipsum venienti, & *filij sanitatem* petenti; asperiùs tamen respondit, & incredulitatem obiecit, *Centurioni* tamen, qui

de se

de ſe humiliter ſentiens, indignum ſe iudicabat; qui id à Chriſto peteret, benignè reſpondit, ſeque offert ad id etiam quod non petebatur; ac reipſa ire cœpit verſus domum Centurionis; non eius filium, ſed ſeruum ſanaturus. O *humilitas*, quàm es potens: quæ ipſum Dei filium ita attrahis, vrgesque venire ad viſitandam domum, quam tu incolis: O vtinam cor meum eſſet hoſpitiũ tuum: quo ipſe Dei filius illud ingredi & inhabitare dignaretur.

Humilitas rapit Chriſtum.

DEINDE obſerua Centurionem non ſolùm non fuiſſe inaniter *elatũ* hoc Chriſti in ſe *fauore*, ſed creuiſſe potiùs in *humilitate*, & profundiores in ſui cognitione radices ieciſſe, eoque in fide omnipotentiæ Chriſti proſeciſſe, vt crederet eum, vel ſolo verbo poſſe ſeruum ipſius reſtituere ſanitati. *Tantum*, inquit, *dic verbo: & ſanabitur puer meus.*

II. Fauoribus non effertur, ſed magis humiliat ſe.

QVAE verba commodiſsima Eccleſiæ viſa ſunt, quæ ante ſacram cõmunionem vſurparentur, quæ propterea vtroque hoc affectu humilitatis & fiduciæ, reuerentiæ & viuæ fidei dicere ſtudebo. O *Deus cœli* & terræ: quis ego ſum, vt tu ad pauperculam domum meam venire digneris? non ſum tantum bonum promeritus; nec adeò vilis habitatio tantũ hoſpitem recipere digna eſt. Satis eſt, Domine, ſi vel verbulum dixeris ad ſanitatem animæ meæ reddendam, & in ea quicquid vltra libuerit tibi peragendum. Cùm dixiſti: d *Fiat lux*, mox ita facta eſt. e *Dic anime mee ſalus tua ego ſum*, & è veſtigio ſalua erit: Dic ſeruo huic corpori meo, vt ſanatum reſurgat, & reſurget ſine mora, vt mihi & tibi miniſtret in omnibus, quæ tibi placebunt.

Oratio. Humilitas & Fiducia in S. communione adferenda.

d *Gen.* 1. 3.
e *Pſal.* 34. 3.

DENIQVE attende, qua ratione Centurio ex ſui ipſius cognitione ad excellentes aliarum virtutum actus aſcenderit, Chriſtum ipſum adiectis illis verbis extollendo: *Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites; & dico huic, vade, & vadit; & alij veni, & venit.* Ego, inquit, homo ſum terrenus, eius conditionis, vt alijs ſubſim: tu verò homo es cœleſtis, Deusque infinitus, omnibus ſuperior qui nemini ſubes, ſed omnibus præes: quare non ſum dignus ad quem, vt pote viliſsimum, tantus Dominus veniat. Quod ſi verbo meo milites, ſeruique mei obediunt multò promptiùs verbo tuo vniuerſæ obedient creaturæ, & ipſi morbi parebunt: quare dicente te: venite, venient; dicente, abite; diſcedent. Huius Centurionis exemplum imitans, ex ijs quę in me experior, intelligam f *quam admirabilis facta ſit ſcientia* eius quod poteſt Deus, *ex me*, exultaboque de excellentia ac poteſtate eius. Gaudeo *Saluator mi*, ſupremum te eſſe Monarcham, cui omnes obediant: tantamque eſſe potentiam tuam, vt te efficaciter dicente, fiat hoc ad nutum pareatur tibi, fiatque quod iubes Largire, quæſo, & mihi hanc ſupra facultates animæ meæ poteſtatem, vt me aliquid quod obſequij tui ſit imperante abſque mor-

III. Humilis Centurio Chriſti extollit potentiam

f *Pſal.* 138. 6

Oratio.

Imperium in paſſiones.

atque ſi diceret; hoc à me beneficium accepiſti, vt accuſatores tui recedentes, liberam dimitterent, & quandoquidem illi non te condemnarunt, non ego ero ſeuerior illis: ideoque nec ego te condemnabo, quia non veni condemnare peccatores; ſed illos ſaluare: ideoque *vade in pace.* Quibus verbis non ſolùm eam à temporali morte, ſed etiam ab *æterna*, omnia illi peccata condonans liberauit: quia opera Chriſti Domini fuerunt plena & perfecta, quare dicens ſe eam nolle condemnare, ſignificare voluit, nec temporali, nec æterna pœna illam condemnare; ſed ab illa cauſa, propter quam erat vtramque promerita, illam abſoluere.

O *dulciſſime* & benigniſsime IESV protectio & refugium peccatorum, quid tibi retribuam Domine pro tanto amore & ſolicitudine, quam erga me habes: d *quis audebit me accuſare aut condemnare, ſi tu me iuſtificas*, & liberum pronuncias, cur non tuæ miſericordiæ fidam, qui in tua præſentia omnem miſeriam meam diſſoluis: e *redime me, à calumnijs hominum*, & ab accuſationibus inimicorum meorum, donando mihi liberaliter culpam, ne locum habeat condemnatio ad pœnam; & ſiquidem tua miſericordia eſt adeò copioſa, nunquam à laudibus tuis deſiſtam, nec me à tuo ſeruitio propter illam ſubtraham.

III. Recidiua Scopulus Pœnitentiũ

PERPENDAM vltimò poſtremum illud Chriſti verbum, *noli amplius peccare.* Atque ſi illi diceret, quandoquidem ab hoc te periculo liberaui; non intelligas id factum eſſe, vt in poſterum ea carnis libertate vitias, quâ hactenus; ſed vt temperatam, mundam, & caſtam in poſterum vitam ducas, non rediens ad antiqua peccata. Eſt autem fas credere, ſicut acculatores nõ amplius ſunt auſi contra illam agere, Chriſto Domino ita ſtatuente, ita illam nunquam ad antiqua peccata *rediiſſe*; ſed in Dei ſeruitio perſeueraſſe, non tam pœnæ formidine; quàm eius amore, à quo tantum beneficium ſe accepiſſe agnoſcebat; cui ſit honor & gloria in æternum. Amen.

MEDITATIO XXVIII.

DE ZACHAEI PVBLICANORVM PRINcipis conuerſione.

PVNCTVM I.

a Luc. 19. 1. INGRESSVS a Ieſus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacheus, & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues; & quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat: & præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum, vt videret eum, quia inde erat tranſiturus.

HIC

HIC considerandum est *initium* conuersionis huius hominis diuitis & potentis inter suos, qui tamen insignis erat peccator, valdeque cupidus & primus ac principalis inter publicanos, qui in populo illo Hebræo magni peccatores habebantur. Initiũ ergò conuersionis, eius fuit *desideriũ* quoddam à Deo immissum, *videndi* & cognoscendi *Iesum*, persuasus, hunc solum aspectum, profectum aliquem sibi allaturum. nec fraudatus est spe sua, quia initium nostræ salutis est, viua fide Christum videre illumque eo modo cognoscere, quo ille vixit in hoc mundo per *Iericho* adumbrato: aspicientes illum pauperem, mitem, humilem, ac pro nobis crucifixũ, cuius aspectus nos mouet, ad peccata nostra & cupiditates abiiciendas. O bone IESV, da mihi desiderium efficax te hac ratione aspiciendi. nam si b *quicunque à veris serpentibus percussus, aneum serpentem aspiceret, sanabatur:* multò efficacius, si te verum Deum & hominem, imagine peccatoris in cruce pendentem aspexero, ab omnibus meis peccatis liberabor.

I. Initiũ conuersionis desiderium videndi Iesum. Vita Iesu speculum peccatoris, Oratio

b *Num.* 21. 9.

DEINDE perpendendum est, quàm fuerit efficax desiderium illud Zachæi, & quantã, vt illud expleret, diligentiam adhibuerit, nullam ducens rationem *honoris* huius mundi, nec curans, quid de illo *homines* dicerent, cùm diuitem ipsum ac inter suos principalem currentem viderent tanquam *puerum*, & arborem posteà conscendentem; vbi est verisimile, quod transeuntes illum *irriserint*; præcipuè cùm statura pusillum aduerterent. Ex quo exemplo discam in primis, quando bonum aliquod desiderium mihi Deus inspirauerit, *conculcandum* esse mundi honorem, vt illud pro salute mea exequar: & sicut Zachæus fecit, conscendendam esse Sycomorum siue *ficum stultã*, vt delitias huius mundi, diuitias & honores calcẽ, amplectar verò quæ ipse iudicat stulta, qualis est crux Christi. O *bone* IESV, qui mei causa crucis arborem conscendisti, vbi despectus & derisus ab hominibus fuisti; concede mihi, vt & ego eandem conscendam arborem, quæ c *electis est virtus Dei* & sapientia, *pereuntibus autem*, & mundi huius *est stultitia*: certus sum enim, si eam spiritu conscendero, te oculos in me misericordiæ, sicut in Zachæum, coniecturum.

II. Efficax salutis desiderium, spernit mundi honorẽ & gaudium, & Crucem Christi amplectitur, *Theophil. S. Greg. 17. Mor. c. 27.*

Oratio

c 1. *Cor.* 18

PVNCTVM II.

ET a *cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*

a *Luc.* 19. 5

PERPENDENDA hic est infinita Christi Domini charitas & misericordia, quæ in hoc opere luxit, dum publicani illius desideriis adeò abundè satis fecit, vt non solùm permiserit se ab illo videri, sed etiam ad illum se *inuitarit*, quod cum nullo alio eum fecisse legimus. vnumquodq; horum verborum, proprium habet mysterium expendendum. PRIMVM,

I. Iesus ad Zachæum se inuitat.

Zachæum suo nomine vocat.

proprio eum nomine *Zacheum* compellat, vt ostenderet se eum etiam nunquam antea visum, benè tamen nosse, eiusq; nomen tenere, & scriptum illud esse in libro vitæ. optabat etiam vacuum illud implere, quod in illo nomine continebatur, *Zacheus* enim significat *purum*, vel iustificatum, quod propterea nomen falsò priùs vsurpabat, eò quod impurus esset, iniustus, & sordidus: sed ad primam Christi Domini compellationem cœpit purificari, vt iustus esset ac purus.

Zachæus purus.

II. Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia.

DIXIT deinde: *festinans descende*, vt ostenderet magnam propensionem, quam ad eius iustificationem perficiendam habebat; nec velle se punctum temporis, & occasionem illum iustificandi, quæ occurrebat, negligere, sed priusquam feruens illud desiderium frigesceret, velle illud explere. docens hoc facto eos, qui in animarum conuersionem incumbunt, quamprimùm illas Deo impelli vident, festinare, & vrgere, vt cõcepta proposita, opere exequantur, priusquam aut *ventis* tentationũ concrescant, aut persecutionis *æstu* marcescant. Et propter eandem causam, vult Christus Dominus, vt quæ ipse inspirat desideria, sine mora & magno feruore exequi curem; &, si in alto loco sum constitutus, *descendam* & me humiliem; si hæreo, vt *pergam* velociter ad explendum quod ipse præcipit. O Saluator mi, qui nomen illud tibi accepisti, b *Accelera*, Festina quæso me iustificare, ac omnes peccatores quos tua inspiratione tetigisti; tanta nos efficacitate permouens, vt mox copiosam gratiam obtineamus. Amen.

Oratio b *Isai.8.3.*

III. Hodie vox Christi cras Dæmonis.

TERTIÒ dixit: *hodie in domo tua oportet me manere.* non ait cras, aut alio die, sed *hodie*, non enim placet illi si bona proposita in diẽ sequentem reiiciantur, quando possunt hodie expediri, quia hodierna dies est securior, crastina incertà; & ideò vult hodie cum festinatione & feruore nos agere de ipso recipiendo hospitio, quia fortè cras vellemus, & non poterimus, aut certè, præteribit ipse, nosque relinquet in altis, quia oblatam occasionem illum habendi, negleximus. Quare anima mea c *hodie si vocem Domini audieris, noli obdurare cor tuum*: qui enim hodie te vocat, fortè cras non vocabit, & si hodie cùm se offert vt hospes sit in domo tua, tu hospitio non recipis? fortè quando tu illum vocaueris, & inuitabis, ille non veniet.

c *Psal.94.8.* Colloquiũ.

IV. Dominus te opus habet.

SED præ omnibus valdè est dulce illud verbum *oportet*: quasi ipsius Christi Domini interst omninò manere in domo Zachæi. O *dulcissime* IESV, multò magis Zachæi quàm tua refert; nam tu noster es Deus, & d *bonorum vestrorum non indiges*; & si quis hospitium tibi deneget, inuenies mille qui in suo te libẽter excipiãt: Zacheo autem, si tu desis, omne defuerit bonum, cur igitur dicis *oportet me* in domo tua manere? verè amor, Deus meus, quo nos prosequeris, in causa est, vt dicas, tua referre, quod

Oratio d *Psal.15.2.*

maximè interest nostra; accipis enim nostra bona & mala, atque si essent tua; & quandoquidem ita est, quòd oportet te in domo mea esse, ô Domine, ingredere eam, quia plurimum mea refert, vt tu eam ingrediaris; & hoc ipsum tu accipis quasi tua interest.

DENIQVE ait oportet me *manere*, hoc est, ex instituto in ea esse donec opus *perficiam*, quod intendo; quod enim tanti momenti est, non obiter, sed ex instituto, & quasi *sedendo*, id efficit Christus. Et quamuis *venire* festinet non tamen festinat *exire*, nisi ab anima quæ illum excepit, excludatur. O fili Patris æterni, cum quo simul ad animam e *venis*, *& mansionem apud eam facis*, veni Domine ad meam & mane in ea constanter, ita vt nunquam tu eam deseras, nec illa in eam deueniat insaniam, vt à se te repellat. Amen.

V. Manet, vt perficiat, nec festinat exire. Eloan. 14. Oratio

PVNCTVM III.

ET festinans Zacheus descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset.

HIC primùm considerabo obedientiam Zachæi expeditam, & cum gaudio, vt expleret, quæ dixerat Christus. Prius indignum se iudicabat, qui talem hospitem inuitaret; nec ausus est id petere; contentus si vel illum videre liceret: at cùm eius expertus esset modestiam & affabilitatem; audisset què adeò dulcia verba; quæ illi dixit; statim plenus gaudio, omni timore reiecto illi paruit, eumque excepit hospitio. Hinc discam promptè & cum gaudio voci Dei obedire, quando ille a *stat*, vt ipse ait, *ad ostium* animæ meæ *& pulsat*, cupiens *ad illam intrare & cœnare cum illa*. Si enim moras traxero: eueniet mihi quod sponsæ, quæ postquam moras traxerat in aperiendo b *pulsanti sponso* quando tandem *surrexit, vt illi aperiret, iam ille declinauerat & transierat.*

I. Zachæus Iesu pulsanti mox aperit.

a Apoc. 3. 20

b Cant. 5. 5. 6.

DEINDE ignorantiam & malitiam perpendam eorũ, qui de hoc Christi facto *murmurabant*; quia temerè iudicantes, vt imprudentem eum & parum circumspectum condemnabant, *quod ad hominem peccatorem diuertisset*. Quia ignari & superbi murmuratores, finem ignorabant, ob quem id fecisset, & indignum Christo iudicabant, quod maximè ipsius erat officij. Non est siquidem res indigna *medico*, vt domum accedat *ægroti*, ipsumque visitet, ac sanitati reddat. *Omnes* autem *murmurabant*, quia cùm incipit aliquis murmurationem, statim se ad alios diffundit, & omnes inficit imperfectos. At Christus Dominus noster, quamuis hasce murmurationes audiret; & aliàs ex causa simili contra se fuisse murmuratũ sciret, ni hili tamen illas duxit, nec propterea à familiari cum peccatoribus conuersatione abstinuit quò illos lucraretur; potiùs dixit c *non esse opus valentibus medico sed malè habentibus*. O *medice* supreme, qui è cœlo venisti, nõ vt

II. Murmurantium ignorantia & malitia

Murmur inficit omnes

Contemnitur à rectis corde.

c Mat. 9. 12 Oratio

non

iustos, sed vt peccatores ad pœnitentiam, qua indigebant, vocares, veni visitare animã meam, quę malè habet, vt gratia tua illã restituas sanitati.

PVNCTVM IV.

STANS autem Zacheus dixit ad Iesum: ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

I. Christus prio cibo corporis, animã reficit.

CONSIDERABO hic primùm, quàm fuerit perfecta publicani huius conuersio, perpendens Christum Dominum nostrum siue ante, siue post conuiuium locutum fuisse cum illo, suauiterque & ijs rationibus vitæ mutationẽ persuasisse, vt cor eius deprædatus in aliud omninò transmutaret: quo exemplo nos docet qua ratione nobis sit cũ peccatoribus agendum in huiusmodi occasionibus; vt *corporis* cibis ab eis acceptis, *animæ* cibum ad salutem necessarium eisdem præbeamus.

II. Zachæus Promittit tam certò, ac si iam fecisset.

CONSIDERABO deinde firma illa & adeò efficacia Zachæi proposita, vt factum putaret, quod facturum se statuebat. Non enim ait, *dabo*, & *reddam*; sed *do* & *reddo*; & reipsa rem executus eam adeò certã reddidit, atque si facta tunc esset. Cui simile illud est Dauidis: a *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Adeò enim firmiter id facere statuebat, vt iam pro facto reputaret. Simili ergò animi firmitate vitæ meæ emendationẽ proponam, diuinâ ad id gratiâ adsistente, ita vt statim renouationi eius manum admoueam, dicens cum Dauide: b *Nunc cepi*: cui mox adiecit: *hæc mutatio dexteræ excelsi.* Nam si verè & ex deliberato animo dixero: Hunc volo incipere: statim sequetur cordis mutatio, accedente manu omnipotentiæ Dei, vt gratiâ suâ faueat iuuetque.

a *Ps.* 100. 8
b *Ps.* 76. 11.

III. Difficilia promittit, & ad quæ non tenebatur

SED eadem animi firmitas adhuc pluris æstimanda est, quòd fuerit in materia non qualicunque, sed *difficili* admodum; nec tali, quæ ipsum tota ad exquendũ obligaret; sed etiam quam ex solo *consilio* & sua sponte, cũ aliàs non teneretur, facere decreuerat. Nam cùm prædiues esset, valdeque suis addictus diuitiis, quarum aliquam partẽ (quæ ipsius erat auiditas habendi) illicitè acquisiuerat ex tẽplò tamen facultates omnes in duas æquales partes diuidens, alteram omninò *pauperibus* elargitur pro suis peccatis: ex altera verò ita soluere statuit, quicquid ex iustitia debebat; vt pro maiori conscientiæ suæ tranquillitate, *quadruplum redderet.* Ac porrò ex omnibus facultatibus, quas habebat, valdè *exigua* illa pars supereresset. & quasi omnibus renunciaret, & se spoliaret, vt Christũ Dominum perfectè sequeretur. O *mundi Saluator* quã verũ esse ostendis, licet sit c *difficilius diuitem in regnum cœlorum intrare quã camelum per foramen acus*, id tamẽ *esse Deo possibile, quod hominib. est impossibile.* O quàm possibile, imò quã facile & iucundũ fuit huic diuiti per gratiã tuã, subitò se reb. omnib. spoliare, vt per

Minimam partem sibi retinet. oratio

c *Matth.* 19. 24.

angu-

angustam pœnitentiæ portam ingrederetur. Fac mihi quæso per gratiam tuam possibile, quod imbecilli naturæ aliàs est impossibile.

VLTIMÒ considerabo, Zachæum non inaniter, aut vt se ostentaret, hanc animi sui minutam rationem Christo reddidisse, sed ex animi demissione, quo ipsi Christo tunc mentis suæ illud decretum, si bonum esset, probaretur; tum ab eodem in rebus & actionibus suis dirigeretur. Hoc nos exemplo instruens, Confessariis nostris similem rationem eorũ, quæ facere decreuimus esse reddendam: quo exactius securiusque in bonis procedamus: Et ipsi Deo nominatim eadem proponamus, dicentes: Deus meus hæc per tuam gratiam concepi proposita: si placet tibi ea, vt exequar, adiuua ad exequendum: siquidem qui opus incepit, eidem incumbit absoluere, & ad perfectum deducere.

IV. Ratio conficiendæ exactissime reddenda Cõfessario.

PVNCTVM V.

AIT IESVS *ad Zachæum: quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.* Luc. 19. 9.

IN hac responsione est considerandũ, ea Christũ Dominũ Zachæi vota approbasse, & sanctificasse; nõ ipsum tantũ, sed totã etiã *familiam.* Cum enim ipse sit vera salus, si in domum aliquam ingrediatur, totã saluat atq; sanctificat, eam quasi propriam sibi faciens: quod hîc per illius caput, qui Zachæus erat, præstitit. Vt boni exempli efficacem virtutem nobis proponeret. Nam Zachæo ad Deum conuerso, omnes famuli, & domestici, ac familia vniuersa, eum secuti sunt. & propterea fortè dixit: Christus: *Hodie salus illi domui facta est:* eò quòd Zachæus esset filius Abrahæ, eius Fidei imitator, & obedientiæ, & liberalitatis: & ideo tota domus & familia ipsum est imitata. Ex quo desideria concipiam bonum omnibus præbendi exemplum, tali enim occasione vti consueuit Christus ad multos conuertendos. Est tamen certum, præcipuam horum omnium eam fuisse causam, quam ipse Christus subiunxit. Quod filius hominis venerit quærere, & saluum facere, quod perierat. *Sicut Medit. at. 49. de Oue perdita, amplius expendetur.*

Boni exẽpli efficacia

Christi misericordia caput reparationis.

QVICQVID hactenus in hac historia est dictum, licet ad sacram communionem in hunc modum applicare. PRIMVM enim considerabo: sicut Zachæo vehementer desiderante Christum Dominum hospitio recipere; sed ob propriam indignitatem id petere non audente, eius desiderio Redemptorem nostrum permouit, vt seipsum ad illum inuitaret; quia pluris ipse *desideria* facit, quàm verba: ita me decere vehementia desideria Christum Dominum in hoc Sacramento recipiendi concipere, & exemplo Zachæi contendere, eundem prius Fidei oculis *videre*, per-

Præparatio ad sacram communionem.

Desideria verbis potiora

pendentem, quanta bona in hoc mundo, quocunque ingrederetur perficeret; moxque ſanctiſsimæ crucis arborem conſcendentem, aliquas *mortificationes* amplecti, quæ eundem Dominum prouocent, vt ſibi complaceat ingredi animam meam.

Mortificatio. II. Præparatio

Et mox mihi effingam, eum dulciſsima illa verba ad me dicere: *Feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere*: perpendam igitur, ipſum, ante quam ad me ingredi velit, exigere, vt *feſtinem*, magno feruore domum meam prior ingredi, eamque præparare, verrere, & ſacra Confeſsione purgare, ac virtutibus, vt tantum decet hoſpitem, exornare, admirans ſimul, eundem tantum Dominum apertè proteſtari, quòd *oporteat ipſum* quaſi ipſius referret *in domo mea manere*, cùm tam ego ſim vilis & miſerabilis. Ex quo eliciam: quamuis ipſe in hoc ſacramento veniat, vt me ad ſe inuitans, gratiæ ſuæ dona mihi communicet; ſimul tamen velle à me, ſicut à Zachæo, *inuitari*; conuiuium verò, quod à me expectat, & quo ipſe valde delectatur, illud eſſe, vt inflammatis amoris deſiderijs, animi gratitudine, laudibus, & *ſpirituali gaudio* illi ſim præſens: magna etiam ſpe concepta, quod ipſo veniente, ſanitatem integram & ſanctitatem ſim adepturus.

Inuitatio Chriſti. Gaudium ſpiritus.

Demvm plurima tanto Domino fideliter ſeruiendi *propoſita* ei offerã tam in rebus *miſericordiæ*, quàm *iuſtitiæ*; nec ſolùm in ijs, quæ ille *præcepit* ſed etiam quæ *conſuluit*: quicquid etiam habeo, & *meipſum* eidem offeram, qui ſeipſum adeò liberaliter mihi tradit. Et hæc omnia deſideria ei offerens, ſupplex petam, vt ea probet. O *dulcis* Iesv, qui in hoc ſacramento, ad pauperem domum meam venire dignaris, vt manſionem in ea facias, dic ei, quæſo, omnipotentia verbi tui: quia *hodie huic domui ſalus facta eſt*; eiuſque familiam totam & facultates ſanctifica, vt placeat tibi in eadem in æternum permanere. Amen.

III. Propoſita varia

Oratio

MEDITATIO XXIX.

DE MVLIERE CHANANAEA CVIVS filiam Chriſtus à Dæmonio liberauit.

PVNCTVM I.

Mat. 15. 21 Marc. 7. 26.

Ecedente Iesv a *in partes Tyri & Sidonis, ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit dicens ei: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur.*

Virtutes Chananææ

Perpendendae hîc ſunt *virtutes*, quæ in huius mulieris oratione eluxerunt, vt eas quòd inſignes valde fuerint, imitari ſtudeamus.

PRIMA fuit magnæ FIDEI & CONFIDENTIAE: ostendit enim quã præclarè de Christo Domino sentiret, quem Dominum & Messiam confitebatur; adeoque potentem, vt vel sola voluntate, aut mandato eijcere Dæmonia posset. Quare non dixit: Ora pro me; sed, *miserere mei, adiuua me*, breuissimis verbis miseriam suam explicans ei, quem credebat posse adferre remedium. Fides in Christum

SECVNDA virtus fuit magnæ CHARITATIS qua filiæ calamitatem, propriam suam æstimabat. ideo enim non dixit: miserere filiæ meæ & iua eam; sed *mei*, & *adiuua me*. IMÒ & HVMILITAS hîc eluxit, quia suis fortè peccatis potiùs quàm filiæ, eius calamitatem tribuebat. II. Charitas III. Humilitas

IN duabus his virtutibus eminent *Sancti*, proximorum incommoda, vt propria æstimantes; Parentes, filiorum; Superiores, Subditorum; & Subditi, Superiorum, & simul fatentes, ob propria sua peccata alios à Deo puniri. Sanctorum proximæ virtutes.

EX eadem hac animi demissione profecta illa REVERENTIA est, qua vsa est in orando. Nã teste S. Marco; b *procidit ad pedes eius*, & eũ adorauit. IV. Reuerentia

DENIQVE magnum adhibuit in orando AFFECTVM & CONSTANTIAM, quam tum clamores ex cordis affectu prodeuntes; tum ipsa post eum petitionum & obsecrationum suarum improba repetitio satis prodebant. His insignibus virtutibus orationem meam exornare contendam: & cum vitio aliquo superbiæ, gulæ, aut iræ me vrgeri sensero; ad ipsius Christi pedes prostratus semel & sæpius repetam: *Domine fili Dauid, miserere mei, quia* anima mea *malè à Dæmonio*, & graui superbia *vexatur*, adiuua & libera me. Et pari ratione, cum proximum aliquem, qui me consuetudine aut iure aliquo contingit, alicui vitio succumbentem perspexero, eius miseriam, vt meam propriam accipiens, eidem Christo Domino dicam: *Domine fili Dauid miserere mei*; quia anima fratris mei *malè à Dæmonio torquetur*. Adiuua me, nam, si, illius misertus, eum eripueris me erupueris: eius enim calamitas, mea etiam est calamitas; quia meis peccatis eam omninò tribuo. V. Affectus & confidẽtia. Tentationum asylũ. Compassio proximi

PVNCTVM II.

QVI, IESVS *non respondit ei verbum: At illa venit, & adorauit eum dicens Domine adiuua me: qui respondens ait illi: non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Neque decet, beneficia, & gratias, quæ Iudæi tanquam filijs conferuntur, Gentibus, qui vt canes ea non agnoscerent, conferre. *At illa dixit: etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* I.

HIC perpendẽda sũt, tũ quæ Christus ipse, tum quæ Chananæa in hoc suo congressu fecerunt. Nam Christus ad Chananææ clamores atq; si eius

Christus tacet vt desiderium, virtus, & humilitas crescant. *Serm. 34. in Cant.* Humiliatio signum exaltationis secuturæ

petitiones nihili faceret, *tacebat*: non quod eas reipsa contemneret; sed vt ea dilatione desideria eius *crescerent*, & affectus, & in ipso progressu etiam indicia dedit negãdi, quę illa petebat, quasi ei exprobraret, quod canis esset, & indigna, quæ tale quid impetraret: quod *probandæ*, & eam humiliãdi causâ obiecit: quo magis ad accipiẽdũ quod petebat disponeretur. Quãdo enim Deus nos *humiliat*, signum est, teste S. Bernardo, quod nos velit *exaltare*; & quos sic probat, signum est etiam eos esse vasa *solidæ*, valdeque capacia: *Debilibus* enim potiùs statim tanquam infantibus, quod petunt, elargitur: *robustiores* autem, quorum virtutem habet perspectam, probat, nunc differendo, quæ petunt; nunc duriori aliqua & aspera responsione; sicut propriam *matrem* suam in Nuptijs probauit: quo tali exemplo discamus, non abijcere animum, etiamsi non protinus cito exaudiamur.

II.

Constans patientia

DEINDE in quibus virtutibus Christus Chananæam probauit? in patientia, humilitate & constantia, quæ veræ virtutis lapis sunt *Lydius* quas illa excellenter hic exercuit, & valde prudenter. PRIMVM enim etiam duris & asperioribus verbis excepta; nec turbata, nec indignata fuit, aut conquesta; nec murmurauit: Nec propterea à sua petitione destitit; sed magnâ animi *constantiâ* petendo perrexit. DEINDE rara animi demissione confessa quod erat; dixit: *Etiam Domine* fateor me canem esse, ac gentilem, & catellum inutilem: Imò vlterius progressa in *humilitate* est. Nam etsi catelli comedere solent de micis quæ cadunt de mensis dominorum suorum; ipsa tamen nec earum dignam se esse existimans, non petijt vel aliquam sibi micam dari; sed id prætermittens, liberalitati & misericordię ipsius Domini sese permisit. TERTIÒ prudenter omnino ex verbis ipsius Christi, & ex propria sua vilitate rationes & causas deduxit, vt feliciter expediri impetraret. Dicens: Si canis ego sum, Domini non filios suos tantum sustentant; sed catellos etiam suos micis, quæ ex eorum mensis cadunt, alere consueuerunt. Hoc ego etiam spiritu Christo dicam: O *Rex cœli*, qui in regno tuo mensæ tuæ beatitatis assidens, filios tuos splendidè pascis, non est mensa tua sicut auari illius & epulonis diuitis, ex cuius micis nemo fuit, qui mendico & esurienti Lazaro daret: nam etsi ditissimus es, non tamen auarus, sed liberalis, non parcus, sed profusus & potiùs prodigus, ad tuum ecce conspectum vt catellus tuus accedo, buccellam panis aliquam expectans, quæ ex ista mensa tua cadit pro ijs, qui in hac vita degunt. Fateor Domine, Sanctum non esse mittendum canibus, quando ad lacerandũ illud quærũt: sed ego, Deus meus, illud cupio, vt desinam esse canis: ideoque cœlestem panem peto, qui ea virtute pollet, vt ex canibus filios tuos faciat. Huius, quæso, panis aliquã mihi partẽ largire, quãuis nõ sim eo dignus: qui tã es liberalis ad dãdũ tuis domesticis, quicquid habes.

Humilitas.

Oratio.

PVN-

PVNCTVM III.

TVNC *respondens* IESVS *ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* a *Et propter hunc sermonem vade; exijt Dæmonium à filia tua; & sanata est filia eius ex illa hora.*

a *Marc.7. 29.*

I. Magna fides Christũ recreat

PERPENDE hic, quantoperè Christus recreatur humili aliqua, tolerante, & confidente anima! quomodo eam laudet! quomodo extollat, eiusque votis annuat! dans illi quicquid petit. Hunc affectum expressit ipse, cùm dixit: *O mulier, magna est fides tua*; O quantam fuisse necesse est; quam tantus Deus *magna* nomine insignit! Apostolos sæpè Christus *modicæ fidei*. homines appellauit: hanc appellat mulierem *magnæ fidei*. O Domine infunde mihi *viuæ* huius *fidei* celsitatem, fiduciamque de bonitate tua certam, qua tibi, sicut hæc mulier, placeam.

II. Honorantes se honorat.

SIMILITER considera, Deum laudare, & honoribus prosequi eos, qui tanta hac fide pollent; quia ipsi eâ Deum *honorant*, & glorificant, sentientes de eo altè in bonitate & eius prouidentiæ sese committentes: est autem Deo familiare eos honorare à quibus honoratur.

III. Humilitas expultrix Dęmonum

DENIQVE obseruandum est verbum illud: *Propter hunc sermonem vade: exijt Dæmonium à filia tua.* Ea enim sententia videtur Christus expulsionem Dæmonis humili Chananææ verbo tribuisse: quia vera *humilitas* terret Dæmones, cogitque fugere è corporibus & animabus. O *Redemptor mi* pone in corde meo & in lingua mea verba humilitatis verę, quibus in virtute & nomine tuo expellam ex mea & proximorum meorum animabus omnes Dæmones, à quibus vexamur, quò ab eius seruitute liberati, in iustitia & sanctitate seruiamus tibi, Amen.

Oratio

MEDITATIO XXX.

DE SERVO CENTVRIONIS A CHRISTO DOMINO SANITATI RESTITUTO.

CVm introisset IESVS Capharnaũ. a *Centurionis cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de* IESV, *misit ad eum Seniores Iudæorum* b *rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.*

a *Luc.7.2.*

b *Matt. 8.6*

PERPENDE hic primùm Centurionis huius *pietatem*, qui adeò solicitus erat de sanitate, nõ filij; sicut Chananæa, sed *serui*; magna etiã charitate prosequẽs *paruulos*: præter multa alia pia opera, quæ præsta-

Pietas Centurionis in seruos & Iudæos.

de ſe humiliter ſentiens, indignum ſe iudicabat; qui id à Chriſto peteret, benignè reſpondit, ſeque offert ad id etiam quod non petebatur; ac reipſa ire cœpit verſus domum Centurionis; non eius filium, ſed ſeruum ſanaturus. O *humilitas*, quàm es potens: quæ ipſum Dei filium ita attrahis, vrgesque venire ad viſitandam domum, quam tu incolis: O vtinam cor meum eſſet hoſpitiũ tuum: quo ipſe Dei filius illud ingredi & inhabitare dignaretur.

Humilitas rapit Chriſtum.

DEINDE obſerua Centurionem non ſolùm non fuiſſe inaniter *elatũ* hoc Chriſti in ſe *fauore*, ſed creuiſſe potiùs in *humilitate*, & profundiores in ſui cognitione radices ieciſſe, eoque in fide omnipotentiæ Chriſti profeciſſe, vt crederet eum, vel ſolo verbo poſſe ſeruum ipſius reſtituere ſanitati. *Tantum*, inquit, *dic verbo: & ſanabitur puer meus.*

II. Fauoribus non effertur, ſed magis humiliat ſe.

QVAE verba commodiſsima Eccleſiæ viſa ſunt, quæ ante ſacram cõmunionem vſurparentur, quæ propterea vtroque hoc affectu humilitatis & fiduciæ, reuerentiæ & viuæ fidei dicere ſtudebo. O *Deus cœli* & terræ: quis ego ſum, vt tu ad pauperculam domum meam venire digneris? non ſum tantum bonum promeritus; nec adeò vilis habitatio tantũ hoſpitem recipere digna eſt. Satis eſt, Domine, ſi vel verbulum dixeris ad ſanitatem animæ meæ reddendam, & in ea quicquid vltra libuerit tibi peragendum. Cùm dixiſti: d *Fiat lux*, mox ita facta eſt. e *Dic anima mea ſalus tua ego ſum*, & è veſtigio ſalua erit: Dic ſeruo huic corpori meo, vt ſanatum reſurgat, & reſurget ſine mora, vt mihi & tibi miniſtret in omnibus, quæ tibi placebunt.

Oratio. Humilitas & Fiducia in S. communione adferenda. d *Gen.* 1. 3. e *Pſal.* 34. 3.

DENIQVE attende, qua ratione Centurio ex ſui ipſius cognitione ad excellentes aliarum virtutum actus aſcenderit, Chriſtum ipſum adiectis illis verbis extollendo: *Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites; & dico huic, vade, & vadit; & alij veni, & venit.* Ego, inquit, homo ſum terrenus, eius conditionis, vt alijs ſubſim: tu verò homo es cœleſtis, Deusque infinitus, omnibus ſuperior qui nemini ſubes, ſed omnibus præes: quare non ſum dignus ad quem, vt pote viliſsimum, tantus Dominus veniat. Quod ſi verbo meo milites, ſeruique mei obediunt multò promptiùs verbo tuo vniuerſæ obedient creaturæ, & ipſi morbi parebunt: quare dicente te: venite, venient; dicente, abite; diſcedent. Huius Centurionis exemplum imitans, ex ijs quę in me experior, intelligam f *quam admirabilis facta ſit ſcientia* eius quod poteſt Deus, *ex me*, exultaboque de excellentia ac poteſtate eius. Gaudeo *Saluator mi*, ſupremum te eſſe Monarcham, cui omnes obediant: tantamque eſſe potentiam tuam, vt te efficaciter dicente, fiat hoc ad nutum pareatur tibi, fiatque quod iubes Largire, quæſo, & mihi hanc ſupra facultates animæ meæ poteſtatem, vt me aliquid quod obſequij tui ſit imperante abſque mor-

III. Humilis Centurio Chriſti extollit potentiam f *Pſal.* 138. 6 Oratio.

Imperium in paſſiones.

ipsæ obtemperent; & si imaginatiuę præcepero, hoc imaginare, id statim præstet; si illud imaginari prohibuero, mox desistat; & dicente me appetitionibus meis, hoc appetite; id faciant; & si, dixero, illud detestamini, statim illud detestentur, vt in omnibus sanctissimam tuam sequantur voluntatem. Amen.

PVNCTVM III.

a *Matt.* 8 10

AVDIENS *autem* a IESVS *miratus est: & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in Regno cœlorum: qui autem Regni filij* esse debuissent, *eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. & dixit* IESVS *Centurioni: vade, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora.*

I. Virtus solida admiratione digna maximè in seculari.

PERPENDE hìc primùm Christum Dominum admiratum, quoad externa signa, fuisse, quò nos doceret, humilitatem, fidem, heroicamque *virtutem* adeò esse admirandam, vt sufficiens esse videatur admirationem ei adferre, qui est super omnia admirabilis: idque multò magis, cum eædem virtutes in sæculari quopiam & mundi huius hominibus inueniuntur, quales Capitanei, Centuriones, & milites sunt, quare magnus ad eas virtutes amoris affectus est nobis concipiendus.

II. Fidem gentilis præfert Iudæis.

DEINDE expende, Christum Dominum laudasse *fidem* huius Centurionis, vt illum eo honore afficeret, quòd toto tempore suæ prædicationis *tantam fidem non inuenisset in* toto populo *Israel*; eaque erubescere eos faceret, quos ratione sui statûs & conditionis magis humiles, pios, Deoque subiectos esse oportebat. Ex quo magnum concipiam timorem ob cordis mei duritiem circa gratitudinẽ ob accepta tot beneficia. Oratio. *O mi Rex benignissime*, ne patiaris me ad fidem tuam sanctam vocatum, & vt filius tuus per gratiam essem, meâ culpâ ab ea excidere, & Regno tuo expulsum ad exteriores eijci tenebras, extra lucem tuam, & ab amicitia tua ad lacus inferni tenebrosos, vbi fletus continuus & rabies inuenitur. O vtinam plurimi ex Indijs Orientis & Occidentis ad Fidem tuam perueniant, vt Ecclesia tua regnumq; cœlorum plurimis Iustis repleatur: sed ne Domine permiseris eos qui iam vocati & in Ecclesiam tuã iam ingressi sũt, ex ea egrediantur, & à Regno, ad quod eos vocaueras, excludantur.

III. Deus annuit Centurionis votis

b *Psal.* 144. 19.

DENIQVE perpendam, quàm plenè benigneque Christus Dominus Centurionis votis annuerit, illo solo *verbo* sanitatem eius seruo reddẽdo: *Fiat tibi sicut credidisti.* Nam, vt Regius ait Propheta: b *voluntatem timentium se faciat Deus.* Timeam ego & reuerear te, *eius Dmeus*, vt meam digneris voluntatem facere vel in hoc solo, vt tuam ego exequar semper. Amen. Oratio.

MEDI-

MEDITATIO XXXI.

DE MVLIERE A FLVXV sanguinis sanata.

MVLIER a *quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterùs habebat; cũ audisset de* IESV, *venit in turba retrò, & tetigit vestimentum eius, dicebat enim: Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. &* b *accedens retrò tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius.*

a *Marc.* 5. 25.
a *Matt.* 9. 20.
b *Luc.* 8. 44.

HIC perpendenda primùm mulieris huius *miseria*, exiguumq; eiusdem à terrenis medicis *remedium*, ita Deo disponẽte, vt ad cælestem medicum, qui etiam incurabiles animi & corporis morbos sanare potest, accederet, nihil enim illi est impossibile. In ea itaque muliere considerabo animam meam, maligni *sanguinis* fluxu laborantẽ, amoris videlicet proprij, cupiditatum, affectionum inordinatarum: fluxu superbiæ, iræ, & innumerabilium aliorum vitiorum & peccatorum, donec c *sanguis sanguinẽ tanget*, tanto impetu prodeuntium, vt nulla sit vis in terra, quæ furenti eorum cursui possit resistere; nisi Deus manu sua illum cohibeat. O supreme & omnipotens *medice*, respice fluxum hunc sanguineorum peccatorum, quo vexor: & quem nullum terrenum remedium sistere valet, cœleste illud mitte, quo sanitati omninò restituar.

I. Miseria peccatoris. Remediũ. à naturæ viribus nullum.
c *Osea.* 4. 2.
Oratio.

PERPENDENDA deinde est insignis eiusdem mulieris *fides* & fiducia. Nam etsi experientia didicisset, infirmitatem suam esse incurabilem, cùm primùm tamen fama de *Christi* miraculis ad ipsam peruenit, tantam de eius sanctitate & omnipotentia concepit opinionem, vt crediderit se ab eo posse sanari, etiam nõ petentem, aut eius manu tactam; sed si solùm ipsa eius vestimentum *tangeret*; eò quod illud adeò sancti hominis esset vestimentum. Huic fiduciæ insignem etiam adiecit *humilitatem*, deuotionem, & reuerentiam; accedens secretò retrò ad ipsum Iesum, non ausa ex anteriori parte accedere: & statim atque fimbriam extremitatemve eius vestimenti tetigit sanatam omninò se sensit. O ineffabilem *humilis confidentiæ* virtutem, quæ spiritu tangens IESVM, tantum potes impetrare: O infinitam IESV virtutem, quæ admiranda adeò in ijs perficis, qui humili confidentiâ te tangunt. d *Quotquot enim vel ad fimbriam vestimenti eius tangebant, salui fiebant*: e *& omnis turba quærebat eum tangere; quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* O Iesu *dulcissime*, si tali te spiritu tangerem: vt virtus ex te exiret, quæ morbos omnes meos expellens, virtutibus me omnibus impleret.

II. Fiducia in Christũ. Humilitas
Humilis confidẽtiæ efficacia.
d *Mar.* 5. 56
e *Luc.* 6. 19.
Oratio.

III. Apta ad communionem præparatio. Species Eucharistiæ Christus ceu veste tegitur. In forma panis mansit, vt ad omnes infectas partes penetraret. Lingua Guttur Pectus Homo totus. Oratio.

MIRACVLVM hoc licebit ad sacram communionem applicare, tres circumstantias perpendendo: *miseriam* videlicet animæ meæ, eo modo quem iam posuimus; infinitam IESV *virtutem*, quem tango, dum communico, & *modum* quo decet eum tangere. Nam propterea Christus apud nos manere voluit *veste* illa sacramentalium specierum contectus, vt tangentes eam, qui ipsum comedunt & accipiunt, liberentur à fluxu illo sanguineo cupiditatum, & affectionum inordinatarum, & propterea fortè in forma *panis* manere voluit, vt cùm comeditur, eas partes membraque tangeret, quæ sunt fons & origo sanguinis huius, eaque sanaret. Tangit enim *linguam*, vt loquacitatum, murmurationum, aliorumque plurimorum peccatorum, quæ per eam passim admittuntur, fluxus sanaretur: Tangit *guttur*, ad gulæ, edacitatis & ebrietatis fluxum sistendum: Tangit *pectus*, vt fluxum reprimat cogitationum, & nimiarum cupiditatum, iræ, superbiæ &c. Denique si viua Fide tangitur, & recipitur: totus hic fluxus sistitur & exsiccatur: nam ita ait sanctus Marcus: *siccatus est fons sanguinis*. Nam licet incurabilis videatur, sicut erat huius mulieris, remedium tamen inueniet in omnipotentia & misericordia Christi IESV in sacramento latentis. Gratias tibi, ago IESV *dulcissime*, quod nobiscum manere sis dignatus, vt malis nostris remedium adferres. O misericordiæ fons, exsicca in corde meo fontem miseriæ meæ, ostende in me omnipotentiam tuam, eo me fauore prosequens, vt ita te tangam atque recipiam, vt omninò cesset abominandus hic fluxus, quo vexor.

IV. Reuerens Fiducia. Oratio.

DENIQVE perpendam *modum* & rationem, qua tangere & recipere me oporteat Christum, debeo enim huius mulieris exemplo accedere, hinc magna *fide* fiduciaque de bonitate & omnipotentia huius Domini: inde verò magna *reuerentiâ* & timore ob meã indignitatem, indignũ me iudicans, qui illum tangam, imò & qui aspiciam. Quis enim sum ego **Domine**, vt te tangam, & recipiam? id potiùs sum promeritus, vt ex tuo vestimento, & sanctissimo hoc sacramento radij *ignis* prodeuntes, me perderent: verùm de tua misericordia spero amoris radios prodituros, qui prauarum mearum propensionum fluxum exsiccent. Et hac, Domine, spe accedo ad te recipiendum.

Hos & similes affectus licet excitare, cùm sacram ipsam hostiam in ore teneo, & cùm *linguam* & *guttur* illa pertransit, ac dum in ipso manet *pectore*.

PVNCTVM II.

MIRACVLO secuto a *ait* IESVS: *Quis est qui me tetigit? & dixit Petrus: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? & dixit* IESVS *tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quēadmodum confestim sanata sit.* a Luc. 8. 45.

PERPENDENDVM hîc est, Christum Dominum, qui sua aliàs miracula occultabat, & taceri mandabat, quò exemplum ab eo humilitatis disceremus; voluisse tamen hoc miraculum, quod mulier occultabat, manifestari ob multa commoda, quæ ex eo eduxit, in eiusdem mulieris & omnium vtilitatem; nominatim verò habuit *tres* causas siue motiua valde vtilia, cur id faceret. Tres causæ cur humilis Iesus noluerit hoc miraculum latere.

PRIMVM motiuum fuit, vt appareret quantū sit discrimen inter eos qui Christum, eiusque Sacramenta, & res alias sacras cum *humilitate*, reuerentia, & deuotione tangunt; & eos qui eundem sine his circumstantijs contingunt. *Priores* enim, quod valdè illi placeant, *gratiâ* suâ, donis, & fauoribus à se prodeuntibus, prosequitur: *posteriores*, quod ipsi valdè displiceant, eumque contristent, non participant eius virtutes: qualis est *turba* eorum, qui sine *spiritu* communicant. Et reflexione in meipsum facta, deflebo, quod vt sæpè tangens Christum exiguâ meâ reuerentiâ & deuotione eundem *contristaui*: ita ob eandem causam, exiguum hauserim *fructum* ex communione, sacrificij Missæ, quod offero, vel audio; & ex alijs operibus, quæ interdum præsto. O *Rex gloriæ*, ne permittas me in posterum tangere & tractare te tuaque absque debita reuerentia, & deuotione: Non enim decet me diuinum tuum corpus tangere, & Angelorum panem comedere, nullo discrimine inter eum & vulgarem hominum panē adhibito. Attende *anima mea*, qua ratione Dominum hunc tangas & recipias: ob id saltem ne in morbum tibi mortemve conuertatur, quod ad sanitatem vitamque tuam est destinatum. Sed & illud aduertam: quod quamuis virtus ex Christo prodeat, ad omnes sanctificandos, qui dignè, vti diximus, ipsum tangunt & sacramentaliter recipiunt: eò tamen prodit *maior* virtus, quò dignius tangitur. Hæc autem virtus quæ ab eo procedit, charitas est, humilitas est, obedientia, patientia, oratio, deuotio, cæteræque virtutes, ac dona Spiritûs sancti; procedit quoque virtus pacis, gaudij, & spiritualis consolationis, inspirationes, illustrationes cœlestes: quæ omnia hic Dominus communicat iuxta *dispositionem*, qua ad eum accedimus, maiora gratiæ suæ dona ei tribuens, qui melius paratus accedit. O *virtutum omnium fons*, concede mihi excellen- I. Monita ad benè communicandum. Hi soli fructum referunt, qui cum spiritu & reuerētia communicant. Oratio. Colloquiū Virtutes plurimæ in S. Communione dantur, sed iuxta dispositionē. Oratio.

tissima te *dispositione* sumere ; quò excellentissimæ alicuius virtutis tuæ particeps fiam.

II. Noris IESVM obseruare omnium communicantium dispositionem. Colloquiũ

FECIT præterea hoc IESVS, vt mulieris huius *ignorantiam* curaret: quæ etsi pia, existimauit tamen, se posse Christum tangere, ipso id non sentiente, nec aduertente, modò in cumulo cum reliqua turba tangeret: quàm vt ab hac ignorantia eximeret, dixit: *Quis me tetigit*: vt & ego intelligam, scire Christum eos omnes, qui ipsum tangunt, & accedunt, quantumuis id faciant occultè, & multi illi sint, & confusi accedant: videtque, qui cum reuerentia & deuotione, qui sine illis communicent: temporeq; suo manifestaturus sit ac promulgaturus omnia, prout erunt gesta. Quãobrem aperi, *anima mea*, oculos mentis, attendens, cum communicas eum Dominum, quem tangis, & si sub sanctissimi Sacramenti velo lateat, videre tamen cor tuum, modumque & dispositionem, quæ eum recipis; nec posse te occultare, aut quæ nunc agis latere. Ipse enim reuelabit; vt si bonum illud fuerit, cedat tibi in honorem; in ignominiam & pudorem, si malum. Quare contende ad eum accedere, eumque recipere tanta cordis puritate & munditia, atque qui à Deo aspicitur, & atque si ab vniuerso mundo qui cordis munditia accedere obseruaretur.

III. Verecundiam in peccatis cõfitendis vult superari.

VOLVIT denique Christus Dominus quandam aliam huius mulieris imperfectionem curare: qua infirmitatem suam manifestare pudebat, quod ijs qui eam cognoscerẽt, stomachum moturam existimaret, ac propterea ipsam vt immundam despicerent. vt itaque pudore hoc depositio, magis in humilitate, & sui ipsius contemptu proficeret, efficit Christus, vt ipsamet se manifestaret. vt & ego hinc discã, nec nimiã ob vanũ confusionis & humiliationis timorem verecundiam meam, qua meas culpas in confessione aperio; nec illam propensionem, qua vellem defectus, & imbecillitates meas, & alia quæ ad me humiliandum conferrent, nemini innotescere, ipsi Christo Domino placere posse: potiùs gratum habere, cùm ego ipse, calcato vano illo timore, illa confitear, & manifestem quo spiritualis mea salus solidior sit ac perfectior. Et si quando peccatorum *contritione* in cordis mei secreto veniam illorum impetrem, necesse tamẽ est eadem Confessario in tribunali *confessionis* aperire, qui Absolutionis sententia, quod ante Deus fecerat, ratificet. Eripe me, ô *bone Iesu* à perniciosa illa confusione, quam secum adfert peccatum, eiusque remedio portã referans, erige pusillanimitatem meam, vt vires resumat, & animum ad culpas meas aperiendas, reiecto inani timore ignominiæ, quæ ex tali confessione posset prouenire: liquidẽ huiusmodi b *confusio est adducens gloriam* tibi, *& gloriam* mihi, quam à te recipiens, & ipse glorificer.

Cõtritionẽ ratificet Confessio. Oratio.

b *Eccl.* 4. 25.

PVN-

PVNCTVM III.

CVM mulier tremens ad IESV pedes proſtrata maneret, a *ipſe dixit ei Fides tua ſaluam te fecit: vade in pace.* a Luc. 8. 48.

PERPENDE hic Chriſti Domini charitatem in conſolandis ſuis electis. Cum enim hæc mulier anxia eſſet ac tremẽs, neſciens an fortè contactu illo ſuo eum *offendiſſet*; & propterea recepta ſemel ſanitate eſſet *ſpolianda*: magno eam amore compellat *filiam*, vt ſic eam conſolaretur, & de recepta ſanitate redderet ſecuram: adijciens & illud: *Fides tua ſaluam te fecit*: quaſi diceret, ne dubites, non tibi auferam ſanitatem, quam fide tua tibi comparaſti.

I. Caſtus timor firmat humilitatẽ

COGNOSCAM verò hinc *primùm*, bonarum eſſe mentium ibi *timere* culpam, vbi non eſt timenda; ac ſubuereri ne fortè Deo diſpliceant ſuis communionibus & alijs deuotionibus, ideoque ſæpè hærent anxiæ dubiæque, num accedent ad Chriſtum tangendum, & recipiendum, nec ne. Id ſic permittente Deo ad eas animas dolandas, & in humilitate altiùs fundandas, & excitandas ad maiorem in profectu ſuo feruorem, & ad exactiorem præparationem ipſius communionis.

II. Mauult tamen nos etſi imperfectos ex amore filiali accedere. *Pſal. 118. 16. & S. Aug. ibidem.*

DEINDE intelligam Chriſto Domino gratius multò eſſe, ſi ex *amore* ad eum accedamus; quàm ſi abſtineamus ex timore. Ad hoc enim approbauit ſpiritum huius mulieris, & propterea *filiam* appellauit: quia ſpiritus *amoris* & confidentiæ proprius eſt filiorum Dei, qui infinitam ſuam bonitatem in eo manifeſtat, & fauentibus oculis noſtra omnia reſpiciat, licet imperfecta illis aliqua miſceantur: ſicut huius mulieris fidem, licet aliàs imperfectam, laudauit, acceptam ei tribuens ſanitatem, vt eo exemplo non abijciam ego animum, ſi quando aduertero aliquam in meis actionibus imperfectionem: Nam, vt ait Propheta Regius: b *In libro ſuo omnes ſcribit Deus* etiam imperfectos, quos poſt expurgationem admittit ad gloriam in qua cum ipſo regnent in ſecula. Amen.

MEDITATIO XXXII.

DE LANGVIDO A CHRISTO DOMINO ad probaticam piſcinam ſanato.

PVNCTVM I.

Ioan. 5. 2. &c.

ERAT *Ieroſolymis probatica piſcina* (in qua ouium & agnorum carnes ad ſacrificium lauabantur) *quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam: & mouebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.*

Piſcina figura Sacramentorum Chriſti tinctorum ſanguine

CONSIDERA, *Piſcinam* illam animalium illorum, quæ Deo ſacrificabantur, ſanguine tinctam, figuram fuiſſe *Sacramentorum* & eorum lauacrorum, quæ Chriſtus Dominus inſtituturus erat ſanguine eius ſacrificij, quod de ſe ipſo in Cruce erat oblaturus. Hæc ſunt Sacramenta *baptiſmi* aquæ, & *Pœnitentiæ* quæ baptiſmus eſt ignis & lachrymarũ: cuius excellentiæ & præcipuæ proprietates in hoc miraculo adumbrantur. In quo tria erant notanda, ſed intra certos *limites*. *Primum*, quòd omnes corporis *morbos* curaret non tamen dicitur, quod *mortuos* ſuſcitaret: *Secunda*, quod *Angelus* de cœlo deſcendebat, vt aquam moueret: nam aqua illa ex ſe talem vim minimè habebat: ſed non tamen deſcendebat Angelus, cum infirmi petebant aut volebant; nec eius deſcenſus ab alicuius hominis voluntate pendebat, ſed à ſolo ipſo *Deo*, qui interdum illum mittebat. *Tertia* quòd non niſi *vnum* infirmum ex vna motione ſanaret, non multos: & ille vnus is erat, qui *primus* poſt aquæ motum in piſcinam deſcendiſſet, idque in præmium ſuæ diligentiæ.

Limitata vis piſcinæ

1. Morbos nõ mortuos

2. Angelus de cœlo miſſus, non aqua

3. Vnus & Primus

TRES aliæ excellentiæ ſunt etiam in Sacramentis noſtris, ſed multò eminentiores & abſque limitationibus illis. Præmittitur autem, Sacramentum Baptiſmi ſemel tantùm à ſingulis recipi poſſe.

I. Baptiſmi & Pœnitẽtiæ excellentiæ

PRIMA excellentia horum Sacramentorum eſt, quòd virtutem habeant ad vniuerſas peccatorum maculas eluendas, & animæ morbos curandos: & quod multò amplius eſt, ad eam ex morte culpæ ad gratiæ vitam reſuſcitandam: quod veteris legis Sacramenta facere non poterant. Hoc ſpiritu oportet me ad Pœnitentiæ Sacramentum accedere, quæ ſi ob culpas meas ſim *mortuus*, vitam mihi dabit; ſi *langueo* ob vitia & mores deprauatos, ſanitatem mihi reſtituet, ſi *cæcus* ob errores & ignorantias, ocu-

los

los mihi aperiet, & lucem ad videndum, quæ oportet, communicabit: si in Dei obsequio *claudicem*, pedes mihi ad rectè progrediendum dabit; si *aridus* ac debilis, feruorem, deuotionem & vires ad laborandum concedet. O sit ille benedictus, qui tale instituit lauacrum, tanta virtute pollens, vili adeò acceptâ creaturâ, quæ ipsius omnipotentiæ esset instrumentum, quò à tanta me miseria liberaret.

Pœnitẽtia omnes morbos sanat, suscitat mortuos.

SECVNDA excellentia est, quod magni consilij Angelus CHRISTVS Dominus noster paratus sit, quod in se est, venire ad nos his sacramentis sanctificandos, semper, omni die, & hora; idque Ministrorum suorum voluntati, & infirmorum desiderio totum ita commisit, vt assistente continuè magno hoc Deo & Domino, salutem accipiant, vitam, & feruorem spiritus, quicunque hæc accipiant sacramenta. Ex quo intelligam quanta reuerentia fiduciaque oporteat me hæc sacramenta percipere; aspicientẽ *Sacerdotem* & confessarium, non vt hominem tantum; sed vt Dei ipsius visibilem *Angelum*, ad me sanandum ab eo missum: ipsum verò *Deum* inuisibilem virtute sua illic assistentem, vt salutem meam operetur: in quo propterea præcipuè spes meas debeam collocare. Gratias tibi, *Saluator benignissime*, quod in ministrorum tuorum manibus remedium posueris, curandis meorum peccatorum vulneribus, ita semper salutis meæ negotio attentus, atque si tibi nihil aliud agendum incumberet. Vtinam & ego diuini obseqnij tui negotio ita insisterem; vt ad nihil, quod te offenderet, vnquam diuerterem.

II. Pœnitẽtia te omni hora expectat.

Sacerdos Angelus Dei.

Oratio

TERTIA excellentia est, quòd eadem Sacramenta virtutem habeant ad sanandum *vniuersos*; licet reipsa non omnes sanent, ob accedentium tepidem, aliamve dispositionem prauam: & præcipuè eos sanitati reddunt, qui *primi* sunt, hoc est, qui exactiori diligẽtia, maiori feruore, meliori dispositione circa dolorem, & examen peccatorũ, quam alij accedunt. omnes verò contendere par est, vt in his primi simus, tanquam nostræ salutis soliciti, & vt copiosiores ex his sacramentis fructus percipiamus. Sed adeò excellit bonitas Dei, vt etiam sanet imperfectos & *tepidos* qui tam exactã dispositionem non habent; supplens virtute Sacramenti, quod perfecto nostro dolori deest. Ego tamen, *Domine*, gratiá tuâ adiutus, desidero *primus* esse in omnibus, quæ ad tuũ spectant obsequium, & salutem animæ meæ, omnem pigritiam excutiendo, & contemnendo alijs præire pro gloria tua.

III. Omnes sanare potest maxime feruore Primos

Sanat etiã tepidos.

Oratio

PVNCTVM II.

ERAT *ibi quidã homo triginta octo annos habens in infirmitate sua. Hunc* a Ioan. 5. 5.
um vidisset IESVS *iacentem: & cognouisset, quia iam multum*

tempus

tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam, dum venio enim ego, alius ante me descendit.

I. Miserrimo vltro misereturI E. SVS.

PRPENDENDA hîc primùm est magna Christi Domini misericordia, qui atria illa siue porticus ingressus solus & ignotus, cum nullus quicquam ab eo peteret, oculos suos coniecit in languidum, omnium maximè indigentem, & simul ab omnibus desertum, vt sanitati illum restitueret, quò enim miseria est *maior*, eò prouocat magis misericordiam ad illi subueniendum.

II. Voluntates duæ ad salutem requiruntur DEI est certa Nostra sæpe est inefficax

DEINDE causam expendam, cur Christus Dominus languidum hunc interrogauit: *vis sanus fieri?* siquidem satis certum & exploratum erat, illũ cupere sanitatem. Sed hoc fecit Christus ad significandum, in negotio spiritualis nostræ salutis *duas voluntates* esse necessarias Dei, & nostram; illa *Dei* est certa; siquidem ad sanitatem suscipiendam nos inuitat; ideoq; ex ea parte defectus non erit: sed *nostra* voluntas debet esse vera & efficax, & non quasi pro forma, ideoque Christus non dixit: *velles* esse sanus? sed *vis* esse sanus? ita vt hoc *Volo* debeat esse absolutum, & ita efficax, vt omnes inordinatas ad peccandum *affectiones* & *proximas occasiones* omninò remoueat; & ex parte sua adhibeat quidquid est *necessarium* ad spiritualem suã salutem consequendam, sicut languidus hic facere consueuerat, qui raptando vt poterat contendebat ire in piscinam. Et hæc *prima* est necessaria dispositio, vt quis ad lauacrum hoc pœnitentiæ accedat.

III. Nec ego, nec pura creatura potest me iuuare.

TERTIÒ languidi responsum est considerandum, quo suam *voluntatem* confessus est & simul tamen impossibilitatem adiecit, dicens: *hominem non habeo*, qui me iuuet ac deducat; nec vires, vt per me in piscinam possim intrare. In quo monemur, debere nos agnoscere & demisse confiteri imbecillitatem & necessitatem nostram ita, vt nec solus *ego* tantas vires habeam, vt sanare me possim; nec *purus* alius homo aut creatura aliqua sit, quæ me per seipsam iuuare possit; sed à solo IESV Christo subsidium mihi esse venturum: ideoque ad ipsũ mihi esse confugiendum, & firma fiducia dicendum: *Redemptor mi*, ecce mancus sum, & debilis, ac viribus destitutus ad salutem quærendam; & sine auxilio creaturarum ad illam procurandam: iam non possum dicere, me non habere hominem, siquidem te habeo, qui & verè homo es, & plus quam homo, & iuuare me potes: adiuua ergò me Domine, siquidem non in puro homine spem meam colloco, sed in te, qui verus es Deus & homo, cuius est salus & benedictio in secula.

Oratio

IV. Dispositio triplex pœnitenti necessaria

EX dictis constat, duplicem dispositionem ad hoc Sacramentum esse necessariam: *voluntatem* scilicet & desiderium sanitatem obtinendi, & humilem

milem meæ impoſsibilitatis confeſsionē; quibus addenda eſt tertia exemplo huius languidi, qui in ſuo reſponſo magnam oſtendit *patientiam*, cùm nec ſit quæſtus, nec murmurauerit de ijs, qui eum non iuuabant: ſed ſortem vicis ſuæ cum longanimitate expectabat: ſic inquam longam patientiam & conſtantiam habere me decet in procuranda perfecta mea ſalute, & perturbationum mearum victoriâ, abſque querelis aut murmurationibus; non grauiter ſerendo dilationes & moras, quas Deus in ſerendo mihi ſubſidio trahit, nec dando impatientiæ locum, propterea quod pugna ſit diuturnior, aut morbus; ſed clamando tamen, & ſimul perſeuerando: nam vt apud Iob dicit: b *cum te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer*: & quando minus ego cogitauero, aduenietChriſtus, reddetque mihi, ſicut huic languido, ſanitatem.

I. Voluntas efficax.

2. Humilis confeſsio Impoſsibilitatis propriæ.

3. Longanimis patientia.

b Iob. 11. 17.

PVNCTVM III.

DIXIT ei languenti IESVS: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.*

CONSIDERANDA hic primùm eſt *omnipotentia* & infinita Saluatoris in hoc miraculo *miſericordia*, nam vtens ſuæ bonitatis & poteſtatis plenitudine, non exegit ab hoc languido *fidem*, nec petijt vt crederet ſicut ab alijs exigebat; nec manu illum *tetigit*; nec piſcinę aquâ lauit, vt potuiſſet; ſed vnico ſolo *verbo* integram & perfectam illi reddidit ſanitatem. Gaudeo *Saluator mundi*, te eſſe adeò potentem ac miſericordiam. Satis apparet te plus eſſe quàm hominem, qui poſsis quæ nullus homo aut Angelus poſſet. Adhibe erga me tuam omnipotentiam & miſericordiam perfectam, impertiens ſanitatem, qua tibi ſeruire valeam.

I. Potentia & bonitas IESV ſolo verbo ſanantis. Oratio.

EXPENDENDA deinde eſt cauſa, cur ei dixerit: *tolle grabatum tuum, & ambula*, non ad *literam* ſolùm vt appareret corporis ſanitatem, quam Deus impertit, eſſe perfectam & ſolidam; ſed vt idem etiam de *ſpirituali* intelligatur. Nam infirmus, qui *animam* ſuam paraliticam & impeditam, ac in grabato miſeri corporis iacentem habebat, tractam & raptatam à ſuis cupiditatibus & inordinatis carnis ſuæ appetitionibus virtute Chriſti ita ſana reſurgit, vt ipſamet *corpus* ſuum quocunque velit ducat ac gubernet, ſuamque voluntatem ita dirigit, vt non trahatur à paſsione iræ, timoris, triſtitię aut gaudij; ſed ipſa potiùs has paſsiones gubernet, eiſdemque iuxta rationis dictamen vtatur. Et hoc ſignum eſt eam fuiſſe perfectè ſanatam. O *bone Ieſu* dic animæ meæ: tolle grabatum tuum & ambula, vt ſimul cum corpore meo per ſanctæ tuæ legis viam ambulet; libera quæſo eam à nimijs cupiditatibus, vt præceptorum tuorum onus ita illi ſit leue, vt faciliùs tollere illud poſsit.

II. Lectum tolli in ſignum ſanitatis. Anima corpori & paſsionibus ante ſubdita nunc eas pro arbitrio regit. Oratio

III.

DENIQVE consideranda est etiam exactissima huius hominis *obedientia*, qui, cùm hoc factum esset die Sabbati, quo Iudæi non existimant licere onera portare, ipse tamen statim atque à Christo audiuit: *tolle grabatum tuum & ambula*, iudicium suum subijciens, magna promptitudine, velocitate, & lætitia, grabatum suum suscipiens super se, cœpit ambulare: dicentibus verò illi, qui ei occurrebant: a *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum: Respondit: qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula.* Atqui si dixisset, qui adeò est Sanctus ac potens, vt me sanare potuerit, ipse hoc mihi mandauit: certumque est id esse licitum, siquidem ipse mandauit. hoc autem mihi satis est: Et hoc dicebat non sciens, quis esset Christus: qui tamen vult subditos suis superioribus, & pœnitentes suis confessarijs simili obedientia prompta, ad nutum; hilari, & resignata obedire; (vbi peccatum non apparet manifestè) & quicquid Deus, & Cõfessarius, qui ipsos sanitati, reddidit iusserit; reipsa præstare. O *Deus meus*, vera animæ meæ salus, iube quidquid volueris, quãuis difficile, ignominiosum & graue sit; & quamuis omninò adynaton esse videatur; omnibus enim prompta voluntate me subdam & si quis obedientiam meam voluerit impedire, respondebo ei: Deus qui me sanum fecit; hoc vt facerem præcepit: mihi autem hoc satis est, vt id exequar.

Obedit Christo gestans onus in Sabbato a Ioan. 5. 10. Deo in superioribus & confessariis parẽdũ Oratio a Ioan. 5. 13.

PVNCTVM IV.

RESTITVTO homine sanitati a IESVS *declinauit à turba constituta in loco*, & postea veniens ad templum *inuenit ibi hominem, dixitq; illi: ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

I. Humilitas Christi & solicitudo miraculũ perficiendi

PERPENDENDVM hic primùm est *humilitatis* exemplum, quòd Christus Dominus hic dedit, seipsum abscondens & hominum laudes, declinãs; item *solicitudo*, qua ad *templum* accessit, non solùm, vt *gratias* Deo Patri ob illud miraculum referret, sed etiam vt illud magis perficeret *monitis* illis, quæ huic homini dedit in templo, ad quod sciebat ipsum iturum.

II. Gratitudo pro beneficiis & post confessionem. Part. 1. Medit. 32.

DEINDE perpendam bonum illum *gratitudinis* affectum, quem homo ille infirmus habuit, qui statim atq; se restitutum sanitati vidit, primùm omnium in templum se contulit, vt pro accepto beneficio gratias Deo ageret, vnde exemplum accipiam, mox à *confessione* Deo gratias agere, ob acceptum in eo sacramento beneficium, meipsum in templo aut in aliquo alio loco ad id apto recolligens, & hoc beneficium expendens, ac pro eo gratias agens: vt suo loco fuit dictum.

III. Aliorum morbi ad Dei gloriã & exercitiũ virtutum referendi.

DENIQVE verba illa perpendam, quæ vltimo Christus eidem homini dixit: *noli amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat.* In quibus verbis tria magni momenti documenta continentur. *Primum*, quòd *morbi* interdum accidant in *pœnam* nostrorum *peccatorum*: idque debeo de *meis*

iudica-

iudicare. Alij enim tanquam *iusti* patienter ob Dei *gloriam*, aut exercitium virtutum: at ego miser peccator ob culpas meas patior, & vt ait Propheta a *iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Secundum* est vt *nolim* amplius peccare. Non dixit autem, ne amplius pecces, quia hominum est peccare & in leuiores præcipuè culpas labi, sed *noli* inquit amplius peccare, hoc est, statuas firmiter, firmamque ac resolutam concipe voluntatem, cum diuina gratia, non amplius peccandi. Quod propositum debet in confessione renouari, cum verò emendationis desiderio. *Tertium* est *recidiuum* fore peius ipso priori casu ob *ingratitudinem*, quæ ostenditur versus eum, qui primum casum remisit: & quia signum est, *parui* æstimari acceptam salutem: quam tàm facilè iterum amisit; ac porrò *pœna* quoque durior erit, quàm prima; siquidem culpa est maior. O Magister verax b *cuius perfecta sunt opera*, & certa ac vtilis fraudum detectio, audiui monita tua, adiuua, quæso, vt eadem custodiam in corde meo, meamque vitam illis accommodem. Libera me à recidiuo, firmamque concede voluntatem te amplius non offendendi: conserua etiam in me quod hactenus dedisti, vt vitam ducam in puritate & sanctitate. Amen.

Mei vero peccatorũ pœna.

a *Mich.7.9* Nolis peccare & si ex infirmitate peccabis.

Recidiuæ periculum ob ingratitudinem.

b *Deu.32.4* Oratio.

PVNCTVM V.

ABIIT a *ille homo*, & magno feruore *nunciauit Iudeis*, *quia Iesus esset, qui fecit eum sanum*. hoc exemplo nos docens zelum & feruorem verè *pœnitentium*, qui singulare sanitatis beneficium à Deo perceperunt: qui cupiunt *Deum* omnibus innotescere, ac venerationi esse: ideoque palàm manifestant beneficium, quod ab eo receperunt iuxta id quod Christus Dominus homini illi dixit, à quo legionem dæmonum eiecerat: b *vade*, inquit, *in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit*. Et ita cum Dauide dicere possum: c *redde mihi* Domine *lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me*: Si enim id feceris, *docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.*

a *Ioan.5.15.* Pœnitentes vbique Deũ laudant.

b *Ps.50.14.*

c *Mar.5.19.*

DENIQVE perpendenda est eiusdem sanati hominis *prudentia*, qui non dixit Iudæis: Iesus est, qui mihi dixit: tolle grabatum tuum; sed dixit *Iesum* esse, qui eum fecisset *sanum*, ne Iudæis occasionem daret calumniandi Christum, contra quem iam cæperant murmurare, quòd curaret in *sabbato*. Ex quo discam, cautè agere, & in *loquendo* circumspectum esse, vt ea narrem, quæ bona esse cognoui, non admiscendo aliquid, quod peruersi ad malitiam suam fouendam, arripere possint.

Prudenter beneficia commemorat quæ ostendere posset silet.

MEDITATIO XXXIII.

DE LEPROSO, QVEM CHRISTVS MVNDAVIT, & iussit se Sacerdoti præsentare.

PVNCTVM I.

a Matt. 8. 2. b Marc. 1. 40. c Luc. 5. 12.

VENIT a *ad IESVM leprosus, &* b *genu flexo,* c *& procidens in faciem adorabat eum dicens: Domine si vis, potes me mundare.*

I. Leprosi virtutes

I. Reuerentia

2. Fides.

Si vis, id est Nescio an dignus sim aut expediat.

3. Resignatio

PERPENDENDAE hîc sunt insignes huius Leprosi virtutes, quas in sua oratione ostendit. *Prima* fuit insignis *reuerentia* externa & interna, flexit enim genua & procidit in faciem vsque ad terram, Christum adorans, & vocans Dominum. *Secunda* fuit magna fides de omnipotentia Christi Domini nostri, qua confessus est, ipsum sola voluntate posse illum sanare. non enim dixit; si id à Deo petieris, sed *si vis, potes*; ita confitendo, ipsum esse Messiam & Dei filium: Nec illud: *si vis* dixit, tanquam de eius misericordia dubitans; sed quòd non sciret, an ob peccata propria *dignus* non esset, cui beneficium illud conferretur; aut num *expediret* sibi, sanitatem illam corporis impetrare. *Tertia* fuit magna propriæ voluntatis *resignatio*: nihil enim expressè petijt, neq; enim dixit; munda me; sed necessitatem suam ac desideriũ breuissimis verbis manifestauit, & Christi omnipotentiam confessus, cuius voluntati remisit suam sanitatem.

II. Lepra peccatorum.

HIS virtutibus ornatum debeo me ante Christum constituere, quasi hominem plenum leprâ peccatorum, & aliarum miseriarum. expendam verò, quæ sit *lepra* mearum potentiarum, sensuum, & totius animæ meæ, est enim Ira, Gula, Superbia, & reliqua vitia: & mox magna animi demissione, profundissima *reuerentia*, *fide* viua, & perfectissima *resignatione* dicam: DOMINE, SI VIS POTES ME MVNDARE. Loco autẽ verbi *Domine*, licebit alia Dei nomina vsurpare, quæ illum ad misericordiã, me ad maiorẽ reuerẽtiã prouocẽt. Loco itẽ verbi *Mundare*, licebit alia ponere, quibus aliquorum particularium necessitatum remedium postulem, dicens: *Pater mi*, Medice mi, Saluator mi, & omne bonum meum; si vis, potes me à superbia mea, à gula, ira, &c. sanare, si vis, potes mentem meam illustrare, amoris tui igne me accendere; si vis, potes me facere patientem, mansuetum, humilem, &c. Non dubito de omnipotentia tua: quia omnia potes, nec de tua voluntate in sanitate animæ meæ reddenda, quam scio te desiderare: ob indignitatem meam dubito. quare in manus tuas me totum proijcio, & in voluntate tua meum constituo remedium. Hæc vna est orationum, quas *iaculatorias* vocant, admiranda, vt frequenter interdiu repetatur: ad

Oratio

Iaculatoria Oratio.

cuius imitationem ſimiles alias facere poſſumus,& in vſu habere, quas in ſubſequentibus miraculis videre licebit.

PVNCTVM II.

IESVS a *autem miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangens eum, ait illi: Volo. Mundare. Et ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt.*

PERPENDENDAE hîc ſunt admirandæ Chriſti Domini noſtri virtutes & excellentiæ. *Primæ* fuit MISERICORDIA, quia *miſertus eius*, ſtatim abſque vlla mora commiſeratione miſeriæ illius Leproſi fuit permotus, eſt enim ipſe inſigniter compaſsiuus: Quod ſi adeò miſerijs corporis *compatitur*, quantò magis exiſtimandus eſt compati miſerijs *animæ*? nam peccatorum lepra, quæ quamdiu eſt ſpontanea prouocat iram & indignationem Dei; eadem inclinat ad miſericordiam, quando illam horremus, & ab illa cupimus ſanari. O *Ieſu miſericors*, miſerere mei, ſi quidem à tua miſericordia prouenit, me à miſeria mea liberari. Adiecit autem Euangeliſta hoc verbum *miſertus eius*, vt conſtet non oſtentationem inanem, ſed veram commiſerationem, miraculi cauſam fuiſſe.

SECVNDA virtus fuit rarum quoddam & inſigne BONITATIS & OMNIPOTENTIAE ſuæ indicium, quo reſpondit fidei ac fiduciæ illius Leproſi, dicens illi: *Volo, Mundare*. tu ais: *Si vis*; ego igitur dico: *Volo*, tu ais: *potes mundare*; ego igitur dico: *Mundare*, & ita factum eſt. O *bonitatis* & omnipotentiæ Ieſu magnitudinem, quæ ita adimples eorum deſideria qui in te confidunt: b *Dic* quæſo Domine *anima mea: ſalus tua ego ſum*. *Volo mundare*: nam *dicere* tuum, eſt facere; & mox atque tu dixeris, illa erit ſana.

TERTIA fuit magna BENIGNITAS & HVMANITAS. nam abſq; vllo Lepræ errore (à qua Iudæi adeò horrebant, vt non ſolùm non tangerent, ſed neque ad leproſum accederent: habebaturque immundus, qui illum tangebat) humanitas & benignitas huius maieſtatis extendit manum ſuam, & amanter illum *tetigit*, vt ei adferret ſanitatem. Perpendit verò Euangeliſta, quòd extenderit manum, vt ſignificaret, tum futurum, vt manus ſuas *extenderet* in cruce, quò nos à peccatorum lepra liberaret; tum ſanctiſsimam eius *carnem*, virtutem habere ad ſanandum quidquid tangeret. & quando Deus extendit & c *aperit manum ſuam, implet omne animal benedictione*, & plurimis donis. Ex quo apparet quanta ſit *efficacitas orationis*, quæ ſupra poſitas conditiones coniunctas habet, & in quem *finem* illa ſit dirigenda: ad impetrandum videlicet à Chriſto Domino noſtro illud *Volo*, & illud *Mundare*: & vt *manum* ſuam, quam clauſam & compreſſam habebat, *aperiat* & laxet, talemque eius tactum adhibeat, quo animæ meæ lepra omnino ſanetur.

a *Mar.* 1 41 Chriſti virtutes.

I. Miſerisordia

Lepra animæ voluntaria Deum offendit moleſta fit autir.

Oratio

II. Bonitas & Potentia oratio

b *Pſal.* 34.3. Dixit & facta ſunt.

III. Benignitas Ieſu. Extendit manum ad leproſum.

c *Pſ.* 144 16 orationis requiſita efficacia & Finis.

PVNCTVM III.

DIXIT ei IESVS: a vade ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro mundatione tua, quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.

a *Marc. 1. 44.*

PERPENDENDVS hic primùm est zelus Christi Domini, circa veteris legis, quamdiu illa durabat, obseruationem: ideoque voluit leprosus seruare quod illis erat præscriptũ? vt b *ad sacerdotem adducerentur*, & dona ac sacrificia Deo offerrent, tum ob *gratiarum* actionem, propter acceptum ab eo beneficium; tum in *testimonium*, quòd verè mundati essent. qui autem tantum habebat zelum, vt veteris legis mandatis obtemperaretur; quantò habebit maiorem, vt nouæ legi obediatur.

I. Zelus legis.

b *Leuit. 14. 4. &c.* Ad Sacerdotem ibant.

DEINDE iussit Leproso, vt se præsentaret *sacerdoti*, ad significandum Sacramentum pœnitentiæ in lege noua in qua iubetur, vt quicunque peccatorum lepra fuerit infectus, quamuis vera eorum *contritione* veniam impetrasset, se præsentet sacerdoti, & leprã manifestet, qua fuit infectus, & corã ipso c *sacrificiũ Deo offerat spiritus contribulati & cordis contriti ac humiliati*; & sententiã *absolutionis* audiat, qua accepta remissio *confirmatur*; & purificatur, magisque *perficitur* anima per gratiam sacramenti, qua aptior etiam redditur ad sacræ *communionis* Sacramentum: sicut in veteri lege Leprosi, qui ad sacerdotem adducebantur, d *radebant omnes pilos corporis sui, & capillos capitis; & lauabant vestimenta sua, & carnem suam; & offerebant agnum immaculatum in sacrificium*: & hac ratione à legali immunditia mundi iudicabantur, & ad communem cum alijs tractationem admittebantur. Ex his duo magni momenti documenta accipiam *Alterum*, vt, cùm examinandæ conscientiæ causa me recolligo, vt ad sacram Confessionem me præparem, coner talem de peccatis dolorem concipere, vt virtute *contritionis* tunc reipsa munder à lepra peccatorum: hæc enim est *optima* ad confessionem *præparatio*, vt suo loco fusiùs est dictum. *Secundum*, vt statim magna animi demissione, confessario me præsentem, meaque peccata nouo contriti cordis sacrificio aperiam, procurando radere *capillos* & pilos qui sunt superflua vitæ veteris; ac *lachrymarum* aqua lauare animam meam, eiusque vestimenta, opera scil. quæ fecit; & meipsum promptum offerre, vt confessarius *nouacula* pœnitentiæ, correctionis, & mortificationis, ad purificandum me adiuuet. Et hac ratione mundatus accedam ad offerendum sacrificium agni immaculati Christi IESV, & ad *corpus* eius sanctissimum suscipiendum.

II. Confessionis Sacramentum, etiam contrito necessarium.

c *Psal. 50. 16*

d *Leui. 14. 8*

Contritio optima præparatio *Prima part. Medit. 31.*

Confessio accurata

DENIQVE perpendam; Christum Dominum nostrum prohibuisse huic leproso diuulgare hoc miraculum dicitque S. Marcus e *comminatus est ei*, quasi minas addendo, si manifestaret, aut certè vehemẽter & seuero vultu id prohibuisse, vt *humilitatis* exemplum nobis hac ratione relinqueret: & aduerteremus, quàm seriò hominum laudes declinaret ac fuge-

S. Communio.

III. Humilitas Christi

e *Mar. 1. 43.*

ret.

ret. Sed ea prohibitione non est deterritus Leprosus, *sed egressus, cœpit prædicare & diffamare sermonem:* caulaque fuit, cur plurima turba ad Christum audiendũ concurreret. Neque in hoc censendus est fuisse inobediens, aut errasse; potius.n. id fecit boni spiritûs instinctu, & *Zelo* gloriæ Dei, ac gratitudinis erga eum, qui ipsum sanauerat; vt sic omnibus esset veneration, & multi ex eius doctrina proficerent; nam & ipse Christus Dominus sibi complacet, ne nos *gratitudinis* legibus & *gloriæ* Dei desimus.

Leprosus vero Zelo gratitudinis & gloriæ Dei magis euulgat

Eodem autem facto monemur; si quando *iustus* quispiam ex animi sui demissione cupit sua opera *occultare*, licere nobis (nisi aliquod inde incommodum sequatur) ea *promulgare* & extollere, tum ad aliorum exemplum, tum ad ipsius iusti honorem.

Quæ iusti occultant tu prudenter poteris euulgare.

MEDITATIO XXXIV.

DE DECEM LEPROSIS A CHRISTO sanatis, & ad Sacerdotes missis.

PVNCTVM I.

VT ingrederetur IESVS quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.

a Luc. 17. 18

CONSIDERANDVM hic est, vt in proxima Meditatione, quo affectu isti leprosi orauerint, ostendentes suam *humilitatem* & reuerentiam dũ à longè clamarent, indignos se iudicantes, qui ad CHRISTVM Dominum accederent: simul verò *confidentiam* magnam, & *resignationem* orationis suæ coniungebant: quia non dixerunt, sana nos, sed: *miserere nostri*, vt ipsius misericordiæ omnino se subiicerent: His virtutibus etiã *coniunctionem* in orando addiderunt, quæ aliàs plurimùm apud Deum potest, cùm multi eadem necessitate pressi; simul & cum charitate orant: nam quod quisque pro omnibus petit, sibi quoque impetrat. Ideo enim S. Iacobus dixit, b *orate pro inuicem, vt saluemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Cuius contrarium factitant mendici huiusmodi, qui vellent soli petere: quia si multi petant, diuites offenduntur, ideoq; timent, illos non facturos eleemosynas: at noster Dominus non propterea defatigatur, quòd multi ab eo petant; quia pro omnib. habet, & potiùs gaudet, quòd omnes eius pauperes charitate inter se cõiungantur: quib. propterea libentiùs suã eleemosynam impertitur. O liberalissime & benignissime *magister*, multi sumus in hoc mundo leprosi, decem istis expressi, quia decem sanctæ tuæ legis præcepta transgredimur; quamuis alij alijs immundiores simus: omnium quæso, Domine, miserere: munda *Hæreticos* ab hæresis suæ leprâ, *superbos* à lepra superbiæ, *carnales* à lepra voluptatis car-

I. Humilis confidentia. Resignatio Cõiunctio

b Iacob. 5. 16

Deus cupit multos simul petere.

oratio

nis

nis, *meq́*, cum illis munda ab omni lepra, quæ in animæ meæ facultatibus internis & externis inhærent: c *Vt ſicut hactenus fuit ſenſus meus, vt errarem à te, decies tantum iterum conuertar, vt requiram te. Amen.*

c Baruch 4.28.

PVNCTVM II.

1 Luc.17.14

I. Oculi Christi misericordiæ fontes.

QVos *vt vidit* IESVS a *dixit: ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt.*

PRIMVM conſiderandum, omne noſtrum bonum inde principium & originem ſuam habere, quod Chriſtus Dominus noſter miſericordiæ ſuæ oculis nos *reſpiciat*, ſicut aliàs eſt dictum. Simul tamen cum *fide*, quam in his leproſis vidit, voluit *obedientiam*, quæ ex illa naſcitur probare, illoſque in ea exercere, dicens illis, antequam eos ſanaret, *ite oſtendite vos ſacerdotibus*: quamuis ipſe non ignoraret, legem ſtatuere, ne priùs ad illos accederent, quàm eſſent à lepra mundati. verùm illi iudicium ſuũ reſignantes, abſque vllâ replicâ aut morâ, Chriſti iuſsioni paruerunt, & ita *factum eſt, vt dum irent, mundarentur*. vt diſcamus, tum quanti ipſe faciat reſignatam, ad nutum, & velocem obedientiam; propter quam ſæpè etiam facit miracula; tum quòd qui *viuam fidem* & fiduciam in Chriſtum habet, nihil dubitat in omnibus obedire, quod vel per ſeipſum, vel per ſuos miniſtros iniungit; qui etiam miniſtri poſſunt reſignationem, & obedientiam ſuorum ſubditorum *probare*, ſicut Chriſtus horum Leproſorum probauit. Hoc enim modo ſciens Deus magnam *Abrahæ* fidem, voluit ad noſtrum exemplum, eius etiam obedientiam probare, dicens: b *tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & offer eum mihi in holocauſtum.* quæ probatio præclariſsimè euenit: nam *fides, fiducia, & obedientia* optimè, vt germanæ ſorores conueniunt ad executionem omnium, quæ placent diuinæ voluntati.

Viua fides facile obedit. Subditi ſubinde probandi. b Gen.22.2. Fides, fiducia & obedientia tres ſorores.

II.

DEINDE conſideranda eſt myſtica huius facti cauſa, quæ eadem eſt cum cauſa proximi præcedentis miraculi, quamuis aliquid peculiare habeant. Factum eſt enim; vt diſceremus, quid leproſis in anima faciendum ſit, cùm pro ſalute impetranda ad Deum accedunt. qui etſi per ſeipſum poſsit illam largiri, vult tamen vt prius ad ſacerdotes nouæ legis accedant, qui ſunt confeſſarij; illiſque ſuorum peccatorum lepram manifeſtent, quantumuis horridam; nihil eius occultando. Latetque myſterium in illo verbo: *oſtendite vos*, ſicut & in ſimili *oſtende te*, quod alteri leproſo dixit. atq; ſi diſtinctiùs diceret: aperite vos totos ſacerdoti, vt vos videat & cognoſcat interiùs, & exteriùs qui ſitis: nihil mali occultando, omniũ quæ feceritis, dixeritis, aut cui internum conſenſum præbueritis. Spiritu itaque *obedientiæ*, quia Chriſtus ita iubet; & ſpiritu *humilitatis*, propter ſa-

Manifeſtatio ſui ipſius plenſſima ex obedientia & Humilitate.

lutem

lutem animæ meæ, debeo me totum manifestare confessario; ferendo quidquid pudoris in hoc occurrit. O *bone* IESV, siquidem omnem meam lepram tu vides, & cognoscis: quid impedit, quod eandem tuus minister etiam videat: nolo Domine honorem apud homines, quem apud te non habeam. Potuisses Domine iubere, lepram meam toti mundo manifestare, idque iure merito, sed cum satis tibi esse ostendas, si eam sacerdoti manifestem, omninò id faciam, vt ab ea me mundare velis.

Oratio

III. Voluntas vera apud Deum pro facto est

DENIQVE perpendam, hos leprosos, dum irent, in ipso itinere fuisse mundatos, quia in oculis Dei *voluntas* pro facto reputatur. & ita perfectus peccatorum dolor, cum adiuncta ea confitendi voluntate sufficit, ad animæ salutem consequendam & à lepra mundandam; quamuis nihilominus sit postea ad sacerdotem accedendum. Pro quibus omnibus laudandus à nobis est Christus Dominus, qui tot modis & vijs facilè reddiderit malorum nostrorum remedium.

PVNCTVM III.

a Luc. 17. 15

VNVS a *ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens; & hic erat Samaritanus. Respondens autem* IESVS *dixit, nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic Alienigena: & ait illi, surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.*

I. Plerique periculis erepti Deo ingrati sumus.

HIC cõsiderabo, propter nouem illos leprosos, maximam hominum partem; etsi cum aliqua necessitate premuntur, deuoti Deoque importuni sint, fidemque & fiduciam de eius misericordia habeant; quia ipsa eos necessitas ad id vrget: quam primum tamen desideratum beneficium acceperunt, & se sanitatem aut prosperitatem consecutos vident, Dei obliuisci, nec gratias, vt par est agere: quod grauissimè ipsi Christo Domino nostro displicere, ostendunt illa verba, quæ hac occasione tanto sensu ipse dixit: *nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt?* & eodem modo loquendi vsus est Deus, quando peccauit Adam: cũ ei dixit: *Adam vbi es?* quo ostendit Deus se ingratorum viam & gressus non probare, nec eos agnoscere; quia ipsi eum non agnoscunt. Gen. 8. 9.

II. Peccatores sæpe sunt præ iustis Deo magi grati 1. Part. Me dit. 32.

DEINDE, propter leprosum Samaritanum considerabo, sæpe *maximos peccatores* quando animæ salutem, aut aliud beneficium à Deo accipiunt, magis gratos se Deo ostendere: quia indignitatem suam agnoscentes *pluris* faciunt ipsum beneficium, tanquam in minus merentes collatum: quãuis ex alia parte esset rationi consentaneum, *iustos* magis gratos se ostendere: & ita ad pudorem nouem leprosorum Hebræorum dixit Christus: *non est inuentus qui rediret ac daret gloriam Deo, nisi hic Alienigena.* HINC dis-

cam quanti referat, post confessionem & absolutionem acceptam, vt (suo loco dictum est) recurrere statim ad *gratias* Christo Domino agendas ob munditiem & remissionem, quam mihi dedit, ea deuotione, qua hic Samaritanus fecit: de quo refert Scriptura, quod *regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius*, atque si illos vellet osculari, *gratias agens* ob acceptum beneficium. Est tamen simul perpendenda huius Samaritani prudentia, qua Christo Domino dicenti, *& nouem vbi sunt?* nihil ipse respondit, ne eorum culpam & ingratitudinem augeret: sed attendit suæ gratiarum actioni, quam propter non redierat: Vt hinc ego non discam; tribuere proximis culpam, etiam cum ad id faciendum, offertur occasio.

Gratiarum actio post Confessionem.

Abstinet ab aliorũ culpa exaggeranda

DENIQVE perpendendum est, quanta modestia Christus Dominus de nouem leprosorum ingratitudine sit conquestus dicens: *non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo.* non dixit qui daret mihi gloriam, aut gratias mihi ageret: vt nos doceret, eum, qui beneficium præstat, non *sibi* gratitudinem aut laudes petere debere, sed *Deo*, à quo omne *datum optimum* procedit. *Benignitas* quoque & *amor* est perpendendus, quo Christus Samaritanum excepit, & cum eo locutus est; eum honorando, eiusque fidei sanitatem, quam acceperat, referendo. Estque fas credere, etiam à lepra *infidelitatis* & reliquorum peccatorum eundem liberasse, dimittendo plenè sanum in corpore & *animo* ob illam *gratitudinem* quam solus ex reliquis ostenderet. O *Deus* animæ meæ, quam te gratum ijs ostendis, qui erga te grati sunt, vt semper habeant vnde tibi sint grati. Semper, Domine, vellem gratus esse ob ingentia beneficia, quæ semper in me confers, quãuis parcus semper victusque maneam in hac parte. siquidem & ipsa mea gratitudo notium est beneficium quod à te optimo benefactore meo recipio. cui sit honor & gloria per secula ob omnia bona, quæ tuis tribuis creaturis. Amen.

III. Non tibi, sed Deo laudem & gratias quære.

Benignitas Christi in agendo cum Samaritano.

Samaritanus mundatus & conuersus.

Oratio.

MEDITATIO XXXV.

DE COECO A CHRISTO APVD Iericho sanato.

PVNCTVM I.

a Luc. 18. 53. Mat. 20. 29. Mar. 10. 47. Cæci non cæcæ virtutes.

I.

QVM *appropinquaret* IESVS a *Iericho, cæcus quidã sedens secus viã mendicans, cum audiret, quod Iesus Nazarenus transiret, clamauit dicens*: IESV *fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.*

PERPENDENDAE hic sunt huius *cæci virtutes* quas in hac sua oratione

prodidit

prodidit. *Prima* fuit FIDES & FIDVCIA, magna in Christum credens esse Messiam & filium Dauidis; ac Deum qui omnia posset, ad quem spectet misereri, & necessitatibus nostris remedium adferre. *Secunda* fuit insignis FERVOR, & affectus in orando, qui tum ex cæcitatis & *miseriæ* suæ cognitione, tum ex concepta *spe*, quod Christus esset eum sanaturus, prouenie-bat: quem affectum ostendebat clamore illo repetito. *Tertia* fuit magna in orando CONSTANTIA & perseuerantia, etiam cum, vt taceret, mone-retur, & reprehenderetur: potiùs ex illorum reprehensione, excitabatur magis ad eleuandam vocem, & repetendam orationem.

1. Fides Fiducia

2. Feruor

3. Constantia

IN hoc cœco meipsum spiritualiter cœcum intuebor, duplici cæcitate ignorantiæ & culpæ, erroris & passionis, quæ duplicem animæ oculum excœcant, quos S. Bernar. *cognitionem, & amorem* appellat. Ex quo facilè intelligam, me tota vita otiosum sedere, nec attendere ad virtutum ope-ra, ad quæ teneor; sed occupare me in mendicandis à creaturis huius mun-di prætereuntibus, reculis aliquibus quæ me recreent, voluptate scilicet, honore, aut lucello aliquo, quibus occupatus continear. Quod tamen to-tum parum omnino est, & caducum, sicut eleemosyna pauperibus à præ-tereuntibus collata. Perpendens itaque hanc cæcæ, otiosæ ac mendicæ a-nimæ meæ miseriam, clamare me oportet ad vnicum certumque meum adiutorem Christum, eique dicere: IESV *fili Dauid miserere mei*. quam o-rationem ornare oportet prædictis virtutibus & ornamentis, omnino statuēdo, *quatuor*, teste Bern. futura *impedimenta* meæ *orationis*, nisi eis vi-riliter me opponam. *Cogitationum* videlicet & multiplicium imaginatio-num concursus quæ cor meum subeuntes, non sinent me attendere, quid orem; *Remorsus* deinde conscientiæ ob admissa peccata, qui dum me re-prehendunt, diffidentiam gignunt, terrentque dicentes: quomodo audes ad Deum clamare, qui talis es? *Agmen* quoque necessitatum ac miseriarum corporis; ac denique *occupationum* & curarum seculi varietas, & multitu-do, magna sunt orationis impedimenta. Imò interdum ipsi, qui Christum *comitantur*, orationem ipsam mihi præripiunt, meipsum ad sua negotia specie aliqua pietatis post se trahentes. sed his nihil obstantibus, orandum mihi & clamandum est corde, & interdum etiam ore, ac dicendum: *Iesu fili Dauid miserere mei*. Quod si obstacula pergant pertinaciter me retrahere ex eisdem sumam occationem feruentius orandi, & cum Dauide dicendi: b *Libera me quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est inter me: sicut vmbra, cum declinat, ablatus sum, & excussus sum sicut locusta*, cogitati-onibus meis ab hoc in illum locum me proijcientibus. Seda illas, Deus, & stabili firmiter, vt orare, & te laudare magno feruore possim.

Lib. de dig. nit. amoris diuini c. 8. Otiosus & mend. cus sim, quia Cæcus.

Serm. 83. in Cant. Impedimenta orādi quatuor

Tu contra audentior ito.

b *Ps.* 108. 22

PVNCTVM III.

a *Luc.18.40* STANS *autem* a IESVS, *iußit illum adduci ad ſe: & cum appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam & Ieſus dixit illi: reſpice.*

I. Diſsimulat Ieſus in prima petitione.

CONSIDERA primùm Chriſtum Dominum noſtrum, etſi primum ſtatim cæci huius clamorem percepit, *diſſimulaſſe* tamen, atque ſi eum non audiret; vt eius probaret conſtantiam, & ſanitatis creſceret deſiderium. Idemque nobiſcum ſæpe agit; vt perſeuerantia in petendo ſit nobis ad accipiendum quod petimus, diſpoſitio. Sed ſtatim tamen clementiam & benignitatem ſuam oſtendit, gradum ſiſtens ad cæci vnius mendici vocem, quem (& ſi multa eſſet turba cum ipſo, quam totam conſiſtere oporteret) *Iußit ad ſe adduci*, vt eum ſanaret. O bone IESV b *Sol* iuſtitiæ, *qui obedis voci hominis, ſiſtens in medio cœli* & curſus tui, vt cupitum lumen illi reddas, audi clamorem meum, & illumina cæcitatem meam, qui c *gaudium habere non poſſum, niſi lumen cœli videam.*

Mox tamen miſeretur.

b *Ioſ.10.* 13.

Oratio

c *Tob.5.* 13.

II. Exultatio animæ à Deo vocatæ.

DEINDE perpendam, qua ratione cæcus, audiens ſe à Chriſto vocari, d *proiecto veſtimento ſuo, exiliens ob ſpem recipiendi viſum, venit ad Ieſum*. In quo oſtenditur eius animæ *exultatio*, quæ internam ſentit vocationem Dei, eiuſque diuinam inſpirationem: cui vt pareat, omnia relinquit; ſpe, omnia, quæ deſiderat, ad ſalutem & perfectionem ſuam, inueniendi. vt experientia didicerunt, qui ad Religioſum ſtatum vocati ſunt.

d *Mar.10.* 50.

III. Viſio ſpiritualis.

DENIQVE conſiderandum eſt myſterium interrogationis Chriſti: *Quid vis, vt faciam tibi?* & reſponſionis cæci, *Domine vt videam*: ac denique verbi illius, *Reſpice*: quo ſolo verbo impleuit Chriſtus totum cæci deſiderium, correſpondens magnæ illius Fidei, qua viſum petierat, alio verbo ſinonymo. O *Deus* animæ meæ, ſcio te cæcum interrogare: *quid vis?* vt nos doceas, te nolle gratiæ tuæ dona communicare, niſi iis qui ſe, ad ea recipienda diſponunt. Vtinam & mihi diceres: *Quid vis, vt faciam tibi?* Ego enim mox reſponderem: *Domine vt videam*, non tamen quiduis, & quomodocunq; ſed vt viuaciſsimæ fidei oculis, te *Saluatorem* meum videam, vt cognoſcam & amem: hæc ſiquidem e *cognitio* amori cõiuncta *eſt vita æterna*. Peto etiam Domine, *vt videam* tuam diuinam voluntatem, ſanctamq; legem: plurimi eam faciens, vt ſemper obſeruem. *Videam* præterea meipſum, & verè ita cognoſcam, & me odio habeam, & humiliem. *Vt videam* item creaturas non oculis corporis ob curioſitatem; ſed oculis animæ ob contemplationem, te in eis Creatorem meum contemplans, à quo tanta bona accipio. Ac denique, *vt videam* ſuo tempore diuinitatem tuam, & perſonarum Trinitatem, cuius viſione beata ſit anima mea, in dulciſſi-

Oratio

e *Ioan.17.3.*

ma ſocietate tua. O mi Rex, & Domine, dic animæ meæ: *Reſpice* quod deſideras: nam tuum dicere eſt facere: & ſi dixeris: *Reſpice*, ſine vlla mora, recipiam viſum. Ex ijs, quæ hic ſunt inſinuata, colligam, *obiectum* ſiue argumentum *ſpiritualis viſionis* in oratione mentis hęc quinque complecti, *Chriſtũ* videlicet, Deum & hominem verum, ſanctam eius *legem*, *meipſum*, *creaturas*, & in eis earum *Creatorem*, cum æternis eius gloriæ bonis: & in omnibus *quinque* oportet me exercere per Meditationem & contemplationem, cum ſpe obtinendi quod deſidero; vt iam iam dicetur.

Quintuplex Obiectum viſionis. Chriſtus Lex Chriſti Homo Creaturæ Creator.

PVNCTVM III.

STATIM Chriſtus dixit cæco: a *Fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum.*

a *Luc.* 18. 42

I. Fidei virtus.

CONSIDERA primùm, Chriſtum Dominum noſtrum cæci *Fidei* tribuiſſe, quod reipſa erat ipſius omnipotentiæ & miſericordiæ; vt hac ratione tum cæco honorem conciliaret, tum nos ad eiuſdem Fidei amorem incitaret: illa ſiquidem eſt quæ ad huiuſmodi mirabilia diſponit: ſicut ipſe declarauit, cùm alijs cæcis viſum à ſe petentibus dixit: b *Creditis quia hoc poſſum facere vobis?* & reſpondentibus illis: *vtiq; Domine, tetigit oculos eorum* dicens: *ſecundum fidem veſtram fiat vobis*: & ſtatim *aperti ſunt oculi eorum.* Eſtque obſeruatione dignum, quod in vtroque hoc caſu, cæci iſti, ob magnam ſuam *fidem*, in *momento* receperint ſanitatem; cùm alius cæcus, ob paruam ſuam fidem, non ſtatim integrum, ſed paulatim & per incrementa, viſum receperit. Nam etſi Chriſtus in eius c *oculos expuit, & manibus ſuis impoſitis*, tamen *interrogatus an videret, aſpiciens dicebat, video homines ſicut arbores, ambulantes*: *& iterum impoſitis manibus ſuper oculos eius, cæpit clarè videre omnia.* In quibus proponitur nobis duplex modus, quo Chriſtus Dominus ſpirituale lumen, & ſpiritûs perfectionem communicat. Alter eſt *extraordinarius*, & repentè, & in momento; ſicut communicauit Saulo; Alter *ordinarius* & ſenſim atque gradatim: communicatâ initio *obſcurâ* myſteriorum ſuorum cognitione; poſtea *diſtinctiori* aliâ; & ſic creſcente claritate ad proportionem diſpoſitionis eius, qui eam recipit, donec *clarè videat omnia*, & res diuinas tanto lumine, vt tam fiat certus de eis, atque ſi illas cerneret; aſcendendo, vt ait Apoſtolus, d *à claritate in claritatem*, donec *transformetur* in imaginem eius gloriæ. Quæ tamen omnia præcedit, quod Chriſtus fecit cum illo cæco, expuendo ſcilicet in oculos eius, & manus imponendo, propter ea quæ Meditatione 37. dicentur.

b *Mat.* 9. 28

Hi cæci ob fidem in momento illuminati.

c *Mar.* 8. 23.

Duplex modus illuminãdi. Ordinarius & Extraordinarius.

d 2. *Cor.* 3. 18.

PERPENDAM denique, qua ratione cæcus, ſanatum ſe videns, *ſequebatur* IESVM *magnificans Deum.* Quia enim huius Domini opera ſunt perfecta, cum viſu corporis; etiam *animæ* viſum donauit; vt rerũ omnium

II. Gratitudo, lux animæ

oblitus, eum sequeretur, à quo tantum acceperat beneficium. In quo etiam proponitur nobis, quod interna *lux*, quam Christus Dominus in *oratione* tribuit pro *scopo* & fine habet *Christi* ipsius & virtutum eius *imitationem*, eius laudes, actionemque gratiarum ob accepta beneficia: Verùm quid mirum, *Saluator mi*, quòd aperiente te oculos animæ meæ, vt te videam, velim etiam te sequi? Quomodo non sequar tantam bonitatem? Quo modo non imitabor tantam sanctitatem? Maius tu mihi beneficium confers, admittendo me, vt te sequar; quàm ego obsequium præstem, volens te sequi. Sequar te ergò semper in hac vita, donec perueniam ad te possidendum in tua gloria. Amen.

Oratio.

MEDITATIO XXXVI.

DE COECO NATO, QVEM IESVS, luto ex saliua sua confecto, sanauit.

PVNCTVM I.

PRAETERIENS *IESVS* a *vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerũt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius vt cæcus nasceretur? respondit IESVS, neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quam diu sum in mundo, lux sum mundi.*

a Ioan. 9. 1. Omnes quidem, sed iustos benignè respicit IESVS.

CONSIDERANDVM primò; quod (vt Sap. ait) b *in omni loco oculi Domini contẽplantur bonos & malos*, electos & reprobos; sed *illos* singulari quodã modo, hoc est, oculis *misericordiæ* respicit, tanquam velit illis benefacere; sicut hunc cœcum respexit. O *dulcis Saluator!* antequam ego te aspiciam, necesse est vt tu me respicias: ante enim, quàm respicias me, sum cœcus, te verò aspiciente, recipiam oculos, quibus te videre possim.

b Prou. 15. 3

Oratio.

II. Morbi sæpè pœna peccati, sæpè ad virtutum exercitium & Dei gloriã immittuntur.

DEINDE perpendendum, quamuis corporis morbi & aliæ calamitates *sæpè* eueniant in pœnam peccatorum; *interdum* tamen diuinâ prouidentiâ prouenire eo tantùm fine, vt opera Dei in nobis manifestentur; nõ vnum, sed *multa*; magna. s. bona, quæ Deus elicit ex illis; dum iustos, quos affligit, magna *virtutum* varietate exornat; efficitq;, vt quas occcultas habent, ad Dei *gloriam* manifestent, communicans illis in ipsis tribulationibus talia dona, vt eius *omnipotentiam* reuelent, qui illa donauit: talia sunt, *exultare* in ipsis tribulationibus, illas *amare*, ac Deum pro eis *glorificare*. Et de eiusmodi operibus dicit Christus Dominus noster: *me oportet operari donec dies est.* O *Redemptor mi*, si adeò tua refert illa opera facere, quæ æ-

Oratio.

terno

terno tuo Patri placent, donec dies eſt vitæ tuæ, operare illa in me: quia multò plus mea refert illa recipere, quàm tua referat eadem operari: & potiùs, Domine, ob ingentem amorem, quâ me proſequeris, dicis tua referre, quod reipſa refert mea: Reſpice Deus meus; quã ſit breuis pro me dies huius ſæculi. quia ipſa vita mea breuis eſt; venietque citò nox mortis, quando iam non licebit huiuſmodi opera facere. Et ſiquidem nunc ſol & lux es mundi, illumina me, accende, & gratia tua viuifica; vt liceat poſtea te in gloria tua videre.

Redimẽtes tempus, quoniam dies breues ſunt.

HAEC verba mihi ipſi attribuens dicã cum Sapiẽte: *Quodcunq; facere poteſt manus tua, inſtanter operare*, quare ſummè oportet me operari opera Dei, opera ſancta, & voluntati eius, qui me creauit conſentanea: donec dies eſt: & perdurat vita mea; quæ vix tanta eſt atque dies vnus: & repentè inuadet me mors; cùm iam nec operandi, nec merendi quicquam ſit locus.

c *Eccl* 9. 10

PVNCTVM II.

HAEC, a *cùm dixiſſet, exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & leniuit lutum ſuper oculos, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe: abijt ergò & lauit: & venit videns*: Hîc ſunt conſiderandæ cauſæ myſterij huius curationis: illas ad ſpiritualem noſtram vtilitatem trahendo. *Prima* cauſa fuit, vt ſuam *omnipotentiam* Chriſtus Dominus nobis manifeſtaret, qui remedio in ſpecie planè contrario viſioni illam cæco reſtituit. nam *luto* oculos linire, potiùs ad cæcitatem inferendam, quam ad viſum reſtituendum dirigi videbátur. O *immenſa Ieſu potentia*: cur non me eius prouidẽtiæ ſubijciam, qui adeò potens eſt, vt vnum contrariorum in alterum cõuertat, & lutum oculis adhibens, eos clarificet; humiliat aliquem, vt illum extollat, b *conijcit in carcerem, quem* ex eo eductum c *Saluatorem* conſtituit *Aegypti*.

a Ioan. 9. 6.

I. Omnipotẽtia Chriſti contrario ſanantis remedio. Oratio.

b *Gen.* 39. 20.

c *Cap.* 41. 40

Secunda cauſa fuit, vt doceret nos accommodatiſsimum recipiendæ lucis diuinæ gratiæ medium eſſe, ſi præ oculis noſtrum *lutum* ponamus, *nihilum* videlicet, quod ex nobis ſumus; & *terram*, ex qua conditi ſuimus, & in quam conuertemur; & *lutum* peccatorum, quæ admiſimus, illa aſpicientes ac deflentes, & propter illa nos ipſos humiliantes. Sed hoc *lutum* conficiendum eſt ex *terra* noſtra, & *ſaliua* Chriſti. Si enim eius infinita *ſapientia*, quæ in ſaliua exprimitur, oculos noſtros non tãgat: nunquam oculi noſtri clareſcent, ad cognoſcendam, ſicut oportet, noſtram vtilitatẽ. O *dulcis Magiſter*, coniunge ſputum tuum pulueri meo, ex quo factum lutum me illuminet! da mihi, vt cognoſcã quis tu ſis, & quis ego: vt te cognoſcẽs amem, me verò cognoſcens odio habeam, replearque gratiâ & & charitate tua.

II. Lutum è terra noſtra & ſaliua Chriſti. Agnitio vilitatis meæ.

Oratio.

DENI-

III. Sacramentis abluimur.

DENIQVE postquam Christus luto inunxit oculos cœli, dixit: *vade lauain natatoria Siloe, quod interpretatur missus*, vt baptismi & pœnitentiæ sacramentum nobis insinuaret, quibus spiritualis hominis salus perficitur ob *Saluatoris* nostri virtutem in eis existentem, qui à Patre fuit *missus* in mundum pro nostra salute. Oportet tamen ad hanc natatoriam siue balnea horum sacramentorum ita dispositum accedere, sicut cœcus hic fuit dispositus, qui magnam habuit *fidem*, insignem *humilitatem*, & *obedientiam* omninò ad nutum, cùm sustinuit oculos suos luto liniri; & ita eò maculatus, per plateas in conspectu omnium perrexit, obediens absq; mora aut replica Christi mandato, nõ enim vt Naaman ille Syrus murmurans dixit: d *putabam quod egrederetur ad me & tãgeret manu sua oculos meos, & sic curaret me*: nunquid non sunt aliæ aquæ meliores quàm in Siloe, vt in eis lauem, & visum recipiam? sed iudicium suum subijciens, & obediens, visum recepit. Et eodem modo visum ego recipiam, si inspirationi Dei, qua me ad aquas Siloe mittit, agnoscam, & opportunitate, quam mihi ipse offert, vti non negligam.

Fides Humilitas Obedientia disponunt ad Sacramenta.

d 4 Reg. 5. 11

PVNCTVM III.

Virtutes cœci.

CONSIDERANDA tertiò est illustris illa huius cœci *confessio*, & persecutiones, quas propter eam sustinuit, & *virtutes*, quas exercuit, vt illas imitemur.

I. Zelus gloriæ Dei & gratitudinis.

PRIMA virtus fuit ZELVS honoris *Christi* Domini nostri, qui illum sanauerat, & spiritus simul *gratitudinis*, quam ostendit, miraculum ipsum omnibus, qui illud ignorabant, manifestando.

II. Fortitudo.

SECVNDA fuit magna animi FORTITVDO, nam etiam *parentibus* proprijs timentibus manifestare, quod sciebant, propter metum Pharisæorum, qui nomen Christi detestabantur, ipse absque vllo timore liberè confessus est, se & cœcum fuisse, & ab ipso Christo sanatum; adijciens etiam modum, quo sanatus fuit.

III. Prudens Veritas.

TERTIA fuit magnus ZELVS veritatis cum cœlesti PRVDENTIA coniunctus, ne aut se decipi pateretur; aut veritatem ob aliquem respectum reticeret. Nam dicentibus Pharisæis: *da gloriam Deo*, veritatẽ ipsam liberè fatendo, *nos scimus, quia hic homo peccator est*: ac propterea non est possibile, vt ab eo sanareris: Ipse magna fiducia perseuerans in confessione veritatis, & in defensione Christi, ipsos potiùs accusauit, quòd eũ non agnoscerent, & inuitauit, vt, si vellent, discipuli eius fierent.

IV. Patientia.

QVARTA virtus fuit magna eius PATIENTIA in tolerandis maledictis & opprobrijs in eum iactatis, præcipuè cùm ei dicerent: *in peccatis natus es totus, & tu doces nos?* item sustinuit eijci se ex synagoga tanquã excommunicatum & indignum, qui cum cæteris fidelibus versaretur.

HAS omnes virtutes exercuit hic cœcus, adiuuante ipsum Christo Domino nostro, qui vnius *cæci*, & *mendici* operâ vti voluit, eumque suum facere *concionatorem*, vt sapientes & pharisæos confunderet, dans plusquam hominis constantiam ei, qui ex se timidus & abiectus erat. O magnitudinem omnipotentiæ Christi, quæ vilibus adeò & contemptibilibus instrumentis adeò glorioſa efficis opera. Me quoque, *Saluator mi*, accipe, quo tanquam instrumento vtens, per me glorificeris.

Cæcus & mendicus cõcionator summus.

PVNCTVM IV.

CONSIDERANDVM *quartò* quid Christus Dominus cum hoc homine egerit, post ea, quæ natura. Nam primum statim atque cognouit, ipsum è synagoga eiectum, accesit vt illum *consolaretur*, vt ex hoc intelligamus paternam eius curam, qua eos consolatur, qui ipsius causa persecutiones patiuntur: & quod non obliuiscitur eorum, qui coram hominibus ipsum confitentur. O mundi Redemptor, quis non lubens aliquid pro tua gloria patiatur, si quidem tam est tibi curæ eos consolari, qui aliquid pro illa patiuntur.

I. Cõsolatur afflictum in eis.

DEINDE voluit Christus, eundem in *fide* perficere & augere internum *animæ* visum, cùm enim cœcus non existimaret, illum esse aliquid supra Propheram, interrogauit eum: *Tu credis in filium Dei? respondit ille, quis est Domine?* ostendens in hoc cordis sui promptitudinem: *& dixit ei Iesus, & vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* quasi ei diceret visui, quem à me recipisti, iam vidisti me: & ego ipse sum qui tecum loquor. *at ille ait credo Domine: & procidens adorauit eum.* O quales oculos tunc ei dederit: quale lumen eius animæ communicauerit: quàm perfectum visum, qui humilem adeò ad orationem affecit: da mihi *Domine* talem visum; quo viua fide te credam, & debita reuerentia te adorem.

II. Visum animę Fide perficit.

Oratio

DENIQVE *tranquillitatem* mentis illi reddidit, citra *scandalum*, quo potuit turbari propter ea, quæ Pharisæi contra ipsum dixerant. Nam *dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni; vt, qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* quasi diceret, hoc ego discrimen inter hos & illos homines facturus veni, vt rudes & ignari, ob suam *humilitatem* & paruitatem, visum recipiant, sicut tu; credantque diuinitatis & humanitatis meę mysteria: contrà verò qui sunt legis sapientes, vt Pharisæi, Philosophi, & Iurisperiti huius mundi, ob *superbiam* suam, incidant in cœcitatem, non mea causâ; sed propriâ ipsorum culpâ, quia doctrinæ meæ credere, nolunt, nec fructum ex ea accipere. O bone Iesu, ne patiaris eos, qui plura videre tenentur, ob suam superbiam minus videre: & qui perspicaciorem visum habere deberent, incidere in cœcitatem. Libera Domine nos à superbia, quæ tantæ cæcitatis est causa.

III. Mentẽ cęci tranquillat Scandalum remouet. Humiles illuminantur. Superbi videre nolunt. oratio

MEDITATIO XXXVII.

DE SVRDO ET MVTO QVEM CHRISTVS SPVTO SVO SANAVIT.

PVNCTVM I.

a *Mar.* 32. ADDVXERVNT a *ad Iesum surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.* In miseri huius hominis aurium & linguę corporali impedimento considerandum est, quid illud impedimentum sit in spiritu, quæ eius causæ, & remedia?

I. Spirituales Aures, Fides & obedientia, Spiritualis Lingua oratio & Confessio

PRIMVM, spiritualis *surditas* est *fidei* & *obedientiæ* defectus, quando qui nec audire, nec intelligere vult fidei veritates, nec verba Dei, nec præcepta legis eius, nec diuinas inspirationes; sed his omnibus aures surdas præbet. Impedimentum *linguæ* spirituale est defectus *orationis* & *confessionis:* cùm quis non vult suum os aperire ad inuocandum Deum, ad petendam ab eo misericordiam, aut illum laudandum, & gratias ei agendas pro acceptis ab eo beneficiis, aut ad sua peccata confitenda, vt eorum obtineat remissionem.

II. Surditas facit etiã Mutum.

b *Luc.* 11. 14.

DEINDE ipsa surditas in causa esse solet, cur surdus sit etiam *mutus*, & vtrumque satagit dœmon, quem S. Luc. b *mutum dæmonium* appellat, clausis enim horum duorum, sensuum internorum portis, clauditur quoque porta remedio, quod ingreditur per *auditum* fidei & obedientiæ, obtinetur verò per *locutionem*, Deum orando, & peccata ministro eius sacerdoti confitendo. Hoc totum licet mihi ipsi applicare, & considerare me surdum & mutum esse non sicut Dauid, qui c *tanquam surdus non audiebat, & sicut mutus non aperiebat os suum* ad vllum malum; sed contrà surdus & mutus sum ad bona. Causa autem est, quia tam corporis, quàm animi *auditum paratum* semper habeo ad curiositates & vanitates huius mundi; vt eius mendacijs & fraudibus fidem adhibeam, eiusque peruersis legibus ac decretis obediam: ex quo oritur, vt *clausum* illum habeam ad ea, quæ Deus & eius ministri mihi dicunt, & mandant. *Linguam* quoque *expeditam* valdè habeo, ad loquendum & garriendum cum hominibus de omnibus, quæ mihi arridենt; ad proprias laudes, ad murmurationes & adulationes aliorum: ex quo prouenit, vt *ligata* illa sit ad colloquendum cum Deo, & mea peccata confitenda: quia ignauia & pudor fortiter illam ligant. O *Saluator mi*, eijce ex anima mea dœmonium surdum & mutum, quod illam possidet? & misericordiâ tua infinita succurre: siquidem ego ad tantæ miseriæ remedium adhibendum, vires non habeo.

c *Ps.* 37. 14. Aures patẽt mundo obturantur Christo Item de Lingua.

Oratio

DENIQVE considerabo, quòd sicut hic surdus & mutus nunquam ad Christum pro remedio accessisset, nisi alij illum deduxissent, & pro *eo*

III.

orassent, supplentes suis linguis defectum linguæ muti; sic multi sunt peccatores adeò surdi & muti, vt miseriæ suæ obliti, nunquam ad Deum conuerterentur, nisi iusti aliqui pro eis intercederent. Et hoc ipsum vrgere me debet, ad *orandum* frequenter *pro conuersione peccatorum*; & eos, quo modo potero, ad Christum eiusque ministros adducendos: in memoriam reuocans quòd d *Christus videns fidem illorum, qui paraliticum in lecto iacentem ei offerebant, dixit paralitico: remittuntur tibi peccata tua.* O *Deus infinite*, miserere tot surdorum & mutorum, qui sunt in hoc mundo: eijce Domine ex eorum animabus dæmonium, quod surdos illos facit & mutos, vt liberè te audiant, laudent & glorificent in secula. Amen.

Peccatores muti sunt. Ideo sæpe pro eis orandum.

b *Matt.* 9. 2.

Oratio

PVNCTVM II.

APPREHENDENS IESVS a *eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & exspuens, tetigit linguam eius. Et suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi ephetha, quod est, adaperire.* Considerandum hic est: hæc omnia Christum Dominum fecisse, etiamsi quiduis illorum sufficiisset; vt ita significaret *difficultatem* in sanandis surdis & mutis animabus: non quidem ex parte ipsius, sed ex parte prauæ *dispositionis*, quæ in eis est, propter quam huiusmodi curatio maiori morâ & magis ex instituto est suscipienda.

a *Mar.* 7. 33

Difficultas sanandi animas ob prauam dispositionẽ.

PRIMVM, Apprehendens eum manu, abduxit de turba seorsum, vt significaret, huiusmodi ægrotos, vt curentur, debere *separare* se, quantum possunt ab ijs, qui eorum curationem impedire possunt; & à tumultibus, & occupationibus negotiorum temporaliũ; & seorsim attendere recuperandæ sanitati.

I. Separatio a turba.

DEINDE, INGEMVIT, vt huiusmodi animarum miseriæ magnitudinem ostenderet; quantumque ipsi dolorem adferant. O quàm graue censendum est illud malum quod ipsummet Deum gemere cogit! O anima, cur non defles gemisque tuam miseriam, pro qua tuus Dominus gemit & plorat: Defleas etiam miserias proximorum, siquidem adeò sunt dignæ pro quibus defleatur, vt etiam Christus pro eis ingemuerit.

II. Gemitus Christi. Colloquiũ.

SVSPEXIT etiam in cœlum ingemiscens, ad significandum huiusmodi mala feruenti & lacrymosa *oratione* esse curanda, oculis etiam in cœlum eleuatis, vnde potest venire auxilium: siquidem in terra non potest inueniri.

III. Oratio feruens.

QVARTÒ IMMISIT suos DIGITOS in auriculas eius, vnum scilicet digitum in vnam auriculam, & alterum in alteram, vt Spiritûs sancti dona notarentur, quæ per Christi digitos figurantur, nam vt digitus procedit à manu, ita Spiritus S. procedit à verbo diuino, quod tanquã manus & brachiũ est Patris æterni, per quod is omnia operatur. Hęc dona (vt in quinta parte dicetur) aperiũt nostras aures, vt percipiãt & intelligãt veri-

IV. S. Spiritus digitus. Verbũ manus Patris.

tates fidei reddunt que dociles & obedientes diuinis inſpirationibus, & ijs omnibus, quæ ad diuinæ voluntatis executionem pertinent. O *Fili Dei vnigenite*, qui cum Patre tuo producis Spiritum ſanctum, & per vtrumq; dona tua hominibus communicas, ingere illa noſtris animabus, vt omnes verba tua audientes, tibi pareamus; & ſic impleatur quod ſcriptum eſt: b *populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.*

Oratio

b *Pſa.* 17. 45

V. Sapientia Chriſti.

QVINTÒ EXSPVIT *& tetigit linguam eius*, ſicut exſpuit in oculos alterius cæci, cui reddidit viſum: vt ſignificaret cœleſtem *ſapientiam*, quæ ſputo ex ore Chriſti, qui eſt ſapientia incarnata, caputque noſtrum, procedente ſignificatur, eſſe, quæ linguam noſtram ſoluat, vt ſciat loqui cum Deo, ſecum, & cum proximis ſicut oportet. Illa docet orationem, *Dei* laudes, & noſtrorum peccatorum Confeſsionem, & aptam alienorum reprehenſionem, vt illa curentur. Item quia apud homines, præcipuè verò apud Hebræos: c *ſpuere in alterius faciem* magni contemptus & *ruboris* eſt ſignum, fortè Chriſtus Dominus hunc exſpuit, vt oſtenderet, nos, ſi cæci & muti ſpiritualiter ſimus, contemptu & pœna dignos eſſe, quibus nos vult exercere, vt lumen nobis impertiat. Sicut d *fel piſcis*, *quo liniti ſunt oculi Tobiæ, mox illos aperuit.* O *dulcis* Ieſu, voluptas mihi eſt, hac ratione exſpui, ſiquidem tu es qui exſpuis, permittens mihi calamitates, & tribulationes, quibus mei ſenſus aperiantur.

c *Nu.* 12. 14. Contempru illuminatur anima.

d *Tob.* 11. 8. 3.

Oratio

VI. Surdo loquitur Ieſus.

SEXTÒ, abſoluto imperio dixit, *ephetha*, ad oſtendendam omnipotentis verbi ſui virtutem: nam quamuis homines, cum ſurdis non loquantur, iuxta illud Sapientis e *vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem*, quia reuera fruſtra eſſet, at Deus cum eis loqui poteſt: f *viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*, potens aures aperire, & ad ipſam animam intrare; vt in ea faciat, quod voluerit; eam ita mutando vt conſenſum ijs præbeat, quæ ipſe iubet. O Deus omnipotens: g *aperi mihi aurem & ego non contradicam*: paratus ſum enim credere quidquid docueris, & exequi quidquid iuſſeris.

e *Eccl.* 32. 6.

f *Heb.* 4. 12.

g *Iſa.* 50. 5.

Oratio

Sex modi iuuandi animas.

Ex his *ſex* circumſtantijs ſimul ſumptis intelligam, quid ex parte mea facere me deceat, circa iuuandas animas: eas ſcilicet à peccandi occaſionibus *ſubducere*, pro illorum peccatis *gemere*, ſuſpiciendo in cœlum pro eis *orare*, & ad Chriſti miniſtros *deducere*, vt illis applicent ſacramenta & verba Dei, quibus in virtute *Chriſti*, (qui harum infirmitatum principalis eſt medicus) ſanitati reſtituantur. Ac denique vicem illorum *dolere*, qui, h *ſicut aſpides ſurda obturant aures ſuas* aduerſus eum, qui ſapienter eorum venena ab eis extrahere conatur; & ſapientiſsimo huic medico ſupplicabo, vt omnipotentia ſua à tali infirmitate velit illos liberare.

h *Pſa.* 57. 5.

PVN-

PVNCTVM III.

ET a *statim aperte sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant & eò magis admirabantur dicentes: bene omnia fecit: & surdos fecit audire & mutos loqui.* a Mar. 7 35

CONSIDERANDA hic primùm est *omnipotentia* Saluatoris, vt, quod vult, faciat; & nostræ salutis impedimenta remoueat ita, vt qui priùs surdus & mutus erat, nunc & benè audiat, & rectè loquatur. Ex quo documentum accipiam, *benè loquendi*, de bonis scilicet rebus; & eo modo, qui Deo placeat. I. Potentia IESV

O bone IESV b *pone custodiam ori meo*, & accipe in manu tua claues aurium mearum & linguæ: claudeque & aperi eas, prout conuenit: vt siuè taceam, siuè loquar, siue audiam, siuè non audiã semper tibi placeã. Amen. Bene loquendum b *Psal.* 40. Oratio

DEINDE perpendam, quid hoc miraculum in pia illa turba effecerit; dicebat enim de Christo *benè omnia fecit*. O *sapientia infinita*, qui infantium & simplicium ore tua magnalia prædicas: quàm illud est verum, quod per huius turbæ ora es locutus: benè DEVS meus fecisti omnia, quæ initio mundi creasti, iuxta illud: c *vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*: benè fecisti omnia, quæ prouidentia tua disponis in hoc mundo; quia d *Dei perfecta sunt opera*. Benè fecisti nostræ redemptionis opera, quia summa bonitate omnia sunt plena: O quàm aptè tua miracula fecisti; tuos sermones, tua sacramenta, tuas humiliationes, & exercitia studiosa tua benè omnia fecisti in bonum hominum, qui tamen malè tibi responderunt, retribuendo innumera mala, pro innumeris bonis: sed adeò tu bonus es, vt sicut benè fecisti omnia bona; ita benè sustinuisti omnia mala? Concede mihi DOMINE ad imitationem tui, mea omnia benè facere, vt nihil in me sit, quod tibi malum esse videatur. II. Bene omnia fecit DEVS. Oratio c *Gen.* 1. 31 d *Deut.* 32.

DENIQVE perpendam, turbam illam, dum CHRISTVM glorificaret, quamuis non nisi vnum surdum & mutum sanasset, dixisse: *& surdos fecisse audire, & mutos loqui.* confitebatur itaque, quòd qui tale beneficium vni contulit, poterat similia *pluribus* conferre. qui & paratus erat id facere omnibus, qui in anima sua surdi erant, & muti: modò ipsi vellent, ex eius misericordia fructum capere: hoc.n. illi incumbit ex officio, & ad hoc venit in mundum. O *bone* IESV exerce hoc officium cum omnibus infidelibus, vt in te credant; & cum omnibus peccatoribus, vt tibi obediant; & cum tepidis omnibus, vt tibi cum feruore seruiant: ita vt omnes te glorificent, & laudent per secula. Amen. II. Ex vno colligunt plures velle posse sanare. Oratio

crudelem ſe exhibet erga illos in hoc mundo; cum Deus ad id ei concedit facultatem. O quantam ſurditatem! quantum linguæ impedimentum! quantam dilaniationem: quantum dentium ſtridorem! quas rabidas ſpumas! quas in ignis flammas, & in aquas niuium proiectiones: quantam tormentorum varietatem & perpetuitatem illis tunc infert, vt in eis de ipſo Deo vlciſcatur! O *anima mea*, cur non perhorreſcis eum, qui tum in hac, tum in futura vita adeo eſt crudelis carnifex in eum, qui ipſi obedit? ô *Deus omnipotens*, ſi facultatem huic hoſti dederis, vt me ſicut *Iob* in corpore vexet; auſer illam, ne mihi noceat in anima. Amen. Colloquiũ Oratio

PVNCTVM II.

DEINDE conſiderandum, quid *Chriſtus* Dominus noſter *fecerit* ac *dixerit*, antequam adoleſcentem hunc à dæmone liberaret.

PRIMVM enim *exclamauit* aduerſus *incredulos*, qui ibi erant, & in eis contra reliquos a ô *generatio*, inquit, *incredula & peruerſa quouſque ero vobiſcum? vſque quo patiar vos?* qua ſententia oſtendit, quàm grauiter ferret *incredulitatem* & pertinaciam illius gentis, ex qua proueniebat, vt dæmon eſſet in cruciando dæmoniaco pertinax: videturque inſinuare Chriſtus Dominus ſe *defatigatum* quodam modo eſſe inter eos viuendo, eosque ferendo, ob illorum duritiem. O IESV patientiſsime, quàm meritò eſſe poſſes *defatigatus* tædioque affectus mecum commorando, qui tot in me confers *beneficia*, tot verò meas ſuffers *iniquitates*. Sed tua *patientia* eſt infinita, qui etſi contra culpas oſtendis iram, tangeris tamen eorum, qui illas admiſerunt commiſeratione, vt ab eis illos eripias. Libera me Domine à meis *miſerijs*, vt tuis poſsim gaudere *miſericordijs*. I. a Mat. 17. 18. Incredulitas fatigat Deum. Oratio

DEINDE b *afferte*, inquit, *huc illum ad me, & attulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum, & eliſus in terram volutabatur ſpumans.* Vt oſtenderet quanto *odio Chriſtum* Dominum proſequeretur. Quod ſi in ipſius Chriſti conſpectu ita eos tractat, quos poſsidet; quid facturum eum cenſemus in eius abſentia? Afflictus parens adoleſcentis, videns filium ita vexari, dixit Chriſto: d *ſi quid potes, adiuua nos miſertus noſtri.* CHRISTVS verò Dominus, videns huius hominis exiguam fidem, vt *illum* priùs quàm eius *filium*, curaret, admirandam protulit ſententiam, *ſi potes*, inquit, *credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.* Omnia dicit, nullo excepto, quantumuis magna ac difficilia. O *Saluatoris* omnipotentiá, quæ eos, qui in te confidunt, facis etiã *omnipotẽtes*, modò ita cõfidãt, vt oportet, de infinita tua miſericordia. Cur non fidẽ & fiduciã in hoc Chriſti Domini verbo habeã, qui fideliſsimus eſt in implẽdis promiſsis, & omnipotens ad II. b Mat. 17. 18 c Mar. 9. 20. odiũ Chriſti & hominis in Dæmone. d Marc 9. 22. 23. Incredulitas prior Dæmonio oratio Fiducia omnipotẽ

exequen-

DEMVM Christi Domini nostri perpendam bonitatem & in porrigenda *manu* ei, qui lapsus est, benignitatem, vt erigatur & viuificetur, ipse enim solus vitam restituere, & integram sanitatem reddere potest. Et quamuis potuisset hunc adolescentem in suum trahere seruitium, non tamen id fecit; sed reddidit illum patri suo: quò suam in omnibus charitatem ostenderet, qua absque vllo interesse, quidquid boni potest, facit. O DEVS animæ meæ, hæc omnia me ad te amandum, tibique omninò seriò seruiendum excitant: sed quandoquidem me à Dæmonio liberasti, iube eum ad me amplius non redire; sed tu potiùs me in tuum filium suscipe: quia neque habeo, neque habere volo alium *patrem* quàm te, cui sit honor & gloria pro tot excellentissimis operibus, quæ in filios tuos ad illorum commodum operaris. Amen.

III. Manum porrigit ei IESVS.

Et patri reddit.

oratio.

PVNCTVM IV.

TVNC a *accesserunt discipuli ad* IESVM *secretò & dixerunt: quare nos non potuimus eijcere illum? dixit illis* IESVS, *propter incredulitatem vestram: amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi hinc illuc, & transibit: & nihil impossibile erit vobis. hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium.*

a Matt. 17. 19.

PRIMVM perpendenda est Christi Domini nostri prudentia, qui noluit publicè paruam discipulorum fidem, quæ aliquo modo fuit causa, cur dæmon ab adolescente non exiret, manifestare; sed publicè reprehendit nationis illius incredulitatem, quæ *publica* erat; priuatim verò reprehendit incredulitatem discipulorum quę erat *secreta*, qua ratione docere nos voluit modum, alios cum *discretione* reprehendendi.

I. Discretio publicè, priuatim publica secreta arguit.

DEINDE nos docet, ad magna aliqua impetranda, necessaria esse fidem similem b *grano sinapis*, quod mole quidem est paruum, sed acrimonia & efficacitate magnum, sic inquam *fides* & fiducia fortis, vehemens, viua & efficax esse debet; sed in subiecto tamen *humili* & paruo in oculis suis, sibique diffidenti; vt omninò Deo confidat. Hac fide poterimus vel c *montem*, ex loco suo quantumuis firmiter fundatum eradicare, & *mittere in mare*: hoc est, ex corporibus & animabus *Dæmonem*, qui in eis inueterauit, expellere; & *spiritum* superbiæ, iræ, gulæ, & reliqua terrena impedimenta, quæ à Dei seruitio nos retrahunt: penitus eradicare. O DOMINE omnipotens, semina in anima mea hoc granum *sinapis*, siquidem ego tantam fidem, nisi tu dederis, habere non possum. Da mihi Domine talem *fidem*, quæ ardore *charitatis* sit vehemens, & paruitate *humilitatis* secura: & in vtroque similis grano sinapis, ex qua tanta crescat *arbor* virtutum, vt *angeli* cœli in ea se possint recreare. Amen.

II. b Matt. 17. 20. Luc. 17. 6. Fiducia humilis. c Mar. 11. 23

Oratio.

ADIECIT autem CHRISTVS redemptor noster, *hoc genus* dæmo-

III.

niorum, qui ita ſunt radicati, *non eĳci niſi in oratione & ieiunio*: Fidei itaque & confidentiæ coniungenda ſunt ieiunium & oratio, quæ ab eadem fide proueniant: nam, ſi fiducia eſt ſicut granum ſinapis, eructat *fumum orationis* ad Deum, & *ieiunij humiliationem*, vt quod petit impetret; ſperans ſe his medijs illud obtenturum. Vtitur autem Chriſtus Dominus verbis ei, qui curat, & ei, qui curatur, *communibus*: vtrumque enim eaſdem virtutes habere oportet.

S. Bernard. Serm. 4. in Quadrag. Oratio & ieiunium ab vtroque vſurpanda.

Spiritu ambulate.

HIS ſpiritualibus armis contendam me *ſpiritum* facere, qui cum malignis ſpiritibus pugnare, eoſque vincere poſsim, *carnem* ipſam eiuſq; grauem molem *ieiunio* ſubtiliorem reddendo; *oratione* autem *ſpiritum* ad Deum leuando, vt d *ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ* pœnitentiæ *& thuris*, orationis ad cœlum aſcendat, & e *eo fumo extricet* (ſicut Angelus Tobiæ dixit) *omne genus dæmoniorum* ita, vt non audeant ampliùs ad me accedere. O Redemptor mi, qui in monte Thabor in ieiunio & oratione pernoctaſti, antequam hunc dæmonem expelleres, quem tui Apoſtoli vincere non potuerunt; Da mihi ſpiritum orationis & pœnitentiæ, quo meam carnem ſpiritui ſubijciam; animi perturbationes domem; & ſuperbiæ ac vanitatis ſpiritus à me expellam: vt aſcendens tecum f *ad montem myrrhæ & ad collem thuris*, & ieiunium cum oratione coniungens, merear etiam ad montem Thabor gloriæ tuæ tecum aſcendere. Amen.

d *Cant.* 3. 6.
e *Tobiæ* 9. 8
Luc. 9. 28.

Oratio.

f *Can.* 4. 6.

MEDITATIONES CIRCA MORTVOS A Chriſto reſuſcitatos, & de ſpirituali peccatorum reſurrectione.

MEDITATIONES de tribus mortuis, quos Chriſtus Dominus reſuſcitauit, fieri debent, nõ ſolùm ipſum perpendendo *miraculum*, ſed etiam eius *ſignificationem*, quæ eſt reſurrectio ſpiritualis omnium peccatorum, qui ad Chriſtum Dominum conuertuntur: qui ad tria genera reduci poſſunt. *Vnum* eorum, qui imbecillitate aut *ignorantia* peccant: quos ſignificat *puella* duodẽnis, quam Chriſtus Dominus in paterna eius domo ſuſcitauit. *Aliud* eſt eorum qui peccant ex *paſſione*; quos refert *adoleſcens* filius viduæ Nain, quam Dominus ſuſcitauit, cùm iam ad ſepulchrum deduceretur. *Tertium* denique eſt genus eorum, qui peccant ex *malitia*, quorum fuit figura *Lazarus*, quem Chriſtus Dominus iam ſepultum reſuſcitauit. In modo autem, quem Chriſtus, omnes illos mortuos reſuſcitando ſeruauit, etiam peccatorum variorum reſurrectionem delineauit.

Ignorãtia. Paſſio. Malitia.

MEDI-

MEDITATIO XXXIX.

DE DEFVNCTA FILIA Archisynagogi.

PVNCTVM I.

VENIT *vir cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum multum, vt intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc* b *in extremis erat, vt manus super eam imponeret, & salua esset, ac viueret.*

CONSIDERANDA hîc primùm est *qualitas* huius defunctæ, & *causa* huius mortis. (& idem licebit perpendere in filio illo vnico viduæ apud Naim.) nam etsi filia esset vnica suorum parentum, & quidem diuitum, ac nobilium, ac propterea tenerè dilecta, & cui illi plurimum indulgerent, nihilominus mors illam abstulit: quam nec ipsi parentes, nec medici, nec diuitiæ, nec virorum ætatis ab ea potuerunt eripere. vt hinc ego discam, in omni ætate, in quacunque fortuna & statu, nullam esse vitę securitatem; sed ex inopinato me *mortem* inuasuram. Et expendam, quãuis hæc puella & reliqui defuncti, quos Christus Dominus resuscitauit, reparare potuerunt damna, quæ priori morte incurrerant, disponendo se ad melius obeundam secũdam mortem: mihi tamen id non euenturum. nam, vt primæ partis Meditatione septima fuit notatum, lex est vniuersalis: a *statutum est omnibus hominibus semel mori.* quare damna, quæ prima morte obuenerint, reparari non poterunt. O bone IESV, ne quæso inaniter me assecuret flos ætatis, nec delitiæ, aut diuitiæ, aut res aliæ huius vitæ! Da mihi semper timere timore sancto quod semper mihi minatur. Et quandoquidem nonnisi semel est mihi moriendum, fac me tunc benè mori.

DEINDE considerabo, huiusmodi iuuenum mortem aliquando euenire propter *peccata parentum*, qui nimium illos amant, & illis indulgent, & eorum causa sæpè Dei legem conculcant. Aliàs prouenit huiusmodi mors, propter *propria* ipsorum peccata, qui absque rationis fræno suas sequuntur propensiones. Vult autem Deus perniciosis illorum gressibus, morte accedente occurrere, ne damnentur, aut vt eò minores patiantur in inferno cruciatus. Interdum etiam prouenit mors ex *fauore*, quo illos Deus prosequitur, iuxta illud Sapientis, b *raptus est ne malitia mutaret cor eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Denique euenit huiusmodi mors ob occultas alias causas gloriæ Dei, quas nos non assequemur.

a *Luc.* 8. 41
b *Mar.* 5. 23.

I.
Mors sceptra ligonibus æquat.
Alba ligustra cadũt.
Nemo moritur bis.
Caue
Primus eius ærternus est, vt a *Heb.* 9. 27

Oratio.

II.
Mors iuuenum ob peccata

1.
Parentum

2.
Vel propria nec dãnentur aut certè minus damnentur.

3.
Fauore Dei b *Sap.* 4. 11.

4.
Iudicijs Dei occultis.

niorum, qui ita ſunt radicati, *non eijci niſi in oratione & ieiunio*: Fidei itaque & confidentiæ coniungenda ſunt ieiunium & oratio, quæ ab eadem fide proueniant: nam, ſi fiducia eſt ſicut granum ſinapis, eructat *fumum orationis* ad Deum, & *ieiunij humiliationem*, vt quod petit impetret; ſperans ſe his medijs illud obtenturum. Vtitur autem Chriſtus Dominus verbis ei, qui curat, & ei, qui curatur, *communibus*: vtrumque enim eaſdem virtutes habere oportet.

S. Bernard. Serm. 4. in Quadrag. Oratio & ieiunium ab vtroque vſurpanda.

Spiritu ambulate.

H is ſpiritualibus armis contendam me *ſpiritum* facere, qui cum malignis ſpiritibus pugnare, eoſque vincere poſsim, *carnem* ipſam eiuſq; grauem molem *ieiunio* ſubtiliorem reddendo; *oratione* autem *ſpiritum* ad Deum leuando, vt d *ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ* pœnitentiæ & *thuris*, orationis ad cœlum aſcendat, & e *eo fumo extricet* (ſicut Angelus Tobiæ dixit) *omne genus dæmoniorum* ita, vt non audeant ampliùs ad me accedere. O Redemptor mi, qui in monte Thabor in ieiunio & oratione pernoctaſti, antequam hunc dæmonem expelleres, quem tui Apoſtoli vincere non potuerunt; Da mihi ſpiritum orationis & pœnitentiæ, quo meam carnem ſpiritui ſubijciam; animi perturbationes domem; & ſuperbiæ ac vanitatis ſpiritus à me expellam: vt aſcendens tecum f *ad montem myrrhæ & ad collem thuris*, & ieiunium cum oratione coniungens, merear etiam ad montem Thabor gloriæ tuæ tecum aſcendere. Amen.

d *Cant.* 3. 6.
e *Tobiæ* 9. 8
Luc. 9. 28.

Oratio.

f *Can.* 4. 6.

MEDITATIONES CIRCA MORTVOS A Chriſto reſuſcitatos, & de ſpirituali peccatorum reſurrectione.

M EDITATIONES de tribus mortuis, quos Chriſtus Dominus reſuſcitauit, fieri debent, nõ ſolùm ipſum perpendendo *miraculum*, ſed etiam eius *ſignificationem*, quæ eſt reſurrectio ſpiritualis omnium peccatorum, qui ad Chriſtum Dominum conuertuntur: qui ad tria genera reduci poſſunt. *Vnum* eorum, qui imbecillitate aut *ignorantia* peccant: quos ſignificat *puella* duodẽnis, quam Chriſtus Dominus in paterna eius domo ſuſcitauit. *Aliud* eſt eorum qui peccant ex *paſſione*; quos refert *adoleſcens* filius viduæ Nain, quam Dominus ſuſcitauit, cùm iam ad ſepulchrum deduceretur. *Tertium* deniq; eſt genus eorum, qui peccant ex *malitia*, quorum fuit figura *Lazarus*, quem Chriſtus Dominus iam ſepultum reſuſcitauit. In modo autem, quem Chriſtus, omnes illos mortuos reſuſcitando ſeruauit, etiam peccatorum variorum reſurrectionem delineauit.

Ignorãtia. Paſſio. Malitia.

MEDI-

MEDITATIO XXXIX.

DE DEFVNCTA FILIA Archisynagogi.

PVNCTVM I.

VENIT *vir cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum multum, vt intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc* b *in extremis erat, vt manus super eam imponeret, & salua esset, ac viueret.*

CONSIDERANDA hîc primùm est *qualitas* huius defunctæ, & *causa* huius mortis. (& idem licebit perpendere in filio illo vnico viduæ apud Naim.) nam etsi filia esset vnica suorum parentum, & quidem diuitum, ac nobilium, ac propterea tenerè dilecta, & cui illi plurimum indulgerent, nihilominus mors illam abstulit: quam nec ipsi parentes, nec medici, nec diuitiæ, nec viror ætatis ab ea potuerunt eripere. vt hinc ego discam, in omni ætate, in quacunque fortuna & statu, nullam esse vitę securitatem; sed ex inopinato me *mortem* inuasuram. Et expendam, quãuis hæc puella & reliqui defuncti, quos Christus Dominus resuscitauit, reparare potuerunt damna, quæ priori morte incurrerant, disponendo se ad melius obeundam secũdam mortem: mihi tamen id non euenturum. nam, vt primæ partis Meditatione septima fuit notatum, lex est vniuersalis: a *statutum est omnibus hominibus semel mori.* quare damna, quæ prima morte obuenerint, reparari non poterunt. O bone IESV, ne quæso inaniter me assecuret flos ætatis, nec delitiæ, aut diuitiæ, aut res aliæ huius vitæ! Da mihi semper timere timore sancto quod semper mihi minatur. Et quandoquidem nonnisi semel est mihi moriendum, fac me tunc benè mori.

DEINDE considerabo, huiusmodi iuuenum mortem aliquando euenire propter *peccata parentum*, qui nimium illos amant, & illis indulgent, & eorum causa sæpè Dei legem conculcant. Aliàs prouenit huiusmodi mors, propter *propria* ipsorum peccata, qui absque rationis fræno suas sequuntur propensiones. Vult autem Deus perniciosis illorum gressibus, morte accedente occurrere, ne damnentur, aut vt eòminores patiantur in inferno cruciatus. Interdum etiam prouenit mors ex *fauore*, quo illos Deus prosequitur, iuxta illud Sapientis, b *raptus est ne malitia mutaret cor eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Denique euenit huiusmodi mors ob occultas alias causas gloriæ Dei, quas nos non assequemur.

a *Luc.* 8. 41
b *Mar.* 5. 23.

I.
Mors sceptra ligonibus æquat.
Alba ligustra cadũt.
Nemo moritur bis.
Caue
Primus eius ortus æternus est, vt a *Heb.* 9. 27
Oratio.

II.
Mors iuuenum ob peccata
1. Parentum
2. Vel propria nec dãnentur aut certè minus damnentur.
3. Fauore Dei b *Sap.* 4. 11.
4. Iudicijs Dei occultis.

Ex his timorem concipiam c *peccati, per quod intrat mors*, meque paternæ Dei prouidentiæ committam, ſupplex orans, eo tempore & occaſione mihi mortem aduenire, quò maximè ſaluti meæ conueniat, & in ipſius Dei gloriam cedat.

c *Rom. 5.12*

In manibus tuis ſortes meæ.

III. ora pro peccatoribus Deo mortuis.

DENIQVE perpendam, ſicut hæc mortua non potuit per ſe Chriſtum Dominum quærere, qui vitam illi impertiret; nec aliter illam ab eo petere; & ita mortua in æternum permanſiſſet, niſi *pater* eius pro ea rogaſſet: ita nec peccator per culpam mortuus. nam quamuis verum ſit, illum non ita eſſe mortuum, vt non poſsit ad Chriſtum recurrere, illumque vocare, refert tamen plurimum, *interceſſores* habere, qui pro illo orent, agantque apud Deum, vt illum dignetur reſuſcitare. & ita conari debeo frequenter illud ab ipſo petere, dicens: ô *pijſſime Pater* reſpice innumeras animas, quæ in hoc mundo adeò ſunt mortuæ, & in ſuis culpis ſubmerſæ, vt nec vitam, nec reſurrectionem à te petant; ego verò, Domine, quamuis indignus, ſupplex oro, vt earũ domus accedas, & inſpirationis tuæ manu corda illorum tangas, vt vitam recipiant. Aſpice etiam vnicam hanc *filiam* meam, quæ eſt anima & voluntas mea, quæ velut mortua iacet propter culpam & tepiditatem, qua vitam ducit; veni, Deus meus, ad indignam domum meam, & potentis manus tuæ tactu eam continge; vt ad nouam vitam cum feruore ſuſcitetur.

oratio.

PVNCTVM II.

a *Mat. 4.*
b *Mar. 8. 58*
c *Luc. 8. 51.*

AVDIENS IESVS Archiſynagogi petitionem, *ſurgens ſequebatur eũ, & diſcipuli eius, & cùm veniſſet in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem*, b *& flentes & eiulantes multum, non admiſit quenquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi, & patrem & matrem puellæ.*

I. Incredulo ſed humili obſequitur IESVS.

CONSIDERANDA inprimis Chriſti Domini noſtri *benignitas*, qui ſtatim ſecutus eſt Archiſynagogum: quamuis eius *fides* eſſet imperfecta; ac propterea non eſſet eam gratiam promeritus; petijt enim ſicut Regulus, vt veniret ad domum ſuam, & ſanaret filiam eius; atque, ſi non poſſet, niſi eò veniret vitam ei impertiri. Sed non tamen illum reprehendit: quia ipſum ad pedes ſuos proſtratum, & humiliatum vidit, humilitas enim plurimùm valet, tum ad noſtros defectus ſupplendos; tum ad Dei miſericordiam, vt illos nobis remittat, inclinandam, ſicut d *Reguli* illius ſuperbia, & erectus animus, quem oſtendit, dum ſalutem filio ſuo, nulla humilitate aut reuerentiâ prẽmiſſa petebat, illum permouit ad indignationem, & ad exprobrandum eidem defectum fidei. *Niſi prodigia & ſigna videritis non creditis.*

d *Iob. 4. 48.* Superbum negligit.

DEINDE perpendã Chriſtum Dominũ voluiſſe hoc miraculũ occultè facere

tè facere: nam cum illud esset omnium, quæ eousque perfecerat, *famosissimum* (erat enim primi defuncti resuscitatio) voluit inquam illud occultè facere, vt *humilitatis* nobis daret exemplum; & doceret fugere inanem nostri apud homines ostentationem, nec solum in occulto miraculum fecit, sed eo etiam patrato, e *præcepit illis* (qui præsentes erant) *vehementer, vt nemo id sciret*. Sed voluit nihilominus, testes aliquos esse præsentes, qui factum ipsum ad nostram vtilitatem manifestarét: Nec sine mysterio tamen ad hoc *tres* illos elegit Apostolos, qui etiam fuerunt in monte *Tabor* testes transfigurationis, & in horto *Gethsemanni* afflictionis & agoniæ, quã ipse illic est passus: sed vt significaret, se magis *dilectos* & feruentiores magis etiam participes facere suorum *secretorum*, nominatim verò in tribus rebus, in operibus scilicet, quæ spectant ad conuersionem *animarum*; in magnitudine & excellentia *gloriæ* suæ, & in *passionis* suæ ignominia & contemptu. O *felicem* illum, qui adeò est Christo Iesu familiaris, vt agnum hunc sequatur quocunque ierit: nec se vel ad momentum à dulci eius comitatu separat.

Humilitas occultat miraculum

c Mar. 5. 43.

Dilectissimos vocat in societate Zeli animarum Gloriæ & passionis suæ.

PVNCTVM III.

ET a *tenens* IESVS *manum puellæ, ait illi, puella, tibi dico, surge, & confestim surrexit puella, & ambulabat, & iussit dari illi manducare*, b *& stupuerunt parentes eius.*

a Mar. 5. 41

b Luc. 8. 56

Verbo imperat animæ vt redeat.

PERPENDAM hîc primùm Christi Saluatoris omnipotentiam, qui vnico tantum *verbo* nec rogando sicut Elias & Helisæus, sed cum *imperio* mandando, dat mortuis vitam; & in momento demortui anima siue in lymbo siue quocunq; alio sit loco, audit eius vocẽ, accediteq; & ingreditur corpus suum, nemine resistẽte aut impediente, Exulto, Saluator mi, te adeò esse potentẽ e *vt voces ea quæ nõ sunt, tanquam ea quæ sunt*. & mortui vocem tuam audiant, tibique obtemperent. Voca, Domine, omnes, qui ob culpam suam mortui sunt, voce tuæ inspirationis vt ad gratiæ vitam resurgant quod si arbitrij sui libertate tuæ inspirationi resisterent (quia neminem vis ad tuam gratiam cogere) etiam eos reuoca efficaciori inspiratione. quia si tua velis vti potestate, quis est qui non se dedat voluntati tuæ?

Oratio

c Rom. 4. 17

DEINDE causam expendam, cur puellæ huius defunctæ *manum* acceperit, & illa cœpit *ambulare* ac iusserit illi dari *manducare*? quæ cum alijs defunctis: quos resuscitauit, non fecit. Hoc enim fecit, vt doceret, peccatores, qui moriuntur, aut peccant ex *imbecillitate* (quos hæc puella significat) viuificari per Christum *manu* sua potẽti eos adiuuantem, vt illam imbecillitatem vincere valeant: ideoque statim, atque eius virtute resurgunt, *duo*

II.

Imbecillitati manu porrigend

Otij fuga

ab illis requirit: alterum ne sint otiosi, & in pigritiæ lecto remaneant; sed incipiant statim *ambulare* & bona opera exercentes, in via virtutis proficiant. Alterum vt panem comedant, b *qui cor hominis confirmet*, qui est sanctissimum altaris Sacramentum, cuius virtute plenè corroborantur. Quod autem *iubet* alijs, resuscitatæ puellæ dare manducare, docere voluit se ministris suis iubere, vt panem hunc vitæ conuersis tribuant peccatoribus; vt animum sumant ad vitam inchoatam prosequendam. O SALVATOR animæ meæ, eius quæso manum tua manu accipe; si enim tua cũ mea iungatur, mox ego surgam, & omni pigritiâ excussâ incipiam laborare. Da mihi etiam comedere panem vitæ supersubstantialem, qui debiles confortat, & corda deficientia corroborat, vt eius virtute confortatus non cessem progredi, donec ad c *montem Dei Horeb* perueniam, vbi tuam videam gloriam, per infinita sæcula. Amen.

b *Psal.* 103. 15. Frequens communio conuersis suadenda Oratio

c 3. *Reg.* 19. 8

MEDITATIO XL.

DE DEFVNCTO FILIO VIDVAE apud Naim.

a *Luc.* 7. 12.

CVm *iret Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & cum eo discipuli eius, & turba copiosa & cum appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.*

I. Corpus animæ ferctrum Portitores quatuor passiones Luxuria Superbia Auaritia Ira Terminus Gehenna

IN hoc adolescente defuncto (præter ea quę proxima meditatione de morte sunt dicta) considerabo peccatorem, qui ob culpas, ex vehementioribus animi *perturbationibus* ortas mortuus iacet; cuius anima videtur *corpori* sicut cuidam pheretro aut sarcophago inclusa. nam quidquid cogitat, loquitur, aut agit, est circa carnem & de sua carne. Qui verò hunc loculum *portant*, *quatuor* sunt appetitiones siue *passiones* vehementes: *luxuria* scilicet, quæ appetitio est voluptatum sensuum; *ambitio*, quæ inanium honorum; *cupiditas*, quæ diuitiarum; & *ira* denique quæ est ad vindictã impulsus contra eos, qui ea bona impediunt. Ab his quatuor animi perturbationibus portatur miser hic peccator ad innumerabilium peccatorum *abyssum*, & tandem ad ipsum *inferni* profundum: nisi Christus Dominus misericordiâ suâ id prohibeat. Ex quo affectus comm seratiõnis

conci-

concipiam, videns hunc mundum tot huiusmodi mortuis refertum, qui quotidie in publicum prodeunt, & versantur in plateis & portis ciuitatū, dicamque cum Ieremia: b *quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei.*

Commiseratio b *Ier. 9.1.*

II.

DEINDE perpendam charitatem & *prouidentiam* Christi Domini nostri, qui ea opportunitate voluit venire in Naim, vt mortuo huic adolescenti occurreret; non enim fortuitò, sed sciens & prudens, & cum desiderio eum resuscitandi, tunc venit, seipsum ad hoc beneficium ei præstandum, nemine id petente, offerens. puellam enim Archisynagogi filiam vitæ restituit, *patre* eius id petente; Lazarum etiam, petentibus eius *sororibus*: sed hunc, *proprio* suo *motu*; vt misericordiæ suæ magnitudinem, in mortuis animabus quærendis, ostenderet, cum illis in occursum veniens etiam nō petentibus remedium offerat, motus tantum earum commiseratione. Quamuis etiam cum tale beneficium ab ipso petitur, ille sit qui *præueniens* inspirat, vt petatur. vt propterea discendum sit: omne bonum nostrum ab ipsius misericordia initium sumere.

Motu proprio hunc resuscitat.

Impellit prior vt petamus

O *Pater misericordiarum*, respice multitudinem peccatorum, qui in huius mundi plateis mortui iacent; miserere eorum, exi in occursum illis, interclude, illorum gressus, antequam mors illos in eis comprehendat.

Oratio

PVNCTVM II.

CVM a *Iesus viduam matrem vidisset, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum: hi autem qui portabant, steterunt.*

a *Luc. 7. 3*

CONSIDERANDVM primò, Christum Dominum nostrum non occultè miraculum hoc, sicut præcedens, sed *palam* pro gloria PATRIS sui, & vt maiorem doctrinæ suæ auctoritatem adferret, edere voluisse. Quo autem appareret, ipsum non ostentationis, sed commiserationis gratiâ illud facere, teneritudinem cordis ostendit ex miseria illius mulieris; tum quod vidua esset, tum quod filius, quem amiserat, amicus illi esset. Docet nos hoc facto *prudentiam* in publicis nostris actionibus adhibendam, ne inanem *ostentationem* per eas quæramus, docet etiam *commiserationem*, quam merito erga afflictos & desolatos habere debemus, sicut magnus Deus noster, qui b *Orphanorum est parens*, viduarum iudex, & omnium protectio, ac tutamen.

I.

Palam hūc resuscitat non ostentatione sed commiseratione ad Gloriam Dei.

b *Psal. 67. 6.*

DEINDE perpendam ipsas huius viduæ lachrymas (etiamsi nihil ipsa loqueretur aut peteret) Christum Dominum, ad suscitandum eius filium permouisse: quia *lachrymæ* quas pro nostris aut aliorum peccatis fundimus *potens* quoddam genus *orationis* sunt apud Deum, vt illum ad nostris miserijs occurrendum inclinent.

II.

Lachrymæ Potenter orant.

O be-

Oratio

O benignißime Pater, cuius oculi teneri cernunt, dum nostros flebiles vident; moueant te ad commiserationem, matris nostræ Ecclesiæ lachrymæ, quæ & ob tuam absentiam vidua censetur; & culpas nostras ita deflet, atque si vnusquisque nostrûm vnicus esset eius filius, qui ex eius viscеribus prodijsset; eius lachrymarum intuitu mihi concede, quod meis ego non sum promeritus, remoue Domine huius planctûs causam, & illam consolare, dicens illi: *noli flere*, quia filium, pro quo lachrymas fundis, ego tibi viuum restituam.

III. Omnipotẽtiæ manus Inspirationum tactus. Passiones sedant: oratio

DENIQVE attendam, Christum Dominum nostrum ad loculũ accessisse illumque tetigisse; portitores verò mox substitisse: vt significaret se, antequam peccatorem ad vitæ gratiam restituat, omnipotentiæ suæ *manu* illum tangere, sortibusque inspirationibus, nunc timoris, illi minando; nunc spei, veniam illi promittendo illum *tangere*, atque quatuor prædictarum passionum, à quibus raptabatur, impetus coercere, nam etsi illæ vehementiores sint, ad tactum tamen & imperium Christi, mox seipsas dedunt. O *manus Iesu*, quæ crucis lignum tetigistis, vt ei vita redderetur qui prohibitæ arboris fructum suis contrectans, vitam amisit; tangite etiam peccatores, ob culpam suam mortuos, vt seipsos ad gloriæ vitam suscipiendam disponant.

PVNCTVM III.

a Luc. 7. 14. ET *ait* a *Iesus, Adolescens, tibi dico surge. Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ.*

I. HIC primùm perpendenda est omnipotentia Saluatoris, quam in hoc miraculo ostendit, qui non necesse habuit sicut Helias & Elisæus b *expandere se atque metiri super puerum tribus vicibus* &c. *ponere os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius*: neque d *manu* eum tetigit, sicut filiam Archisynagogi; sed vnico absoluto & *imperioso verbo* cum mortuo colloquens, atque si solùm dormiret, eum vitæ restituit.

b 3. Reg. 17 21. c 4. Reg. 4. 34. d Mar. 5. 41. Verbo vitæ impetrat.

II. Passiones sensim sedantur Confessio non differenda. &

DEINDE considerabo, non esse absque mysterio, quod hic adolescens non statim cœperit ambulare, sicut filia Archisynagogi; sed *resederit* in loculo *& cœperit loqui* vt significaret, eos peccatores, qui ab animi sui perturbationibus sunt raptati, *sensim* recuperare sanitatem. primùm enim gratiæ vitam recipiunt, & inordinatum ad res carnales affectum deponunt; quamuis aliquid affectionis adhuc remanet, quæ illorum cor cum eis agglutinat & connectit: sed postea tandem exuunt omninò prauos mores & consuetudines. Sed incipiunt tamen statim loqui *confitendo* errores suos, & veniam de ijs petendo, & emendationem

propo-

proponendo. Deumque, ob beneficia, quæ ab eo accipiunt, laudando. Ex quo discam, non *indignari* contra eos, qui non statim antiquas prætetritæ vitæ prauas consuetudines vno ictu exuunt. nam quamuis ipsa iustificatio verè fiat in momento; eius tamen perfectio, sensim & paulatim progreditur.

Longanimitas in conuersor.

III.

DENIQVE perpendam Christi Domini charitatem, qua filium resuscitatum mox dedit matri suæ; quamuis sibi illum iure potuisset retinere: sed potius matri tradidit, vt in eius senectute & viduitate illi seruiret: & vt filij resuscitatio plenè illi esset consolationi: quo significatur, proprium esse Christi Domini, mortuos peccatores ad vitam redeuntes reddere matri eorum, quæ est *Ecclesia*. Et sicuti hic adolescens, ex materna domo mortuus, ab aliis deportabatur; sed viuens pedibus suis ad eandem domum, cum magna eius matris lætitia rediit: sic peccator, qui ex congregatione iustorum ab animi sui perturbationibus tractus, discedit; ad eandē, per Christum viuificatus, redit cū libertate spiritus, & magna Ecclesiæ lætitia. Gratias tibi *dulcissime Saluator*, ob tot animab. collata beneficia.

Matri reddit

Ecclesiæ.

VTINAM peccatores omnes redirent, & iustorum congregationi se adiungerent, quo mater eorū Ecclesia plurimos habens viuentes filios exultaret. Siquidem igitur Domine, hanc animi lætitiam ei dare potes, ne quæso illi eam denege: vt nomen tuum glorificetur, dicamusque, quod præsens ibi turba, hoc miraculum videns, dixit: [c] *quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.*

Oratio

[c] Luc. 7. 16.

MEDITATIO XLI.

DE LAZARI RESVSCITATIONE.

PVNCTVM I.

ERAT *quidam languens Lazarus*, Marthæ & Mariæ frater: quos omnes IESVS valdè diligebat: *Miserunt ergo sorores eius ad Iesum dicentes: Ecce, quem amas, infirmatur.*

[a] Ioan. 11. 1. &c.

His verbis docemur modum quendam orandi breuem, perfectum, & valdè efficacem, propriumque virorum spiritualium, qui in vtraque vita Actiua & Contemplatiua, per Martham & Mariam indicati, diu se exercuerunt: quem *Hugo de sancto Victore* appellat modum orandi per INSINVATIONEM. Consistit autem in proponenda aut insinuāda Deo breuissimè, cor-

Modus orādi aptus. Li. de modo orandi c. 2. Per Insinuationē.

Neceſsitates indica. Amoris admone Cum Fiducia & Reſignatione.

poris aut animæ *neceſsitate* aliqua, quam patior, allegato tantùm *amoris* titulo, quo me ipſe proſequitur: in reliquis tota mei remedij cura, ipſius diuinæ prouidentiæ relictâ, magnâ interim in eum *fiduciâ* & *reſignatione* in eius voluntate. Nam, ſi ſciam, me ab eo amari, hæc inſinuatio ſufficiet, vt certò credam, quamuis ego nihil petam, facturum ipſum, quod mihi magis expedit. Hæc orandi ratio præſupponit magnam amoris Dei in nos *æſtimationem*, magnam de eius bonitate *fiduciam*, & magnam deniq; in eius voluntate *reſignationem*: qua non quærimus aliud, quam quòd ipſe voluerit; quod ad remedium attinet neceſsitatum noſtrarum, locum, tempus, & modum illis ſubueniendi.

Domine, ecce, quem amas, infirmatur.

His affectibus frequenter & cum animi tranquillitate repetam illam iaculatoriam: *Domine ecce, quem amas, infirmatur.* licebit autem loco huius verbi *infirmatur*, ſimilia alia ſubſtituere ſic: ecce quem amas triſtis eſt, deſolatus, tepidus, aridus, indeuotus, ira tentatur, impatientia, ſuperbia, exul eſt à Cœlo, in periculo mortis verſatur & æternæ damnationis, &c.

Varia motiua flectẽdi Deum.

ITEM loco illius verbi *quem amas* licet alia ponere, quæ amoris etiam titulos complectantur, vt ſi dicam: Domine, ecce, quem ad imaginem & ſimilitudinem tuam creaſti, eam imaginem amiſit; quem pretioſo tuo ſanguine redemiſti, peccatis eſt maculatus; quem in ſacro Baptiſmate in filium adoptaſti à multis hoſtibus obſidetur, qui illum opprimunt, quem ad ſtatum religioſum elegiſti, multis imperfectionibus eſt plenus, quæ illum deturpant. Et moram in ſingulis his iaculatoriis trahens, effundam cor meum in conſpectu Dei, *ſperans*, daturum ipſum mihi, quod magis expediat, me verò *reſignans* ad amplectendum quidquid ipſe ſtatuerit. Hæc orandi ratio eſt illi ſimilis, quã beatiſsima Virgo in nuptiis adhibuit, dicens: b *Fili, vinum non habent*: Et illi, quam ſponſa inſinuauit, cum dixit: c *adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei: quia amore langueo*: atque ſi diceret: ſufficit illi innoteſcere, quod langueam, vt meo morbo medeatur.

b *Ioan.* 2.3.
c *Cant.* 5.8.

PVNCTVM II.

a *Ioan.* 11.4.

AVDIENS a IESVS dixit *eis: infirmitas hæc non eſt ad mortẽ, ſed pro gloria Dei vt glorificetur Filius Dei per eam, & tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus*: quo tempore mortuus eſt Lazarus.

Hoc reſponſum ita diſpoſuit CHRISTVS Dominus noſter, tum vt pias illas ſorores conſolaretur; tum vt earum virtutem fortiter probaret, & apparereret, quanta eſſet re ipſa fides & reſignatio, quã in ſua oratione oſtendebant. PRIMVM itaque conſiderabo, qua ratione Chriſtus Dominus affectas illas ſorores *conſolatur*, efficaciſsimo conſolationis modo, qui eſſe

poteſt

poteſt ſuper terram: dicens illis, infirmitatem Lazari, & morbos, ac calamitates electorum, ſiue ſint corporis ſiue ſpiritus, omnes dirigi ad *gloriam* Dei, & ſuam: & ſcire ſe, eorum *euentum* priuſquàm accidant, & *commodum* quod ipſe ſit ex eis extracturus. Hæc autem Dei gloria, aut in eo elucet, quòd ab huiuſmodi calamitatibus, nobis minimè cogitantibus, admiranda quadam ratione nos *eripit*; aut eiſdẽ perſeuerantib. admirandam nobis *patientiam*, & alia magna eius gratiæ dona nobis elargitur. O *gloria mea* & Domine mi, ſi reipſa ita eſt, quòd infirmitates & calamitates meæ in tuam cedunt gloriam, adueniant feliciter, nullam volo refugere, ne tuam imminuam gloriam: gloriabor potiùs in illis, in quibus tu glorificaris b *libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.*

Electorum malis glorificatur Deus qui eorum euenta & commoda præſcit. Eoſque aut eripit, aut conſeruat? Oratio.

b 2. Co. 12. 9

DEINDE perpendam magnam verè probationem & afflictionem harum ſororum, cùm viderunt, Lazarum fratrem ſuum mori; cùm tamen Chriſtus ipſis ſignificaſſet, infirmitatem illam non eſſe ad mortem. Sed Chriſtus id fecit, ad probandam earum *fidem*, & iudicij *reſignationem*; in ijs, quæ non aſſequebantur. Et ad probandam & exercendam *patientiam* & reſignationem, cùm re ipſa contrarium eueniret, quàm ipſæ deſiderabant. In his duobus probare conſueuit Deus excellentes ſanctos, ſicut *Abrahamum* probauit, cùm iuſſit ſacrificari ſibi eius filium, de quo tamen promiſerat, innumeram fore ipſi ſucceſsionem, & vt de eo ait Apoſtol. d *qui contra ſpem in ſpem credidit*: quia credidit poſſe Deum illum reſuſcitare. Idem autem Chriſtus Dominus volebat has duas Lazari ſorores præſtare; idemque me facere decet, ſi quando Deus mihi contrarium dederit, quã petam: vt ſi petenti *ſanitatem* aut *humilitatem* permittat infirmitatem augeri, aut grauius me à ſuperbia tentari; tunc.n. oportunè illud Iob vſurpabo: e *etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo: verumtamen vias meas in conſpectu eius arguam; & ipſe erit Saluator meus.* O *Saluator dulciſſime*, in tuas manus me proijcio, tibi iudicium meum ſubdo, & voluntatem; meque promptum offero ad amplectendum quidquid tu ſtatueris: & quamuis me occidas, non tamen ſpem deponam, quòd me poſsis ſuſcitare: etſi dixeris me non moriturum, experiar tamen me mori, credam in ſpem contra ſpem, intelligens hanc mortem allaturam mihi meliorem vitam.

II. Magna probatio Mori finit quem negaret moriturum.

c Con. 22. 2.

d Rom. 4. 18

e Iob. 13. 15.

Oratio

PVNCTVM III.

DEINDE a *poſt duos dies dicit diſcipulis ſuis, eamus in Iudæam iterum: & dicentibus diſcipulis, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare? & iterum vadis illuc?* ipſe nihilominùs perſtitit in ſententia, nam vbi de *gloria Patris* agebatur, omnes mundi *difficultates* perrumpebat. Quò autem illos ad idem faciendum excitaret, duas illis attulit inſignes rationes.

a Ioan. 11. 7.

Gloriæ Dei Zelus difficultates perrumpit.

I.

PRIMA ratio fuit: *nonne duodecim sunt horæ diei?* quasi diceret, sicut dies duodecim habet horas, nec fieri potest vt illas non expleat: sic dies vitæ meæ, & vestræ ac singulorum hominum horas habet à diuina ordinatione præscriptas, iuxta illud: b *breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Quare securè aggredi possumus, quidquid erit ad *gloriam* Dei, absque vllo timore vitam amittendi antequam Deus velit, & *statutum* habuerit. Et eò magis, quòd in duodecim horis diei, & homines & res ipsæ mutantur: Deusque ipse *immutat* voluntates, quare propter ea, quæ in prima diei hora fuerunt, nihil est timendum: nam fortè erit mutatum ante vltimam.

b Iob. 14. 5. Perge fortiter ante terminũ à Deo statũ tum nil patieris. Imo voluntates mutabuntur.

II.

SECVNDA ratio fuit: *si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi habet*, quasi dixerit, qui in veritate ambulat coram Deo, non est quod timeat: *veritas* enim & lux Dei liberabit illum à *lapsu*, & à *morte*, quam diu Deus voluerit eum viuere. *Si autem ambulauerit in nocte* & in tenebris, ille timet & *offendit, quia lux* fidei & gratiæ *non est in eo*: ideoque in pœnam suorum peccatorum labuntur, & vitam ante tempus amittunt. nam impij & *viri* c *sanguinum & dolosi* (vt ait scriptura) *non dimidiabunt dies suos*: & ait Propheta, d *occidet sol in meridie*, hoc est, qui illis fuisset meridies. His duabus rationibus meipsum permouebo ad non deserenda, quæ sunt obsequij diuini, propter timorem hominum, & persecutionem eorum; nam vt non possunt vel diem vnum vel vnam diei horam ijs addere, quas Deus præscripsit: nec auferre poterunt contra eius ordinationem: Et si sum filius lucis, Deo placens, non est quod timeam ab hominibus cùm ipse Dominus dicat: e *nolite timere opprobrium hominum & blasphemias eorum ne metuatis: sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Et quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?* quasi diceret: quamuis teipsum, & quæ à teipso habes si respicias, est cur plurimùm timeas: si autem me respicias, qui protector tuus sum & redemptor; nulla est ratio, cur timeas.

c Psal. 54. 24 d Amos 8. 9 Nec horam addere queunt, sic nec auferre.

e Isaia. 51. 12. Infirmus in te fortis in Deo.

III.

HIS dictis manifestauit Christus suis Apostolis *mortem Lazari*, non quidem statim apertè, sed *paulatim* & verbis talibus in quibus latebat mysterium: primò enim dixit: *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, vt à somno excitem eum.* quibus verbis Lazari mortem *somnum* appellat: nó ob id solũ, quòd ipsi æquè esset facile à morte aliquem resuscitare; atq; dormientem à somno excitare, (quod proborum & impiorũ morti commune est) sed etiam vt discrimen assignaret inter mortem amicorum & inimicorum ipsius. nam vt is qui dormit, somno ipso requiescit; sed pòst viuit, vt solebat; sic f *Dei* amici & *dilecti*, quibus ipse *dat somnum*, moriuntur, vt requiescant à laboribus suis; & g *vt ad* eam

Paulatim mortem pandit. Mors somnus quia Deus verumque tque fuscitat. Electi quiescunt dum d vitam re urgant. f Psal. 126. 1

eam *vitam resurgant*, quæ eminenter vitæ nomen mereatur, qualis est *vita æterna*; in qua recipiunt gloriæ hæreditatem. Inimici autem eius moriuntur, vt æternùm mortui maneant, *eorum enim resurrectio ad vitam non erit*: sed ad æternam mortem.

Hvic sententiæ Christi, Apostoli responderunt: *Domine, si dormit, saluus erit*. quasi dicerent, quòd ægrotus dormiat, signum est sanitatis: non itaq; opus esse tanto labore, & cum tanto periculo ad illũ excitandum accedere. In quo proponitur nobis *imperfectorum* hominum repugnantia, qui *nolunt intelligere*, quod *nollent facere*, nisi eis valdè proponatur: & nunquam illis deest aliquid, quod ad se *excusandos* arripiant, ne quod Deus & eius ministri præscribunt, exequantur. Vt hic apparet: Apostoli enim, ob repugnantiam, quam sentiebant eundi in Iudæam: existimarunt Christum propriè de somno locutum: cùm fuisset facile intelligere, ipsum non suscepturum illud iter, vt eum qui propriè dormiret, tantùm excitaret. *Tunc ergò* Iesvs *dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis*. Ostendit autem his verbis, quanti faciat vt fides & virtus nostra crescat. siquidem gaudere se dicit de morte Lazari, vtpotè ex qua *fides* discipulorum esset incrementum acceptura. Et quamuis Apostoli hoc antea crederent, nihilominus dicit, *vt credatis*: docens nos hic quandam virtutis exercitationem, feruentium iustorum propriam; qui singulis rationibus, quibus Deus sua mysteria illis reuelat, denuò credunt, ac dicunt: si huc vsq; Domine, non credidissem, nunc crederẽ de nouo: sed renouo tamen *fidem* meam. Eadem ratione perfectus religiosus sæpi ùs iterat sua *vota*, atque si tunc recens illa redderet Deo, dicens: si hactenus castitatem non promisissem, nunc promitterem; sed iam denuo illam promitto.

Denique videns Thomas firmum Christi decretum, dicentis: *eamus ad eum*, respondit magno spiritus feruore, conuersus ad condiscipulos: *eamus & nos, vt moriamur cum eo*: atque si exhortans diceret, ne magistrum nostrum deseramus; sed idem cum eo subeamus periculum: & moriamur vbi ille morietur. Ostendit autem magnum feruorem in *duobus*: *primum*, quod se ad moriendum cum Christo obtulit: *secundum*, quòd suos condiscipulos fuerit ad idem exhortatus, simul vtrumque charitatis actum, Dei scilicet, & proximi exercendo; plus Christum, quàm propriam vitam amando; & proximum, vt eodem modo illum amet, prouocando.

O *supreme Magister*: en offero me ire & mori tecum, si id opus erit, antequam te deseram: h *mihi enim viuere tu es, & prote mori lucrum.*

Mat. 7. 9. 14. Reprobi morte inuoluuntur æterna.

IV. Imperfecti nolunt intelligere, quia nolunt agere. Semper se excusante. Fidei augmento delectatur Deus

Renouã d. fides & vota

V. D Thom. & cũ Christo mori vult, & ad idem hortatur condiscipulos. Oratio h Phil. 1. 21.

ei offerret excitamenta in eodem amore proficiendi: cùm clarissima videret miracula, & recentia sentiret beneficia. Ideoque per Martham ei nunciari curauit de suo aduentu, & vt ad se illa veniret: Id quod Martha mox præstitit. *Silentio ei dicens: Magister adest, & vocat te:* & illa *vt audiuit surrexit cito, & venit ad* IESVM *& videns eum cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* In quo facto tres insignes virtutes manifestauit Maria.

Hinc Mariam euocat.

Prima fuit OBEDIENTIA prompta, ad punctum, & comis, quæ ex magna, quã de Christo habebat, existimatione fuit orta, statim enim atq; eum adesse cognouit, *vt audiuit surgit citò*, & nec vale facto iis, qui cum ipsa erant, aut aliis adhibitis cæremoniis, quæ illam poterant remorari, *venit ad* IESVM; sic nos instruens ad nutum nos accingere ad Dei vocationem, c *non acquiescentes carni & sanguini* aut aliqua eius habita ratione.

Mariæ I. Obedientia prompta

c *Gal.* 1 16

Secunda virtus fuit insignis erga IESVM REVERENTIA: nam statim atque *illum vidit, cecidit ad pedes eius*, nihili faciens, quod multi Nobiles ex iudæa præsentes essent, qui eum oderant, grauiterque ferebant, si quid illi honoris deferretur. Et in hoc etiam Martham sororem suam superauit, de qua nihil tale scriptum legitur.

2 Reuerentia erga Iesum

Tertia virtus fuit *maior* multò FIDES, quam fuerit sororis, magnâ etiam adiunctâ *resignatione.* Plena enim amoris & doloris dixit: *Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* Non tamen adiecit, quod Martha: vt quæ circa Christi diuinitatem magis esset instructa, exaudita ad eius pedes aliàs tali doctrina. Et hæc adeo beneuola & amoris plena resignatio, non petens fratris resuscitationem; sed eius prouidentiæ charitatique illam relinquens, potens fuit, eandem impetrare. Et ideo Ecclesia in oratione eius festi, fratris resuscitationem eius precibus tribuit: *Cuius precibus*, inquit, *exoratus, Lazarum resuscitasti.* Ex quo intelligam, quanto plus apud Christum valeant *amoris* affectus, quam *verba* prolixa. Vt autem ipsa Maria in puncto & ad nutum Christo obediuit; ita ille fuit promptus, & ad nutum audiuit eius desideria, & impleuit petitionem.

Fides perfecta cum resignatione,

Mariæ amore exoratus Lazarus

Amor verba superat Obedienti obsequitur IESVS IV.

DENIQVE mysterium perpendam vtriusque sororis, Marthæ & Mariæ, quæ vtramque vitam Actiuam & Contemplatiuam referunt; quæ ad conuersionem & resurrectionem peccatorum concurrunt. *Prædicatio* enim, *Oratio*, & Contemplatio bene vt sorores conueniunt ad eam rẽ. Nec contentus est CHRISTVS. qui principalis est talis resurrectionis author eam ex equi intuitu solius Marthæ; sed vult adesse Mariam; vt Euangelij Ministri intelligant, necesse esse verbis suis etiã *Orationẽ* adiungere; & Cõcionibus earundẽ Meditationẽ, & contemplationẽ: quo fructum ferãt. Ac deniq; vt in hoc miraculo plus Maria effecit, quã Martha; sic sæpe humiliũ

Oratio, iungenda Concioni

& fer-

re potuiſſet, id non fecit, nolens in iis miraculum edere, quæ homines præſtare poſſent; ſed in eo, quod eorum vires & facultatem excedebat. Obſeruandum eſt autem, & illud, quòd Martha bono zelo impedire voluerit, ne lapis tolleretur, dicens: *Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim.* Vbi inſinuatur, noſtros interdum *amicos* & cognatos, amoris quodam *prætextu* nobis impedire bonum ſpirituale: contendentes apud nos ne talia & talia, quæ bonum illud impediunt, remoueamus.

Quod natura poteſt fruſtra quæritur ſupra eam.

Inimici hominis domeſtici eius.

LAPIDE ſublato, *eleuauit IESVS ſurſum oculos*, vndè vita mortuo illi erat deſcenſura: vt me doceret mearum miſeriarum remedium non in eo eſſe, vt eas *confusè* & quaſi in cumulo, aut lapidibus dealbatis coopertas aſpiciam; ſed *diſcoopertas*, peccatorum meorum fœtorem hauriens: & mox oculos ad Deum leuans, à quo veniet remedium mihi, ſupplex illud petenti. Et adiecit: *Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me: Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis*: Sed hæc dixi, *propter populum qui circumſtat*: vt credant, quia tu me miſiſti. Hoc fuit, autem Chriſto familiare & proprium, gratias Patri agere antè, quàm miraculum ederet: tanquam qui eſſet certus, Patri gratum eſſe, vt illud ederet. Et hoc beneplacitum, & voluntatum conformitatem vocat Chriſtus *Exaudiri* ſe. Sed ſimul nos docet, ſi nouas gratias & dona à Deo petimus, inchoandum nobis eſſe à *gratiarum* actione ob prius accepta: hac enim ratione *diſponimur*, ad noua recipienda.

III.

Peccata nè confuſe, ſed diſtincte in tuēs veniam pete

Gratiæ diſponunt ad noua beneficia.

PVNCTVM VI.

HAEC a *cùm dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foras.* atq; ſi cũ procul inde exiſtente loqueretur, vt reipſa Lazari anima tunc erat remotiſsima, (quia fas eſt credere, eam in Lymbo fuiſſe) hac vocis ſuæ exaltatione & clamore etiam referens b *Tubæ* illius tremendæ ſonitum, quo mortui omnes ad iudicium ſunt vocandi. Et quoniam magno imperio dixit: *Lazare veni foras*, in momento eius anima ex loco, in quo erat, properauit, vt ſuo corpori coniungeretur; & corpus viuũ prodiit ex ſepulcro, ſicut erat ferali amictu opertum, vultu verò ſudario velato: vt miraculi magnitudo eò magis eluceret, cùm mortuo & fœtido iam corpori vita, & perfecta ſanitas, & motus ac greſſus proprius etiam ligato manibus & pedibus ſimul ſunt reddita, & quamuis ſoluere illum potuiſſet etiam imperio, id tamen non fecit, ſed *iuſſit* diſcipulis, *vt ſoluerent, & abire ſinerent*; vt ijdem miraculi teſtes eſſent, qui illum ſoluerent.

a Ioã. 11. 43.

b 1. Corint 15. 52.

Omnipotentia Chriſti ſuſcitatis quatriduanum.

Ex his omnibus concipiam affectus admirationis, & exultationis ob Chriſti Domini *omnipotentiam*, vt proximis meditationibus ſæpè monuimus. Nominatim verò in ipſo Lazaro conſiderabo peccatorem aliquẽ, qui priùs erat iuſtus; ſed Deo ſe probationis eius cauſa ſubtrahente, non

omnes credent in eum: & venient Romani & tollent locum noſtrum & gentem.

PERPENDENDVM hic primùm quã abominandi ſint illi, qui ſeipſos odij, & *inuidiæ* vitijs ſubdiderunt prætextu proprij *bonorũ* & intereſſe. Siquidem tales *ex miraculis*, & præclariſsimis Chriſti facinoribus, grauiorum *peccatorum* ſumunt occaſionem; ſicut qui ex *theriaca venenum* ſibi faciunt, quo intereant: & vnde alij *virtutes* eliciunt, vt ſaluentur; ipſi eliciunt grauiora *ſcelera*, vt pereant. O *Domine*, libera me ab huiuſmodi vitijs ob tuam miſericordiam: ne quod tu in alijs efficis, in meum commodum & exemplum, id ego in meam perniciem conuertam.

I. Inuidia ex aliorũ bono ſibi malum creat. Oratio

DEINDE conſiderabo, quanta feſtinatione b *impij conueniunt aduerſus Chriſtum*, & bonos & pios: quamque ſint in ſuis conſultationibus cæci: nam *odium* inſtar trabis alicuius excæcat oculum rationis. Nam hinc fatentur, Chriſtum multa ſigna facere; & omnes in eum tanquam in verum Meſsiam credituros: inde verò nec proprio eum nomine appellare dignantur, nec eius credere miraculis, nec vt verum Meſsiam ſuſcipere: ne propria vitia relinquant. Ac denique iuſto Dei iudicio, dum malum exprimunt, quod timebant, niſi Chriſtum occiderent; illud prædixerunt, in quod erant deuenturi, eò quod illum occiderunt; quod fuit templi, & gentis totius ruina. O *bone IESV*, magni conſilij Angele libera me à perturbatis carnis meæ conſilijs, quæ dũ ſuggerit fugere dolores & ignominias, propterea quæ ipſi arridents in eaſdem tamen incidit, quas fugiebat. Nolo Domine, conſilium aliud, quàm tuum: & c *conſilium meum* ſemper ſint *iuſtificationes tuæ*, quibus ſemper coner vitam meam accommodare.

II. b *Pſal.* 2. 2. Odium excæcat rationem.

Quod timebant, illis euenit. Oratio

c *Pſ.* 118. 24

PVNCTVM II.

VNVS a *autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed, cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quod Ieſus moriturus eſſet pro gente: & non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.*

a *Ioa.* 11. 49.

DECRETVM & ſententia Caiphæ conſideranda primùm erit, *quæ* ex pernicioſo eius corde & intentione prodijt: tum *quã* ab Spiritu ſancto, qui per os eius eſt locutus, proceſsit: vt enim Euangeliſta notauit, non à *ſemetipſo* tantùm hoc dixit.

I. Superbia alios omnes præ ſe arguit inſipientiæ.

QVOAD primum itaque perpendam Pontificis huius *ſuperbiam*, qui ſermonem ſuum incepit, alios omnes inſignis inſipientiæ notando; incidens ipſe in multò inſignioré, ferendo ſententiam, quòd expediret Chri-

gitauerunt ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum in panem eius, & tradamus eum de terra viuentium. O *dulcis Ieſu*, Agnus Dei, & panis vitæ; gratias tibi pro ea manſuetudine, quam oſtendis ſciens hoſtes tuos ſtatuiſſe te tanquam agnum ſacrificare, & in ligno crucis clauis tarnsfigare! da mihi iſtius *manſuetudinis* aliquam partem, vt ea te glorificem, ad quemcunque laborem etiam mortem pro gloria tua me offerendo. Amen. Oratio

II. Diſcipulorum fidelitas. Ieſus ad mortem ſe præparat.

DENIQVE conſiderabo diſcipulorum *fidelitatem* ſemper ſuum magiſtrum comitantium in omnibus laboribus & ſeceſsionibus, præcipuè verò in hac. Expendam item, quomodo Chriſtus Dominus noſter in paruula illa ciuitate deſerto proxima, *præparabat* ſe ad *mortem*, vehementer gaudens, quòd iam hora eius appropinquaret. O *Redemptor mundi*, humani generis reparator, promulgatum iam eſt decretum mortis tuæ, ore vnius ſummi Pontificis, quamuis improbi, ſed ab ſpiritu patris tui ad id inducti! non poteſt hoc decretum reuocari: & omnium hominum ſaluti expedit non reuocari; nec tu id deſideras, quia pluris facis vitam noſtrarum animarum! quàm tui corporis! præpara te Domine ad pugnam quæ iam in procinctu eſt & te expectat; vt moriens victoriam obtineas, quam ſperamus. quandoquidem verò eam tu iam obtinniſti, ne patiare, eius me fructu priuari, adiuua me Domine in huius vitæ pugna, vt per gratiam tuam obtineam æternam. Amen. Oratio

MEDITATIONES *de cœna in Bethania de aſcenſu in Ieruſalem, & ingreſſu in eam cum ramis palmarum ponentur in quarta parte.*

MEDITATIONES DE ALIQVOT PArabolis *Chriſti Domini noſtri.*

IN ſermonibus, quos noſter Saluator ſex diebus ante ſuam paſsionem habuit, aliquas propoſuit *parabolas* myſteriis plenas & valdè vtiles. Ex his & alijs, quas aliis temporibus propoſuit, inſigniores eligam, illas præcipuè, quas Eccleſia in aliquot dominicis & feſtis publicè proponit, vt illis diebus meditationis materia eſſe poſsint. Et quoniam plures *ſenſus* habent & interpretationes, illum hic potiſsimùm ſequar, qui ad proprium noſtrum *profectum* dirigitur, atque ſi talis Parabola mihi ſoli loqueretur: nec ſequar tamen ſemper ordinem quo illæ fuerunt propoſitæ, vt facilius aliquas coniungam, quæ ad eundem ſpecialem ſcopum pertinent. quamuis omnes vniuerſim eò ſpectent, vt *myſteria Regni cælorum* reuelentur, quod *ſex* complectitur partes, in quibus aut in aliqua illarum Parabolæ ſimilitudo conſi- Senſus moralis. Regni cælorum partes 6. Eccleſia militans.

consistit: *Ecclesia* videlicet *militans* cum suis membris & ciuibus; *triumphans* ad quam illi proficiscuntur; *doctrina* sancti Euangelij, quam illi credunt; *leges* & consilia, quæ seruant; *virtutes* & opera, quæ exercent; proprietates denique *Regis*, à quo gubernantur, qui est Christus Dominus noster: qui quòd multa habeat officia, varias proponit parabolas ad illa declaranda.

MEDITATIO XLIII.

DE SAPIENTE QVI DOMVM SVAM AEdificauit supra petram; *& stulto qui ædificauit super* arenam.

ADVERTENS Christus variam dispositionem eorum, qui eius sermonem in monte audiebant, hac Parabola sermoni finem imposuit, a *omnis qui audit verba mea hæc & facit ea, assimulabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: & descendit pluuia, & venerũt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat super petram. & omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.*

a Mat. 7. 24 Luc. 6. 48.

PVNCTVM I.

PRIMVM considerabo; Christum Dominum nostrum apertè supponere, eorum, qui eius doctrinam audiunt & credunt, quosdam *sapientes* esse & cautos, qui eam opere exequantur; alios ignauos & *stultos*, qui contenti sunt eam credere, etiam illam non exequendo: quos iustissimè hoc nomine Christus appellat, quia nulla est maior insania nec stultitia magis extra propositum, quàm *credere* quod Christus dicit; *facere* verò eius contrarium: nec altior est sapientia & discretio, quam si illam credens, etiam opere exequaris. Quare meipsum obstupescam, qui credens verè quod credo; meam tamen vitã ita instituam; sicut video; & credens esse *infernum* & eius cruciatus æternos pro iis qui Dei legem transgrediuntur, illam tamen ita ego transgredior, atque si infernum esse non credam; & credens DEVM vbique esse præsentem, ita illum offendo, atque si præsens mihi non esset. Quæ insania innumeros homines inficit. Nã vt Sap. ait: a *Stultorum infinitus est numerus.* Et Christus Dominus noster Ecclesiam similem esse dixit decem Virginibus, quarum quinque essent fa-

I.

a Eccl. 1. 15.

tuæ,

oratio

tuæ, vt postea videbimus. O *bone Iesu* libera me tali stultitia ex tua infinita misericordia: & siquidem gratiam mihi dedisti ad credendum quidquid dicis, da etiam ad exequendum quod præcipis.

II. Tentationum tria genera.

DEINDE considerabo omnes domos & conscientias tam sapientum quàm stultorum oppugnari *tribus* generibus *tentationum*, quæ indicantur *fluminibus*, quæ fluunt per terram; *ventis*, qui mouentur per aerem; & *pluuiis*, quæ de cœlo descendunt: A tentationibus videlicet & tribulationibus, quæ à *carne* nostra & hominibus terrenis, quibuscum versamur, nascuntur; aut à *dæmonibus*, qui sunt principes aeris huius tenebrosi; aut denique à secretis diuinæ *prouidentiæ iudiciis* ad nostram exercitationem eueniunt: quales sunt internæ desolationes, ariditates spiritus, & varia alia infortunia, & persecutiones, quæ etiam à piis viris, & bono zelo, sed non secundum scientiam eueniunt. Similiter sapientes & stulti à tentationibus sensualitatis & auaritiæ vrgentur, quæ per *flumina* indicantur, à vanitate & curiositate, quæ *ventis* à superbia & ambitione dignitatum & excellentiarum, quæ *pluuiis* super tecta descendentibus significatur. iuxta illud Sancti Ioannis: b *omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Denique sicut flumina domum per *fundamenta* inuadunt, venti per *muros* laterales, pluuiæ per *tecta*: ita aliquæ tentationes inuadunt nos *initio* vitæ nostræ & actionum nostrarum, aliæ in *medio*, aliæ ad *finem*. Aliquæ impugnant *Tyrones*, qui Deo seruire incipiunt: aliæ *proficientes* in ipso exercitio virtutum, aliæ *perfectos*, & qui iam ad culmen peruenerunt: vt omnes in quacunque ætate, quocunque tempore, & in quouis statu vitæ c *præparemus animam nostram ad tentationem.*

1 Flumina terræ, venti Dæmonũ Pluuiæ Iudiciorum Dei

2 Sensualitas, vanitas superbia

b 1. Ioã. 2. 6.

3 Initio Medio Fine

c Eccl. 2. 1.

III. Cassia. coll. 18. c. 13. Impugnantur omnes Prudentes resistunt stulti vincuntur.

EX quo agnoscam: differentiam inter sapientes & stultos, perfectos & imperfectos, non in eo consistere, quòd horum domus & conscientiæ impugnentur, illorum non impugnentur: quandoquidem vtræque reuerà *impugnantur*: sed hoc differunt, quòd sapientes se ad illas *præparent*, domosque suas ita ædificent, vt etiam accedentibus tentationibus, non corruant; insipientes autem & stulti hæc non attendentes, aut negligentes facilè *vincuntur*. Ac propterea tentationes verè, non *faciunt* hominem improbum; sed *qualis* sit manifestant: num videlicet sapiens sit an stultus in suæ domus ædificatione. Ex quo colligam, errorem esse & ignorantiam, fugere *virtutem*, & *religiosum* statum, ad quem sentio me à Deo vocari, ob *tentationum* & tribulationum metum: siquidem etiam improbi & *seculares* homines illis vrgentur, & interdum etiam *grauioribus*: nam, vt ait Iob, d *qui timent pruinam*; *irruet super eos nix*: & e *fugientes arma ferrea, irruent in arcum æreum.* incidentes videlicet in *graviores* tentationes, dum *leuiores* fugiunt: quare prudentiæ est amplecti virtutem & statũ

Tentatio probat hominem. Plus tentãtur, qui virtutem fugiunt

d Iob. 6. 16. e 6. 20. 24.

illum

illum, ad quem me Deus vocat: præparando me tamen ad conflictus, qui mihi euenient.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM deinde, domum & conscientiam insipientium propterea ruere, quod sit fundata super *arenam*. Hæc enim aperta fuit eius stultitia: quod ædificauerit super adeò debili fundamento, sciens illam fore oppugnandã. considerandum igitur hic est, quid sit super *arenam* ædificare, & quàm sit pernicioſa *ruina* eius ædificij, quod super illam fundatur.

I. Arena est I. Sola Fides.

PRIMVM itaque ædificare super arenam est, vitam fundare super solam *fidem* ita, vt solùm velimus credere, quod Deus dicit; sed *absque* proposito exequendi quod dicit, aut certè cum debili & *instabili* proposito. Item est fundare vitam in fide, commixta *terræ* mutabili nostrarum affectionum ad res terrenas, quales sunt honores & delitiæ. nam vt arena propterea non est apta, vt sit fundamentum ædificij, quòd partes suas defunctas habeat: ita nec cor varijs affectionibus diuisum, quæ non sunt in Deo vnitæ. Denique super arenam ædificare est, constituere fundamentum super *propriam* naturam, & inniti proprij viribus, & inconstantiæ propriæ voluntatis, & propriæ iudicij, ac sententiæ.

2. Affectiones terrenæ 3. Vitus propria. S *Basil. de constit. monast. c. 21.*

HINC prouenit, vt stulti & insipientes tentationibus succumbant, & eorum domus ruat eò quòd non habeant vires ad eius pondus sustinendum: & vt a *statua*, quã vidit Nabuchodonosor; quamuis *eius caput ex auro optimo esset; pectus autẽ & brachia de argento; porro venter & femora ex ære: tibiæ aũt ferreæ, sed quoniã pedũ quadam pars erat ferrea, quadam autem fictilis, lapillus vnicus percutiens statuã in pedibus eius, totam illam comminuit.* Ita licet vita nostra eleuata sit, & donis humanæ sapientiæ, altis dignitatibus, etiam gratijs prophetiæ & miracalorum clara, si fundetur in sola fide, coniuncta arenæ rerum prædictarum, quælibet tentatio illam obscurat, ac deijcit, *& fit magna ruina domus illius*, quia perit gratia & amicitia Dei, euanescũt Spiritus S. dona & virtutes, quæ charitatem comitantur; & interdum religiosus malè fundatus, deserit religionem; & Christianus etiam fidem; super quam erat fundatus ob mixturam ineptam, cui illam adiunxit. Ruina autem talis domûs propterea magna est, quia magnum excitat strepitũ, magni *scandali*. Quare benè respice *anima mea*, quo pacto tuæ conscientiæ domum fundes, ne ruat: ne illam fundes in amore rei inconstantis; quia, ea mota, & tu moueberis: b *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, nec proprio consilio: c *quia consilium tuum præcipitabit te*, nec fundes illam in sola fide etiamsi miracula facias, quia in die vltimæ rationis: d *confitebitur tibi* [illegible] *quia nunquam nouit te.* nec diuidatur cor tuum, sicut a-

I. a *Dan. 2. 32.*

Ruina grauis scãdali.

Colloquiũ

b *Prou. 3. 5.* [illegible] *6. 18. 7.* d *Mat.* [illegible]

rena, ne tibi eueniat quod ait Propheta, *diuisum est cor eorum, nũc interibunt*: & ita tu æterna morte intereas.

PVNCTVM III.

VLTIMÒ considerabo, propterea domum & conscientiam sapientum non corruere, quod sit fundata super *petram* vel rupem viuam, hoc est, in fide viua, quæ charitatem coniunctam habet iuxta illud Apostoli; a *Christus habitet per fidẽ in cordibus vestris in charitate radicati & fundati*: illa est enim, quæ omnes affectiones & desideria coniungit & vnit in vnum Christum. Eadem conscientia fundatur etiam in *mortificatione* & abnegatione suiipsius, carnis suæ, amoris proprij, propriæ voluntatis, ac proprij iudicij sicut qui cor suum fodit, vt quidquid in eo terrenum & instabile est, eijciat, donec perueniat ad cognitionem sui *nihili*, iuxta illud Iob *b qui appendit terram super nihilum*, super quod tanta firmitate c *terra* fundata est, vt *in æternum stet*. Denique fundatur etiam eadem domus infirmo & stabili animi *decreto*, faciendi quod Deus mandat; non innitendo proprijs viribus, sed diuinæ *gratiæ*, & d *Christi* Domini nostri virtuti, *qui est* Petra viua & firmum ac solidum totius sanctitatis *fundamentum*, propter quem dicere audent cum Apostolo: e *quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neq; vita, neque creatura vlla poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu* radicata & fundata. O *dulcis Iesu* qui tanquã Deus & homo sapientissimus, Ecclesiam tuam super petram tanta firmitate fundasti, vt f *potestates inferni non possint præualere aduersus eam*: funda Domine, ædificium animæ meæ supra teipsum, & sanctissimæ tuæ vitæ imitationem, vt nec exundantia flumina, nec validi venti, nec tempestates pluuiarum, nec inferni potestates contra eam præualeant: sed in virtute permaneant firma, vsque ad æternam vitam.

Petra est

Charitas

a *Eph.* 3. 17

2.
Mortificatio

Cognitio nihili.

b *Iob.* 26. 7.
: *Eccl.* 1. 4.

3.
Firmum propositũ

d 1. *Cor.* 3 1
: *Rom.* 8. 35

Oratio

f *Mat.* 16 1

MEDITATIO XLIV.

DE PARABOLA SEMINANTIS.

PVNCTVM I.

EXIIT a *qui seminat seminare semen suum*. Hanc parabolam dignatus est Christus per seipsum declarare, cuius declarationem sequentes, expendemus, quodnam semen illud sit, quis seminans, in qua terra, cuius causa & qua ratione seminetur. SEMEN, inquit Christus, est verbum Dei, siue *externum* illud sit, quod auribus cor-

a *Luc.* 8. 5

I.
Semen Verbum Dei Externum, & multo magis.

ceptoris percipitur; siue *internum*, quod intus in anima auditur, & est diuina *inspiratio*: ex qua præcipuè nascuntur fructus, quos producit cor nostrum: illa enim dat sensum eius, quod auditur: estque instar virtutis *seminalis* quæ intra granum quod seminatur, latet.

. ernum

II. eminans EVS.

QVI *seminat Deus* est trinus & vnus, qui illud seminat per suam inspirationem, quam suggerit nunc per concionatores, nunc per bonos libros ijs, qui illos legunt, aut per bona exempla, aut pias imagines, cùm cernuntur; interdum verò per seipsum, inspirationē repentè immittentes in cor nostrum.

III. Terra Anima Memoria

TERRA, in qua hoc semen seminatur, est *anima* cum suis potentijs: nam in *memoria* seminat sanctas cogitationes, & pias imagines, quales sūt memoria nostrorum peccatorum, pœnarum inferni, præmiorū cœlestium, breuitatis huius vitæ, mortis, & iudicii, præsentiæ Dei & beneficiorum eius. In *intellectu* seminat illustrationes cœlestes, quæ repente secreta reuelat, quæ in fidei nostræ mysterijs latent; & sunt instar seminis ad meditationem & contemplationem. Seminat similiter bona consilia, inspirans consilium, quod sibi accipere, aut alijs dari posset. Conscientiæ item dictamina, quibus ad bonum exhortatur; &, quod malum est, reprehendit. In *voluntate* seminat sancta desideria & affectiones, quæ scintillarum instar erumpentes producunt ignem perfecti amoris & fructum virtutum; quales sunt aliqui affectus timoris Dei, inferni, & mortis, dolor de peccatis, amor Dei, desideria illum videndi, eidemque seruiendi ferò.

Intellectus.

Voluntas.

IV. Seminat ob meum commodum Terram nō quærit, sed facit fœcundam.

CAVSA, cur hoc semen in anima nostra seminat, non est proprium cōmodum, quod alij seminantes respiciunt; sed est *commodum* & vtilitas ipsius *animæ*: habet enim hæc sementis singularem virtutem commutandi & perficiendi terram, in qua seminatur; quamuis illa ex se sit inepta, sterilis, arida, & inutilis, & in eum finem à Deo seminatur; non ob terræ propria merita, sed ob solam suam bonitatē & misericordiam. quia bonus & liberalis est & valde delectatur, dum sua dona nobis dispertit: & eis facit nos bonos. Hinc est quòd frequenter valde seminet hoc semen in omni loco, tempore, & occasione; præcipuè cum ad nostram salutem id magis expedit; & propterea Christus Dominus noster dixit: *Exijt qui seminat* significans hoc illi ex officio incumbere, quod vel hoc vel illo modo sēper exerceat.

Gratus esto & agnosce donum.

EX omnibus his considerationibus & earum singulis, affectus eliciam laudis & *gratitudinis* erga diuinum hunc seminantem: magnam etiam *sementis* ipsius æstimationem & feruentia desideria concipiam, vt illam in anima mea seminet; id quod ex toto corde petam, institutis colloquijs cū omnibus tribus personis diuinis. O *Pater cœlestis* qui æternum tuum verbum intra te ipsum genitum, in hunc mundum misisti

Oratio ad Patrem

vt se-

vt ſementis eſſet omnium ſementum, & verbum omnium verborum? quæ boni noſtri ſunt ſemen: per idem verbum Filium tuum ſupplex oro? vt in memoria mea copioſam ſanctarum cogitationum ſementem ſemines, vt ex ea, copioſi bonorum operum fructus proueniant. O *verbum æternum*, qui ex paterno ſinu prodiens, ex cœlo in hanc noſtram terram deſcendiſti, vt ſemen veræ doctrinæ tuæ, quæ propriè tua eſt ſementis, & non alienam nec ab alio mendicatam ſeminares; exi Domine, ſeminare in meo intellectu copioſam diuinarum illuſtrationum ſementem, quibus te cognoſcam & me; & id quod credere & facere debeo: illudque opere exequar. *O ſpiritus* ſanctiſsime, qui *vbi vis ſpiras*: viſque inſpirare, vbi tua inſpiratione opus eſt: illâ quæſo voluntatem meam tange, & ſanctorum affectuum ſementem in ea ſemina; & feruentium deſideriorum ſcintillas in eam proijce, vt intra cor meum vehementiſsimus amoris ignis accendatur. vt ex tali ſemente copioſiſsimos proferat *fructus ſpiritus*, qui ex eo amore procedunt.

Filium

S. Spiritum b *Ioan. 3. 8*

c *Gal. 5. 22* Et SS. Trinitatem.

O *Trinitas* beatiſsima, gratias tibi ago, quòd liberaliter adeo ſementem tuam ſemines in adeo vili & contempta terra! ô ſementis diuina, vtinam pro meritis te poſſim æſtimare! ô vtinam tua virtute plenus eſſem! ô *anima mea* terra inutilis, cur non hanc ſementem deſideras? ſuſpira ad illam, pete, vrge, quia non denegabitur tibi.

PVNCTVM II.

DEINDE conſiderandum quòd etſi hæc ſementis adeò ſit pretioſa & efficax, ipſeque ſeminans opportunè eam ſeminet, eo fine ac deſiderio, vt fructum referat; *tres* nihilominus eius partes, ipſius terræ, cui committitur, cauſa & culpa pereunt, curandum ergo mihi eſt examinare ac intelligere, quæ ſint in me cauſæ & culpæ, cur hoc ſemen in me pereat, dolens, quòd in me tales ſint cauſæ; & quærendo rationem illas remouendi: vicem quoque aliorum dolens, quod ſimiles in ſe cauſas habeant; & quod tanta pars ſementis, & cum tanta ſeminantis iniuria pereat.

Dum a ſeminat aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. itaque ne cepit quidem fructum adferre. Terra ſecus viam & abſque aggere eſt cor *durum*, ſicut via valde trita & à prætereuntibus conculcata, quod audiens verbum Dei exterius ruditer tantum illud percipit, nec penetrat nec amplectitur, potius omni terrenarum cogitationum generi abſque vlla cuſtodia aditum præbet, quæ hoc ſemen conterunt & conculcant: dæmoneſque ipſi ſummâ velocitate & attentione accurrunt illudque ex memoria & ex corde rapiunt. In hoc loco & conditione me conſtituens,, dicã, væ mihi, qui ob duritiẽ cordis mei, noluerim verbũ Dei ſuſcipere: Nã quod vna aure percepi, altera dimiſi. Fui ſicut

a *Luc. 8.* Via Cor durum

A cogitationibus terrenis conculcatur

à Dæmonibus semẽ rapitur

va omnino communis & trita, aditum malis cogitationibus ac desiderijs dando, quæ per cor meum pertransire volebant; Dedi locum inferni volucribus, vt rostris peruersarum suggestionum deprædarentur semen bonarum inspirationum: illis locum dedi, has repuli. Pœnitet me, *Deus meus*, tam paruam me curam tui seminis gessisse: statuo verò animę meæ terrã aratro mortificationis colere, eiusque duritiem mollire, quo verbi tui semen recipiam, b *& in corde meo abscondam*, & cooperiam *eloquia tua*, ne hostium insultibus, & deprædationi pateant, *& peccem tibi*. Sed qui imbecillitatem meam agnoscis, effice, vt inspiratio tua cor meum mollificet, adiuuetque vt eum fructum proferat, quem tu ad gloriam tuam desideras, Amen.

Oratio

b *Ps.* 118. 11.

II. Petra Deuotio temporalis & inconstans.

ALIVD *cecidit in petrosa, vbi non habebant terram multam*; quia prope erat saxum: *& continuò exortum est, quia non habebat altitudinem terræ. Sole autem orto aruit, quia non habebat radicem.* Tale sunt qui naturalem quandam mollitiem & facilitatem habent, vt cum voluptate Dei verbum audiant, pios libros legant, bona desideria & proposita concipientes; imò etiam executioni ea mandare incipientes: & tamen, tentationibus exurgentibus dæmonis, & carnis, & hominum persecutionibus, exarescit illud bonum quod habebant, ac bene inceptum deserunt; quia mutabiles sunt & incõstantes, nec radices egerunt in humilitate, & fiducia Dei; ideoque nec humorem, nec succum veræ deuotionis habent, sed, vt ait S. Marcus, d *temporales sunt*, hoc est, ad tempus tantum deuotionem habent, quæ cito euanescit, & vt Propheta ait, e *quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens*, aut sicut flos, qui quocunque æstu accedente marcescit. Nec tamen mysterio vacat, quòd Christus Dominus persecutiones comparet *Soli*, cuius proprietates sunt, luce resplendere; calore verò adurere: quibus duo genera persecutionum exprimuntur, vnum *prosperitatum* secularium laudum, adulationum, inanis gloriæ, & ambitionum; alterum *aduersitatum*, calumniarum, dedecoris, paupertatis, timoris, & aliarum afflictionum: & contra vtrumque genus oportet nos esse fortes, & bene radicatos; ne fructus, quos diuina inspiratio in nobis operatur, arescant: studentes, vt ait Apostolus, fideles esse Dei ministros in prosperis & aduersis, f *per infamiam & bonam famam*. O *Deus æterne*, cui magna mea inconstantia est nota, corrobora me gratiâ tuâ, vt profundas adeo radices in charitate iaciam, ne *creatura vlla possit me ab ea separare*. Amen.

d *Mar.* 4. 17 *Mat.* 13. 21.

e *Osea.* 6 4.

Persecutiones Sol lucendo in prosperitatibus Vrendo in aduersitatibus.

f 2. *Cor.* 6 8

Oratio.

III.

Et g *aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud: & hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Tria itaque sunt, quæ diuinam inspirationem suffocant; & profectum nostrum spiritualem

g *Luc.* 8. 14.

impediunt:

impediunt: *diuitiæ* videlicet, solicitæ *curæ*, & sensuum *voluptates*: quæ omnia vno vocabulo à Christo *spinæ* appellantur. O *Magister supreme*, quàm tua iudicia à nostris distant! quod enim mundus diuitias, & voluptates appellat, tu *spinas* dicis & vepres: nam etsi corpori indulgeant, spiritum tamen pungere solent & cruentare, multumque sanguinis, hoc est, peccata multa ex eo elicere, eumque doloribus, anxietatibus & remorsibus configere! libera me Domine, ab hisce spinis; tuis verò me corona, quæ, etsi pungentes, carnem lacerent; spiritum tamen consolantur & lætificant: nihil siquidem plus consolationis adfert, quàm spineam tuam coronam in terra amplecti, spe coronam gloriæ in cœlo obtinendi.

Spinæ
Diuitiæ
Curæ
Voluptates

PVNCTVM III.

QVOD *autem a cecidit in terram bonam, ortum fecit fructum centuplum: & hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent: & fructum afferunt in patientia*: b *alij quidem centesimum, alij autem sexagesimum, alij verò tricesimum.*

a *Luc.* 8. 15.
b *Matt.* 13. 23.

SICVT itaque tria sunt genera improborum, qui sementem destruunt; ita sunt tria genera bonorum, qui fructum ex ea referunt. Alij in statu *Tyronum* mediocrem adferunt fructum: Alij in statu *Proficientium* proferunt ampliorem: Alij denique in statu *Perfectorum* plurimum adferunt: omnes autem in *patientia* & longanimitate laborant, mercedem suam expectantes. Et quamuis pauciores sint numero, quàm mali; lucro tamen suo compensant iacturam trium partium sementis. Exulto, *supreme seminans*, esse tales aliquas terras, in quibus tua sementis virtutem suam exerens, centum pro vno proferat! Vtinam plurimę essent tales terræ, vt plurimi te glorificarent, tibique, vt par est, seruirent! excitare, ô *anima mea*, vt Deo seruias diligenter, nec quiescas in fructu tricesimo, aut sexagesimo, sed contende proferre centesimum: siquidem fructui huius vitæ correspondet præmium in futura; imò c *etiam in hac vita*; si ei feruenter inseruias, *centuplum est daturus.*

Varium referunt fructum, sed omnes in Patientia.

Oratio.

Colloquiũ.

c *Matt.* 19. 29.
c *Marc.* 10. 30.

Aliæ applicationes huius Parabolæ possunt perpendi, vt sancti interpretantur, fructum *tricesimum* tribuendo coniugatis; *sexagesimum* viduis & virginibus; *centesimum* Martyribus aut etiam religiosis, qui vitã profitentur contemplatiuam aut mysticam, docentes alios viam perfectionis, quam ipsi sequuntur. In quocunque autem horum statu contendere nos decet, perfectiorem fructum proferre: fieri enim potest, quòd status quidem sit fructus tricesimi, proferat tamen centesimum, ob insignem feruorem, qui supplet imperfectionem status.

Statum differẽtiæ. In quouis perfectio sectanda.

MEDITATIO XLV.

DE PARABOLA ZIZANIORVM.

PVNCTVM I.

IMILE a *factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit Zizania in medio tritici; & abijt. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania*

HANC etiam Parabolam Christus ipse declarauit, dicens; se esse qui seminet; cuius officium est in campo huius mundi seminare bonum semen, hoc est, filios Regni, *iustos* videlicet qui cœlestis regni futuri sunt hæredes. vocantur autem *Christi semen*, eò quòd sint eius filij, ex generosa & cœlesti prosapia geniti in statu gratiæ, virtute sementis diuinæ inspirationis, quę fuit in illorum cordibus seminata. Imò etiam *semen* censentur, ex quo alij ipsis similes nascuntur: perfecti enim ad imitationem sui magistri contendunt alios iustos generare, qui Deo sicut ipsi deseruiant.

SED inimicus, qui est *dæmon*, in medio boni seminis zizania seminauit, hoc est, homines *nequam*: nam vt zizania in gramine similia sunt tritico, cum autem creuerint nigrescunt; suntque tritico, cum quo simul nutriunur pernitiosa, imò & homini, qui illis vescitur, quia obtundit visum, prouocant vomitum, sensumque perturbant: sic iniqui iustis sunt similes in natura humana, & interdum etiam in fide, & externis Christianorum cæremonijs; in rei tamẽ veritate, *nigri* sunt in anima, propter peccata; *visumq;* interiorem valdè turbatum habent ignorantijs & erroribus multis, iam contra fidem, iam contra bonos mores, quibus alios scandalizant, & dissensiones inter eos faciunt, ac denique b *Deum* prouocant, vt illos *ex ore suo euomat*. Faciens ergo comparationem duorum horum seminum, mihi ipsi dicam: vtrum esse mauis, *Christine* semen, qui tuus est amicus, tuamque salutem quærit; an *dæmonis*, qui tuus est hostis, & tuã quærit condẽnationẽ? O *Deus anima mea*, semẽ tuũ esse volo, diuinæ tuæ inspirationi obtemperans, ne me permittas, Domine, mei & tui hostis suggestioni obedire, ne fiam zizania tuæ Ecclesię, & te prouocem, vt ab ea me euomas.

CONSIDERABO tertiò, quòd inimicus ille homo zizania seminauit, *postquam* seminatum fuit triticum; idque *dormientibus* hominibus; vt significetur, priùs fuisse bonos, quàm malos, tum inter Angelos in cœlo, tum inter homines in Paradiso: & vniuersum, postquam Christus Dominus noster in Ecclesia sua iustorum sementem seminat per Baptismum, & alia

sacramenta,

Matt. 13. 4.

I. Iusti semen Christo geniti & in Christo gignentes.

II. Homines nequam Dæmonis zizania.

Salmeron. Tom 7. tract. 6.

b Apoc. 3. 16

Oratio.

III. Dæmon venit post Christum & dormientibus hominibus

ſacramenta, accedit ſatanas, vt ſuperſeminans zizania, illos procuret in nigellam ſiue Melanthium conuertere: quod facit dormientibus hominibus, in nocte videlicet, repentè, & quando ipſi minimam ſui curam gerũt, aut illam relaxantes dormiunt pigritiæ ſomnum. O *dulciſſime* IESV, omnis boni ſeminis ſeminator, qui ſemper vigilas & nunquam dormis, ac propterea vides zizania, quę hoſtis tuus in campo tuo ſeminare cõtendit: ne quæſo dormire te oſtendas, permittens in me tale aliquid ſeminari, quod me ſeparet à te. Quòd ſi ego ex negligentia dormiuero, vigilet tua miſericordia; vt me excitet, & hoſti reſiſtam priùs quàm is mei poſſeſſionem accipiat. Oratio.

DENIQVE perpendam, quod inimicus poſt ſeminata zizania *abÿit*, vt ſignificet, quòd ſe abſcondat, ne agnoſcatur, ſicut qui lapidem in alium iacit, & manum abſondit, ne iecciſſe notetur. Et interdum ſe *transfigurat* in amicum & in Angelum lucis, quò nos facilius decipiat. Interdum etiam diſcedit, deſiſtens à tentationibus, vt quaſi ſecuri ab eo eſſe videamur: ſed mox rabie maiori *reuertitur*, vt nos proſternat. Ex quo fit, vt, propter ſimilitudiuem zizaniorum ad triticum, non potuerint diſcerni, donec ad fructum peruentũ eſt: vt intelligamus, ſæpè bonos & malos in initio valdè ſimiles eſſe; quia mali induunt habitum & figuram bonorum & c *lupi* (ſicut Chriſtus dixit) *veniunt in veſtimentis ouium*. Sed tempore proferendi fructum, deprehenditur quid quiſque ſit; & num veræ ſint an tantum apparentes virtutes, quas habet, ex operibus quæ facit. IV. Dæmon abſcondit & transfigurat ſe. S. *Chryſoſt hom. 47. in Math.* S. *Hieron. to m. 9.* Mali initio iuſtis ſimiles. c *Mat. 7. 15* In fine diſcrepant a *Matt.* 13 27.

PVNCTVM II.

ACCEDENTES *autem ſerui patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergò habet Zizania? & ait illis: inimicus homo hoc fecit.*

CONSIDERANDVM primò, quòd Apoſtoli & viri apoſtolici eorum ſucceſſores, videntes multitudinem improborum, & errorũ ac vitiorum, quæ ſunt in mundo, ſtupentes & dolentes ad Deum recurrunt dicentes: *Domine*, qui fit, vt cùm tu in mundo tam præclarum ſemen ieceris, tot nũc admixta ſint illi zizaniæ? vnde hoc, quòd cùm duodecim Apoſtolos elegiſſes, vnus eorum fuerit *Iudas*? Et in horto Eccleſiæ tuæ inter *lilia* iſtorum, tot reperiantur *ſpinæ* peccatorum? In domibus Religioſis cum tritico *Perfectorum* ſint commixti tot, qui alijs ſunt *ſcandalo*? Et ingreſſus meipſum, cernensq; tantam vitiorum & perturbationum multitudinem, quę *animam* meam conturbant, poſſum etiam Chriſto Domino dicere: Num, *Domine*, non ſeminaſti in corde meo bonum ſemen ſanctorum deſideriorum, & firma animi decreta, relinquendi omnia, vt expeditiùs tibi & cum perfectione ſeruirem? Vnde ergo tanta prodiẽre Zizania: quæ in me eſſe animaduerto? Aperi mihi Deus meus, huius radicem & cauſam, vt contendam cum gratia tua adhibere remedium. DEIN- I. Admiratio de tanta Zizaniorũ multitudine. b *Ioan. 6. 6.* c *Cant. 2. 1* Oratio.

altaris ſacramento comeditur: vbi verè granum ſinapis appellari poteſt: quia in exteriori forma eſt *minimus*; quandoquidem in qualibet hoſtiæ ſacræ particula, etiam minori quam ſit granum ſinapis, totus eſt Chriſtus; ſed internè tamen *immenſam* habet virtutem, ad animas, illum comedentes, amoris igne inflammandas: eſtque inſtar condimenti ſuauiſsimi, quo omnes huius vitæ aſperitates dulceſcunt. O *verbum diuinum*, Fili æterni Patris gratias tibi ago quantas poſſum maximas, quod eouſque te demiſeris, vt abiecto alioqui ſinapis grano potueris comparari; adeoque hac paruitate delecteris, vt vſque ad finem mundi in hoc ſacramento velis in ea perſeuerare. Concede mihi Domine, vt vſque ad finem vitæ meę imiter te, meipſum propter te humiliando, ſicut te humiliaſti propter me *Amen.* Oratio.

Ex his fit, vt hoc ſinapis granum referat etiam omnes *iuſtos*, cœleſtis regni ciues, & Chriſti diſcipulos, qui ad eius imitationem externè quidē parui ſunt, & in oculis hominum deſpecti; ſed internè magnæ ſunt virtutis & efficacitatis, ob charitatis magnitudinem, & ſpiritus *feruorem*, quem eò magis manifeſtant, quò maiores ſuſtinent *perſecutiones* & moleſtias, exemplò ſui capitanei. Ac propterea de ſeipſa loquens Eccleſia, b *Nigra*, inquit, *ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* II. Iuſti. Perſecutionibus accēduntur. b *Cant.* 1.5.

Ex ijſdem quoque efficitur, vt granum hoc ſinapis *virtutes* illas exprimat, quibus regnum cœlorum obtinetur: nam & illæ in ſpecie ſunt paruæ, ſed valore efficaciſsimæ. *Fides* enim diuinorum myſteriorum, quę in Scriptura ſacra reuelantur, externè videtur res parua, & contemptibilis: eſt tamen immenſæ virtutis pro ijs, qui illa in meditatione conterunt & comminuunt: in qua meditatione ignis amoris accenditur. Sicut ait Apoſtolus c *Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam eſſe; ipſis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtum eſſe Dei virtutem & Dei ſapientiam.* Eandem conſiderationem adhibere licet circa *humilitatem* & *obedientiam*, & *octo* illas virtutes, quas qui poſsident, ipſe Chriſtus d *beatos* appellauit: quæ omninò in ſpecie viles ſunt, & mundus eas pro *infortunijs* habet, ſed in rei veritate & internè adeò ſunt pretioſæ, vt in eis *beatitudinem* veram, & regni cœleſtis poſſeſsionem Chriſtus conſtituerit. O *Deus omnipotens*, qui vt omni potentiam tuam manifeſtes, e *quæ ſtulta ſunt mundi eligis vt confundas ſapientes: & infirma mundi eligis, vt confundas fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia eligis & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtruas*, & qui paruis & vilibus inſtrumētis maxima operaris, *vt non glorietur omnis caro in conſpectu tuo* inſe, ſed in te: Concede mihi, vt ex corde amem & amplectar res illas *paruas*, quas tu elegiſti, vt efficiar dignus, qui *magnas*, quas in paruis illis incluſiſti, obtineam: Sim itaque ego, Sal- III. Virtutes. Fides. c *Cor.* 1. 23. Humilitas. Obedientia. d *Matt.* 5 3. &c. Octo beatitudines. Oratio. c 1. *Cor.* 1. 27 Mundo miſer Chriſto beatus. Ex paruis magna.

uator mi, ſinapis granum, contemptu & cruciatibus contritus ſicut tu, vt æternam poſsim requiem obtinere. Amen.

PVNCTVM II.

DEINDE conſiderandum, quomodo ſinapis granum *creſcat*, vt fiat magna arbor; & in quo eius hæc *magnitudo* conſiſtat; ratiocinando circa tria illa quæ granum hoc repræſentat.

I. PRIMVM ſicut granum ſinapis neceſſe eſt, vt ſeminetur in terra, ibique moriatur, & mittat radices, & tunc creſcit, & extendit ramos ſuos, & fit arbor ita magna, vt cum priùs omnium ſeminum fuerit min imum, ea proportione creſcat, vt ſit omnium olerum maximum, & cùm eſſet vnicum & ſolum, innumerabilia alia ſibi in omnibus ſuis proprietatibus ſimilia alia proferat: ita *Chriſtus* Dominus noſter, cũ ſe humiliaſſet, factus pro nobis homo, voluit inſtar grani ſinapis, (& vt ipſe alibi dixit: a *ſicut granum frumenti*) in terra ſeminari, & in ea mori: Quia tota vita ipſius magnis *mortificationibus* fuit ſemper coniũcta, & poſtea in horto graues *triſtitias* ſuſtinuit, & in campo horrendis *cruciatibus* fuit occiſus, & in alio horto *ſepultus*, & ſub terra collocatus, & hoc modo radices iecit vſque ad *Lymbum*; ex quo deduxit animas ſanctorum Patrum, & glorioſus ad nouam vitam reſurrexit: creuitque & aſcendit ad tantum honorem & altitudinem, vt qui paulò antè iudicatus fuerat omnium hominum *minimus* eò peruueniret, vt tanquam *caput*, & ſupremus hominum & Angelorum Dominus adoraretur: & b *in nomine IESV, quod eſt ſuper omne nomen omne genu flectteretur*, vt etiam impleretur illud Prophetæ c *in die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria & fructus terræ ſublimis*: quia genuit innumeros ſpirituales filios, in virtute & ſanctitate ſibi ipſi ſimiles. O *Redemptor dulciſſime*, vehementer gaudeo de iſta tua magnificentia, quam, in prę-mium abiectionis pro me ſuſceptæ, obtinuiſti. Felix tua d *mors*, quæ niſi fuiſſet, *ſolus*, vt tu dixiſti, *manſiſſes*; ſed quia illam ſuſtinuiſti: adeò copioſum *fructum attuliſti* vt terram impleat, & cœlum augeat. Et quandoquidem ignimioſa tua morte e *exaltatus à terra, omnia ad te ipſum traxiſti*, trahe etiam me quæſo vt per omnia tibi ſimilis efficiar. Amen.

a Ioan. 12. 42. Chriſtus per patientiam è minimo maximus.
b Phil. 2. 10
c Iſai. 42. 2.
Oratio.
d Iob. 12. 24
e Ioa. 12. 32.

II. Diſcipuli afflictiſſimi.

DEINDE conſiderabo, omnes Chriſti *diſcipulos*, qui & ipſi grana ſinapis fuerunt, eâdem viâ ad imitationem eius creuiſſe, & factos fuiſſe arbores magnas, iuxta illud, quod prædixit de illis Chriſtus Iudæis loquẽs: f *Ecce ego mitto ad vos Prophetas & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris & perſequimini de ciuitate in ciuitatem*. Et de ipſis Apoſtolis dicit ipſe Apoſtolus: g *ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes*: & idem Apoſtolus eiſdem applicat illud Pſalmi: h *quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut*

f Mat. 23. 34
g 2. Cor. 4. 10.
h Pſa. 43. 22

oues occisionis. & tandem eò crescentes deuenerunt, vt fierent *principes Ecclesiæ*, & fidem per totum orbem propagantes, innumerabiles Christo *animas* lucrarentur: vt omnes propterea Patriarchas & Prophetas omnesque iustos veteris testamenti, altitudine excelluerint. Eodem modo creuerunt *Martyres & Confessores*: & *ego* ipse crescam; certò mihi persuadens, quamuis sim granum sinapis in Ecclesiæ terra & in concluso sacræ Religionis horto seminatum, nisi me tamen mortificem, & mundo moriar, non crescturum me in virtutibus & meritis; sed remansurũ solùm absq; fructu bonorum operum, & lucro animarum; imò quod deterius est etiam in ipsa oratione remansurum solum sine comite Deo, qui nihil delectatur agere cum immortificatis: si tamẽ verè mundo moriar, in his omnibus crescturum.

Rom 8.36. Principes Ecclesiæ. Patres omnium. Supergressi omnes. Ni moriare, non crescet.

III. Virtutum sublime augmentũ.

HINC fit, vt hac eadem via ipsæ *virtutes* crescant, adeoque altè ramos suos extendant, vt pertingant ad cœlum. *Fides* enim peruenit ad visionẽ Dei per *contemplationem*: quia suam conuersationem habet in cœlis: *Spes* peruenit ad delibandam præmiorum cœlestium *dulcedinem*: *Charitas* ad perfectam cum Deo *vnitionem* crescit: *Obedientia* eousque progreditur, vt *voluntatem* Dei exequatur in terra, sicut exequuntur qui sunt in cœlo: & si i *fiducia tanta est sicut granum sinapis, potens esset montes ex vno loco in alterum transferre, &* k *arbores eradicare, & transplantare in mare*, vt suprà est declaratum.

i *Mat.* 17.20
k *Luc.* 17.6.

PVNCTVM III.

TERTIÒ considerandum est, qua ratione a *granum sinapis ita fiat arbor vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius, &* b *sub eius vmbra requiescant.*

a *Mat.* 13.32
a *Mar.* 4.32.
b *Luc.* 13.19

I. Rami varij Christi. Quos accedunt Aues humiles non superbæ nec terrestres.

IN quo est primùm perpendendum, Christum Dominum multos ex se *ramos* produxisse, *doctrinam* videlicet Euangelij, quod prædicauit; *legem* perfectionis cum omnibus consilijs, quæ proposuit: *sacramenta* & sacrificia, quæ instituit; admiranda etiam *exempla* vitæ, quæ præbuit; *miracula* & insignia opera, quæ præstitit, cum cæteris glorioſæ vitæ suæ *mysterijs*, donec ad eam altitudinem ascendit, quam habet in cœlis. Ad hos ramos accedunt aues cœli, non aquilæ aut aliæ valde magnæ aues, quæ sunt figura *superborum*; sed aues exiguæ, animæ scilicet iustæ & *humiles*, illæ præcipuè quæ omnia terrena abijcientes, cupiunt per *contemplationem* in cœlis conuersari, ad quarũ imitationẽ, sedebo ego magna quiete sub horũ ramorũ vmbra, cõsiderans fructuũ eorũ dulcedinem; & gaudens de protectione & tutela, quæ mihi ex eis accedit, dicẽs cum spõsa: c *sub vmbra illius, quẽ desideraueram sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Construã quoq; mihi nidũ & habitationem in hisce ramis, in his mysterijs videlicet meditando,

c *Cant.* 2.3.

nunc

gratia ipsius efficacitas in variis misericordiæ ipsius: & boni magis honorificentur, dum inter tot infideles suam ipsi fidelitatem strenuè tuentur; & vt hominum *libertati* consulat, dũ singulis liberum relinquit facere quod velint, sufficienti interim auxilio eis oblato ad resistendum malo, & sequendum bonum. O *seminator* iustissime, qui summâ tuâ bonitate in Ecclesia tua zizania tot iniquorum permittis, & in anima mea tot tentationum sementem facis, quæso, ne in meum cedat detrimentum, quod tu permittis ob meum maius bonum! Ostende in me tuæ misericordiæ magnitudinem, magnã bonorum copiam ex tanta malorum segete educens, vt propterea glorificeris in secula. Amen. Oratio

PVNCTVM III.

SERVIA *autem dixerunt ei: vis imus & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* 1 Mat. 13 29.

IN secunda hac seruorum interrogatione considerare licet *zelum* iustorum, cùm tot mala in mundo cernunt inundare. Qui zelus in aliquibus ex aliqua quatuor causarum *nimius* esse potest. PRIMA; quia feruore suo cuperent omnia simul Zizania, & tractu vno euellere: & auferre ex mundo, aut in Ecclesia, aut ex Religiosa congregatione omnes malos; & à seipso omnia vitia & passiones simul: quod tamen ex *ordinaria* lege est impossibile. SECVNDA causa est, quod velint zizania ante tempus & *intempestiuè* colligere. Ex quo maius sequitur incommodum: nam fortè qui hodie est zizania, cras conuertetur in triticum, & si malus cum *patientia* & spe longa toleretur, tandem blandè correctus, conuertitur & fit bonus. & qui nimium *festinat* ad perfectionem consequendam, destruit sæpè sanitatem, & amittit quod fuerat assecutus. TERTIA causa est, quæ in ipsa Parabola insinuatur: quia volunt zizania colligere, cum *periculo* simul triticum euellendi. quod euenit volentibus improbos castigare cum bonorum damno, ob scandala, bella, & turbationes publicas, quæ inde oriuntur. Quod quidem perinde esse videtur, atque aliqua zizania colligere quidem, sed alia interim magis noxia seminare. *Quarta* denique causa est quod *iracundia* & vltionis spiritu zizania euellere velint, indignatione potiùs quam compassione ducti: sicut Ioanni & Iacobo Apostolis euenit, qui cum b *Samaritani Christum non recepissent, ignem de cœlo descendere volebant, qui illos consumeret*: ob quam causam ab ipso Christo reprehensi fuerunt.

I.
Zelus nimius.

1.
Omnia simul velle Ordinarie impossibile.

2.
Intempestiue Sine patientia & cum nimia Festinatione

3.
Cum periculo bonorum.

4.
Indignatione potiùs quam Compassione.

b Luc. 9. 5

DEINDE infinitam Christi *charitatem* considerabo, quæ in ea respõsione resplendet, quam nomine huius patrisfamilias seruis dedit. Etiamsi enim seueriſsimum se aduersus *Angelos* in cœlo ostenderit, & eodem momento, quo Lucifer zizania ibi seminauit, eundem simul cum semi-

II.
Charitas Christi erga homines

natis ab eo zizanijs euulſerit,& in æternum ignem præcipitauerit: cum *hominibus* tamen ea ſeueritate vti noluit;ſed longo illos tempore tolerare,& pœnitendi ſpacium eis concedere:deſiderans huiuſmodi zizania in triticum potius conuertere , quam euellere.Dei enim voluntas non eſt perdere animas;ſed eas ſaluare.& licet velit *peccata* deſtruere,non vellet tamen ipſos *peccatores*.O *dulciſſime Saluator* gratias tibi ago ,quòd eorum vicem doleas, qui ſunt zizania ;eius rationem ducens,quod manuum tuarum ſint opus quoad naturam ; licèt inimicus fecerit ſuos propter culpam.Deſtrue Deus in eis quod hoſtis fecit; vt repares quod tu feciſti :vt reipſa ſemen tuum effecti & triticum bonum,ad cęleſtia tua horrea congregentur.Amen.

Peccata,nõ peccatores odit Deus. Oratio.

RESPLENDET quoque infinita Dei miſericordia in eo,quòd ob *amorem* quem habet ad triticum , velit tolerare zizania; malos videlicet propter bonos:vt oſtendit ipſe,cùm Abraham dixit:ſe c *non deleturum ciuitatem Sodomorum , ſi decem in ea iuſtos inueniret*, quamuis ciues illi innumeris eſſent peccatis irretiti.& cum eoſdem voluit pro meritis caſtigare priùs Loth inde eduxit,priùs rationem habens *ſaluandi* tritici,quàm zizania comburendi.Quod ipſum magnam bonis adfert conſolationem:quia ex eo illis oriri poteſt hæc animi tranquillitas,& ſecuritas quòd non accedet ad eos, malum propterea quod maneant inter malos; ſed ipſe eripiet eos . Denique aduertam,Deum Dominum noſtrum non prohibere euelli zizania,quando id abſque tritici *periculo* & potius cum eius *commodo* fieri poteſt. Sicut reipſa nunc Eccleſia peccatores quoſdam caſtigat,vt alijs ea pœna ſit exemplum,ne zizania vires & incrementa ſumat , & bonis tranquillè viuere liceat.Sed vult tamen Deus euitari quatuor illos nimios exceſſus zeli ſupra notatos.& in hoc ſenſu prohibuit ſeruis, facere quod volebant.

III. c *Gen.*18.23 Amore bonorum parcit malis Quos ſi puniat illos ſeparat.

Zizania euellenda, ceſſante exceſſus periculo.

PVNCTVM IV

CONCLVDENS Paterfamilias ſuam reſponſionem : a *Sinite, ait, vtraque creſcere vſque ad meſſem , & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum Zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum.*

a *Mat.*13.30

CONSIDERANDVM hic primùm,quod Chriſtus in hac parabola certos nos reddit, ad finem vſque mundi (quod tempus etit meſsis)ſemper triticum futurum ſimul cum zizanijs, bonos videlicet cum malis commixtos:quia nunquam diuina prouidentia intermittet bonam ſementem in Eccleſia ſua, & in Religioſis Congregationibus ſeminare, crepet licet dæmon zizania etiam ſuperſeminando. Nec animum abijcere nos decet,

I. Sæpe erũt boni cum malis Chriſto vſque ſeminante nec ceſſante Dæmone

quamui

quamuis plurimos videamus improbos; tam vbi existimamus pauco's esse bonos, quia illos non nouimus; sunt *plurimi* noti Deo, de quibus se ipse iactat apud *Heliam* qui se solùm Deo fidelem relictum affirmanti, respondit: b *Reliqui mihi septem millia virorum in Israel, quorum genua non sunt incuruata ante Baal.*

Sæpe plures boni, quam putemus

b 3. *Reg.* 19. 18. *Rom.* 11. 4.

DEINDE attendendum, toto tempore ante messem, triticum & zizania multiplicari, & *crescere*. tam enim optimi, quàm improbissimi tempore vitæ suæ crescũt, illi in sãctitate, hi in improbitate, iuxta illud Christi in Apocal. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordib. est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sãctificetur adhuc: Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secundũ opera sua.* Sed hoc interest hic: quod triticũ crescere, & quotidie à bono in melius proficere, id est, ex directa Christi volũtate: id quod etiã auxiliũ suũ particulare præbet: Zizania autẽ crescere, & à malo in peius ruere vsque ad ipsam messem, id ex permissione prouenit, non ex directa voluntate. *Messis* autem ipsius duplex est tempus, vnum messis *vniuersalis* in fine mundi; alterum *particularis* in fine vitæ vniuscuiusque, cùm eius b oni maliue augumẽtum peruenit ad terminum à diuinæ prouidentiæ ordinatione aut permissione præscriptum. & tunc; qui *lolium* esse deprehendetur, eradicabitur ex hac vita & ad ignis æterni incendia comburendum mittetur; qui verò *triticum* purum nitidumque esse inuenietur; is metetur, & in horrea cœlestia recipietur.

Omnes proficiunt boni & mali

c *Apoc.* 22. 11. Illi Christo dante in melius hi in peius permitẽte tantum

Deo

Messis duplex, Vniuersalis & Particularis

III.

ACCEDENTE autem vniuersalis messis tempore, d *mittet* Christus Dominus *Angelos suos* qui ipsius sunt messores, & diuinæ iustitiæ ministri: *qui colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis*: tam videlicet eos, qui deprauatis suis moribus & peruersa doctrina *alijs* fuerunt scandalo, & occasioni peccãdi; quã qui *sibi* ipsis tantum iniqui fuerunt. Omnesque eos ita in diuersos fasciculos distributos ligabunt, vt in vnum colligant eos, qui similes aut *complices* in culpa fuerunt; vt sint quoque simul in pœna: itaque ligati in æternas mittentur flammas; quas effugere nunquam possint. Et vt fasciculi se mutuo iuuant ad comburendum; ita infelices illi erunt sibi *inuicem* cruciatus & tormentum: *eritque ibi fletus & stridor dentium* rabie incredibili vociferantium in seipsos, & in eos, qui tanti damni causam illis dederunt. *O anima mea* quomodo non contremiscis de tremendo hoc *iudicio* cogitans! Quis potestati adeo robustorum *messorum* resistere poterit! Quis se poterit à *vinculis* adeò fortibus expedire? Quis poterit habitare cum *ardoribus* sempiternis! & abominandis *socijs* conuiuere! Quis adeò amarum *fletum* poterit sustinere, & rabidum illum dentium *stridorem* pati! O zizania infelicissima, quæ vt dissensiones inter bonos in terra seminatis; ita

d *Matt.* 13. 41. Iudicium vniuersale

Complices socij in pœna.

Se inuicem torquent. Colloquii

MEDITATIO XLVII.

DE PARABOLA NEGOTIATORIS quærentis bonas Margaritas.

PVNCTVM I.

SIMILE *est regnum cælorum homini Negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* a Matt. 13. 45.

I. Gemmæ apparétes.

PRIMVM est considerandum officium & studium omnium hominum esse, bonas quærere *margaritas*: omnes enim, quod bonum & pretiosum est, quærunt; quamuis aliter atque aliter. Alij enim gemmas quærunt bonorum temporalium, *diuitias*, dignitates, & alia, quæ mundus pretiosa iudicat; alij gemmas quærunt *artium* & scientiarum humanarum, aut solo intuitu sciendi, aut honores & lucra acquirendi, alij margaritas quærunt moralium & *politicarum* virtutum, vt in sua Republica & communitate, vt rerum periti, viuant: Officium autem & studium Christiani, qui regnum cælorum assequi desiderat, est, quærere gemmas *veritatum*, & *virtutum* cælestium, ac diuinarum: quæ reipsa, & pleno vt dicitur ore, bonæ sunt & pretiosæ; quæ ipsum habentem, faciunt bonum & pretiosum in oculis Dei. Et quoniam huiusmodi margaritæ seu gemmæ dicuntur *Vniones*, quia vnaquæque est in proprijs excellentijs vnica, & inter alias singularis; ita vnaquæque virtus est vnica & singularis in aliqua excellentia: quamuis hæc varietas non obstet, quò minùs omnes perfecta vnione coniungantur ad eum ditandum, qui illas inuenit, & eundem cum suo Creatore coniungendum.

Veræ gemmæ Virtutum & Veritatum.

Ex Plinio lib. 9. c. 35. Virtus, Vnio quia vnica. Et vnitæ coniungũt cum DEO.

HINC colligam, studium & negotiationem meam præcipuam eam esse debere, vt veras margaritas seu vniones quæram, mihi persuadens, quandoquidem mercator sum & negotiator, nõ debere me vilibus mercibus & abiectis, & ex quibus exiguum lucrum sperem, occupari; & multò minùs si & fortunas & operam in eis perdam. Nec studium meum principale esse debet, margaritas quærere *bonorum temporalium*, quæ nec bonũ me facient, nec sufficient vt me ad regnum cœlorum deducant: ac propterea non debeo tales pretiosas iudicare, potiùs ex toto corde contemnere & conculcare: quatenus seculares superbiæ, ambitionis, auaritiæ, & aliorum vitiorum occasionem præbent. Nec præcipuus meus scopus esse debet, quærere gemmas *scientiarum* humanarum: quia vt ait Apostolus b *scientia inflat*: suntque curiositatis & vanitatis alimentum, possumque sine eis saluari. Nec satis mihi esse debet, gemmas quærere virtutum

II. Vnio fit, Non bona tẽporalia Nec scientiæ

b 1. Cor. 8. 1.

TERTIÒ quæruntur deſiderijs & *affectibus voluntatis*, quæ, diuina inſpiratione præuenta, ſuſpirat, vt has margaritas poſsit obtinere; applicatque proprij arbitrii libertatem, vt eis medijs illas quærat, per quæ Deus quæri illas voluit: qualia ſunt opera pœnitẽtiæ, lectio piorum librorum, frequentia Sacramentorum, ſanctiſsimæ *Euchariſtiæ* præcipuè, quæ inſtar eſt *concha*, intra quam pretioſiſsima margarita Chriſtus Dominus noſter continetur, vt reliquarum virtutum gemmas nobis communicet. Et hoc eſt verè negotiatores nos eſſe, &, vt Apoſtolus loquitur, b *negotium noſtrũ agere*. Quod ſi huius mundi negotiatores adeò ſunt cupidi & in gemmis terrenis quærendis ſolliciti, vt plurimis ſe periculis eas inueniendi gratiâ exponant: quantò magis rationi eſt conſonum, me eſſe ſolicitum, vt has cœleſtes margaritas quęram, eas petens *orationibus*, quærens *meditationibus*, *affectibus* & deſiderijs ſuſpirans, Deoque obediens, in *medijs* illis adhibendis. quæ ipſe ſtatuit, vt inuenirentur. O *mundi Saluator*, fac me negotiatorem diligentem & cupidum, vt diuinæ ſapientiæ margaritam c *quaſi pecuniam quæram, & ſicut theſauros effodiam* ſiquidem hac ratione quærẽti promittis, me *eam inuenturum*.

III. Affectibus voluntatis. Medijque alijs maximè S. Euchariſtiæ concha.

b 1. *Theſſal.* 4. 11. Negotiatores ſeculi æmulandi.

Oratio.

c *Prou.* 2. 4.

PVNCTVM III.

NEGOTIATOR, a *inuenta vna pretioſa margarita, vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.*

a *Matt.* 13. 64.

PERPENDENDVM primò: hãc margaritã appellari *vnã* & *pretioſam* quia Chriſtus Dominus noſter eſt vnus, verus Deus & homo, & quamuis virtutes ſint plurimæ, omnes tamen ita vnitæ ſunt, & cohærent, atque ſi vna eſſent, coniunctæ b *charitate quæ*, vt ait Apoſtolus, *vinculum eſt perfectionis*: & illa eſt, quæ hominem cum Deo & cum Chriſto, & cum proximis omnibus coniungit, & vnum cum illis facit, atque ſi c *cor illorum eſſet vnum & anima vna*. Et ſicut inter *conchas* maris, in quibus margaritæ continentur, vna eſt quaſi *dux*, quam cæteræ ſequuntur, & qua capta, facilè reliquæ capiuntur: ita quia *charitas* dux eſt omnium virtutum, qui illam obtinuerit, reliquas obtinuerit: vt enim Apoſtolus ait d *charitas omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*, & in omnibus obedit.

I. Vna & pretioſa charitas.

b *Coll.* 3. 14.

c *Act.* 4. 32.

Concha vna dux cęterarum Charitas.

d 1. *Cor.* 13.

DEINDE pretioſam hanc gemmam inuenire, eſt luce *fidei* ad eam penetrare, eius excellentiam & pulchritudinem videre, eius dulcedine & ſuauitate frui: quæ tanta eſt, vt mox eam inuenientis cor ita ad ſe rapiat, vt abſq; mora, & ſpõte, quæcũq; habet, *vendat*, &, quæcũq; impediméto illi eſſe poſſunt, *abijciat*, vt integrè illã poſsidere poſsit: imò omnẽ amorẽ & *affectus* rerũ terrenarũ, quæ illi cõparandæ, & intra ſe poſsidendæ contrariæ ſunt

II. Fide inuenitur.

adeò cœlesti sponso arridet, vt dixerit: d *vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*: in vnione videlicet iustorum tuorum: nam sicut vterque hominis oculus sunt sibi similes, & simul faciunt suas operationes, & quo vnus tendit, alter sequitur, ita religiosi sũt sibi similes in moribus, & simul ad actiones religiosas concurrunt. Deniq; tanta est huius gemmæ pretiositas & valor, vt cui Deus sua illustratione illam reuelat, mox ille magnâ sua voluptate vendat omnia sua, deferat mundum, exeat ex terra sua, & affectum omnem ad res suas exuens, omnes tradat pro hac Gemma, & statum adeat religionis. Et, vt dixit S. Laurentius Iustinianus, studio Deus huius margaritæ valorem non omnibus aperit: quia si illam viderent, omnes illam vellent sibi comparare; & sic non esset, qui vellet in seculo remanere. O *Deus æterne* qui dixisti: e *inuenerunt me qui non quæsiuerunt*, quia tuis inspirationibus eos præuenis, vt te inueniat; ostende mihi valorem harum gemmarum, vt ita eas quæram, vt etiam inueniam. Ne permittas, vt vulnerem cor tuum plaga doloris, ob dissensionem cum fratribus meis; sed plaga amoris, ob vnitionem & coniunctionem cum illis. Aperi etiam pretium & valorem vitæ religiosæ illis, qui ad illam sunt apti, vt cum voluptate illam sibi comparent; multoque ampliùs eandem illis manifesta, qui iam illam compararunt, & in ea viuunt, & gaudio exultent, quòd eam compararint, & finem illũ assequantur, propter quem illam adierunt, Amen.

d Can. 4. 9. Ex D. Gregor. ibidit

Religiosi Oculi Vocationis Religiosæ efficacia In eius vita à Deo abscondita e Isai. 65. 1. Oratio

Ratio & modus, quo Christus Dominus noster pretiosas animarum margaritas quærit, in proxima Meditatione ponetur.

MEDITATIO XLVIII.

DE PASTORE QVI PERDITAM OVEM quæsiuit.

MVRMVRANTIBVS Pharisæis de Christo, ac dicentibus: a *quia hic peccatores recipit*. ait ad illos Parabolam istam: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam?*

a Luc. 15. 3.

PVNCTVM I.

CIRCA hanc primam Parabolæ partem considerandum est. Quis hic sit *Pastor*, quæ istæ *oues*, quę illa quæ *perit*, & quo pacto Pastor illam *quærat*, & inueniat.

PRIMVM, hic homo est IESVS Christus Dominus noster, qui de cœlo descendit

I.

descendit, vt esset b *Pastor* hominum, qui admirabili prouidentia magnaque vigilantia oues suas gubernat, *& cognoscit eas*; signoque gratiæ & charitatis suæ eas signat, & *ante eas vadit*, dans illis exemplum vitæ sanctæ, curat illas ab scabie peccatorum, defendit ab inferni lupis, dat illis selecta doctrinæ & Sacramentorum pascua, tantusque eius est in eas amor, vt se ipsum illis det in cibum, ita, vt pascat eas proprio suo corpore & sanguine quamuis panis & vini speciebus velato: ac denique propriam *vitam suam posuit pro ouibus suis*. O *bone Pastor*, & quidem eminenter bone, felices oues quæ sub tua sunt gubernatione tuâ prouidentia gubernatæ, & protectione defensæ: gratias tibi, quod tale assumpseris officium; illudque tam solicitè exequaris: mecum quæso idem præsta plenè; quia, *a si tu regis me, nihil mihi deerit.*

Christus Pastor
b *Ioan.* 10. 14.
Boni pastoris amor.
Oratio
Psal. 22. 1.

II. Oues Fideles vel iusti. Ouium in Pastorem amor & Gratitudo

CENTVM oues in genere sũt omnes Ecclesiæ fideles; sed magis in particulari sunt *iusti*, centenario numero, qui perfectionis est, significati: quos Deus numeratos habet, nouitque benè qui sint eius. Hæ oues, quamdiu pastori suo subiectæ manent, optimè illum nouerunt per fidem & contéplationem; vocem eius audiunt, eique obediunt in omnibus, quæ ille præcipit; eius gressus sequuntur, dum virtutes eius imitantur; recipiũt pabulũ doctrinæ & Sacramentorũ ab ipso oblatum, non declinantes ad aliud illi contrarium, gaudent se diuinis pascuis ab eo pasci: Reddunt illi totam suam *lanam*, dum facultates suas eius seruitio offerunt; reddunt illi *lac* pectorum suorum, dum cordis sui affectus omnes illi offerunt, & corporis delitijs ipsius causâ renuntiant; reddunt illi fœtus & *agnos* suos, dum sua opera ad eius gloriam dirigunt: Et si opus est, propriam etiam carnem & sanguinem ei dabunt, ac *vitam* eius amore ponent: Sicut itaque pastor se totum illis dat; ita illæ se totas pastori reddunt, singulis dicentibus: b *dilectus meus mihi, & ego illi.* O *Pastor supreme*, imprime cordi meo ouium tuarum signum, & accipe in tuum obsequium quidquid habeo: siquidem tu quidquid habes tribuis, vt mihi indulgeas.

b *Can.* 2. 1.
Oratio

III. Ouis perdita Peccator Christi aues liberè reguntur

TERTIÒ ouis, quæ *perit*, est *peccator*, qui ex congregatione iustorum, & ex subiectione & obedientia pastoris sui recedit, non defectu aut culpa pastoris, sed noxiâ suâ *libertate*: quia pastor nullam ouem contra eius voluntatem vult in grege suo retinere. Sed cur illa exit ex grege & perit? quia defecit in proprietatibus ouis *fidelis*; quia videlicet pastorem suum non agnoscit, nec bona, quæ in illo habet; nec æstimat quod sub eius sit protectione, & in congregatione iustorum; Deinde graue illi est, vocem eius audire, & custodire mandata, iudicans esse dura & grauia, grauiter fert pastoris sequi vestigia, tanquam aspera, vtpote crucis & mortificationis; Fastidit pascua doctrinæ & Sacramentorum eius, de-

Propri etates & pericula

lectatur verò mundi & carnis pascuis;ac deniq; sibi ipsi retinet lanã,lac,& fœtus suos:dum facultates,dignitates,officia,& omnia sua opera ad proprium honorem & commodum dirigit; seipsum proprio & inordinato diligens amore,& recusans aliquid horum Deo offerre.Ob has causas aut aliquas illarum separat se eius à grege,& exponit se periculo damnationis æternæ,& incidendi in dentes luporum inferni,qui rugientes circumeũt, vt lacerent illam,ac deuorent.O ouem infelicem,si pastor illam omninò desereret! ô me miserũ, qui tam diu sicut ouis errans vixerim,meas sequens appetitiones!meamq; ue contra Dei voluntatem faciens!ô quot oues sic errant in mundo,& vt ait Propheta c *omnes nos,quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit*:cuius terminus est ipse infernus!ô *Pastor pijssime*,voca tu illas sibilo tuę inspirationis;aperi illis internos oculos, vt suum errorem priùs agnoscant,quàm remedij tempus elabatur.

Ouis infidelis.

c *Isaiæ* 53.6.

Oratio

QVARTÒ perpendenda est infinita huius Pastoris *charitas*, qui, nonaginta nouem ouibus in tuto relictis, venit quærere perditam vnam, nec priùs requiescit,quàm illam inueniat.Hac de causa ex cœlo in terram descendit, vt vocaret & quæreret peccatores: & in hac exercitatione posuit tres vitæ suæ vltimos annos, grauissimos propterea tolerans labores & persecutiones, vsque ad ipsam mortem, quam horrendis etiam cruciatibus sustinuit. Et quamuis sit verum, mortuum ipsum fuisse pro *omnibus* centum ouibus (nã ex virtute mortis eius prouenit hominibus, & quodcunque bonum supernaturale illis conceditur) verùm maiori omnino solicitudine eas quærebat, quæ suo tempore erant *perditæ*, incessanter attendens ad varia media illas inueniendi.O *supreme Pastor*, quàm tibi stant carè istæ oues,cum tamen nulla illarum opus habeas!etli enim illæ perirẽt quid tibi decederet?num illarum lana te indues?aut lacte illarum nutrieris?aut earum ditesces fœtibus?quod si oues omninò vis;num alias meliores in cœlo non habes,quæ obsequio tuo fidelissimè assistunt? sed charitas tua Deus meus, omnium horum est causa: & cum illarum referat sub tua esse gubernatione,dicis nihilominus ,referre tua,ad tuum eas gregem reducere,dicens: *& illas oportet me adducere*.Reduc ergo illas,Domine, ad tuam obedientiam:vt sicut Pastor vnus es & perfectissimus,ita sit grex eius vnus & plenissimus.

IV.
Charitas Christi quærentis peccatores.

Pro omnibus passus, perditas magis quæsiuit.

Oratio

d *Io.* 10. 16.

MODVS denique perpendendus est,quo CHRISTVS Dominus nunc quærit perditam ouem ,donec inueniat eam:nam illam quærit *inspirationibus*,& illustrationibus cœlestibus,pulsans interiè cor eius,*linguas* prædicatorum mouens , vt illam quasi alloquantur , & pœnitentiam illi persuadeant : alloquitur illam medijs pijs *libris*,

V.
Media, quibus IESVS quærit peccatores Inspiratio

bonis

bonis *exemplis* propoſitis, aut etiam *pœnis* alijs illatis: mille denique media tentat, vt ſine vlla requie illam quærat, donec inueniat. Et cum ego aliquam ex his inſpirationibus in anima mea ſenſero, cogitare me decet CHRISTVM Dominum noſtrum venire, vt me quærat: & agnita eius præſentia, merito obediam, amplectarque quidquid ipſe ſuggeſſerit, vt ad gregem, à quo exiueram, ab ipſo deducar.

Concio bri Exempla Pœnæ.

PVNCTVM II.

Luc. 15. 5. ET *cum a inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: & veniens domũ, conuocat amicos & vicinos dicens illis: congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.*

I. PRIMVM perpẽdendũ eſt, quod S. Matthæus eandẽ referens Parabolã, dixit: b *ſi contigerit, vt inueniat eã:* nã oues aliquæ *pereunt*, quas etſi Chriſtus quærat, nõ tamẽ inuenit: nõ defectu diligẽtię ipſius, ſed quod illæ ipſum fugiãt, ipſiusq; inſpirationib. & vocibus reſiſtãt: ſic enim perijt *Iudas*, quamuis eius Magiſter Chriſtus Dñs multũ in eo reuocãdo laboraſſet. O Paſtor dulciſsime, c *erraui ſicut ouis, quæ perijt; quære ſeruum tuum* prius quàm õmnino pereat. Ne quæſo deſiſtas à me quærendo, etiamſi ego fugiam, & me ſicut *Adam* abſcondam; nec ceſſes vocare me, quantumuis reſiſtentem, & contradicentem tibi, ſicut *Cain*, compatere tanto periculo meo, & multiplica auxilia tua donec me inuenias, & ad gregem reducas Electorum tuorum, cum quibus te fruar in æternum. Amen.

b *Mat.* 18. 13 Oues quædam, pereunt ſua culpa

c *Pſal.* 118. 176. Oratio

II. DEINDE perpendam immenſam diuini huius paſtoris *charitatem* qui inuentam ouem non percuſsit baculo paſtorali; nec illam per terram traxit, aut calcibus impulit, vt rediret; ſed magno cum gaudio accepit eam in *humeros* ſuis, donec ad gregem ſuum reduceret; quaſi nobis diceretur, eum valde comiter & amanter agere cum peccatoribus, qui conuertuntur: non enim illos trahere inuitos, & pœnis inflictis, aut baculis, ſicut mãcipia; ſed ſpontanea voluntate, quam gratia ſua mutauit; nec permittit illos pedites redire, quia nec greſſum vnum in via cæleſti ipſi ex ſeipſis ambulare poſſent: Ipſe illis eſt *oculus*, dando eis lumen fidei, & ſapientiã cœleſtem; eſt etiam illis *pes*, eorum greſſus & affectus dirigendo, neà recta via declinent, aut diuinam legem deſerant: eſt illis & *manus*, in omnibus eos bonis operibus adiuuans; imponit denique eos ſuper *humeros* ſuos, quia illos iuuat ferre cum ſuauitate onera huius vitæ; ſoluitque pro illis debita peccatorum ipſorum, dum ſatisfactiones ſuas & propria merita illis applicat. O *Paſtor dulciſſime* quid tibi pro tot fauoribus & indulgentijs, quibus me proſequeris reddam! cur non tibi ſponte & lubens ſeruiam, iugũque tuum, & onus ſuper humeros meos tollam? ſiquidem tu me

II. Chriſti charitas in pœnitentes

Non punit nec corripit ſed eſt eis

Oculus Pes Manus Humerus

Oratio

tollis

tollis ſuper tuos. Iure optimo dicere potes d *iugum tuum ſuaue eſſe, & onus leue*, ſiquidem tantum opis præbes ad ferendum. Ego tollam, Domine, magno meo gaudio tui amoris intuitu; ſiquidem cùm me ipſum tollis, etiam tollis onus quod impoſuiſti ſuper me. d *Matt.* 11. 30.

PERPENDAM tertiò, quouſque paſtoris noſtri ſupremi charitas progrediatur; qui non ſolùm exultat, dum huiſmodi oues inuenit, & peccatores conuertuntur; ſed conuocat etiam & inuitat omnes *Angelos* cœli, & omnes *iuſtos* qui ſunt in terra, & omnes habitatores domus ſuæ & Eccleſiæ ſuę triumphantis & militantis, vt & ipſi gaudeant, & ſibi congratulentur, quòd perditam ouem inuenerit. O *Pater amantiſſime*, congratulatio hæc oui eſſet deferenda, cuia intereſt, quòd ſit inuenta! Sed vis tibi congratulari: quia ouis eſt tua, magnoque labore tibi conſtitit eam quærere & inuenire. Congratulor itaque tibi, Domine, de peccatoribus gratiâ tuâ à peccatis eductis, gaudeoque de lætitia, qua tu propterea afficeris: vtinã omnes, qui nunc ſunt in mundo, conuerterentur, vt millies tibi congratularer, & exultarem de gaudio, quo afficeris de illorum conuerſionibus.

III. Omnes SS. inuitat ad congaudendum.

Oratio.

PVNCTVM III.

DICO *vobis*, a *quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, qui non indigent pœnitentiã.* Concluſio huius parabolæ talis eſt, quòd ſicut parẽs aliquis plures habens filios ſanos & in proſperitate benè habentes, ſi illorum aliquis in grauem morbum aut aduerſitatem incidiſſet, ſi ex eo periculo euadat, nouo quodam & magno actuali gaudio afficitur, diuerſo ab illo, quo ex aliorum ſanitate & proſperitate afficiebatur: ita ex conuerſione alicuius peccatoris afficiuntur Angeli *nouo accidentali* gaudio, diuerſo ab eo, quod ex cæteris iuſtis habebãt, qui non indigebant pœnitentia, qua ad Deum conuerterentur: quia reipſa conuerſi erant. a *Luca.* 15.

Conuerſio peccatoris dat Sanctis nouum & accidentale gaudium

Ex hoc igitur deducere licet primùm, eſſe voluntatem Chriſti Domini noſtri, vt de conuerſione peccatorũ *gaudeamus*: nec ſolùm non *murmuremus* ſicut Phariſæi, de eo qui contẽdit tales cõuertere; ſed vt nos idẽ facere ſtudeamus, *adiuuantes* huiuſmodi conuerſionem, vt ſimus cooperatores Chriſti in quærendis ouibus perditis, & ad gregem ſuum reducẽdis: magnæ hoc felicitati noſtræ tribuentes, ſi id reipſa præſtemus.

I. Conuerſioni peccatorum incumbendum.

DEINDE deducam, ſi quando ego ero ouis perdita, vt operam dem ad Chriſti gregem *redire*, vel hoc nomine, vt hanc ei gaudendi materiam adferam; & Angelos cœli exhilarem. Quod ſi Deus hoc me beneficio afficit, vt in ſua gratia conſtiterim, operam dabo, ne ab illa excidam. Nam vt peccatoris conuerſio lætificat Angelos, contriſtat verò dæmones; ita

II. Reuertens peccator iuſtè perſta.

iusti lapsus lætificat dæmones,&,quod in se est,contristat b *Angelos pacis, qui amarè flerent* nostram perditionem, si talium lacrymarum & amaritudinum essent capaces.

b *Isai* 33.7

Oratio.

O *Angeli pacis*, supplicate Pastori supremo, & Pastorum principi, vt sanctum suum amorem mihi concedat, in eoq; conseruet: quòd si infortunio meo ab eius amore exciderim, statim mihi sit prẹsto vt recuperem: quò mea conuersio gaudij materiam cœlo adferat, egoque Deo vobiscũ fruar in æternum. Amen.

MEDITATIO XLIX.

DE FILIO PRODIGO.

PVNCTVM I.

a *Luc.* 15.11

DESIDERANS Christus Dominus noster, vt omnes intelligerent, quanta ipse *benignitate* pœnitentes peccatores reciperet, hanc proposuit Parabolam: a *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionẽ longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.*

I. Deus patẽs Filios habet Bonos & Malos. Virtus antiquior, & pretiosior, in ea Sapientia & senectus. Mali putãt Deum sibi aliquid debere. Et sine Deo se sibi sufficeret

CONSIDERANDVM primò, quod Dominus *Deus* noster, huius parabolæ *parens* expressus, duo genera habeat filiorum, vnum *bonorum*, quos maior filius refert; quia *virtus* & *antiquior* est & *pretiosior*; & in ea consistit vera *sapientia*, & in hac venerabilis *senectus*: aliud *iniquorũ*, qui per minorẽ filium adolescentem significantur, nam cum vitio coniuncta est *imprudentia* & leuitas, quam, ille ostendit, dum à parente petijt hæreditatem, quæ ad se spectabat; vt eam per seipsum administraret: insinuans secretâ quadam superbiâ, Deum aliquid ipsi debere: ac præsumens, se solum & per seipsum scire & posse illud gubernare. Contrà quàm faciant boni filij, qui demissè credunt, ex gratia se habere quicquid habent; nec prudentiæ suæ in eius gubernatione fidunt.

II. b *Eccl.* 15.19 b *Deut.* 30. 15.19.

HINC ad *liberalitatem* diuinam infinitam considerandam ascendam, qua vtitur in distribuendis donis ac talentis naturalibus, & multis etiam supernaturalibus tàm bonis quàm iniquis filijs, illorum *libertati* relinquens bonum & malum illorum vsum; manere in domo sua, aut ab ea exire, nulla vlli illata violentia: vt enim ait Sapiens: b *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, apposuitq; illi aquam & ignem, vt ad quod voluerit porrigat manum suam: ante hominem vita & mors,*

bonum

bonum & malum, vt eligat quod placuerit: ita tamen, vt ſuggerat ſemper bonam *electionem*, & bonum *vſum* eius, quod illis dedit: ad quod etiam præbet *auxilium*.

HINC tertiò pergam conſiderare, filiorum *felicitatem* in eo eſſe, vt in cœleſtis patris domo *maneant*, & ſub eius protectione; vt ab eo gubernẽtur, & in talentorum ac donorum acceptorum vſu dirigantur, eiſque in omnibus obediant. quem enim c *Deus gubernat in via qua ambulabit is obtinebit* (ſicut ipſe per Iſaiam promittit) *pacem ſicut flumen, & iuſtitiam ſicut gurgites maris*. Contrà verò malorum filiorum *infelicitas* initium ſumit ab eo, quòd ex paterna domo, & eius gubernatione *diſcedere* velint, vt ſeipſos iudicio proprio & voluntate gubernantes, laxiorem vitam inſtituant. Ex quo efficitur, vt in regionem *longinquam* ſtatim ſe conferant, procul à Deo diſcedentes ob culpam, & vitæ diſſimilitudinem, & obliuionem diuinæ præſentiæ; exponentes & expendentes quidquid habent, viuendo luxuriosè; & ita cum creaturis in *concubinatu* manentes, quia plus illas, quàm creatorem amant. Ex quo intelligitur; ſecretam *ſuperbiam* labi in manifeſtam *luxuriam*; & multum ſibi fidere, eò hominem adducere, vt procul à Deo recedat, & multum Dei obliuiſci, hoc efficere, vt nimium homo creaturis adhæreat: donec ſupernaturalia bona gratiæ & charitatis amittat; & ipſa etiam naturalia deturpet, & obfuſcet, cum iactura interdum facultatum, honoris, & quietis.

III. Felicitas noſtra in domo Patris manere.

c *Iſai.* 48. 18

Infelicitas diſcedere.

A Dei præſentia.

Superbiæ pœna luxuria.

Ruina peccatoris.

IN hoc adoleſcente meipſum conſiderabo, dicamq́; Deo Domino noſtro: ô *Pater cœleſtis*, ecce hîc filium vnum prodigum, qui cùm magna dona à liberali manu tua accepiſſem, è domo tua diceſſi; tuamque gubernationem reliqui, vt propriam meam voluntatem & iudiciũ ſequerer: procul à tua præſentia innumerabilibus meis peccatis diſceſſi: bona, quæ mihi dediſti, ad meam voluptatem illis vtens, contempſi! ô Domine quanta me patientia, & quam diu ſuſtinuiſti! vtinam domum tuam nunquam deſeruiſſem! ô me miſerum, qui vti iuuenem, & liberum maleque expertum permiſi me à mea ſenſualitate decipi! Deus meus miſerere mei & non mihi neges d *miſericordiam: quia ignorans feci*.

Oratio Peccatoris.

d 1. *Timot.* 1. 13.

PVNCTVM II.

ET *poſtquam omnia conſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Et abijt & adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam, vt pa, ceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Perpendendæ hîc ſunt ſpirituales & corporales *miſeriæ*, in quas incidunt peccatores, ob *ſuperbiam* & rebellionem ſuam, quando bona gratiæ diſſiparunt, & b *in profundum peccatorum peruenerunt contemnentes*.

a Luc. 15. 14

Miſeriæ ſuperborũ.

b *Prou.* 18. 3.

I. : *Amos.* 8. 11. Fames verbi DEI.

PRIMA miſeria eſt ingens c *fames non panis, ſed audiendi verbum Dei*, ob defectum ſpiritualis cibi: quæ fames prævalet valde in regione malorũ, apud quos nemo eſt, qui poſsit adferre remedium: eſt autem hæc fames quia nõ recipiuntur *ſacramenta*, non auditur *verbum Dei*, non leguntur *pij libri*, non videntur *exempla* bona, non percipiuntur internæ animæ *conſolationes*.

II. Infamis ſeruitus & amor Dæmonis.

SECVNDA miſeria eſt, quòd maximo illius regionis ciui, qui eſt *dæmon*, ſeſe ſubijciunt & ſeruiũt, ſtrictiſsimo amore miſerrimè *amãtes* quod debuiſſent *odiſſe*; eidemque obediunt in rebus infamibus, & in vitijs hominis generoſitate indignis.

III. Paſcere dæmones luxuria.

TERTIA eſt, paſcere *porcos*, occupare videlicet ſe in ſola ſenſuum ſuorum & carnalium appetitionum gubernatione; ſollicitè quærentes quomodo illos alant; & in paſcendis *dæmonibus*, quorum cibus eſt *luxuria* noſtra, & ſenſualitas noſtra: quibus illi vehementer delectantur.

IV. Fames voluptatum inſatiabilis

QVARTA eſt, quòd *voluptatum* ipſarum *fames* eſt etiam *inſatiabilis*: nunquam enim vſque ad ſatietatem poteſt peruenire, qui ſe illis tradit, neque quod quærit aſſequitur: quia cibus, quo veſcitur, non eſt hominũ, ſed immundarum beſtiarum; qui non ſufficit ad illum ſatiandum. Quæ igitur maior miſeria acidere poteſt homini, qui erat Filius Dei, & poterat cũ honore & ſaturitate in domo cœleſtis Patris ſui permanere? O cœcitatem cordis mei, quæ ad tantum malum me deducis? abſit, abſit, vt viuere velim in *regione* adeò famelica, aut *hero* adeò crudeli ſeruire, aut *officio* adeò vili me occupare.

V. d *Oſee.* 1. 6. Deus ex miſericordia punit peccatores.

CONSIDERANDVM denique eſt, Chriſtum Dominum noſtrum *affligere* interdum peccatores (& vt per Prophetam dixit) *ſepire viam ipſorum ſpinis*, vt ſaltem formidine pœnæ ſapiant, & conuertantur ad Deum: quare illos caſtigat paupertate, fame, dedecore, & ſeruitute; & quò maiores ſunt peccatores, eò in maiores permittit incidere miſerias, vt animæ ſuæ oculos aperientes, conuertantur: quæ maior eſt Dei in illos *miſericordia*, quam ſi in temporali proſperitate manere permitteret: iuxta illud Prophetæ: e *miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam*; & illud f *requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quieſcã, nec iraſcar amplius*: quia hoc ſignum videtur reprobationis illorum. ô *Deus animæ meæ*, ne auferas zelum miſericordiæ tuæ à me, ſi ego à te receſſero; ſed ſtatim calamitatibus me reple, donec per peccatorum meorum pœnitentiam ad te conuertar.

e Iſai. 26. 10
f Eze. 16. 42
Oratio.

PVNCTVM III.

IN *ſe autem a reuerſus dixit* filius prodigus: *quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo, ſurgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum di-*

a Luc. 15. 17.

gnus voca-

&nus vocari Filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Et ſurgens venit ad Patrem ſuum.

HIC conſiderandum primò, conuerſionem peccatoris ab eo initium ſumere, vt *ſeipſum ingreſſus* ſuas miſerias conſideret, quarum obliuiſcitur, quia ambulat quaſi extra ſe, effuſus in creaturas. Ad hoc itaque *praeuenit* illum *Deus* inſpiratione & illuſtratione interna, quæ nunquam ceſſat, ſed potius in medio ſcelerum eius inculcat illud Prophetæ: b *redite praeuaricatores ad cor.* quaſi dicat: ingredimini cor veſtrum, & recipite ſenſum, quem amiſiſtis. *Audite duri corde qui longè eſtis à iuſtitia: Prope feci iuſtitiam meam, non elongabitur, & ſalus mea non morabitur*: venite & accipite ſi vultis. O anima mea, quæ extra te ambulas, ingredere in cor tuum, & ſtude te cognoſcere, vt inuenias Deum, qui tibi ſubuenire poteſt.

I. Deus præuenit peccatorem, excitans vt ſeipſum ingrediatur b *Iſaiæ. 46. 8. 12.*

DEINDE conſiderabo, quanti referat peccatori, *conferre* miſerandum ſuum ſtatum cum ſtatu iuſtorum, etiam *imperfectiſſimorum*: & qui Deo, vt mercenarij, & propter ſui laboris mercedem, ſeruiunt. Nam hac ratione clariùs aduertit famem, & neceſsitatem ſuam, abundantiam verò qua Deus illis proſpicit, qui ipſi ſeruiunt, & beneficia, quæ illis confert in vſu Sacramentorum, Concionum, & aliorum animæ alimentorum. Ex quo ſeſe excitat ad deſiderandum & procurandum ſtatum illum, qui tot partib. ſuo præſtat. Etſi quando fuit iuſtus, vixitque ordinatè & ſecundum Dei legem, decet ipſum comparare præſentem ſuum ſtatum, cum *praeterito* vt confuſus ob præſentem miſeriam, vſurpet illud Prophetæ: c *vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nũc.* O *anima mea*, conuertere ad Dominum Deum tuum, qui non poteſt verbo ſuo deeſſe, quo dixit: d *conuertimini, & videbitis, quid ſit inter iuſtum & impium: & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei*, quod cito experiri poteris, ſi tuam properes mutare vitam.

II. Confert ô peccator cum im. perfectiſsimo Iuſto.

Imo tecum ipſe, cum iuſtus eſſes

c *Oſea. 2. 7.* Colloquiũ

d *Mal. 3. 18*

TERTIÒ conſiderandum, quanti referat, magna & firma propoſita concipere, nos ad Deum conuertendi: quæ ex parte vna *humilitati* & propriæ indignitatis cognitioni innitantur; ex altera verò *bonitati* & miſericordiæ Patris noſtri cœleſtis: ſic enim expeditius fit noſtrum remedium. Agnoſco, *Pater mi*, me adeo eſſe miſerum, vt non merear vocari filius tuus, nec decet nomen adeo glorioſum tribui homini adeo infami; qui ſe ad paſcendos porcos abiecerit: veruntamen ſimul agnoſco, quod quamuis ego indignus ſim nomine filij; tu non deſieris eſſe Pater. En ad domum tuam redeo, confidens de tua miſericordia, quod me recipies in illa. Peccaui, Domine, in cœlum & contra te, tot ſcelera, videntibus Angelis, & coram tuis puriſsimis oculis faciens; peccaui in cœlum, vtens eius lumine & influentijs ad te offendendum; peccaui coram te, exiens ex domo tua & gubernatione tua, præferendo voluntatem meam tuæ voluntati: pœnitet

III. Duæ anchoræ ſpei, Humilitas & Fiducia. Oratio

me sceleris mei, non sum dignus admitti ad delitias filiorum dilectissimorum: Admitte me saltem ad commoditatem mercenariorum: magnę enim felicitati meæ tribuam esse in domo tua, quamuis minimus sim in ea.

IV. Dum ferrũ andet, eu- endum. roposita on diffe- nda.

DENIQVE considerandum, plurimum referre, si bona proposita opere exequamur, antequam eorum calor refrigescat: sicut prodigus iste filius fecit, qui *statim* atque ad Patrem suum redire statuit, cœpit ire versus illum. neque enim decet manu super manum collocatâ hærere, & expectare vt Deus ipse omnia faciat, nos quærat, & per capillos vt dicitur, trahat: sed vult ipse, vt quandoquidem nos gratiâ suâ præueniens, excitat, nos illum quæramus, & faciamus aliquid, deserentes prauam vitam, & obedientes ijs, quæ nobis inspirat, vt bonam inchoemus.

PVNCTVM IV.

Luc. 15. 20 *CVM autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixit ei filius: Pater, peccaui in cælum & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem Pater ad seruos suos: cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manus eius, & calceamenta in pedibus eius. Et adducite vitulũ saginatũ, & occidite; & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat & inuentus est. Et cœperunt epulari:* adhibita etiam Musica, & Symphonia instrumentorum & vocum.

HIC est consideranda infinita charitas & bonitas Patris nostri cœlestis, quæ in multis resplendet.

I. uit in ã- cxus· tatio

PRIMVM, quod *oculis* misericordię peccatorem respiciat, quamuis *procul* adhuc agentem, & necdum ad ipsum conuersum, sed tamen de conuersione cogitantem: & hac pietate *festinans* accurrit ad iuuandum inspirationibus & pulsibus internis, donec omninò sit ille conuersus: & tunc seipsum illi coniungens, illum amplectitur, datque ei *osculum* pacis, hoc est gratiæ & amicitiæ suæ illum restituit. O *Pater benignissime* & purissime, non horres, non mouet tibi stomachum amplecti porcorum custodem, fœtidum & deformem, filium impudentem, & qui te non nouerit, hominem turpem, nudum sine calceis, sine vestibus: apparet benè Domine, quod sis *Pater*, & quod amor patris facit te extra te exire, vt te in filios effundas.

II. eddit ei iuuera ã- liora quã niserat.

DEINDE in eo ostendit suam charitatem, quod magna liberalitate id restituat filio, quod ille amiserat: nam reddit illi *stolam* primam, vestem gratiæ & charitatis; *annulum* Spiritus sancti, & familiaris cum Deo conuersationis; & exercitium bonorum operum *manibus* eius, calceamentum pro *pedibus*, diuinæ protectionis, & virtutum, quæ affectus

animæ

animæ mortificant,&greſſus eius dirigunt,ornantque, vt alijs poſsit prædicare Euangelium pacis;inuitat illum ad ſaginatum *vitulum* Sacratiſsimi ſui corporis in Sacramento altaris,& copiam conſolationum ac delitiarũ ſpiritualium, quas ibi illi communicat. O *Pater miſericordiarum* & Deus totius conſolationis; quod ſimul miſericordias accumulas in vnum peccatorem;& quantum cumulum conſolationum ei das immerenti?

oratio

III.

Miſeretur in hilaritate

Oratio

Affectus Dei maior dono.

TERTIÒ eandem miſericordiam oſtendit, cum hæc omnia magno ſuo guſtu & *voluptate* præſtat peccatori, atque ſi ipſius referret talis conuerſio, volens vt omnes ſerui gaudeant & lætentur, & conuiuium habeãt lætitiæ propter eam. Plurimum tibi debeo, *Pater mi*, propter bona, quæ mihi das;ſed multo magis obſtrictum me ſentio propter guſtum &exceſſum amoris, quo illa largiris.Cupio pari guſtu & voluptate tibi ſeruire, aliquid reddendo eorum,quæ tibi debeo;ſiquidem amori nihil,quod par ſit,reddi poteſt,niſi amor.

IV.

Non iam mercenarius eſſe vult, ſed ſperat ſe turſus fore filium

Oratio *S. Bern. ſer. 85. in Cant*

DENIQVE perpendam,filium prodigum admirantem tantam miſericordiam, & charitatem patris erga ſe, eiuſque viſceribus ea commotis, non petijſſe admitti ſicut vnũ de *mercenarijs*,ſicut perere ſtatuerat;ſed proiecisſe ſe potius in manus Patris, confidentem, quod ipſum admitteret ad *filij* dignitatem. O quàm merito, *Pater mi*,de tua miſericordia confido,quem video tanto fauore proſequi eos,qui ad illam confugiunt. Et præterea das operam, vt hoc ipſum in omnium notitiam perueniat; ne magni peccatores deſperent,videntes quam benignè tales recipias, & ad quantam dignitatem eos tam liberaliter eleues.

PVNCTVM V.

CVM a *autem ſenior filius veniret ex agro & appropinquaret domui:audiuit ſymphoniam & chorum, & cum cognouiſſet cauſam, indignatus nolebat introire:ſed Pater egreſſus cœpit rogare illum. At ille reſpondit:ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui: & nunquam dediſti mihi hœdum,vt cum amicis meis epularer:ſed poſt quam filius tuus hic,qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit,occidiſti illi vitulum ſaginatum: At ipſe dixit illi:fili tu ſemper mecum es,& omnia mea tua ſunt.Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit,perierat,& inuentus eſt.*

a *Luc.15. 25*

CONSIDERANDVM hic primò, qua ratione *imperfecti* quidam, qui fuerunt *innocentes*,& à grauibus peccatis præſeruati;ſoleant interdum *inuidia* tangi ob illos fauores,quos vident Deum oſtendere ijs,qui magni fuerunt *peccatores*, & ita murmurantes conqueruntur, quod Chriſtus Dominus noſter non ita ipſis atque illis indulgeat, iudicantes

I.

Paruulos necat inuidia.

ſe plu-

Defectu humilitatis & charitatis,

se plura adhuc esse promeritos. Hoc autem oritur ex defectu *humilitatis, & charitatis*, displicetque vehementer Deo: cui contra multum placet, si nos gaudeamus de bonis, quæ ipse fratribus nostris confert, dicamusque cum Moyse: b *quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum*: Vtinam *Domine* peccatores omnes recipias; eosque ad magnum iustitiæ & sanctitatis altitudinem promoueas.

b *Num.* 11. 29.

Oratio II. Misericordia merito inuidenda, si in Sanctos taderet Inuidia.

DEINDE considerandus est scopus Christi Domini nostri in hoc responso filij senioris: voluit enim extollere *misericordiam* & liberalitatem, quam filio minori exhibuit, quæ tanta erat vt *posset* prouocare ad inuidiam & querimonias ipsos iustos, quamuis ipsi virtute sua huiusmodi vitijs aditum non *darent* venerantes occulta Dei iudicia, & eiusdem bonitatis magnitudinem, dum se creaturis communicat; maiora interim amoris & benignitatis indicia ijs præbens, qui magis indigni eorum esse videntur.

Oratio III. Sed super mel & omnia IESV dulcis præsentia, qua Iusti fruuntur sine fine.

TERTIÒ perpendenda est Patris misericordiarum interna responsio, quam iustus illis dat, qui serio illi deseruiunt: *fili* tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. O *Pater amantißime*, vbi maior fauor, & indulgentia, quàm ista esse potest? quæstola? quis annulus? quæ calceamenta? quis vitulus saginatus? pluris æstimari potest, quàm me semper esse tecum? in domo tua, in obedientia tua, sub gubernatione tua? & quod omnia tua mea sint? si omnia mea sunt, mea est gratia tua, mea sunt dona tua, meum cœlum, meus filius tuus & redemptor meus, & tu quoque ipse meus es: quia in te omnia tua sunt: O Pater meus, Deus meus, & omnia mea: tu delitiæ meæ, honor meus, & diuitiæ meæ: & si tua sunt mea, mea quoque sūt tua: hoc solo fauore contemptus sum, vt semper ego tecum sim, & tu mecum: & quod tua omnia mea sint eo pacto, vt nihil ego velim, nisi quod à tua manu mihi prouenerit: & hoc mihi sufficere existimem, si tantum seruiam tibi Patri meo cœlesti, cui sit gloria & honor in secula, Amen.

MEDITATIO L.

DE EO QVI INCIDIT IN LATRONES, ET fuit à Samaritano adiutus.

PVNCTVM I.

a *Luc.* 10. 30

INTERROGANTI legisperito Christum Dominum, quis esset eius *proximus*, vt illum sicut seipsum amaret, respondit Christus hac parabola aperiens in illa *compassionem*, quam ipse habuit de peccatoribus: *Homo*, ait, *quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones qui*

etiam

etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.

CONSIDERANDVM hîc primò, quis iste sit *homo*, & qui illi *latrones*, quibus bonis illum spoliarint, quæ *vulnera* illi inflixerint, & quâ ratione semiuiuus, aut semi mortuus remanserit?

I. Homo lapsus à cœlestibus ad terrena. Per affectũ & occupationem.

HIC homo est quilibet filius *Adam* terreni, qui exemplo sui patris, cũ esset in gratia & amicitia Dei; ac porrò designatus hæres ciuitatis cœlestis *Hierusalem*, sensim ab eo statu cadit, inclinans se ad bona miseri huius & inconstantis mundi, qué *Iericho*, qui luna interpretatur, significat. Huius lapsus siue descensus initium est, *affici* erga res huius mundi aliquo modo inordinato, & *occupari* nimirum in negotijs terrenis.

II. Latrones Dæmon Mundus Caro Peccatum.

HVIC homini occurrunt in itinere isto *dæmones*, qui sunt latrones, prædones & hostes nostri, qui suis tentationibus & iniquis suggestionibus, nunc apertè, nunc ex insidijs, & fraudibus nos conantur perdere: ad quod fæpè vtuntur visibilibus hostibus, qui sunt hic *mundus* & *caro*: hoc est impij, qui viuunt in mundo, & carnis nostræ appetitiones. Is autem dicitur incidere in manus eorum: qui infeliciter eorum suggestionibus dat locum, & culpam admittit, quam lethalem vocamus.

III. Bona Gratia & Virtutes.

BONA, quibus miser ille spoliatur, sunt Dei gratia, septem spiritus sancti dona, *charitas* cum infusis virtutibus, quæ semper illam comitantur: nominatim verò quosdam spoliant castitate, alios humilitate, alios patientia, temperantia, obedientia, & similibus: & interdum eò peruenitur, vt etiam *Fide* spolient, & præcipitent in peccata infidelitatis: & etiam *spe*, eos in desperationem præcipitantes: quia id omninò conantur hostes, vt spolient ac destruant quidquid à Deo habemus iuxta illud Psalmi: *exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum in ea.*

b *Psal.* 136.7

IV. Damna. Ignorantiæ & Passiones.

VVLNERA & plagæ, quæ infliguntur, sunt illa *damna*, quæ in potentijs nostris relinquũt. qualis *ignorantia* intellectus obscurati eorum tenebris; *debilitas* liberi arbitrij, quod debile manet ad resistendum vitijs, *impetus* inordinatus appetitionum & perturbationum, quæ trahunt ad terrena: Totque plagas iudicatur quisque accepisse quot ignorantias, passiones, & peruersas inclinationes habet.

V. Semiuiuus & Semimortuus.

HAC ratione manet iste miser homo *semiuiuus*, quia solum illi remanet lumen fidei, aut rationis tantùm naturalis, sed manet idem etiam *semimortuus*, quia propè est vt æternùm moriatur. His benè consideratis, fingam me esse infelicem hunc hominem, de quo est hæc parabola: & deflebo meum infortunium. Ego enim sum qui neglexi conseruare gratiam, quam Deus mihi dedit in baptismo, quia ad bona huius vitæ delectabilia me inclinaui; Ego incidi in manus dæmonum hostium meorum, idque mea culpa; nam c *si ego illis restitissem, ipsi fugissent à me*: &, si ego Deum & Angelos in meum auxilium vocassem, illi ad defendendum accurrissent: tam

c *Iac.* 4.7.

enim plenum est hoc iter Angelis, qui nos custodiunt, atque dæmonibus, qui nos oppugnant: imò (vt Propheta Elisæus dixit:) d *plures nobiscum sunt, quàm cum illis.* O me miserum, qui passus sum me ab his hostibus spoliari, cùm potuissem ab eis me defendere: heu mihi, qui amisi gratiã Dei, & eius dona cœlestia: ô quot plagas, quot vulnera in anima mea accepi, e *à planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in me sanitas.* Non est potentia, nõ est sensus, qui propriam nõ habeat plagam, & peruersam inclinationem: & quãuis aliquid vitæ supersit, plus tamẽ sum mortuus, quàm viuus; & in periculo mortis æternæ. O *Deus æterne*, aspice hunc miserum oculis misericordiæ, & gratia tua illi subueni, priusquam vitam finiat infeliciter.

4. *Reg.* 6: 6.

e *Isai.* 1.6. Plus mortuus quàm viuus. Oratio.

PVNCTVM II.

A CCIDIT *autem*, a *vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo, præterijt. Similiter & Leuita, cùm esset secus locum & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum: & videns eum misericordia motus est.* In hoc puncto considerandum est, qui sint *Sacerdos* iste & *Leuita*, qui, etsi vulneratum hominem viderunt, nullo remedio adhibito, pertransierunt & quisnam iste sit *Samaritanus*, qui curam eius gesit.

a *Luc.* 10.31

I. Sacerdos & Leuita vident, sed aut nolunt aut nequeunt iuuare.

PRIMVM Sacerdos & Leuita eos homines hic nobis repræsentant, qui etsi in aliqua *dignitate* & sublimi loco sint constituti, non tamen sufficiunt, vt peccatori remedium adferant: ideoque tanquam progredientes vlteriùs, illum sine remedio relinquunt: nam quamuis *oculos* habeant ad eius miseriam cognoscendam, non tamen in seipsis habent *vires* & facultatem vt illi possint subuenire. Præterea sunt qui non multum tangantur compassione malorum alienorum; quia proprijs *commoditatibus* sunt nimium immersi; alij propterea auxilium non ferunt, quia satis habent, quod *secum* agant; & se latronibus, ipsos in itinere inuadentibus, defendant, timentes, si hæreant alterius, qui vulneratus est, causa, se quoque vulnerandos & casuros. Denique nulla *pura creatura* huic miserabili potest succurrere, aut eius vulnera sanare: ideoq; nisi è cœlo illi veniat auxilium, necessariò tandem peribit.

II. Samaritanus Iesus custos. *Ioan.* 8. 48.

SAMARITANVS, qui misericordiâ & compassione fuit motus, est *verbum* æternum Filius Dei viui, custos & protector desertorum, hoc enim significat *Samaritanus.* Hoc verbum diuinum videns periculum, & desertionem nostram, voluit ex cœlesti Hierusalem in hunc mundum descendens fieri homo, & viuere more hominum, ambulans per easdem vias, per quas alij homines, sed sine peccato, quamuis conuersaretur & accederet ad peccatores: quam ob causam peccator fuit habitus, & *Samaritanus*, quod apud Iudæos erat in horrore: sed nihilominùs beneuolos

semper

ſemper conijcit oculos in quemcunque peccatorem, quem videt gratiâ ſuâ ſpoliatum,& dæmonibus ſubiectum,cum periculo æternæ ſuæ damnationis. O benigniſsime *Samaritane*,Deus & homo vere, cuſtos & protector eorum,qui nec ſciunt, nec poſſunt ſe cuſtodire: quis nos à tot hoſtibus & periculis potuiſſet defendere, niſi tu nos cuſtodires. Niſi enim *dominus cuſtodierit ciuitatem frustra vigilat qui cuſtodit eam.* Quid fuiſſet de nobis miſeris,niſi tu miſeriæ noſtræ fuiſſes compaſſus;*Moyſes* tranſiit cum toto ſtatu Sacerdotum & Prophetarum antiquorum, nec potuerunt infirmitati noſtræ mederi: quia & ipſi infirmabantur, & eadem indigebant curatione. Tranſijt & genus *Scribarum* & Phariſæorum, qui vt ſuperbi & duro corde,nulla eorum commiſeratione tangebantur, qui erant in peccato: ſed tu pijſsime *Samaritane*, de cœlo deſcendens tranſiensq; per hũc mundum, d *pertranſiſti benè faciendo & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* Gratias tibi pro miſericordia nobis exhibita remedium adferendo noſtræ miſeriæ,quæ omninò ſine remedio permanſiſſet, niſi magna tua miſericordia illi ſuccurriſſet.

Oratio. *Pſal.* 126.2. d *Act.*10.38

PVNCTVM III.

ET *appropians* a *alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum ſuum,duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait,curam illius habe: & quodcunq; ſupererogaueris,ego, cùm rediero,reddam tibi.* a *Luc.*10.3.

CONSIDERANDVS eſt hîc *modus*, quo diuinus hic Samaritanus noſtri miſertus eſt,& innumera *bona* quę nobis contulit,quia eius miſericordia infinita non ſiſtit in ſola commiſeratione, nec ſolis verbis contentus eſt; ſed opera exhibet infinitæ charitatis.

PRIMVM itaque *appropiauit* ad vulneratum, niſi enim ipſe quæſitum veniſſet peccatorem,non potuiſſet peccator illum quærere. O *amantiſsime* IESV, fateor me inſtar filij prodigi,ex domo tua exiuiſſe,procul à te diſceſsiſſe, & in tantam miſeriam propterea incidiſſe, vt in terram proſtratus,pedes non habuerim ad ſurgendum,& te quærendum, vt mihi remedium afferres; ſed charitas tua præuenit me, ac viſitauit, ſanctas ſuggerens inſpirationes,& appropians mihi pulſibus internis, & tangens ipſum cor meum eo fine & deſiderio,vt illud omninò curares: gratias tibi Domine quod appropiaueris ad me, cùm ego procul à te diſceſsiſſem. I. Appropinquat peccatori Ieſu Oratio. II. Alligat vulnera. Oratio.

DEINDE *alligauit* omnia vulnera eius, nullo nõ ligato aut non curato relicto: ſed quo linteo, aut quibus faſcijs illa ligauit? O *Medice pijſsime,*

Oratio.

qui noſtrum ſanguinem recipis, & noſtrorum peccatorum fluxum intercludis, perturbationumque noſtrarum impetum puriſsima gratiæ tuæ, charitatis, & cæterarum virtutum, quas nobis communicas vitta conſtringis, vt animas noſtras iuſtifices; præteritas omnes culpas expurges, & quæ euenire poſſent, præueniẽdo impedias. O quàm es in nos miſericors, qui adeò fuiſti in te ipſum ſeuerus: permittens te ob noſtras culpas horrendis plagis vulnerari, crudelibus funibus ligari; & clauis duriſsimis acutiſsimiſque cruci affigi. Per vulnera tua te ſupplex oro, vt mea curare digneris; & per tua illa ſeueriſsima vincula peto, me quoque ita ligari; ne vnquam ampliùs carnis libertatem recipiam, aut ad vitia relaxer; ſed firmiſsimè virtutes omnes amplectar.

III. Infundit oleum & vinum. Oratio. Sacraméta.

TERTIÒ infudit in vulnera *oleum & vinum*: quia nobis applicat efficaciſsima *ſacramenta*, miſericordia, & virtute cœleſti pleniſsima, quib. nos vngens, ſanitati reſtituit, confortat, nutrit, & cor noſtrum exhilarat. O *Samaritane* dulciſsime, quàm benè tibi è cœlo deſcendẽs proſpexeras, ſiquidem ita in promptu habuiſtĩ noſtrorum vulnerum remedium, ſacramẽta enim, quæ inſtituiſti, quid ſunt aliud quàm vaſa olei gratiæ, & vini charitatis? quam noſtris vulneribus infundens, illa ſanantur? Vnge me Domine hoc oleo lætitiæ; conforta me hoc vino ſpiritus: & ſana me, vt ſanũ me totum conſecrem & offeram in obſequium eius, qui adeò beneuolè mea vulnera ſanat. Aliud quoque antidotum nobis applicat, *Verbum* ſcilicet *Dei*, & ipſam diuinam Scripturam, quæ oleo vinoque redundat, veritatibus ſcilicet blandis ac beneuolis, quæ comiter & blandè ad pœnitẽtiam alliciunt; & alijs duris & aſperis, quæ terrent, vrgentque ad peccatorum dolorem ex timore concipiendum: & vtriſque permouet nos ad varios affectus deſideriaque ſancta, quibus noſtram ſalutẽ negotiamur.

Verbum Dei.

IV. Tulit peccata noſtra

QVARTÒ, nec his contentus fuit, ſed cùm ægroti tantam debilitatẽ aduerteret, vt proprijs pedibus non poſſet incedere, eum impoſuit in *iumentum* ſuum: quia ſuper ſanctiſsimum ſuum corpus impoſuit onera peccatorum noſtrorum; & inſpirationum ſuarum ſubſidijs nos adiuuat, ducitque tanquam pedibus alienis per viam virtutum, ſic reddens ſuaue iugum ſuæ legis, & præceptorum eius obſeruationem.

V. Occaſionibus peccandi ereptum Eccleſiæ reſtituit. Oratio.

PERGENSQVE in ſua miſericordia educit infirmum ex *via*, in qua proſtratus iacet, hoc eſt, ex *occaſionibus* & periculis peccandi, & eum in apto decentique hoſpitio conſtituit, in Catholicæ ſcilicet *Eccleſia* gremio, vbi neceſſaria omnia illi ſuppetent, ad integrè conualeſcendum, & ſanitatem magna ſecuritate & iucunditate recuperandam: *cuius* ipſemet amantiſsimè *cuam agit*, parentis inſtar illi prouidet atque indulget. O *infinita* IESV *charitas*, quas tibi referre poſſum gratias pro tot fauoribus, & indulgentia tanta mihi tam amanter impenſis? Angeli omnes te propterea laudent,

dent,& anima mea liqueſcat in tuis laudibus. Sis benedictus propter oleum & vinum, quibus mea vulnera ſanas; millieſque ſis benedictus, ob tãtum ſubſidium meis imbecillitatibus ſubminiſtratum; & centies millies, quod me à tot periculis erueris, & in glorioſiſsimo Eccleſiæ tuæ hoſpitio cõſtitueris; ac millies millies ſis benedictus, quòd me à mundi vanitate & ſeecularibus negotijs eductũ, in ſecuriſsimo Sacræ Religionis diuerſorio (quod intra Eccleſiæ tuæ mœnia ſitum eſt, ad recipiendos in eo quos ad altiores perfectionis gradus præelegiſti) manu tua benigniſsimè collocaueris. Eccleſia Religio

VI. Superioribus nos cõmittit.

DENIQVE aſcendens hic Dominus ad cœlum, & ſecundum humanitatem ſeſe nobis ſubtrahens, (quamuis noſtri curam nec ſic depoſuit) cõmiſit tamen Stabulario, ſuo videlicet viſibili *Vicario*, omnibuſque Eccleſiæ Prælatis, & Religionum ſuperioribus, vt huius infirmi curam gerant: cuius cauſa duos illis denarios tradit, quidquid videlicet ad infirmi integram gubernationem & curationem eſt neceſſarium. Offert enim illis *virtutem & ſcientiam*; gratias *ſanctitatis*; & gratias *gratis* datas in vtilitatem aliorum: Poteſtatem *Ordinis & iuris dicbionis* ſimulque committit, vt ex parte ſua his addant quicquid poterunt, in vtilitatem infirmi; non contenti ea adhibere, quæ præcepti ſunt; ſed multa etiam præſtent, quæ ſunt ſupererogationis, & gratiæ: nam cum redierit iudicare; omnia, quæ in infirmi vtilitatem præſtiterint, ſe illis redditurum. Duo denarij qui? Hîc, *Deus meus*, deficio ſenſu; nec ſcio quid dicam, niſi vt te ſilentio laudem ob miſericordiæ magnitudinem, & paternam prouidentiam, quam de indigentibus geris; & vt Maieſtati tuæ ſupplicem, vt Eccleſiæ tuæ Prælatis efficaciter ſuggeras, vt omni fidelitate & ſoliçitudine præſtent, quæ à te in commiſsis habent: vt, cum ad iudicandum redieris, inuenias integrè ſanos & valentes eos, qui infirmi & peccatores illis commiſſi fuerant: ipſos verò Prælatos plenos multis meritis in muneris ſui adminiſtratione. Oratio

PVNCTVM V.

VLTIMÒ expendenda eſt Parabolæ concluſio: Nam interrogauit Chriſtus Legiſperitum: a *Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in Latrones?* illumque vt talem dilexit: *ille ait: Qui fecit miſericordiam in illum: & ait illi* IESVS: *vade, & tu fac ſimiliter*. In quo multo adhuc magis ſplendet infinita huius Domini charitas. a Luc. 10. 36

PRIMVM, quòd velit nos omnes inuicem ita diligere, vt vicem infirmorum doleamus; miſericordia in alterutrum vtamur; neceſsitatibus tã corporis, quàm ſpiritus ſubueniamus, vt hic fecit Samaritanus: qui etſi alienigena, commiſeratione tamen vulnerati Iſraelitæ præ Sacerdotibus & Leuitis eius Nationis tactus eſt. DEINDE, quod tacitè *ſeſe* nobis proponat exemplum; vt ſicut ipſe per Samaritanum ſignificatus, miſericor- Dilectio proximi

Chriſti imitatio

diam nobis exhibuit; sic nos ad inuicem exhibeamus. Aspicite quid ego infirmo huic peccatori fecerim; & idem vos mutuo præstate, subueniens quisque quoad poterit alterius corporis & animæ necessitatibus. Nec parci in hoc sitis, sed liberales; multò etiam plura præstantes, quam præcepto teneamini; sicut ego incomparabiliter plura vestri gratia præstiti, quam fuisset vobis necessarium: in hoc enim volo respondeatis amori, quo ego vos prosequor. & cùm ego rediero ad iudicandum, reddam vobis quicquid feceritis, liberalissime b *mẽsuram bonam, & coagitatam, & supereffluentem in sinum vestrum*. O *dulcissime* SALVATOR, sic ego ex gratia tua statuo, proximos meos diligere, sicut tu nos dilexisti; eorum misertus, sicut tu nostri misertus es. vt sic te, cui tantum debeo, imiter iuxta tuam volũtatem: cui sit honor & gloria in secula. Amen.

b Luc. 6. 38. Oratio.

MEDITATIO. LI.

DE SERVO QVI DECEM MILLIA TALenta debebat Domino suo.

HAEC Parabola est veluti exemplar quoddam viuum liberalissimæ DEI misericordiæ in condonandis *iniurijs* etiam plurimis & grauibus, & simul horrendæ *duritiei* hominis nolentis illatas sibi à proximo etiam paruas & paucas condonare. & vtroque nomine erit materia huius Meditationis.

PVNCTVM I.

a *Mat. 18. 27.* ASSIMVLATVM *est a regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis, & cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios & omnia quæ habebat & reddi.*

I. Deus exigit rationem omnium

PRIMVM cõsiderandũ: Deũ Dominũ nostrũ rationẽ exactũrũ ab *omnib.* hominibus de *omnib.* quæ in hac vita gesserũt; quã exijt à singulis in *mortis* momento, vbi tota ratio expenditur: sed ante illud tempus incipit eã exigere, cum scilicet *interne* nos monet eorum, quæ illi debemus; exigit q; vt in hac vita per pœnitentiam illi soluamus; præcipuè autem id exigit, cum graui aliquo *morbo* nos premit, aut sumus aliàs in periculo mortis: id enim speciem quandam præ se fert exigendæ rationis. Est tamen obseruanda differentia: nam si tempore *mortis* inuenior aliquid Deo debere, quod grauibus culpis sim oneratus, expediuntur rationes absque vlla spe

1. In morte sine spe veniæ
2. In vita ad pœnitentiã Inspiratione & Aerũnis

veniæ

veniæ ;cum autem hæc ratio in *vita* exigitur, ſemper eſt ſpes, quod feliciter ſuccedet,rationis redditio,ob infinitam æterni Regis liberalitatem. Quare,*anima mea*,cura rationes cum Deo tuo componere in vita ; & attẽde,quíd illi debeas;ſiquidem tempus hoc eſt miſericordiæ: nam illud vltimum eſt ſeueræ iuſtitiæ.

Colloquiũ

II

Peccator ſeruus 1 oooo.talentorum.

SERVVS,qui decem millium talentorum eſt debitor, eſt *peccator* peccatis onuſtus, cuius proprietates inſinuantur decem illis mille talentis. PRIMA proprietas eſt, quod illa ſint contra *decem* mandata legis Dei, quorum trangreſsio cedit in iniuriam llegislatoris:& quamuis peccatum ſit contra ſolum *vnum* mandatum,eſt tamen eiuſmodi,vt quodammodo (ſicut ait S Iacobus Apoſtolus)iniuria fiat contra *omnia* b *qui enim dixit;nõ mœchaberis,dixit &:non occides:quod ſi non mœchaberis, occides autem,factus es tranſgreſſor legis:vt propterea qui offendit in vno factus ſit omnium reus.* SECVNDA eſt quod plurima ſint & innumerabilia:nam propterea comparantur numero *decem millium* quod ſi huic numero etiam venialia adiungantur, dicere licet,plura eſſe,quàm ſint capilli capitis, & arenæ maris. TERTIA quod ſint grauiſsima,& ſingula ponderoſa inſtar *talenti* :& complectuntur magnum onus,& grauiſsimam iniuriam;quia fiunt contra *Deum* infinitè bonum,& contra innumera & altiſsima eius beneficia; & quod fiant cum contemptu *ſanguinis* IESV Chriſti,qui eſt infiniti valoris;& cedant in damnum *animarum* quæ infinito illo pretio fuerunt comparatæ: & denique deſtruunt *dona* & talenta,quæ Deus infinita charitate nobis largitur. QVARTA proprietas, quæ ex prædictis ſequitur,eſt, quod nullus homo poſsit ex ſeipſo hoc debitum ſoluere, nec facultates habet,vt ſoluat Deo vel vnicum peccatum mortale, ac multo minus tot,cùm enim per peccatum fiat inimicus Dei, nihil efficere poteſt,quod illi ſatisfaciat;& quidquid dare poteſt,eſt nihil,ſi cum infinito debito , cuius eſt reus,comparetur. QVINTA eſt,quod propterea ſit ſubiectus pœnæ adeo terribili,vt & ipſe & eius vxor & filij & quidquid habet vendatur,vt poſsit ſatisfacere, hoc eſt propriam *libertatem* amittat,fiat perpetuum dæmonis mancipiũ in inferno, amittatque omnia bona,quæ Deus illi dederat, corporis & ſpiritus;quia auferuntur illi tanquam proditori & indigno eorum. Ipſe itaque *homo* ;& vxor eius,quæ eſt *ſenſualitas* ;& filij,qui ſunt *opera*;& fortunæ ſiue facultates,quæ ſunt *dona* gratiæ accepta,hæc inquam omnia auferentur ab eo,qui illa habebat:& *naturalia* quæ retinet, maiorem illi adferunt cruciatum.Perpendens *quinq;* hæc capita,excitabo in anima mea ingentẽ dolorem, ob iniurias Chriſto Dòmino noſtro illatas :ob quas tot debitis obſtrictum me video.Magnum etiam concipiam timorem eius iuſtitiæ & pœnæ,quam propterea ſum promeritus:confugiam autem ad illud remedium,quo ſeruus hic veniam à ſuo Domino impetrauit.

1.
1 o. præceptorum, & ſ vnum ſolũ violes.
b *Iacob.* 2 11

2.
Innumerabiliũ peccatorum

3.
Grauiſsimorum.

4.
Nec vnicũ poteſt ſoluere.

5.
Sed extremè punietur.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM II.

PROCIDENS *autem* a *seruus ille orabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.*

a *Matt.* 18. 26.

I. Media veniæ impetrandæ. 1. Fateri 2. Humiliare. 3. Orare 4. Facere, quod potes Oratio

PERPENDENDA in hoc seruo sunt *media*, quæ apta sunt ad *veniam* peccatorum *impetrandam*, vt eadem nobis vsui esse possint. PRIMVM est, debitum non negare, sed illud agnoscens, integrè & sincerè confiteri cum ingenti dolore ob lapsum in illud. SECVNDVM est, seipsum in conspectu Dei profundâ reuerentiâ humiliare, & vsque ad terram procidere, agnoscendo suum *Nihil* & suam miseriam. TERTIVM est, *orare* & petere demissè misericordiam & spatium pœnitentiæ, vt possimus pro offensis contra eum admissis satisfacere. QVARTVM est, firmum & efficax propositum concipere, reddendi integrum debitum; faciendi scilicet *ex parte nostra* cum ipsius gratia quidquid poterimus, vt omnia soluamus. His ergo affectibus bene dispositus & coram Deo constitutus, dicam illi: *patientiã habe in me, & omnia reddam tibi*: O *patientissime Domine*, qui infinita tua patientia sustines eos, qui toties adeoque grauiter te offendunt; hanc quoque ei quam hactenus habuisti adiunge, vt hac vice des mihi locum pœnitentiæ, vt soluere possim quod debeo, & quia mihi non est ad id facultas, accipiam in hunc finem solutionem quam Redemptor meus sanguinis sui pretio obtulit, qua solutione & gratiæ tuæ auxilio reddam tibi quidquid pro meo debito potero.

II. Deus plus remittit quam audeamus sperare. Oratio.

DEINDE in Rege illo expressam perpendam magni nostri Dei misericordiam & liberalitatem infinitam, dum peccatoribus se humiliantibus multò *plus* largitur, quàm ipsi petere aut desiderare sint ausi: quandoquidẽ merâ gratiâ sententiam pœnæ reuocat, quam aduersus eos minando protulerat; & remittit *totum* debitum, non habita ratione quod adeo esset grãde. Sed totum hoc merâ præstat *misericordia*. Nam venia culpæ & æternæ pœnæ non datur propter merita nostra. O benignissime, liberalissime, & magnificentissime *Rex*, omnes Angeli infinitam istam tuam misericordiam extollant, & omnes homines immensam tuam liberalitatem vbique promulgent, & anima mea te magnificet ob ineffabilem tuam magnificẽtiam. Necessarius erat Deus adeò misericors sicut tu es, in hominem adeo miserum, atque sum ego; & necessaria erat tanta liberalitas & magnificentia atque ista est tua, ad tanta debita remittenda quanta sunt mea. Et quandoquidem adeo te liberalem ostendisti in dimittenda mihi culpa & pœna æterna; non negligam ego temporalibus pœnis me castigare, vt pro modulo meo soluam, quod potero, loco æternarum pœnarum, quas eram promeritus; adiuncto simul desiderio non ampliùs offendendi eum, qui

p tanta

tanta misericordia in me est vsus, omnia mihi condonando.

PVNCTVM III.

EGRESSVS *autem a seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui ei debebat centum denarios: & tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abijt & misit eum in carcerem donec redderet debitum.*

a Matt. 18. 28.

CIRCA hoc punctum considerandum primo est; esse valde vulgare & ordinarium vt inter homines alii alijs aliquid debeant, aut ob iniurias verbis aut operibus sibi illatas, aut ob alias causas: id quod ex nostra imbecillitate procedit; estque à Diuina *prouidentia* ita permissum vt probi occasionem habeant merendi apud ipsum, dum sustinent & dimittunt iniurias, vt possint dicere Deo: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quod si tamen attentè inspiciamus debita, quibus Deo obstricti sumus, excedent ea, quæ alij nobis debent, sicut decem millia talenta excedent centum nummos aut denarios: Est enim excessus hic maximus, eò quòd vel vnica iniuria Deo illata sit infinite maior omnibus iniurijs, quæ hominibus inferuntur. Eò siquidem iniuria censetur maior, quo excellentior est is qui illam accipit: vt itaque Deus infinite maior est omnibus hominibus simul; sic iniuria illi illata: vt alibi perpendimus.

I Iniurias permittit Deus, vt iusti dimittendo mereantur Plus tamen semper debes Deo quam tibi ab vllo debeatur. *Medit. 5. p. 1*

PERPENDENDA deinde est iniqui huius serui in conseruum suum crudelitas. PRIMÒ in *ira* & odio, quod in eum ostendit non contentus debitum suum verbo petere, sed violēter illum inuadere & ita fauces comprimere, vt illum suffocandi esset periculum. DEINDE, quod in procidentem ad pedes ipsius & dilationem humiliter deprecantem, & ad totū debitum reddendum eisdem verbis se offerentem, quibus ipse apud suū Dominum vsus fuerat; nullam commiserationem ostenderit; nec eum audire, aut remittere, nec ad breue quidem tempus expectare voluerit. TERTIÒ in præcipiti illo furore, quo illum misit in *carcerem*; donec solueret debitum: tanto in his omnibus rigore erga suum conseruum vsus. QVARTÒ in illa ingenti *ingratitudine*, quam ostendit in proprium suum *Dominum*, cuius debitor ille seruus erat: Iniuria enim huic seruo irrogata cedebat in dedecus sui Domini, & quia adeo se dissimilem & contrarium ostendit ingenuis Domini sui moribus; vt qui nihil ad commiserationem sit permotus eisdem verbis, quibus Dominus ipse permotus fuerat. Hoc totum habet locum in illis peccatoribus, qui iniurias à proximis sibi illatas, & debita, quæ ipsis debent, remittere nolunt, potius rancore quodam vltionem de illis accipiunt.

II. Crudelitas 1. Iracunde petit. 2. Nihil misereatur. 3. In carcerē præcipitat. 4. Ingratus seruus Domino.

DENIQVE consideranda est radix, ex qua mala ista proueniunt: quam

III.

Radix peccatorum DEI obliuio.

insinuat Parabola cum ait: seruum illum *egressum* fuisse è conspectu Domini sui. perspicuum est enim, in eius conspectu non futurum fuisse adeò temerarium, vt conseruum suum ita vrgeret, atque opprimeret. Et eodē modo dicendum est, causam peccatorum nostrorum in Deum & proximos nostros esse, quòd è conspectu Dei egrediamur, & obliuioni tradamus, quòd ipse sit præsens, & noster sit Iudex; & similiter beneficiorum, quæ in nos contulit; & gratitudinis & obsequij, quod propterea illi debemus, obliuiscamur: si enim hæc recenti memoriâ & fide viuâ teneremus; non haberemus animum illum offendendi. Quamobrem *anima mea*, attēde quòd te Deus respiciat, ambula semper in eius præsentia, esto memor beneficiorum, quæ in te confert; quorum rationem etiam exiget: si enim horum memineris, etiam eris memor non offendere eum, cui tot nominibus seruire teneris.

Colloquiū.

PVNCTVM IV.

VIDENTES *autem a conserui eius quæ fiebāt, cōtristati sunt valde: & venerunt & narrauerunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum Dominus suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.*

a Mat. 18. 31

CONSIDERANDVM hic primum, quòd nostra scelera & iniuriæ in proximos, hominibus, & Angelis improbantur: omnesque Dei serui, cū vident, tristantur & grauiter affliguntur; tum ex commiseratione *læsi*; tum ex ipsius *ladendi* damno: & quod *Deus* ea re offendatur. Et obseruabo, sicut à bono spiritu est *contristari* de peccatis proximorum; ita esse optimū illa *euitare*, ne quot in me est ipsos iustos & Angelos contristem. Hinc fit, vt quāuis nostra iniquitas & ingratitudo non possit Deo occultari, licet ipse absens esset, & ea nō videre dissimulet: at tristitia illa & dolor, quo iusti ob hominum scelera afficiūtur, & desideriū, quo tenentur, sic afflictos & oppressos liberandi, est instar *clamoris* cuiusdam, & narrationis, quam de illis apud Deum faciunt, ex quo solet interdum quasi euigilans Deus vindictam sumere de rebellibus & ingratis; & eripere ex crudelibus eorum manibus paruulos, iuxta illud quod Christus Dominus dixit: b *nunquid non faciet Deus vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte? dico vobis, quia cito faciet vindictam eorum.*

I. Peccator sibi nocet lædit proximum, offendit Deū iustos contristat.

Iusti clamāt ad Deum pro oppressi.

b Luc. 18. 7.

DEINDE est perpendendum, quod statim Dominus iusserit seruum illum ad se *vocari* vltima vocatione, & ad iudicium: quia in pœnam *insignis* alicuius sceleris solet Deus interdum dies vitæ abbreuiare. & peccatorē ex tempore ad vltimam rationem reddendam vocare; & reum inuentum tortoribus & inferni carnificibus tradere, donec integrum debitum persoluat; quod vt quam ille perficere poterit; nec illi vnquam ab eo

II. Citat peremptorie ad pœnam insignis sceleris rec

torquen-

torquendo cessabunt. O si vltimam illam vocationem semper tibi præsentem faceres, quam *suauiter* proximos tuos tractares, vt te Deus blandè vt tu desideras, tractaret! ô si meminisses tortorum & cruciatuum, qui te expectant ob debita, quæ in hac vita non exsolueris! omni dubio procul contenderes statim illa *exsoluere* apud Deũ, agendo pro illorũ remissione.

Proximo compatere Debita solue.

DENIQVE perpendam, nequam hunc seruum non solum ob vltimum illud peccatum in suum conseruum, sed etiam ob *preterita*, quæ fuerant illi condonata, pœnas illas dedisse, eò quod peccatum plurimum exercuerit, ob ingratitudinem beneficij, quod à suo Domino acceperat; & modi, quo in remittendo ille vsus fuerat: siquidem nullam horum rationem duxit; quando oportuit suo conseruo debitum remittere: vt hinc tremã ego, horreamq́; vitium *ingratitudinis* aduersus Deũ, quæ valde auget culpæ grauitatem: quot enim peccata Deus mihi remisit, tot *ingratitudines* cogitare possum in peccato, quod postea admitto: ideoque etsi *vnicum* illud sit, *virtute* tamen cõtinet *multa*. O abominandam ingratitudinẽ, postquam *ingrediuntur* in animam *septem spiritus priori* qui iam exierat *nequiores*. Libera me Deus à tali scelere, tibi adeò inuiso!

III.

S. Thom. 3. p. q. 88. a. 3. Ingratitudo omnia peccata remissa virtute cõtinet.

c *Luc. 11. v. 26*

PVNCTVM V.

MOx Parabolæ conclusionem perpendam. *sic*, inquit Christus, *& Pater meus cœlestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

Causæ, cur sint iniuriæ condonandæ.

I. Deus vult.

II. Fratres sumus.

III. Et Tu proximo debes.

IV. Deus lõge plura tibi remisit.

V. N facis nõ remittet tibi Deus Opta iniurias, vt possis remittere.

IN hoc est perpendẽda infinita Christi Dñi nostri caritas, quæ in eo elucet, quod velit nos inuicem nobis remittere, non verbis & ad speciem tantum sed ex corde: quod legibus caritatis innititur, vt ex verbis hic positis colligitur. PRIMVM, quod ita *velit Pater* noster cœlestis, cuius filij sumus: idque sufficit, vt illi in iis, quæ nobis mandat satisfaciamus. DEINDE, quod omnes nos simus *fratres*, eiusdem Patris filij: est autem rationi consonũ, vt frater vnus remittat alteri. TERTIÒ, quia quisque habet aliquid quod frater eius in ipso *sustineat*, & remittere debeat: est autem iustum, vt qui sibi vult remitti; ipse quoque remittat. QVARTÒ, quia *Pater* ipse cœlestis liberaliter omnino remittit nobis debita, absque vlla comparatione *maiora*, quo nos obliget, vt nos aliis remittamus, quæ nobis debent; cum sint multò pauciora. *Denique*, quia si lex *amoris* non satis nos ad hoc implendum conuincit; accedet lex *timoris* & pœnæ formido; quæ erit horrenda: quia non remittetur ei iterùm, qui fuit rebellis ad non remittendum: ideoque porro tradetur dæmonibus; diuinæ iustitiæ carnificibus; à quibus pro meritis castigetur. Ex horum omnium consideratione firma & efficacia concipiam proposita *miserendi* proximis meis, & illatas mihi iniurias *remittendi* desiderans (si absque noua Dei offensione fieri poterit) iniurijs affici, vel ob id solũ, vt remittẽdi eas occasionẽ habeam: quo Deus

etiam mihi remittat. O *Pater cæleſtis*, ex toto corde remitto debita, quæ mihi debent, qui me iniurijs affecerunt, vt ita ſim tibi ſimilis, qui liberalis adeò es in remittendis iniurijs tibi illatis: par eſt enim filium Patri aſſimilari. Accepta nunc promptam hanc voluntatem, & confer gratiam, vt occurrente occaſione, eam reipſa exſequar.

Oratio

MEDITATIO LII.

DE VILLICO DISSIPANTE BONA Domini ſui.

PVNCTVM I.

HOMO *quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona ipſius.*

Perpendendum hic eſt, quis ſit iſte homo diues, quis eius villicus, & qua ratione hic bona ſui Domini diſſipabat, & quomodo apud ſuum Dominum fuit diffamatus.

a *Luc.* 16. 1.

PRIMVM, homo hic *diues*, refert nobis *Deum* Dominum noſtum, cuius ſunt diuitiæ omnes cœli & terræ, quibus Angeli & homines fruuntur: quarum ſunt tria genera. Quædam enim ſunt diuitiæ *corporis*, quæ ſunt illiv ſui ad nutrimentum, veſtitũ, & ornatum; Aliæ ſunt diuitiæ *ſpiritus*, quem ornant ac ditant b *gratia* ſcilicet & virtutibus; Aliæ ſunt virtutes æternæ, quæ ſunt præmia *gloriæ* iuſtorum in cœlo. Has diuitias ita Deus hominibus diſtribuit, vt *primas* concedat bonis & malis, fidelibus & infidelibus; *ſecundas* ſolis fidelibus, immò aliquas ex illis tantũ iuſtis; *Poſtremas* ſolis beatis in Cœlo. O *Deus ſupreme* c *diues in miſericordia* d *Diues in omnes qui te inuocant!* concede mihi, ita diuitijs temporalibus vti, vt ſpirituales non amittam: & ita his negotiari, vt conſequar æternas. Amen.

I. Deus diuitias *corporis* tribuit

b *Epheſ.* 1. Pontet Apoſtolus diuitias *gratiæ* 7. *verſ.* diuitias *gloriæ* 18. Oratio

II.

VILLICVS ſupremi huius Domini eſt *homo*, cui tradit adminiſtrationem diuitiarum, quas poſſidet, tam corporis quam animæ, & quamuis eum faciat diuitiarum illarum *dominum*, ſemper tamen ille appellatur Villicus: quia ipſius dominium non abſolutum eſt, ſed Dei dominio eiuſque legibus ſubiectum; nec licet ipſi diſtribuere, aut vti huiuſmodi diuitijs, niſi iuxta voluntatem ſupremi Domini, qui illas eſt largitus: cui propterea rationem eſt redditurus, quando is illam exegerit. ad quod ipſum confectus eſt liber Accepti & Expenſi, in quo diſtinctè notatur quidquid nobis eſt datum; & quomodo acceptum expoſuerimus.

c *Epheſ.* 2. 4. d *Rõ.* 10. 12. Homo etſi Dominus, eſt tamen Villicus quia manet Deo ſubiectus.

III.

HINC tertio ſequitur, villicum illũ cenſeri *diſſipare* bona Domini ſui, qui ea expendit, aut illis vtitur cõtra diuinã illius voluntatem, & præcepta, quę nobis in ſancta ſua lege præſcripſit. Diſſipo itaq; *cibũ*, ſi ob gulam

Diſſipo, cũ Deo repugno.

come-

comedo; & *veſtitum*, ſi vtor ad ſolã iactantiã: & *pecuniam*, ſi in rebus prohibitis illam expendo, aut apud me retineo, & non diſtribuo in pauperes, quando Deus iubet: & eodem modo diſsipare iudicor *vitam*, ſanitatem, ſenſus, & omnes animæ facultates, quando eas inſumo, aut occupo in re aliqua, quæ eum offendit, qui mihi ea dedit.

PROPTER huiuſmodi ergo bonorum diſsipationem *diffamatur* villicus apud Dominum ſuum: quia bona aut mala fama noſtra apud Deum non ex hominum dictis & verbis dependet, ſed ex noſtris *operibus*: hæc enim nobis opinionem bonam conciliant, aut eam offuſcãt; honorem adferunt aut infamiam in ipſius oculis, quibus nihil eſſe poteſt occultum. Et quamuis totus mundus de me bonam opinionem habeat; ſi reuera ſim malus: opera mea clamabunt contra me (ſicut e *clamor Sodomorum & Gomorrheorum* clamauit ad Deũ) & me apud eundem infamabunt. O DEVS *æterne* qui ex tua infinita miſericordia magnæ domus huius mundi Villicum hominem conſtituiſti, & f *omnia pedibus eius ſubiecisti*: ne permittas me veſtigia ſequi veteris Adam; qui non bonam reddidit rationem ſuæ villicationis in Paradyſo terreno; ſed gratia tua me adiuua, vt eiuſmodi opera præſtem, quæ me apud te commẽdent, vt poſteame in cœleſtẽ Paradyſum admittas. Amen.

IV. Opera noſtra diffamant nos apud DEVM.

e *Gen.* 18. 20 Oratio.
f *Luc.* 6. 2.

PVNCTVM II.

VOCAVIT a *ad ſe Dominus villicum, & ait illi, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.*

a *Pſal.* 8. 7.

CONSIDERANDVM eſt primò, quod ſicut homo hic diues ob informationem, quam de ſuo villico habuit, quod ipſius bona diſsiparet, officium villici illi *ante tempus* abſtulit, & iuſsit reddere *rationem*: ſic peccatorum noſtrorum clamor accedens ad Tribunal Dei in cauſa eſt, cur dies vitæ noſtræ *minuantur*; & vocamur ad reddendam *rationem*. Quamobrem dixit Sapiens, b *ne impie agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*. Hoc autem facit DEVS Dominus noſter, nunc ex *iuſtitia* in pœnam ſcelerum; nunc ex *miſericordia*, intercludendo malos eius greſſus, qui quò diutiùs viueret, peiorem redderet rationem, & grauiorem ſuſtineret pœnam.

I. Peccata vitam præſcindunt, & rationes aggrauãt.

b *Eccl.* 7. 17 Deus mortẽ aliquorum accelerat ex iuſtitia aut miſericordia.

HAEC vocatio duobus ſolet modis accidere; *primus* eſt *horrendus*, cum Deus ita repentè vocat peccatores, vt nullam habeant præmonitionem, quod iam iam ſint morituri; nec tempus datur, quo poſsint ſe ad rationẽ reddendam præparare: *Alter* eſt modus, cùm paulatim media aliqua *infirmitate* vocantur, quæ præmonitio eſt inſtantis mortis, & præparationi ad reddendam rationem locum relinquit, iuxta illud Dauidis c *paucitatem dierum meorum nuntia mihi*: & tunc Deus dicit: *quid hoc audio de te?*

II. Vocatio duplex.

c *Pſal.* 101. 24.

III. Purgare in tempore ne plectaris in æternitate. Colloquiũ

HVIVS ſententiæ vi reuocat nobis in memoriam omnia peccata, de quibus notati & diffamati apud ipſum ſumus; vt audientes quæ cõtra nos obiiciũtur, *purgare* nos poſsimus in *tempore*: alioqui in pũcto mortis eandem ſententiam repetet, de culpa nos *conuincens*, ſecundùm quam iudicij ſententiam feret. Quare *anima mea* audi nunc vocem Dei, qui ſuis inſpirationibus & admonitionibus tibi dicit: *quid hoc audio de te?* quæ iſta ſunt peccata, quæ perpetras? quæ iſta tepiditas in qua vitam ducis? quæ iſta tuę ſaluationis obliuio? quæ iſtæ ſunt pauperum & propter te afflictorũ querelæ, quæ ad meas aures aſcendunt? quæ hęc eſt incuria in tuo munere exſequendo circa ea, quæ tibi commiſi? audi itaque ſtatim hoc verbum: & tempeſtiuè emenda id de quo à Deo moneris: ſi enim in hora mortis emendatum non fuerit; verbum, quod nunc tibi dicit in ſalutem, dicit & tunc in tuam condemnationem.

IV. Ratio de qua plurimis rebus reddenda.

QVARTÒ perpendenda eſt horrenda ſeueritas illius verbi, *redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare*, quaſi diceret: redde mihi *rationem* domûs & villæ huius *mundi*; quæ ad tuam habitationem creaui; *plantarum* etiam & animalium, quæ in tuam ſuſtentationem condidi; *theſaurorum* & diuitiarum, officiorum & dignitatum quas habuiſti; *annorum* vitæ, ſanitatis, virium, & talentorum quæ tibi donaui. Redde item mihi rationem *cogitationum*, quas in tua memoria peruoluiſti; *verborum*, quæ ex ore tuo effutiuiſti, actionum & *operum*, quę tuis manibus perfeciſti: *greſſuum*, quos pedibus tuis confeciſti; & *affectuum* ac deſideriorum omnium, quæ intus in corde tuo diſpoſuiſti. Denique rationem mihi redde de omnibus quæ ad Villici officium pertinent: *quia iam non poteris villicare*. præterijt enim iam dies, in quo licet negotiari; & q *venit nox quando nemo poteſt operari*, nec quicquam mereri. peruenit iam hora, qua, licet inuitus, e *manifeſtari te oportet ante meum Tribunal, vt referas propria corporis tui: prout geſſiſti ſiue bonum ſiue malum*; & præmium aut pœnam recipias. Hoc verbum conabor ſemper ante oculos meos habere; ſiquidem eſt certũ, quod perueniet aliquando hora, in qua mihi illud dicatur. Eſt autem magnæ prudentiæ ita viuere præparatum, vt bonam poſsim rationem reddere, quandocumque vocaberis.

Ecce nunc tempus ſalutis. d Ioan. 9. 4. e 2. Cor. 5 10 Poſt mortem non vltra tẽpus merendi.

PVNCTVM III.

AIT villicus intra ſe: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus Domini ſui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? at ille dixit: centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam: & ſede, citò ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait centum coros

tritici.

tritici. Ait illi, Accipe litteras tuas; & ſcribe octoginta. Et laudauit Dominus Villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

CONSIDERANDVM hîc primò eſt huius Villici factum, ſicut prima facie & in ipſo cortice Parabolæ apparet: in quo ob oculos nobis proponitur genus quoddam hominum mundi huius *aſtutorum*, & ſagacium ad omnem improbitatem, qui nec *fodere* volunt, vt labore cibum ſuum quęrant: ſunt enim delicati, & otio dediti; nec *mendicare* volunt, quia ſe reputant honoratos, horrentque ad exercitia humilia. Quare ſuam ſuſtentationem ex aliorum expenſis fraude quærunt; vt ſuæ inopiæ conſulant. In quo ſenſu nō attulit Chriſtus factum huius villici, vt illud imitemur, ſed vt ex eius prouidentia, qua ſuis neceſsitatibus *corporis* tempeſtiuè prouidit, diſcamus prudentiam in prouidēdo *animæ* noſtræ neceſsitatibus: quia filij huius ſeculi in prudentia, qua negotia ſua *temporalia* gerunt, excellunt filios lucis in ea, qua curant *æterna*: ideoque poſſunt prudentiam ab illis diſcere. O *anima mea*, conijce oculos in illam prudentiam & circumſpectionem hominum huius ſeculi in modo vitæ ſuæ ſecularis; & erubeſce, quod tantū tibi deſit in tua religioſa & Chriſtiana. Illi diligētes ſunt & expediti ad vitiū: tu deſes & ignauus ad virtutem; illi vigilantes in excogitandis medijs ad malos ſuos fines obtinendos; tu verò iaces & dormis, negligens exſequi tua bona propoſita; illi ſine mora faciunt, quantum poſſunt, quamuis res ſit difficultate plena: tu de die in diem tua protrahendo, non facis quod poſſes, etiamſi illud ſit facile. Pudeat itaque te minus prudentem & attentum eſſe ad bonum, quàm illi ſint ad malum: & omiſſo eo quod in illis eſt malum, ſpiritu imitare quod in ijſdem eſt bonum, tanto feruore tibi prouidens neceſſaria animæ, quantò illi neceſſaria præparant corpori.

I. Malè aſtuti nec labore, nec humilitate, ſed fraude, aliena extorquendo ſe alunt. Mundani maiori cura corpus promouēt, quàm nos animam. Colloquiū

DEINDE perpendam ſpiritum, qui in hoc Villici huius facto latet, in quo varia inſinuantur exercitia, vitam æternā conquirendi: Nam alij illā quærunt *fodiendo*, hoc eſt, pœnitentiam & carnis mortificationem tanquā *præcipuum* medium magnis rigoribus & aſperitatibus aſſumendo. Sed hæc tamen vita, quamuis ſit excellens, non eſt tamen pro ōmnibus, vt Apoſtolus inſinuat Timotheo ſuo diſcipulo, eò quod multi ſint debiles & infirmi, nec poſſunt tantum rigorem ferre. Alij vitam æternam *mendicando* conquirunt, aſſumentes videlicet pro ſuo præcipuo medio exercitia *contemplationis* & orationis, in qua nihil fit aliud quàm mendicare à Deo & eius Sanctis, quæ neceſſaria ſunt ad propriam ſalutem & perfectionem. Sed hæc ratio vitæ, quamuis etiam ſit *excellentiſſima*, non tamen, eſt pro omnibus: aliqui .n. nō poſſunt ſemper ſeparatæ huiuſmodi & prolixæ orationi incūbere, ſicut I:remitæ eò quod præteritæ vitæ peccata, vitia &

II. Modi vitā æternam cōquirēdi.
1. Pœnitētia. 1 *Tim.* 4.
2. Contemplatio.

prauæ

prauæ propenſiones verecundiam quandam & pudorem illis inijciant, in familiari tractatione cum Deo; & vitæ ratio, officium & naturalis ipſa conſtitutio parum ad id faueat. Qui ad neutrum horum vitæ modum apti ſunt, dicunt cum hoc Villico: *fodere non valeo, & mendicare erubeſco.* Quare tertia alia vitæ ratio illis ſupereſt, qua vitam æternam conquirant, *eleemoſynas* videlicet largiendo, & alia miſericordiæ opera corporalia aut ſpiritualia, iuxta ſuum talentum & capacitatem exercendo, conſilium illud Apoſtoli ſequentes: a *exerce teipſum ad pietatem, quæ ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*: huiuſmodi enim charitatis & miſericordiæ operibus obtinetur à Deo venia b *peccatorum*, & magna dona gratiæ in hac vita & poſtea æternæ vitæ præmium.

3. Eleemoſina.

a 1. *Tim.* 4. 7

b *Tob.* 4. 10. 11.

b *Eccl.* 3. 34. S. *Aug. lib.* 2. 99. *Euan. c.* 34. *tom.* 2.

c *Pſal.* 143. 5.

d *Phil.* 3. 8. S. *Ambroſ. lib.* 7. *in Luc. c.* vlt.

c 1. *Tim.* 6. 9

Diuitiæ etiam iuſtæ mammona Iniquitatis ſunt & inſtrumenta ſalutis.

e *Tob.* 4. 11. Ab omni peccato & a morte liberat, & nõ patitur animam ire in tenebras

Eleemoſyna Cambium terrena mutandi cum cæleſtibus.

g *Ecc.* 29. 15. Oratio.

h *Tim.* 6. 17. 18.

Hoc eſt autem quod Chriſtus Dominus in fine parabolæ intulit: *& ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt, cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Vbi nomine mammonæ iniquitatis intelligit *diuitias* temporales, quamuis *licitè* acquiſitas: aut quia tantum *mali*, qui ſuam in eis felicitatem ponunt, &c. *beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt*, diuitias appellant: iuſti enim & perfecti, ſicut Apoſt. d *omnia huiuſmodi arbitrantur vt ſtercora*, & illas fugiunt; aut quia occaſionem innumerabilium *malorum* culpæ & pœnæ adferunt, ſi inordinatè amentur, iuxta illud Apoſtoli: e *qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & noxia*, &c. Poſſunt nihilominus eſſe *inſtrumenta* ad conquirendas diuitias ſpirituales ijs, qui hoc Chriſti conſilium amplectuntur, cum exhortatur, vt ex huiuſmodi diuitijs *faciant ſibi amicos, vt cum defecerint, recipiant illos in æterna tabernacula*: exercentes erga pauperes omnia opera miſericordiæ, quæ amici ſunt fideliſſimi & potentes, & e *fiducia magna erit* (vt ait Tobias) *coram ſummo Deo omni facienti eleemoſynã*: vt ſi *culpæ* morte moriatur, ab ea liberetur, collatis illi gratiæ ſuæ diuitijs; & quando *temporali* morte diem ſuum clauſerit, liberabit eum ab æterna, replendo illum ſua gloria in Tabernaculis, quæ appellat *æterna*: quæ eò amplius excedunt diuitias huius vitæ in præſtantia & magnitudine, quò excedunt in diuturnitate. Et hoc permouere nos debet, ad gratias infinitas ei agendas, qui tale *cambium*, & commutationem inſtituit, qua facultas ſuppeteret, terrena pro cœleſtibus tam facilè commutare; & diuitijs adeò abiectis, quales ſunt iſtæ terrenæ, poſſe nobis duo genera amicorum lucrari, qui nobis cæleſtes negotiẽtur: opera videlicet miſericordiæ g *quæ poſita in corde pauperis*, vt ait Sap. *pro nobis exorant ad omni malo*; & ipſos pauperes, quorum orationes exaudit Deus quando pro eo orant, qui illis benè fecit. O *benigniſſime Deus*, illuſtra & accende corda h *diuitum huius ſæculi* ſplendore & igne tuæ gratiæ & charitatis; vt diuitijs, quas illis dediſti, *diuites fiant in bonis operibus*; & faciant ſibi amicos amicos pauperes & iuſtos

terræ

terræ, & Angelos ac Sanctos cœli, quorum interceſsione recipiantur in Tabernaculis æternis, apprehendentes vitam æternam. Amen.

MEDITATIO LIII.

DE PVBLICANO ET PHARISAEO ASCENDENTIBVS IN TEMPLVM, VT ORARENT.

PVNCTVM I.

DIXIT IESVS *ad a quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur ceteros Parabolam iſtam: Duo homines aſcendebant in templum vt orarent: vnus Phariſæus & alter Publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiã hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho: decimas do omnium quæ poſſideo*

a *Luc.* 18. 9

IN prima hac Parabolæ parte notandi ſunt deteſtandi actus ſuperbiæ, quos Phariſæus iſte in ſua oratione oſtendit, faciensque reflexionem in meipſum, videbo num ſimiles etiam in me ſint, vt eos repellam.

Actus ſuperbiæ.

PRIMVS actus fuit, exiſtimare ſe *ſanctum* & virtutibus plenum: ex quo factum eſt vt nihil ſua oratione à Deo peteret, nec peccatorũ veniam, nec vt ipſum Deus conſeruaret, aut dona augeret, atque ſi nihil horum *indigeret*.

I. Sanctum ſe reputat, nec vllius indigẽtem

SECVNDVS actus fuit, prætextu actionis gratiarum, ſeipſum *laudare*, & iactare bona opera ſua, voluptatem quandam ex eis ſibi hauriens: ore itaque tantum gratias Deo agebat, & ideò dicit *apud ſe* & ſecum ipſe, non apud Deum, *orabat*.

II. Oꝛe quidẽ Deum re tamen ver. laudat ſe-ipſum.

TERTIVS actus fuit, ſeipſum omnibus alijs hominibus *præferre*, ſeipſum meliorem & iuſtiorem reliquis iudicando, & ita in virtute *ſingularem* atque ſi inter omnes ipſe ſolus bonus eſſet.

III. Se vnum omnibus præfert.

QVARTVS fuit, *magnifacere* ſua bona opera, quamuis eſſent in ſe exigua: quia ea cũ aliorũ ſceleribus conferebat; cùm contrà facere oportuiſſet: ſolumque *externorum* operum rationem habuit, qualia erant ieiunare & decimas dare, quæ tamẽ ob inanem potiùs gloriam, & iactantiam faciebat; nihili faciens, quod b *ſimilis eſſet ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent, hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia*, & fœtore grauium peccatorum.

IV. Sua extollit opera, eaque ſola externa.

b *Matt.* 23. 27.

QVINTVS fuit, reliquos homines *cõtemnere*, & inter alios etiam Publicanum ſocium orationis: præterea de ipſo temerè iudicabat, quod adhuc eſſet peccator; cum poſſet ex ſignis, quæ in illo videbat, exiſtimare ipſum pœnitere, & iam eſſe conuerſum. In his omnibus apparet, quam *cæcus* eſſet hic Phariſæus, & quam ipſa ſuperbia ſit cœca ad res ſuas & alienas

V. Cõtemnit omnes & temerè iudicat.

cognoſcendas, quam delineat Chriſtus Dominus noſter in Apocalypſi in quodam prælato, huic Phariſæo ſimili, qui dicebat: c *Diues ſum & locupletatus, & nullius egeo & neſcis* inquit Chriſtus, *quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cæcus, & nudus.* O ſuperbiam deteſtandam! ô beſtiam prodigioſam: cœcam ad videnda propria mala, & præſumentem de bonis quæ non habes: d *videntem feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem in proprio tuo oculo non videntem:* quia verè teipſam non vides: quia trabs es, quæ mētis oculos exæcat. Confiteor tibi *Deus meus*, quod fuerim huius Phariſæi veſtigia ſecutus, qui cum profeſsione eſſem religioſus, fui in vita prophanus; ſed tua gratia me ita potes mutare, vt vita ſit conformis profeſsioni.

c Apoc. 3. 17

d Matt 7. 3 Oratio.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDA ſecundò eſt oratio Publicani, a *qui longè ſtans* (non audens accedere ſicut Publicanus ad ſuperiorem partem templi) *volebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicēs:* Deus propitius eſto mihi peccatori.

a Luc. 18. 13.

Actus humilitatis.

PERPENDENDI ſunt hic actus humilitatis, quos hic Publicanus edidit, contrarios illis, quos ediderat Phariſæus.

PRIMVS actus fuit humilitatis: indignum ſe agnoſcere, qui eſſet propè Deum, imò & propè ipſum Phariſæum: ideoque ſeceſsit longè ad inferiorem partem templi, eligens ex humilitate locū *vltimum* inter omnes.

I. Infimum locum eligit.

SECVNDVS actus fuit, non audere *oculos* ſuos in Cælum leuare: iudicans nullum ſe præmium à Deo promereri, nec ſua opera poſſe coram eo comparere: ideoque ex pudore illos habebat defixos in terram.

II. Non audet oculos in cælum leuare.

TERTIVS fuit, percutere *pectus* ſuum, in ſignum doloris interni, quem de ſuis peccatis ſentiebat; & deliderij, quod habebat, caſtigandi carnem ſuam propter illa: coniungens hac ratione tres partes humilis pœnitentiæ: *cor* videlicet contritum & humiliatum; humilem peccatorum *confeſſionem*; & pro eis *ſatisfactionem* eo modo, quo poterat.

III. Explet tres partes pœnitentiæ.

QVARTVS fuit, petere à Deo veniam ſibi *ſoli*, atque ſi eſſet ipſe ſolus peccator in mundo: non iudicans de alijs, quòd peccatores eſſent, nec quidem de ipſo Phariſæo. Et ſi fortè verba audiuit Phariſæi, quibus ſe videbat ab illo contemni: non tamen *indignatus* eſt contra illum, iudicans ſe verè dignum, qui contemneretur.

IV. Se ſolum peccatorē reputat.

QVINTVS actus fuit, plurimùm confidere in miſericordia Dei: non enim verbis prolixis orauit, iudicans apud Deum pauca ſufficere; nec in verborum prolixitate ſe citiùs exaudiendum. O ſupremam humilitatis virtutem, virtutum omnium magiſtram: tu me doces amare Deum, in eo confidere, reuerentiam cum amore ei exhibere, neminem contemnere, ſed me potius omnibus ſubijcere, & omnium me viliſsimum iudicare.

V. Confidit in miſericordia Dei.

Vtinam liceret, felicem hunc Publicanum, non iam Publicanum, sed *Sanctum* imitari: eius enim humilitas, eiusdem prodit sanctitatem. Huius Publicani spiritu repetam sæpius breuem, sed feruentem eius orationem dicens: *Deus propitius esto mihi maximo peccatori*, & in particulari extendens aliqua peccata, dicam: Deus propitius mihi esto superbo, mihi impatienti, mihi vltori, &c.

Sanctus Publicanus quia humi...

PVNCTVM III.

TERTIO loco expendenda est sententia, quam Christus Dominus, vt iudex rectissimus, de duobus his hominibus tulit: *Dico*, ait, *vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.* 1 *Luc.* 18. 14

PRIMVM in hac sententia perpendam, Christum tanquam Iudicem supremum non in externis rebus sistere, sed ad *corda*, ad intentiones, & affectus cordis penetrare, (ex quo externa proueniunt opera) & iuxta illos sententiam proferre iustificationis aut damnationis: contrà quàm homines faciunt, qui solùm externa considerantes, non rarò decipiuntur.

I. Deus corda scrutatur.

DEINDE considerandum, quàm sit potens *humilitas*, Deoque grata: siquidem publicos peccatores facit viros valde iustos: contrà verò, quàm sit detestanda *superbia*, siquidem eos, qui erant iusti, ita peruertit, vt muter in magnos peccatores. Causa verò est, quòd superbus sibi ipsi, ex vana complacétia, virtutes tribuens, illas destruit, Deo illum humiliante, propterea quòd superbierit. At humilis tribuens sibi sua peccata, dolore illa & vera displicétia dissoluit, Deo illum exaltante, quia se ipse humiliauit.

II. Superbia virtutes Humilitas peccata destruit.

HINC progrediar ad perpendendam generalem illam sententiam, qua Christus Dominus parabolam hanc concluſit: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Omnis*, Ecclesiasticus, Secularis, aut Religiosus, nobilis aut plebeius, doctus aut indoctus, magnus aut paruus, si verè se humiliat, exaltabitur; & *in ipso*, in quo se ipse humiliauerit, Deus exaltabit illum, vel in *hac* vita (si hoc illi expedit) ipsum honorando, aut eius opinionem apud homines augendo, ac donis suis magnum & insignem illum faciendo; & in *futura* vita ampliùs eum coronâ gloriæ clarificando, illumque cum principibus sui regni cælestis collocando. Contrà verò quicunque etiam fuerit, qui superbè se exaltauerit, humiliabitur in hac vita vel in altera, vt expédimus meditatione 17. 1. partis.

III. *Prou* 16. 19. & 18. 12. & *alibi*. *Luc.* 18 14. & 14. 11. *Matt.* 23. 12 Omnis se humilians exaltabitur in eodem in quo se humiliauit hic, vel in futuro.

Ex his omnibus magnũ concipiã humilitatis amorẽ, & horrorẽ superbiæ; ea firma spe in hac Christi promissione fundata, me propterea quod sponte me humiliẽ, non amissurum exaltationem, quæ mihi erit ad salutem obtinendam expedies; tremam verò, si superbiero: quia æquè tunc erit certa mea ruina & confusio.

MEDITATIO LIV.

DE PATREFAMILIAS CONDVCENTE operarios in vineam ſuam.

PVNCTVM I.

a Mat.20.1

IMILE *eſt a regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuenit autem cũ operarijs ex denario diurno. Et egreſſus circa horam tertiam,* (quæ erat nona hora) *inuenit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis: ite & vos in vineam meam; & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Iterum exijt circa ſextam & nonam* (hoc eſt, duodecimam, & tertiam poſt meridiem) *& fecit ſimiliter: circa vndecimam verò* (hoc eſt quinta veſpertina) *exijt & inuenit alios & dicit illis: quid hic ſtatis tota die otioſi? dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dixit illis: ite & vos in vineam meam.*

CONSIDERANDVM hîc eſt, quis hic ſit *Paterfamilias*, quæ hæc *vinea*, qui *operarij*, *quomodo*, qu'bus *horis*, & qua *ratione* vocentur?

I. Deus pater duarum familiarum, quia & ſi Monarcha tamen etiã minima curat.

PATERFAMILIAS eſt Deus Dominus noſter verus Pater duarum familiarum, quas habet in cœlo & in terra, Spiritus videlicet beatos, & homines peregrinos, ſolicitus valde de ſuorum bono, adeoque in particulari de ſingulis, atque ſi familia eſſet parua. Ac propterea, licet ſit Rex ſupremus & Monarcha, vocatur tamen *Paterfamilias*, cuius cura ad ſingula etiam minuta circa domeſticos ſuos ſe extendit. O felicem illum qui in tali domo verſatur, ſub tanto protectore & directore.

II. Vinea congregatio fidelium, imò iuſtorum.

EIVS *vinea* eſt *fidelium* congregatio, quamuis magis in particulari illa quæ eſt *iuſtorum*: eò quòd illi ſint vites aut palmites eius ſelectiores qui & fructus benedictionis, & vinum amoris diuini proferunt; quos cùm Paterfamilias hic amputat, transfert ad vineam cœleſtem, quæ eſt congregatio beatorum.

III. Operarii homines maximè Prælati.

OPERARII huius vineæ ſunt *homines*, ad quos ſpectat animas colere, fodiendo & putando illas ligone & putatoria falce mortificationis & pœnitentiæ, ac procurando, vt aptum & copioſum, non labruſcarum, ſed botrorum & vuarum maturarum, hoc eſt, operum Deo placentium fructum proferant. Sunt autem aptiores illi operarij, qui exemplis & verbis laborant, vt doceant & colant alios, qui ſerio Deo ſeruiant: quales ſunt *Prælati* & multi religioſi.

IV. Ioa.6.44

AD hoc illos vocat ipſemet Deus: b *nemo* enim *poteſt venire ad me*, ait Chriſtus Dominus, & ingredi in hanc vineam, & in ea operã ſuam collocare, *niſi Pater traxerit eum.* Vocat autem illos internis *inſpirationibus*,

&illustrationibus;vtens tamẽ interdum *concionatoribus*, aut alijs rebus externis tanquam instrumentis: interdum verò per seipsum, magnam eis lucem & vehementem inspirationem inijciendo.

Vocat Deus inspirando per se vel concionatores V.

EXIT tamen *primo mane*, quia desiderat ipse, omnes homines statim atque rationis lumen illis elucet, esse aptos operarios, qui non orientur: ideoque omnes vocat; & sufficienti vocatione, vt veniant, inuitat: licet nõ omnes illi obediant, nec venire velint: Sed tanta est eius misericordia, vt non desistat à vocando in omni vitæ eorum ætate, idque sæpissime. Aliqui efficaci vocationi annuentes, ab *infantia* conuertuntur, alij in *adolescentia*, alij in *media* ætate, alij in *senectute*, alij denique paulò ante *mortem*. Aliquos vocat *promissionibus*, & pactis, initis, & qui conuertũtur tanquam mercenarij ob interesse & spem præmij; Alios vocat *reprehẽsionibus* internis, iniquæ eorum vitæ turpitudinem ostendendo, & simul aliquid præmij, prout par erit, illis offerendo: Alios denique vocat *imperio*, & iubendo ire ad labores, ob amorem virtutis & studiosæ occupationis.

Promittẽdo
Arguendo
Imperando

Ex his considerationibus varios hauriam affectus *gratitudinis*, laudis huius Patrisfamilias, ob solicitudinem, quam ostendit in his vocationibus; affectus etiam *doloris* & pœnæ, quòd multi vocationi resistant: & ego interdum restiterim: statuens, in posterum valde serio obedire. O *supreme Paterfamilias*, tuæ vineæ, & operariorum ad eam vocationis solicitæ: tu Domine in lege naturæ & scripta sæpe exiuisti ad operarios vocandos, & elegisti magnum numerum Patriarcharum, Prophetarum, & iustorum aliorum tibi charorum: postea etiam per incarnationem factus homo prodijsti, & prædicatione tua vocasti, & elegisti multos Apostolos & discipulos, per quos etiã innumeros alios; nec cessas exire quotidie ad eos vocãdos: Exi ergo nunc Domine ad illas Gentilium regiones, ipsosque infideles efficaciter voca; vt fidem tuam recipiant. Exi etiam, & per Ecclesiam tuam efficaciter voca peccatores, vt ad te conuertantur; exi etiam per istũ orbem & voca multos iustos, qui te in via perfectionis sequantur: nec me obliuioni tradas; sed efficaciter & frequenter ad omnium virtutum excitationem voca, vt anima mea bene culta & exercita copiosos fructus proferat; quos tu desideras.

Affectus laudis & doloris. Oratio

PVNCTVM II.

CVM serò esset factum, dicit Dominus vineæ procuratori suo: voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Venerunt ergo isti, qui circa vndecimam horam venerant, singuli denarios: & alijs operarijs similiter.

a Mat. 20. 8

CONSIDERANDVM hîc primùm, æternum Patrem IESV Christo Domino

I.

mino noſtro, quà homo eſt, iudicium operariorum & coram ad mercedem accipiendam vocationem commiſiſſe, iuxta illud: b *Pater poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.* hoc autem fit in fine vitę cuiuſque, quæ tota reputatur *vnius diei*, quia etiamſi valde ſit diuturna; ſi tamē cum æternitate conferatur, cenſebitur vnius diei, & quidem breuiſſimi, c *quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna: quæ præterijt*. Item quia quotidie ita ſtrenuè eſſet nobis laborandum, atque ſi vltimus ille eſſet totius vitæ noſtræ. Memor itaque eſto *anima mea*, poſtremæ huius vocationis ad coronam recipiendam; vt hac memoria teipſam excites ad conſentiendum cuicunque vocationi, qua vocaberis ad labores: ſi enim huic primæ reſtiteris; non peruenies ad ſecundam, qua merces diſtribuitur.

Chriſtus iudex. b Ioan. 5. 27. Vita vir dies vna. c Pſal. 89. 4

Colloquiū

II. Merces reſpondebit operi. d Matt. 17. 26

DEINDE perpendendum, quòd omnes operarij tam primi quam nouiſſimi, tam qui maturè incipiunt, quam qui tardè veniunt, accepturi ſint ſuam mercedem: nec vlla hora laboris ſit abſque mercede tranſitura: ac porro quò erunt *opera* plura & præſtantiora, eò erit *merces* maior iuxta id quod Chriſtus Dominus dixit, d *Filium hominis venturum, & tunc redditurum vnicuique ſecundum opera ſua.*

III. Accidentale præmiū Primi honorantur.

TERTIÒ præ alijs eſt conſiderandū: hunc laborem, quod ad eius præmium ſpectat, non tam æſtimari ex temporis diuturnitate, quam ex *feruore*, diligentia, & amore cum quo ſuſcipitur. Ex quo prouenit, vt nouiſſimi operarij, vnius ſolius horæ labore tantum mercedis promeriti ſint, quantum reliqui labore totius diei, propter feruorem in laborando, propter humilitatem & caritatem: quia ſe aliqua mercede indignos iudicabant, cum cæteri ignauiter, & propter fines longe inferiores, & proprij lucri ſpe laborarint; ac propterea de ſeipſis, & labore ſuo tanquam prolixiori, multum præſumebant; cùm tamen apud Deum pluris fiat vnius horæ labor feruens & expeditus, quam duodecim horarum pigrè & ignauiter. Et ita præter eſſentiale præmium, datur illis nouiſſimis etiam *accidentale* quoddam honoris, quod Euangeliſta ideo exprimit, quod ipſi ſint primi in præmio recipiendo.

IV. Ex quibus aliquot documenta in meam vtilitatem traham; nam ſi nouiſſimi operarij, vna hora tantum præmium ſunt promeriti; quātum promeriti fuiſſent, ſi toto vitæ tempore illo modo laboraſſent? & ſi poſſent in cœlo Sancti dolore aliquo affici, quanto afficerentur, quod non ſtatim reſpondiſſent Diuinæ vocationi, & ab infantia Deo ſeruire cæpiſſent; & qui ab infantia vocationem audientes ſeruire cæperunt, & diu quidem ſeruierunt ſed remiſsè; quanto dolore propterea afficerentur, aduertentes quod, ſi toto illo tempore feruenter ſeruiuiſſent, ampliorem multo gloriā fuiſſent conſecuti? O *anima mea*, ſiquidem adhuc es in tempore laboran-

di,

di, excitare & labora nunc, ſicut in die, quo merces reddenda eſt, velles laborasſe: propera, quia tempus breue eſt, ingens verò præmium: & quilibet gloriæ gradus, qui obtinetur, eſt æternus: nec decet ob ignauiam, iacturã facere eius boni, quod durat in æternum.

PVNCTVM III.

PRIMI operarii videntes ſe nihil plus accipere quam nouiſſimi, a *murmurabant aduerſus Patremfamilias dicentes: hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus. At ille reſpondens, vni eorum dixit; Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt. & vade: volo autem, & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi: Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* a Mat 20.1.

I. Inuidenda liberalitas, ſi Sancti murmurare poſſent

PRIMVM eſt hic conſiderandus ſcopus Chriſti Domini in his verbis, quibus ſignificauit, tanta eſſe præmia & fauores, quibus feruenter ſeruientes, qui breui tempore multum & valde exactè laborarunt, ipſe proſequitur; vt, ſi cæteri beati, qui tam feruentes non fuerunt, non haberent diuinum lumen, quo Dei bonitatem & æquitatem cognoſcerent, ſolumq; more hominum huius mundi rem ipſam conſiderarent, *murmurarent*, eõquererentur & tangerentur inuidia propter ea, quæ Deus cũ feruentibus agit. Benedicta ſit huius Patrisfamilias liberalitas, qui dans ſingulis meritum præmium, liberaliſsimè tamen retribuit & compenſat, quod ipſius amore & intuitu eſt factum.

II. Qui feruẽter, etſi modico tempore laborant,

DEINDE perpendendum, qua ratione Chriſtus Dominus hic referat eorum proprietates, qui in hac vita multis annis illi ſeruiunt, ſed remiſsè, illis contrarias, quas habent qui breui quidem tempore; ſed cum feruore ſeruiunt.

1 Nil præſumunt.

PRIMA proprietas eſt, quod *præſumant* de ſuis operibus & ſeruitijs propter eorum diuturnitatem; ideoq; exiſtimãt magnum ſe præmiũ recepturos; cũ alij nec de ſe præſumãt, nec præmio dignos ſe eſſe exiſtimẽt.

2. Ex feruore non fatigãtur.

SECVNDA, quod portent pondus diei & æſtus; quia tepiditas facit ipſa virtutum opera grauia, etiamſi alioqui ſint parua: contra verò *feruor* in cauſa eſt, vt virtutum labores, etiamſi alioqui graues, nec ſentiantur tamẽ: Ex quo fit, vt tepidi multum defatigentur, & proficiant parum; feruentes contra parum defatigentur, proficiant verò multum.

3. Non ſpe lucri ſed ex amore laborant.

TERTIA, quod tepidi ſint *mercenarij*: & lucra ſua quærentes ſemper ſint pleni querelis, & ſecretis aduerſus DEVM murmurationibus. quod ipſis non faueat, nec indulgeat, & aduerſus homines, quod ipſos non honorent, nec promoueant; cum feruentes contrà Deo ſeruiant, non mercedis & lucri intuitu, ſed ſolius *amoris*: ideoque nullam inueniunt

cauſam

causam, cur de Deo conquerantur; potius ex animi demissione quemcũque fauorem à Deo accipiant, magni æstimant; & eo se indignos iudicãt. QVARTA, quòd tepidi sint *inuidi*, & quasi *carie* consumantur, cùm vident gratias & beneficia, quæ Deus feruẽtibus confert; quos propterea vellẽt è medio sublatos, cosque contemnunt, & quasi in virtute Tyrones sugillãt obijcientes, quòd tardè ad laborandum in vinea & Ecclesia Dei accesserint: Feruentes verò laborant, & tacent; optantes, Deum omnibus benefacere. O PATER *cœlestis*, qui adeò saues operarijs diligentibus & solicitis in tuo obsequio, euelle ex corde meo omnem teporem & laxitatem & inuua, vt semper feruenter seruiam, & gaudeam in corde meo plurimos alios hac tibi ratione seruire. ne permittas me adeò esse nequam vt oculus meus inuidia tabescat, eò quòd tu sis bonus. Gaudeo & exulto Domine, quod adeo sis bonus, & benignus, vt omnibus benefacias lætorque de beneficijs, quæ alijs plusquam mihi confers; quia scio te in omnibus esse bonum, iustum, & sanctum.

4. Il inuiar. tio

PVNCTVM IV.

CONCLVDIT Christus Dominus Parabolam dicens, a *sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*

a Matt. 20. 16.

CIRCA primam partem huius sententiæ est considerandum, multos in hac vita, haberi *primos* in sanctitate, aut propter *annorum* & temporis diuturnitatem, qua Deo seruiunt; aut propter *externorum* operum speciem, quæ valde mouent; aut propter *status* & officij excellentiam, quia est status perfectionis, aut propter *famam* & nomen iustorum, quod aliquo tempore obtinuerunt: qui tamen in die Iudicij & vltimæ rationis habebuntur nouissimi: quia in oculis Dei *tepidi* fuerunt; & proprium lucrum spectantes, valde fuerunt interius *imperfecti*. Contra verò aliquos, qui in hac vita *nouissimi* esse videntur, vel quod aliquando magni fuerint *peccatores* aut paruo *tempore* Deo seruierunt, aut se ex *humilitate* & patientia occultarunt in rebus abiectis & humilibus operam suam collocantes: Et hi erunt postea primi, ob *feruorem* & *puritatem*, quam in Dei oculis habuerunt: sicut etiam eueniet, aliquos qui hic *iusti* videbantur, postea damnari tanquam peccatores; alios verò qui *peccatores* videbantur, postea exaltari tãquam iustos. Ex quo discã, diligenter attẽdere, quo modo viuã; ac desiderare esse primũ nó in oculis hominũ sed in oculis Dei; qui videt õnia & iudicatur est me, nõ habita ratione loci primi aut nouissimi, quẽ in mundi opinione occupauerim. Simul verò *timoris* affectus concipiam, tremens iudicia Dei & sortem, quæ me continget: siquidem fieri potest, vt hodie reuera sim primus, & cras meâ culpâ sim nouissimus.

I. Primi Annis Operibus Statu

Nouissimi Tempore Peccatis Humilitate sæpe primi ob feruorem & intentionẽ Iudicia Dei occulta Deum time

DEIN-

DEINDE perpendenda eſt altera illa ſententiæ pars: *multi ſunt vocati, pauci verò electi.* vt enim inter omnes homines huius vniuerſi, qui à Deo vocantur, vt fidem & gratiam eius recipiant, plurimi ſunt *peccatores*, qui huic vocationi reſiſtunt; pauci verò *iuſti*, qui ei conſentientes eliguntur, vt ad cælum perueniant: ita etiam inter ipſos iuſtos, qui vocantur ad vitam perfectam, multi huic vocationi reſiſtunt, viuentes in quadam tepiditate; & quadam *mediocritate* cõtenti; pauci verò ſunt *electi* & perfecti, *quia* ſemper quod eſt pretioſum, eſt rarum. O *Deus infinite*, qui omnes vocas, &, vt perfectionem ſequãtur, inuitas: ſupplico tuæ Maieſtati, vt electorum numerum augeas, vt multi ſint perfecti, ſicut tu es perfectus. Fac etiam Domine, vt vnus ego ſim horum; reſpondens perfectioni meæ vocationis, vt in me & per me glorificeris in ſecula Amen.

II. Multi peccatores pauci Iuſti. Multi tepidi pauci electi. Oratio.

MEDITATIO LV.

DE PARABOLA VINEAE.

PVNCTVM I.

HOMO erat a Paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & adificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus eſt.

a Mat. 21. 33. i Mar. 12. 1. i Luc. 19.

PERPENDENDA primùm eſt ſuprema Dei prouidentia erga *vineam* Eccleſiæ ſuæ: quę in tribus præcipuè elucet, quę *Sepe*, *Torculari*, & *Turri* ſignificantur: SEPS eſt *Protectio* b *Angelorum*, qui illam circundant, & à Dæmonibus defendunt; prohibentes *feras*, hoc eſt, eius perſecutores, ne eam cõculcent: & c *ſingulos* tanta vigilantia tuentur, atque ſi vnus ſolus eſſet vinea. Eſt autem multò fortior ſeps, ipſiuſmet *Dei* protectio: quia d *Dominus in circuitu populi ſui*, protegens eum ſubſidio inſpirationum ſuarum: ſepiuit enim illum præceptis; præmuniuit promiſsis magnorum præmiorum, ijs qui illa cuſtodierint; & horrendarum pœnarum minis in eos, qui illa tranſgredientur.

a Iſaiæ 5. 2.

I. Vinea Eccleſia. Seps. b Pſ. 31 7 10 Angelica protectio. c Pſa. 90. 11 Et D E I. d Pſal. 124.

TORCVLAR eſt multitudo *Sacramentorum & Sacrificiorum*, in quibus colligitur, *ſanguis* IESV Chriſti calcatus & expreſſus trabe crucis; cuius virtute communicatur venia peccatorum; & diſtribuitur *vinum* charitatis: inter omnia autem primas tenet ſanctiſsimum *Sacramentum & Sacrificium altaris*, in quo CHRISTVS Dominus ipſum Corpus ſuum & Sanguinem repoſuit, vt nos vino ſui amoris inebriaret. TORCVLAR eſt etiã *Lex diuina* cum ſuis præceptis & conſilijs perfectionis, e *cuius fructu*, vt ait Apoſtolus, *eſt purum charitatis vinum*, depuratum à rerum terrenarũ folliculis, & à culpis omnibus deſœcatum, trabe mortificationis & pœni-

Torcular Sacramẽta Sacrificiũ altaris. Lex. e 1 Tim. 1. 5. Charitas pura.

tentiæ,& pondere humiliationis & obedientiæ expreſſum.

ntris Dei ouidẽtia. Prou.18.10 emplum ælati. octrina ũgelica.

TVRRIS eſt ſpecialis magni noſtri Dei *prouidentia*, qua futura præuidet in bonum Eccleſiæ ſuæ,& ſingularum animarum: *Templum* item & orationis *domus*,in qua inuocatur *nomen Domini* quod eſt *turris fortiſſima* ad noſtram defenſionem,multitudo quoq; *Prælatorum* & Magiſtrorum,qui ſpeculatorum inſtar vineæ inuigilant,ne aut *feræ* dilanient, aut *vulpes* deſtruant. Denique TVRRIS eſt alta & ſuprema *doctrina* ſacræ *Scripturæ* & *Euangeliorum*,qua eleuatur cor noſtrum à terrenis ad cæleſtia:habẽtque ſicut *Turris Dauid,quæ ædificata eſt cum propugnaculis ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium*, arma offenſiua & defenſiua magnorum documentorum , & ſubſidiorum aduerſus tentamenta & moleſtias hoſtium noſtrorum,tàm occultorum,quàm manifeſtorum.O *Pater familias* ſupreme,gratias tibi ago pro beneficijs quæ g *vineæ huic* confers, *quam plantauit dextera tua*: & ſiquidem me in illa collocaſti,accipe etiam ſub tua protectione & tutela;inebria me vino amoris tui, lætifica in domo orationis tuæ;guberna per tuos miniſtros, & lumen mihi communica , quo fructũ ex tua doctrina ita hauriam,vt perfectionem,ad quam illa dirigitur , obtineam.

ratio. Pſ.79.16.

II. ocat nos is nõ dat. Qu ſque uam partẽ olat. ibertas ominis Colloquiũ

DEINDE conſiderandum , quo pacto Deus Dominus noſter hanc vineam *locauit* agricolis & conductoribus,qui ſunt homines non venditione,ſed locatione. ipſe enim retinet ſibi dominium: exigit autem à nobis, vt ita illam colamus , vt benedictionis fructum adferat: quiſquẽ autem partem , quæ ſibi contingit,hoc eſt,*propriam* animam, & animas illorum, qui ipſi ſunt commiſſi,colere debet.

TRADITA autem vinea *peregrè profectus eſt*: vt ſignificet ſe in hoc negotio ſe gerere tanquam abſentem,libertati noſtræ nos relinquens, nulla vi adhibita atque ſi nec nos videret : quamuis reipſa omnia videat, & ſit vbique. In his conſiderationibus mecum ipſe colloquens dicam : Itude eſſe liberalis in Deum ſicut ipſe eſt in te: Et quandoquidem Deus te fecit tam pretioſæ vineæ conductorem ; redde fructus copioſos,vtẽdo in eum finem Sepe,Torculari,& Turri,quæ in ea ſunt. Et ſiquidem ipſe locator quaſi abſentem ſe facit, vt tuam experiatur fidelitatem : tu ita fideliter illi ſeruias , ac ſi præſentem ſemper cerneres, vt ſic peruenias ad eum videndum,ſicut habes in votis. O DEVS *liberaliſſime*,qui huius vineæ prouentus à me exigis,non ob tuum,ſed ob meum commodum : concede mihi abundantes proferre fructus,non ad meam,ſed ad tuam gloriam in ſecula.Amen.

Oratio.

PVNCTVM II.

CVM *autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæ-derunt, alium verò lapidauerunt: Iterum misit alios seruos plures prioribus & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens: verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.* a Matt. 21. 34.

CONSIDERANDA hic est est suauis Dei *prouidentia* in hosce conductores: qua eos varijs medijs ad bonum impellebat; & contra illorum detestanda in ipsum Deum *malitia*, qua omnia illa media repulerunt. Præmittendum est autem, *tempus* fructuum esse illud totum, quo mortalis hæc vita durat: nam post mundi finem, & cuiusque mortem, non est amplius tempus reddendi fructus, quamobrem dicit Apost b *dum tempus habemus operemur bonum ad omnes*, nostras videlicet animas & proximorum nostrorum: elapso enim hoc tempore nullum suppetet nobis remedium. I. Nunc tempus fructuum. b Gal. 6. 18.

HOC præmisso, perpendēda eiusdē est Patrisfamilias *Dei* infinita *charitas*, qui semper & omni tempore hanc curam ostendit, mittendo Patriarchas, Prophetas, & Prædicatores; qui agricolas illos cōductores exhortarentur ad laborandum in bonum animarum suarum: & licet homines rebelles fuerint adeò, & imprudentes, vt huiusmodi Prophetas & Prædicatores grauiter exceperint, & occiderint; ipse ex infinita sua benignitate, pro *igne*, quo tales homicidas incendere potuisset, dedit illis *Filium* suum vnigenitum, hominem factum: vt per seipsum veniens idem illis prædicaret, & ad idem exhortaretur, ad quod alij Prophetæ: Adeò tamen iniquitas conductorū illius temporis creuit, vt (ô inauditum facinus!) ausi fuerint vnigenitum Patrisfamilias filium extra vineam, quæ ipsius erat, eijcere & occidere, tradentes eum Gentibus, à quibus tanquam Agnus mansuetus passus est se comprehendi, flagellari & crucifigi extra ciuitatem Ierusalem: qui suo pretioso sanguine irrigare voluit vineam, vt copiosos fructus proferret. O *Pater æterne*, quam tibi vtilitatem fructus afferunt huius vineæ, vt ad illos vrgendos, proprium filium mitteres, benè conscius quam malè esset à conductoribus excipiendus? O FILI DEI *viui*, cur adeò deperis hanc vineam vt velis pro illla mori? O amorem Filij Dei excellentissimum! nunc Domine video, quàm verè dixeris: c *quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & nō feci ei?* verè Domine summū feciſti, quod facere poteras? dum factus es homo, & mortuus pro homine. II. Deus mittit Prophetas. Et Filium ad mortē. Malitia extrema hominum. Oratio. ad Patrem. Ad IESVM. c Isai. 5. 4.

Sed homo ingratus & rebellis non potuit contrà magis detestandum facinus admittere, quàm te vitâ priuare, tuæque prædicationi resistens, bona, quæ illi locaueras, sibi vt propria vsurpare. Sed hoc totum me, vt te amem, inuitat; & vt laborem, quò fructum, quem tibi debeo, reddam: & faciam ego summum quod potero obsequij tui causâ; sicut tu feciſti quod summum poteras meæ vtilitatis intuitu.

III. Inſpirationibus parendum. d 1. *Theſ.* 5. 19.

Mox perpendam continuatam Dei solicitudinem in me mouendo per prædicatores, spiritus Magistros, & alios suos inuisibiles seruos, qui sunt eius *inſpirationes*, vt vineæ animæ meæ curam diligentẽ habeã: quamuis ego adeò sim improbus, vt sæpè illos grauiter excipiam; & d *exſtinguã ſpiritum*, qui ad bonum me incitat; & conscientiæ dictamen calcem. quod me reprehendit, quandocunque aliquid mali facio & e *rurſus crucifigo mihimetipſi filium Dei*: eundem expellens ex corde meo, vt peccato aditum præbeam. Et quamuis eousque æterni patris bonitas sit progressa, vt voluerit proprium filium in medio vineæ suæ Ecclesiæ remanere in sanctissimo altaris Sacramento, vt huiusmodi eius præsentiæ rationem habens, me ad laborandum, & animam meam colendam animarem, nec hoc tamen satis fuit, vt id ego exequerer. O rebellem *duritiem*, ô ingratam rebellionem, & ingratitudinem cordis mei detestandam! cur tot fauoribus Dei non mollescis ad seruiendum, vt par est huic Domino, à quo accipis tanta bona? adiuua me *Deus* gratia tua, vt ex nũc vitam nouam incipiam.

e *Heb.* 6. 6. S. Sacramenti frequentatio. Colloquiũ Oratio.

PVNCTVM III.

ABSOLVTA Parabolâ dixit Christus ad Pharisæos a *cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiunt illi, malos malè perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant illi fructum temporibus suis. Dixit illis* IESVS, *idcò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus eius.*

a Matt. 21. 40.

I. Iuſtitia Dei Iniquitas hominis.

PERPENDENDVM hic primò est, quam sit *iustus* Deus in iudicijs suis! siquidem ipsimet eius inimici sententiam contra se proferunt, quam ipse protulisset. quàm verò sit detestanda hominis *malitia* contra Deum! siquidem idem ipse, qui eam habet, in tertio aliquo positam reprobat & condemnat, eandem contra se ferens sententiam, quam Deus iustissimè protulisset, vt pro meritis castigaret. O *Pater misericordiæ* & iustissime Iudex, moderare iustam iram tuam magnâ misericordiâ tuâ: & si huiusmodi Parabolis, nos velis conuincere; ne id, quæso, sit ad nos condemnãdos sicut istos Pharisæos; sed vt culpas nostras agnoscentes, sicut Dauid, pœnitentiam pro illis faciamus.

Oratio.

II. DEINDE perpendenda est horrenda illa, licet iustissima *pœna*, quam

Christus

Christus minatus est Iudæis: *auferetur à vobis regnum Dei*, quod idem est, atque ipsa *vinea* cum *sepe, torculari, & turri*: illos ob suam pertinaciam deserens, quò facilè destruerentur. Abstulit illis *ius*, quod habebant ad Sacramenta & sacrificia, ad sacros libros & leges regni Messiæ: omnia hæc transferens ad Gentes, ex quibus suam collegit Ecclesiam. Quare *anima mea*, experimentum cape in capite alieno, priusquam vltio veniat super tuum: attende, quod Deus eos deserat, qui ipsum relinquunt. Et nouit benè fidem suam ab vno regno in alterum, & regna ipsa, & dignitates ab vno homine in alium transferre; auferendo illa ab eo qui habet, propter eius culpam; & alios in eius locum substituendo: & si aliquis deficit in fide, aut religione quam est professus, vocabit innumeros alios, qui in ea perseuerantes fructus eius proferant. b *Tene igitur quod habes vt nemo accipiat coronam tuam.*

1. *Reg.* 11. 1 Pœna Iudæorum horrenda Derelictio Colloquiũ

b *Apoc.* 3. 1

MEDITATIO LVI.

DE PARABOLIS AD NVPTIAS, ET AD cœnam inuitatis.

HAE duæ Parabolæ simul pro eadem Meditatione assumi possunt, ob magnam affinitatem quam inter se habent & quia ad eundem finem dirigi possunt.

PVNCTVM I.

SIMILE *est* a *Regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, & vocauit multos* ad eas.

a *Mat.* 22. 1
a *Luc.* 14. 16

1.

CONSIDERANDVM primò, quod Pater æternus *Rex* cæli & terræ sola sua bonitate & misericordia voluit *filium* suum vnigenitum desponsare sibi naturam humanam, coniungendo illam sibi in vnitate personæ, tot monilibus gratiæ & virtutum ornatam, quod par erat habere sponsam talis filij, qui in omnibus esset æqualis Patri. O PATER *supreme*: quid te permouit, vt velles filium tuum adeo abiectam & turpem sponsam ducere? nunquid non nobilior & pulchrior erat natura Angelica? cur ergo, Domine, hac omissa, illam ei dedisti? si propterea id feciſti quod, etsi hæc vilior & deformior esset, magis ea gratia indigeret, id quidem verum est; sed in hoc ipso aduerto excessum charitatis tuæ, quæ libentius se demittit ad honorandum, & opem ferendam ijs qui & abiecti sunt & in maiori necessitate constituti. Laudent te propterea omnes creaturæ tuæ, & anima mea in tuis laudibus liqueſcat.

Rex Deus Christus filius Humanitas sponsa Oratio

SED vlterius adhuc cælestis huius Patris bonitas est progressa: nam e-

II.

etiam voluit filium ſuum verum Deum & hominem deſponſare ſibi, nuptiaſque celebrare cum b *Eccleſia*, quæ eſt congregatio fidelium, coniungens ſibi animas iuſtas vnitione charitatis, eaſque virtutibus ornans, prout decebat ſponſas ſupremi Regis: Agnoſce, ô *anima mea*, dignitatem ad quam Deus te vult eleuare: lauare pœnitentia, vngere deuotione, ornare virtutibus cæleſtibus; vt in ſponſam cæleſtis huius ſponſi recipiare.

b *Oſea.* 2.7.
b 2. *Cor.* 11.2
b *Eph.* 5.25.
Eccleſia Colloquiũ

III. Sponſa Quuis etiam peccator, nullo excepto.

SED neque hic ſiſtit noſtri Dei bonitas: ſi enim hoc beneficium obtuliſſet paucis aliquibus animabus tantum, ijſque hominum nobiliſsimorum, aut eruditiſsimorum, aut inſignis alicuius conditionis, fuiſſet proculdubio magnum beneficium: ſed maius omninò eſt, cum vocat plurimos, qui ſint harum nuptiarum participes, *nullo* homine excluſo etiam vili, rerum ignaro, aut magno peccatore, etiam qui diuinæ huius deſponſationis fidẽ violauerit. O immenſum charitatis Dei pelagus! quo modo abyſſum hãc charitatis conſiderans, non exeo extra meipſum! ô *anima mea*, excitare ad diuinam hanc deſponſationem, quæ tibi offertur, acceptandam; qua ex deformi in pulcherrimam, ex vili in nobiliſsimã, ex inope in ditiſsimam, & ex terrena mutaberis in cœleſtem.

Colloquiũ

PVNCTVM II

AD harum nuptiarum ſolennitatem tam Rex cœleſtis, quàm eius filius IESVS Chriſtus ſolenne inſtituerunt conuiuium & a *cœnam magnam, & cùm iam omnia parata eſſent*, b *miſit Rex ſeruos ſuos vocare inuitatos, vt venirent ad cœnam.*

a *Luc.* 14.17
b *Mat.* 22.4
Conuiuij tria fercula

CONSIDERANDVS eſt huius *conuiuij* ſplendor, quod Deus hominibus præparat: in quo *tria fercula* aut tria genera pretioſiſsimorũ ciborum proponuntur. PRIMVM eſt *doctrinæ* cœleſtis, ac diuinæ, ad nutrimentum *intellectus* fide illuſtrati, qui hoc cibo cenſetur veſci, cùm audit verbum Dei, cum ſacros libros aut aliàs pios legit, aut cum ſeorſim eam meditatur offerente illi Deo magnum lumen & voluptatem in illa. SECVNDVM eſt *præceptorum*, & admirabilium magnæque perfectionis *conſiliorum*, ad alimentum *voluntatis* ſalutis ſuæ cupidæ: quo ferculo veſcitur, cùm Dei voluntatem exequitur in omnibus quæ ille præſcribit, & conſulit; tribuens ei magnam lætitiam in beneuola hac obedientia. TERTIVM eſt *Sacramentorum*, quæ magna vi ſunt plena, ad communicandam gratiam, virtutes & dona cœleſtia, quæ viuificant, alunt, & perficiunt *animas*. inter quæ præſtantiſsimum eſt ſanctiſsimum *altaris* Sacramentum, in quo ipſemet ſponſus IESVS Chriſtus, verus Deus & homo, dat in cibum ſuum reale & verum corpus, ſpeciebus panis velatum, & ſuum verum realemque ſanguinem ſub vini ſpeciebus in potum ad nutritionem, & ſpiritua-

I. Doctrina Intellectui.

II. Præcepta & conſilia Voluntati.

III. Sacramẽta Animæ. Euchariſtia

lem

lem animarum, quæ illum recipiunt indulgentiam: & vt illas sibi tanquã sponsas coniungat, perfecti amoris coniunctione. O supremum conuiuium! ô cœna magna supra omnes quæ fuerunt hactenus, & futuræ sunt & denique omnium excellentissima! c *ô beatos illos qui ad cœnã hanc nuptiarũ, Agni vocati sunt*, in qua Agnus ipse Dei, qui tollit peccata mundi, est, qui inuitat, est ipsum conuiuium, & qui illud instituit, & qui verè comeditur; hoc cibo, hoc est, seipso purificans comedentem, eumque cœlestibus delitijs replens. Aperi ergo oculos, *anima mea*, & diligenter attende, te non ad planctum; sed ad nuptias & conuiuium vocari; quod si ad *planctum* vocaris, id erit, vt tua peccata, & exilem præparationem tuam, ad tale conuiuium plangas; & hac ratione te dignam efficies cui possis interesse.

a *Apoc.19.5*

Colloquiũ Planctus est præparatio.

DENIQVE considerandum est, omnes huius mundi homines inuitatos esse ad prædicta tria fercula, & per *prædicatores*, qui huius Regis & sponsi sunt serui, & per secretas *inspirationes*, vt ad conuiuium veniant vocari. Si quando igitur impulsum aliquem internum in corde sensero, qui me ad trium rerum prædictarum exercitationem permoueat, intelligam me à Deo vocari, vt ipsius interesim conuiuio & delitijs fruar.

IV. Deus vocat per inspirationes & exhortationes.

PVNCTVM III.

DVM inuitati, vt ad nuptias venirent, vocarentur a *nolebant venire* b *sed cœperunt simul omnes excusare* & negligentes a *abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem: suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius; & contumelijs affectos, occiderunt.*

a Mat.22.3.
b Luc.14.18

CONSIDERANDVM hic est, *tres* fuisse, qui nominatim ad cænam venire recusarunt; adferente vnoquoque proprium *vitium*, quo laborabat, & venire impediebatur; quibus nos etiam impedimur & retardamur: quę S. Ioan. enumerat dicens: c *omne quod est in mundo, esse concupiscentiam carnis & concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ*

I. Impedimẽta tria
c 1.Ioa.2.16

PRIMVS dixit: *villam emi, & necesse habeo exire & videre illam, rogo te habe me excusatum.* Vbi notatur *superbiam* vitæ, visusque, & aliorum sensuũ curiositatem, & solicitudinem aspiciendi & ad res proprias attendendi, impedire nos, quo minus diuinæ vocationi respondeamus.

1. Superbia & curiosi tas

SECVNDVS dixit *iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.* Ex quo intelligitur, quod rerum temporalium cupiditas, & nimiæ negotiationes, & occupationum non necessariarũ multitudo, illud ipsum impediant.

2. Auaritia

TERTIVS dixit: *vxorem duxi, & ideo non possum venire.* hic non dixit: *habe me excusatum:* vt significetur, quod matrimonij voluptas hominem inebriauerat, & alienauerat à mente, quod si *voluptas* carnis ex se alioqui *licita*, quia tamen nimium illi attenditur, impedit ad tale conuiuium

3. Voluptas licita si excludit, quid faciet illicita.

venire, quid faciet *illicita* illa, & lege Dei prohibita, voluptas?

II. Ex quo intelligam ego quodnam istorum vitiorum impediat me ad tale conuiuium accedere; & doctrinam Christi audire, & illam legere & meditari: & opere exequi, & Sacramenta suscipere; & cum cognouero, operam dabo illo impedimento remoto, Diuinæ vocationi respondere: alioqui comprehendet me seuera Christi sententia in istos rebelles lata, cum dixit: *Amen dico vobis quod nullus virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Iusto enim Dei iudicio in pœnam rebellionis illorum permittuntur obire mortem non susceptis Sacramentis; aut si forte suscipiant, fructum tamen non sentiant. Ex quo fit, vt à cœna quoque & conuiuio, quod Deus in cælo præparauit pro ijs qui illi hic obediuerunt, excludantur. Time igitur ac treme *anima mea* ab hac sententia: quod si te *amor*, vt nunc ad hanc cœnam accedas non vrget, vrgeat saltem *timor* ne ab illa æternùm excludaris.

Spernitur in morte qui DEVM spreuit in vita. Colloquiũ Time, si nõ amas.

III. Detrahentes prædicatoribus dirè puniẽtur. DENIQVE qui impudentius seruos Regis occidunt, à quibus vocantur, illi sunt qui horrent prædicatores, & confessarios, & eos qui eorum vitia reprehendunt; & consulunt, quod illis expedit: quibus ipsi gladio *linguæ*, honorem, & *famam* auferunt; &, quod in se est, etiam corporis & animæ *vitam*. In quos Rex cælestis vehementius indigãtur, quia supra peccatum non veniendi ad cœnam, hoc alterum addiderunt; quod ipsius nuntios affecerunt ignominia: quorum propterea pœna erit, non solum à cœna excludi; sed *occidi* etiam & ciuitatem eorum, hoc est, omnia quæ habent, *succendi*; crescente pœna ad mensuram culpæ. O *Rex æterne*, emollias duritiem rebellium Iudæorum, Hæreticorum & infidelium, qui diuinis tuis inspirationibus resistunt, & occidunt seruos & ministros tuos, qui illos ad nuptias & conuiuia tua conuocant: contine Deus iram tuam, & miserere eorum.

Oratio

PVNCTVM IV.

a Mat. 22.8 TVNC ait a *Rex seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erãt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium.*

I. Principes fastidiunt Ergo vocat viles. PERPENDENDA hic est primum immensa Dei liberalitas & charitas, qui non fastidit genus hominum, etiamsi multi, ipsius conuiuia & fauores contemnant, quamuis *principes* illi sint, eruditi, aut alias excellentes, quos par esset alijs ciuiliores & minus impudentes esse: potiùs videns ipse huiusmodi principes culpa sua indignos se reddere beneficijs, quæ ille offert vult efficaciter vocare ad eadẽ, *viles* & despectos homines, & eos qui

nihil

nihil in mundo habent, cui cor illorum ſit implicatum.

II. Bonos & malos vt cat.

ADMITTIT vero *bonos & malos*, eos ſcilicet, qui aptam aut ineptam naturalem conditionem; bonas aut malas propenſiones habent: vt omnes accedentes ad ipſius conuiuium, boni & ſancti fiant: quamuis aliqui poſtea futuri ſint mali. Maiorem verò adfert admirationem, quod nominatim iubeat vocari; b *pauperes ac debiles, & cæcos & claudos: quod ſi adhuc locus vacet, iubet in vias & ſepes exire, & obuios quoſque compelli intrare*, non brachiorum vi, ſed *miraculorum* & rationum; & ea vi quam infert bona & ſancta vita concionatoris. Et idem Dominus diuinarum & efficacium ſuarum *inſpirationum* lumine internè illos compellit, vt ſponte & magna ſua voluptate ſeſe dedant; ac veniant, quo vocantur.

b Luc. 14. 2 Compellit miraculis ratione, exemplo, inſpiratione.

OPATER *miſericordiæ*, qui neminem inuitum cogere vis tibi ſeruire; vrge & compelle me Domine, interna hac vi, vt rebellem voluntatem meam mutem, & lubens eam tuæ ſubijciam. Reſpice ſupreme Pater, quod mundus iſte plenus ſit cæcis, claudis, debilibus, & miſeris peccatoribus, qui nec viam vident, qua ad nuptias tuas ſit veniendū; nec pedes habent, vt venire poſſint; nec vires, vt incipiant; nec facultatem vt proſequantur. Scio Domine te eſſe promptum ad illis dandum quidquid deeſt, vt reipſa venire poſſint: ſed bonitati tuæ ſupplico, vt reipſa des lumen cæcis; rectos pedes intentionis & affectionis rectæ claudis; robur debilibus, & gratiæ facultatem mendicis, compellendo eos iucunda vi tuæ inſpirationis; vt ſanctæ tuæ vocationi obediant.

Oratio

III. Deus noui media ſuā domum implendi & ſi tu nolis.

DENIQVE perpendam, qua ratione domus & menſa Dei, vocatis ad eam *impleatur*: quia Deo nunquam deſunt media, quibus quæ deſignauit & decreuit, ad finem perducat; & ad electorum numerum explendum: nā his reſiſtentibus & venire recuſantibus, ſcit, poteſt, & vult alios ita vocare, vt non reſiſtant: ideoque non eſt timendum, quod domus Dei non ſit replenda, quando ille vult vt repleatur; neque religioſis familijs deerunt homines ad eas vocati, ſiquidem Deus illas inſtituit; & ipſe eſt qui vocat homines ad illas. Ex quo occaſionem ſumam alicuius conſolationis, vt ſuſtineam miſerandos multorum lapſus & ruinas, quas video in mundo; & confidam de cœleſtis Patris prouidentia, quod ſit illas reparaturus, medijs ſapientię ipſius notis, etiamſi ego illa non aſſequar.

PVNCTVM V.

INTRAVIT *autem a Rex vt viderot diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.*

a Mat. 22.

Sola fides non sufficit Charitate inducemini.

PERPENDAM hic primo non sufficere, si diuinæ vocationi consentiens, veniam ad conuiuium, & cœnam cum sola virtute *fidei*, sed oportere venire in veste nuptiali, quæ est *charitas* & innocentia vitæ, quæ reddit hominem dignum, qui nuptijs huiusmodi interſit; & inuitanti Deo placere possit. Hac veste indutus esse debet qui cibum sumit doctrinæ & obedientiæ, legis, & Sacramentorum, præcipuè corporis & Sanguinis Christi Domini nostri: & qui re ipsa illam non habet, ita tamen dispositus accedere debet ad Sacramenta, vt eam per illa recipiat.

II. Paria sunt non venire, & male venire.

DEINDE perpendendum est, cœlestem hunc regem ad finem conuiuij qui erit in fine mundi, aut in fine vitæ vniuscuiusque, venturũ, vt inuitatos homines visitet; & eorum opera & vitam diju dicet, examinans num sit aliquis inter illos, qui non ea *decentia*, qua par fuit, conuiuio interfuerit vt severis eum supplicijs afficiat, sicut eos affecit, qui ad conuiuium venire recusarunt: vt enim ipsum offendit, qui inuitatus ad conuiuium venire *recusat*, ita eundem offendit qui venit quidem, sed *negligit* vestem charitatis, & vitæ innocentiam, cuius loco habet antiquam vestem laceram & peccatis maculatam.

III.

Vel vnus peccator non effugiet Deum

HOC autem iudicium nemo potest effugere: quæ causa est, cur etsi plurimi sint mali, qui damnentur; solum hic dicatur Regem vidisse *vnum* sine veste nuptiali. Vt intelligamus. PRIMVM quamuis inter omnes Christianos totius orbis nonnisi vnicus indigne communicaret, aut legem diuinam non seruaret, eum tamen non posse diuinos oculos effugere: quia etsi solum & in tanta multitudine Diuini oculi illum notarent, atque dãnarent. DEINDE, vt etiam intelligamus, huiusmodi condemnationem adeo esse horrendum malum, vt licet ex omnibus Christianis nonnisi *vnicus* damnandus esset, id sufficeret, vt reliqui omnes timerent, & trepidarent ac tremerent, quod nemo sciret, num ipse sit futurus ille, qui damnetur: quanto itaque magis timere quisque debet, cum plurimi sint damnandi? eo enim spectat, quod Christus adiecit, *multi sunt vocati, pauci vero electi*: quia etsi plurimi quidem sunt vocati; pauci tamen ad conuiuium conueniunt, & pauci qui in eo sint cum veste nuptiali, si cum illis conferantur, qui Diuinæ vocationi resistunt.

Si vnus dãnaretur, timeres, quid cum tam multi.

IV. Amat hominem: Odit peccatorem.

DENIQVE perpendam terribilem illam Christi Domini reprehensionem, quam fecit, non ex odio hominis, sed ex *zelo iustitiæ* contra peccatũ & peccatorem obstinatum: & propterea amicum illum appellat ac dicit: *Amice: quomodo huc intrasti?* atq; si illi diceret: quis tibi tantam dedit audaciam, vt veste adeo sordida, & quæ aspicientibus stomachum moueat, nuptiale conuiuium ingredereris?

O quanto pudore infelix peccator afficietur, cum experietur se adeo

ſeuere à Chriſto Domino in præſentia Angelorum eius reprehendi; ſeq; adeo conuictum eſſe, vt obmuteſcat, nihil habens quod reſpõdeat. O *bone Ieſu* ſic me reprehende in hac vita benignè, vt ego præ humilitate tacens, correptionem tuam ad meam emendationem acceptem, vt ſic vitã æternam conſequar. Amen. Oratio

PVNCTVM VI.

a Mat. 22. 13

TVNC dixit a *Rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati pauci vero electi.*

Pœnæ quatuor.

PERPENDENDA hic eſt huius ſententiæ tremenda ſeueritas, & pœnæ quæ in ea exprimuntur, quæ ſunt quatuor.

I. Carcer æternus.

PRIMA eſt perpetui *carceris* abſque vlla ſpe liberationis, hoc enim notat illud: *Ligatis pedibus & manibus* ita vt in pœnam *diſſolutionis*, qua vixit in hac vita, nunc ita ligetur vt ſoluere ſe non poſsit.

II. Obſtinatio in malo.

SECVNDA eſt *obſtinationis* in malo, ſublata ei libertate faciendi bona opera, quæ per *manus* ſignificantur: & bonos affectus concipiendi, qui ſignificantur per *pedes*, in pœnam quod ipſe in hac vita pedes & manus, inordinatarum ſuarum paſsionum & affectionum catenis ligauerit.

III. Tenebræ internæ & externæ *Medit.* 17. 1. *part.* 4.

TERTIA pœna eſt extremarum & horribilium *tenebrarum*, tam *animæ* ob priuationem viſionis Dei & obſcuritatem iudicij miſeria ſua ſtipati; quam *corporis*, ob externas infernalis loci tenebras, cuius ignis comburet quidem, ſed nullum edet lumen, *vt ſuo loco dictum eſt.*

IV. Fletus & ſtridor dẽtium.

QVARTA pœna eſt perpetui fletus, & *ſtridoris dentium*: flebit enim amare memor conuiuij, in quo fuit, & commoditatis, quam habuit obtinendæ ſalutis, quam ſua incuria neglexit; non amplectens opportunam, quã habebat occaſionem: *flebit* etiam ob cruciatus quibus afficietur. Fletui autem adiungetur ſtridor dentium, ex rabie & impatientia tormentorum: quia videbit nullam eſſe ſpem illa euadendi.

Dæmones executores

HOC totum Rex imperabit miniſtris, iuſtitiæ executoribus, qui ſunt *dæmones*, qui infelicem illum conuiuam rapientes, extrahent ex domo cõuiuij, quæ eſt Eccleſia: & proijcient in carcerem inferni; vbi erit eius habitatio.

Oratio

O *Rex* æterne, Iudex rectiſsime, cuius iudicia ſunt recta, quamuis in malos terribilia: En ego me coram tua maieſtate conſtituo, manibus & pedibus ligatum, non catenis obſtinationis, ſed obedientiæ; & præparatũ, vt non reſiſtam ijs, quæ mihi mandaueris. Confirma Domine hanc volũtatem vinculis charitatis, vt conſtans in tuo amore & obedientia, perueniam ad te videndum & fruendum in ſecula: Amen.

MEDITATIO LVII.

DE DECEM VIRGINIBVS.

PVNCTVM I.

a *Matt.* 25. 1

SIMILE erit a regnum Cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam Sponso & Sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum, prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

I. Omnes se præparant ad aduentũ sponsi sed inæqualiter

CONSIDERANDVM primò: in Ecclesia & Iustos & peccatores contineri, qui decem his virginibus describuntur: & vtrique aduentum expectant Christi ad iudicandum, & celebrandas nuptias cum sua sponsa Ecclesia Triumphante. Omnes autem præparant se fide, & communibus Christianorum operibus quoad *externa*, quæ requirit professio Christiana: sed cum discrimine tamen; alij enim sunt *prudentes*, qui præparant omnia necessaria ad horam aduentus sponsi; alij sunt *imprudentes*, qui etsi præparent aliqua, negligunt tamen multa, valde necessaria.

II. Fatuæ Fides 1. Charitas 2. Virtutes 3 Affectus interni. 4. Deuotio 5. Castitas 6 Intentio 7. Aeterna bona Interna virtus quæritur Oratio

IMPRVDENTES sunt similes fatuis virginibus, quæ lampades quidem habent, sed parum in eis olei: nec alijs vasis illud habent, vt lampades foueant. Habent enim fidem; sed non habent *charitatem*: lucem habent veritatum; sed deest illis oleum *virtutum*: Lampades habent quæ externis operibus lucent; sed vacuæ sunt feruentibus internorum operum *affectibus*: habent interdum sensibilem deuotionem cum lachrymis, quæ breui tempore durant; sed interna & substantiali *deuotione* carent, quæ diu perdurat: habent virginitatem & integritatem corporis, sed non habẽt puritatem & integritatem *spiritûs*: statum habent perfectionis; sed magnam *imperfectionem*, ob intentiones terrenas & crassas. Denique contenti *bono*, quod cum hac vita finitur, illud bonum negligunt, quod in futura durabit in *æternum*: ac propterea, instante morte imparatos se esse deprehendunt in multis, quæ ad sponsum excipiendum erant illis necessaria. Quæ itaque maior stultitia ille potest, quàm adeo parua præparatione aduentum expectare Iudicis adeò seueri, & Sponsi lynceos oculos habentis, qui cùm æque interna penetret atque externa, nihil sibi complacet in externis, quæ vacua sunt *interioris* virtutis. O *Iudex* supreme, & animæ meæ *sponse* dulcissime, libera me per temetipsum à simili stultitia, & ne permittas me contentum esse, si mediam partem faciam eorum, quæ iubes; sed effice vt integrè quidquid iubes, expleam.

SAPIEN-

III.

SAPIENTES ſunt ſicut prudentes Virgines, quæ præter lampades oleo plenas, etiam in alijs vaſis oleum habent, quo lampades alere poſſunt: habent enim cum *fide* etiam *charitatem*; cum lumine veritatum etiam *virtutes*, opera externa & *interna*: puritatem corporis & *ſpiritus*; ac denique omne bonum habent, quod durat vſque ad vitam *æternam*. Non contenti ſunt fide, quæ ceſſatura eſt; nec cum eo quod lucet & placet hominibus, quod cum ipſa morte finitur: ſed ſtudent habere ſapientiam Spiritus, & *pietatem quæ ad omnia valet*, & e *charitatem quæ nunquam deficit*: & d *veſtem nuptialem* quæ placet Sponſo. e O *prudentiam & diſcretionem* dignam hominum Chriſtianorum, qui faciunt quod credunt; & ita ſe præparant, vt poſsint recipere quod ſperant! O DEVS animæ meæ, da mihi hanc prudentiam & diſcretionem, vt ita præparem & ornem lampadem cordis mei lumine veritatum, & oleo heroicarum virtutum; vt omnia neceſſaria ad tuum aduentum expectandum, & in tuo cõſpectu ſine pudore cõparendum, in promptu habeam.

Oleum Sapientia.
b 1. *Tim.* 4. 8.
c 1. *Cor.* 13. 8
d *Matt.* 22. 12.
e *Eph.* 5. 17.
Oratio.

PVNCTVM II.

MORAM *autem a faciente Sponſo dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei* (dormitare hîc accipitur pro leui ſomno qui citò tranſit, in quo ſenſu hac voce nunc vtemur.)

a Mat. 25. 4
Dormitare venialium.

CONSIDERANDVM eſt *primò*: Sponſum omnium hominum iudicio *moram* facere in veniendo: omnes enim exiſtimant ſe vitam diuturnam habituros, ideoque longum eſſe interſtitium vſque ad mortem, & iudicium, quod in illa peragitur: ex quo prouenit, vt boni *dormitent* ſomno pigritię facilè cadendo in peccata venialia; iniqui verò *dormiant* ſomno peccati mortalis, valdè immemores aduentus Iudicis. O *Iudex ſupreme*, libera me à noxio hoc ſomno; nec dormitet anima mea: ne eo perueniam, vt omninõ dormiam! nec ita laxè viuam, vt in multas leues culpas incidã, ne etiam decidam in maiores. b *Surgio* anima mea *quæ dormis* & clama ad *Chriſtum qui te illuminabit*, & reſuſcitabit, gratiâque ſuâ copiosè ita viuificabit, vt viuas in æternum.

I.
Mora.
Dormire peccatorũ.
Oratio.
Colloquiũ
b *Eph.* 5. 14

DEINDE conſiderandum, omnes decem virgines *dormitaſſe* ac dormiviſſe: quia omnes homines incidunt aut in infirmitatem, aut in ſenectutem, aut in debilitatem, aut in aliquã aliam cauſam, quæ diſponit ad ſomnum mortis: & tandem omnes eò deueniunt vt ſomnum hunc vltimum *dormiant*; ita vt nemo poſsit euadere. Vocatur autem mors ſomnus, quia vt hic nos etiam inuitos & valdè reſiſtentes ac pertinaciter illum repellentes, tandem nos vincit, & quamdiu durat, priuat nos vſu ſenſuum, &

II.
Dormitare Mrboꝝ.
Dormire Morte.

rerum omnium quæ nos in hac vita delectant; ita mors. Et vt aſpiciens imaginẽ recordor rei, quam illa refert: ita quoties me *ſomnus* inuadit, aut eo dormitum, memor eſſe debeo ipſius mortis, quam quò frequentius & diutius potero, ob oculos mihi proponam; ac porrò cùm primum lectum aſpicio, in quo dormiens corpus cooperitur, deberem in memoriam reuocare ſepulcrum, in quo corpus mortuum conditur.

Somnus imago Mortis.

III. Iudicium repentinũ.

TERTIÒ conſiderandum *media nocte* inclamaſſe illam vocem: *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*: quia *repentè*, & nobis minimè cogitãtibus, vocabimur ad *Iudicium*: tam ad *particulare*, quod habetur in fine vitæ vniuſcuiuſque; quàm ad *vniuerſale*, quod fiet in fine ſeculi. Et quamuis is, qui venit, ſit *ſponſus* animarum iuſtarum, eſt tamen etiam *Iudex*: nam ideò induit ornatum ſponſi aduerſus bonos; ſeueritatem verò Iudicis aduerſus malos. Venit vt ſponſus ad indulgendum & ditandum quos benè diſpoſitos & præparatos inuenerit, vt Iudex verò ad excludendum & à ſe repellendum, quos inuenerit imparatos. O anima mea, audiatur frequenter in auribus tuis hæc vox tremenda; & contende, vt ſis parata; quandoquidẽ & dies & hora in qua ſonabit tibi, eſt prorſus incerta, & incognita! Quando *morbus* te tangit, cogita hanc vocem inſonare, vt te præpares: ſiquidem non ſcis eius morbi exitum: & vt illam maiori cum ſecuritate tunc audias; audi etiam illam, quãdo ad ſacram *communionem* accedis, cogitans tibi dici: *Ecce ſponſus venit, exi ei obuiam*, præparatione debita: quandoquidem ille venit vt te ſibi in miſericordia & charitate deſponſet.

Sponſus bonis: Iudex malis.

Colloquiũ Morbus. Cõmunio.

PVNCTVM III.

a *Mat.* 25.7

TVNC *ſurrexerunt* a *omnes virgines illæ: & ornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt, date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſpõderunt Prudentes, dicentes. Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis; ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit Sponſus: & quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.*

PRIMVM conſiderandum eſt, tàm bonos quàm malos reſurrecturos, & in *vniuerſali* iudicio comparituros: ante illud tamen, ſtatim poſt mortem, aperientes oculos, (atque ſi euigilarent ex ſomno, quo dormiebant in hac vita mortali) inuenient ſe in proprio & *particulari* iudicio conſtitutos; & vnuſquiſque lampadem ſuam ſecum habebit ſic præparatam, ſicut ipſe in hac vita habere ſtuduit, aut ſinè oleo, aut cum oleo, modico aut multo, b *opera enim illorum ſequuntur illos*, ſiue bona, ſiue mala, ſecundum quæ iudicabitur.

I. Vita ſomnus. Particulare Iudicium.

b *Apoc.* 14. 13.

DEINDE, certum eſt, malos & imprudentes in ea hora deprehenſuros, ſe valde fuiſſe deceptos: agnoſcent enim ipſa experientiâ ſuam *ſtultitiam* cùm videbunt lampades ſuas ob olei defectum extinctas: & quamuis re-

II. Stultitia peccatorũ.

currant

currant ad bonos, vt misericordiam & intercessionem ab illis petant, non erit qui id faciat; singulis circa seipsos valdè occupatis. Item quia exspirabit tempus intercedendi pro alijs; imò in modum irridentium dicent: *ite potiùs ad vendentes*: quasi dicant, serò omninò de vobis prouidendo cogitastis: iam enim neminem inuenietis, qui vel det vel vendat vobis; nec vos emere poteritis: quia tempus emendi iam præterijt. Intercessio cessabit in Iudicio.

O *anima mea*, esto prudens comparando tibi in tempore *oleum* illud, quod Deus tibi vendere est paratus; qui & *pretium* offert, quo illud compares: quod est idem, ac si *gratis* tibi donaret. Ipse te iuuat gratiâ suâ, charitate, virtutibus suis, ac donis cœlestibus: dabit quoque tibi dispositionem, vt illa possis obtinere, præueniens te diuinis suis inspirationibus. Audi in tempore, quod ille tibi inspirat; & amplectere quod mãdat. Nũc habes intercessores, qui pro te orabunt; quorum exaudientur preces. Virginem sacratissimam, Dominam nostram; Apostolos, Sanctos omnes cæli; & Angelici omnes Chori tui erunt aduocati: recurre nunc ad hanc prudentium spirituum multitudinem, qui omnes tibi fauebunt: quod post mortem tuam nec volent, nec poterunt præstare. Colloquiũ

III. Exultatio Iustorum.

Denique est considerandum, quòd quamprimum sponsus ad iudicium venerit; omnes puræ & prudentes animæ, quæ præparatæ fuerint, ea præparatione, quam in hac vita sibi cõquisiuerunt, admittentur ad cœlestes nuptias in comitatu dulci sui sponsi. O quàm tunc exultabunt, quòd se in tempote præparauerint! ô quanta erit illarum lætitia, videntes se apud eum iam esse, quem tantoperè dilexerunt! O quanta erit illarum iucunditas, & animi solatium, quòd cœlestem suum Sponsum facie ad faciem videant; & beatifico amore complectantur, cum eo ad ipsius mensam cibis vescantur diuinitatis; hauriantque ex illo fluuio deliciarum ipsius! ô quàm splendens erit lampas animæ illustratæ lumine gloriæ! quàm erit ardens igne charitatis! quàm pia lætaque cum oleo diuinæ consolationis! quàm secura, quòd non ampliùs recedet à protectione Dei. ô felices labores, qui ad tantam quietem perducunt.

Punctum IV.

In gresso Sponso cum virginibus prudentibus a *clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ Virgines dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis nescio vos.* a *Mat.* 25. 7 11.

Primum considerandum portam cœli in die Iudicij vniuersalis ita occludendam, vt nunquam ampliùs aperiatur ad aliquem, qui eò semel est ingressus, dimittendum: quia eius gloria erit perpetua, & duratura quádiu Deus erit Deus, fruẽdo eius societate absq; timore aut formidine eam

I. Clausa est Ianua. In cælo Iustis ad exuendum.

eam amittendi. In hac vita interdum b *nos introducit Deus in cellam vinariam*, aut in cubiculum interius, & in secretum suum recessum, dum nos visitat & inspirationibus suis consolatur: sed porta semper patet ita, vt ex tempore, cum minimè cogitamus, aut dimittamur, aut sponte exeamus: At cum semel in cœlum ingrediemur, mox ita porta claudetur, vt neque Deus quenquam inde dimittat, nec sit vllus, qui exire velit. O felix ingressus, & fortunatus! ô locus securus! ingrediar ego Deus meus in istam cælestem cellam, in penetrale istud beatorum, vt cum illis gaudens semper sim tecum.

b *Cant.* 2. 4 In terra patet, quia vel Deus se ad tempus subtrahit vel tu Deum omnino deseris.

DEINDE perpendendum, eandem portam esse occlusam illis omnibus; qui eâ horâ parati non sunt; & si semel inde fuerint excluſi, nunquam in æternum illis aperiendam. Et quamuis gementes & clamantes petant à Domino sibi aperiri, non solùm non exaudientur; sed potiùs illis dicetur: *nescio vos*, nec vitam vestram approbo: nec voces istas noui, nec admittere volo. c *Discedite à me omnes operarij iniquitatis in ignem æternum.* O *anima mea* quid facis, cùm hæc audis? quomodo non præ terrore contremiscis? itane verè est, quod semel excluſa ab ingressu in cœlum in Iudicio particulari, quod sit in ipsa morte; æternùm sis ab eo exulatura? quòd nunquã sis ad Deum in gloria sua videndum ingressura? quod tuus ipse creator, te sit ignoraturus, & tanquam extraneam & inimicam tractaturus? quòd æternùm sis in obscuris inferni cauernis remansura? O *benignissime Deus*, animarum Sponse, moderare istam tuam iustam indignationem quam contra me habes: agnosce me creaturam tuam, ad imaginem & similitudinem tuam factam, & verè mancipium tuum, pretiosissimo tuo sanguine redemptum: fateor Domine, non esse magnum quid aut mirum, quòd me *ignores*; qui peccatis meis innumeris offuscauerim quod tu in me feciſti: & quandoquidem ego te non agnoui, nec tua mãdata vita mea improba approbaui: promeritus sanè sum, ne tu me *agnoscas*, nec ad tuum Paradysum *approbes*: non promereor, vt clamores meos *exaudias*, quibus peto Cœli portas mihi aperiri: siquidem ego tuos audire nolui, quibus petebas, portam cordis mei tibi aperiri. Sed quandoquidem adhuc est tempus misericordiæ, en portas cordis mei apertas, ad te recipiendum: aperi tu mihi portas cœli, ad me in eo recipiendum; vbi te videam & æternùm fruar. Amen.

II. Peccatoribus ne admittantur in æternũ.

c *Mat.* 7. 23 *Luc.* 13. 27. Colloquiũ.

Oratio.

Portas cordis aperi vt cæli portæ pateant.

DENIQVE expendenda est Parabolæ conclusio, quæ eius totius scopus & finis est: *vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam*: quæ verba memoriæ impressa semper me habere decet. Siquidem vt Sanctus Marcus ait, ipse Christus dixit: d *quod vobis dico, omnibus dico*: VIGILATE. Quare me ipsum illis animare & excitare debeo, dicens: *anima mea*, vigila in oratione, & pœnitentia, & continua bonorum operum exercitatione: & si

III. VIGILATE.

d *Mar.* 13. 37 Colloquiũ

quando

quando ex pigritia *dormitaueris*, mox euigila diligenter, siquidem nescis num hora præsens, sit futura vltima tuæ vigiliæ, in qua sis vocãdus ad nuptias: & si, cùm vocaberis, eris imparata; in æternum ab eis excludêris: si autem parata, ad eas admitteris, æternùm in illis permansura, vt Sponso tuo IESV in æternum fruaris. a *Matt. 25. 14. Luc. 19. 11.*

MEDITATIO LVIII.

DE PARABOLIS TALENTORVM ET Minarum.

PVNCTVM I.

QVIDAM *homo abiturus peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talẽta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuiq; secundùm propriã virtutẽ.*

HIC est considerandum, quæ sint ista TALENTA, quis illa *distribuat*; & *cui*, & qua *ratione*, & in quem finem distribuantur.

PRIMVM TALENTVM censetur esse id, quod necessarium est, & nobis conuenit ad nostram & proximorum nostrorũ salutem conquirendam, & quidquid ad hoc iuuat: quod totum ad quinque rerum capita deduci potest. PRIMVM complectitur dona & partes *naturæ*, tàm corporis quàm animæ, qualis salus, vires corporis, ingenium, sensuum viuacitas; & super hæc omnia naturale lumen rationis, iuxta illud b *signatum est super nos lumen vultus tui Domine:* quod fidelibus & infidelibus est commune; & docet nos, quid sit bonum, & quid sit malum; inclinatque ad prosequendum bonum, & fugiendum malum. SECVNDVM complectitur dona & partes *industriâ* humanâ conquisitas, quales sunt diuitiæ, honores, dignitates, Scientiæ, Artes liberales, virtutes morales & politicæ. Quamuis hæc omnia sint etiam Domini Dei nostri dona, & iuuare nos possint, ad nostram salutem consequendam. TERTIVM complectitur virtutes *supernaturales*, fidelibus cõmunes tàm bonis quàm malis; quale est lumen Fidei, virtus Spei, & Ius quod habent ad vtendum sacramentis Ecclesiæ, quibus gratiam & salutẽ æternam acquirunt. QVARTVM complectitur ipsammet *gratiam*, & charitatem, cum virtutibus & donis, quæ illam comitantur; quibus meritum æternorum & augmentum præmiorum negotiamur. QVINTVM complectitur omnes gratias *gratis* datas, quæ tendunt ad Ecclesiæ ædificationem & proximorum salutem: quales sunt gratiæ intelligendi scripturas diuinas, prædicandi, docendi, donum consilij, donum conuertendi animas, & cætera Ecclesiæ officia ad eundem finem destinata. Ex his omnibus varia ac diuersa talenta conficiuntur, quæ homines habent.

I. Talenta quinque.

1. Naturæ dona. b *Psal. 4.7*

2. Industria acquisita.

3. Virtutes supernaturales.

4. Gratia gratũ faciens.

5. Gratiæ gratis datæ

II. Omne donum à Deo eſt.

QVI ea diſtribuit eſt Dominus DEVS noſter: quia omnia ſunt eius dona, & à liberali eius manu proueniunt. Ipſe enim dat bona naturæ, & fortunæ, & gratiæ: ideoque omnia illi accepta referri debent: & qui ſibi hæc bona attribuere velit, Deum veluti excludendo, ſuperbus eſſet, & indignus ijs quæ habet: quem propterea Deus illis bonis priuando, caſtigabit. Ideoque par eſt pro omnibus gratias agere, & laudare, ob liberalitatem, qua in propria mancipia diſtribuit bona quæ habet, eo tantùm fine vt illis benefaciat; & quia bonus eſt, & in id valdè propenſus, vt quæ habet, det alijs.

III. Diſtribuit DEVS Copiosè. Moderatè Parcè.

HAEC talenta dantur hominibus in triplici gradu, qui ſignificantur per tres illos ſeruos: vni dat DEVS talenta in magna copia, quæ per numerum *quinarium* ſignificatur, alijs moderatè, quod ſignificatur per numerum *binarium*: alijs dat in infimo gradu, quod ſignificatur per *vnitatem*. Nulli tamen horum facit iniuriam: quia nulli quicquam debet: cui autem nihil debetur, honor fit illi, ſi detur aliquid. Et præterea ſufficeret, quod Deus ita velit, & ſua prouidentia iſta ſtatuat; vt vel hoc nomine illud approbem, & amplectar.

IV. Secundum cuiuſque virtutem ſua dona temperat DEVS

EADEM talẽta dantur cuique ſecundùm *virtutem*, hoc eſt, iuxta capacitatem & aptitudinem quam habent ad eum finem, in quem talenta diſtribuuntur. Deus itaque Dominus noſter nemini grauius imponit onus, quam videat ipſum poſſe ferre, nec ad plura quenquam obligat, quàm poſſit præſtare. Ideoque in talentorum diſtributione rationem habet virium naturalium, & diſpoſitionis, quam habet is cui illa confert: ſiue illã ex *natura* conditione habeat, ſiue poſtea eam ſibi comparet *induſtriâ* propriâ, & *inſpiratione* diuinâ quæ ſemper nos præuenit, & ſuauiter adiuuat, vt nos ad ſupernaturalia talenta recipienda & ad bonum illorum vſum diſponamus.

V. Talenta danturad negotiandum *Luc.* 19.13. Duo extrema vitanda circa otioſitas & Prodigalitas.

FINIS, ob quem hæc talenta diſtribuuntur, eſt, vt noſtram ſalutem & perfectionẽ & proximorum noſtrum iuxta noſtras vires negotiemur. id quod S. Lucas expreſsius poſuit dictum fuiſſe ſeruis à Domino, quibus decem minas ſeu libras tradidit, dicens illis: *Negotiamini dum venio*, atque ſi clariùs diceret: attendite, non dari vobis hanc pecuniam, vt otioſa maneat, nec vt illam prodigatis; ſed vt ea negotiantes lucrum aliquod conquiratis: duo ſcilicet extrema vitia in vſu talentorũ illis prohibens, *otioſitatem* ſcilicet aut remiſsionem ex pigritia non vtendo illis, & *prodigalitatem*, vtẽdo illis temerè & imprudẽter, cum periculo illa amittendi.

VI. Iuentus certus, Tẽpus incertũ ratio. *Ephes* 4.8

QVO vero vigilantes & ſoliciti ſint, adiungit, *dum venio*: quo verbo certos eos reddit, ſe rediturum, & rationem exacturum. Non aſsignat autem illis tempus reuerſionis, vt negotiẽtur ſemper, donec ipſe reuertatur. O mundi Redemptor, qui d *aſcendens in altum dediſti dona hominibus*, di-

ſtribuen-

ſtribuens varia talenta & gratias diſcipulis tuis in proprium & Eccleſiæ tuæ bonum; da mihi e *ſpiritum non huius mundi, ſed qui ex te procedit, vt ſciã quæ à te mihi donata ſunt.* Si enim talenta non nouero, nec gratias agere prò illis, nec ijſdem negotiari ſciuero; ſed fac me ita demiſsè ea cognoſcere, vt non decipiar, plura eſſe aut maiora exiſtimans, quàm reipſa ſint. Da mihi etiam Domine ita me illis contentum eſſe, quæ mihi dediſti: vt neque ex ſuperbia eos contemnam, qui pauciora habent; nec illis inuideam, qui habent plura; ſed huic rei ſolùm intendam, vt tibi eo placeam, quod mihi dediſti, ſiue parum ſiue multum illud ſit. Denique concede, vt tui aduentûs ad rationem à me exigendam ſemper ſim memor, vt ſolicitè ſemper negotier, quæ tunc vellem me eſſe negotiatum: Nec vlla mihi prætereat dies abſque aliqua negotiatione; ſiquidem tibi diſplicet, me vel ad momentum eſſe otioſum, vt morte me negotiãtem inueniente, tu in ſanctum tuum Regnum admittas: Amen.

e 1. Cor. 2. 12

PVNCTVM II.

A BIIT a *qui quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;; ſimiliter & qui duo talenta acceperat: lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram & abſcondit pecuniam Domini ſui.*

a *Matt.* 25. 16.

I. Profectus non in talentis ſed in diligentia iis vtendi conſtitit.

CONSIDERANDVM primò maiorem aut minorem *profectum* noſtrũ ſpiritualem nó tam in acceptis *talentis* conſiſtere, quàm in maiori aut minori ſolicitudine & *diligentia* in laborando & negotiando cum illis: nam qui accepit quinque talenta, potuit illa fodere ob pigritiam & remiſsionem; ſicut qui vnum acceperat: & qui accepit vnum, potuiſſet diligenter negotiando alterum lucrari, ſicut fecerunt qui plura acceperant. Culpa itaque ſua piger non negotiatur; feruens verò diligentia ſua perficit, cooperante illi Dei gratia, quæ illum præuenit, & liberum eius arbitrium adiuuat. Ad quod magis declarandum dicit S. Lucas, vnũ ex ſeruis qui vnam *minã* acceperat *decem minas* eſſe lucratum; alterum verò *vna* etiam *mina quinq; lucratum eſſe.* Vt appareat, lucrum illud ex diligentia ſeruorum cum auxilio gratiæ Dei proueniſſe: quod ipſi inſinuant dicentes: Domine mina tua fecit alias decem, atque ſi diceret: c *non ego ſolus*, ſed ego in virtute illius; & illa plus quam ego; iuxta illud Apoſtoli c *gratia Dei mecum.* Quare attende *anima mea* quid agas, & manus tuas appone ad laborem; quia Dei Domini tui manus te ſemper comitabitur, d *& miſericordia eius præueniet te*, eritque tibi auxilium, e *& ſubſequetur te omnibus diebus vitæ tuæ*, niſi tibi deſis.

b *Luc.* 19. 1

c 1. *Cor.* 15. 10.

Colloqui d *Pſal.* 38.

e *Pſal.* 22.

DEINDE conſiderandum eſt Chriſtum Dominum noſtrũ, feruentiũ & diligentiũ exẽplũ poſuiſſe in eo qui quinque talẽta acceperat, & eo qui

II.

duo: quia vt plurimum, qui magnas facultates acceperunt, magnum recipiunt animum & fiduciam ad laborandum, (sicut mercatores diuites solent) & ita sese in magnas occasiones inferunt, in quibus plurimùm lucrantur; modò tamen *humilitatem* seruent, seruorem illum suum non soli arbitrio suo tribuentes, sed præcipuè diuinæ gratiæ, sicut Apostolus faciebat, cùm diceret f *abundantius cæteris Apostolis laborasse, non ego* autem, inquit, *sed gratia Dei mecum.* Cõtrà verò posuit Christus exemplum pigrorum & negligentium in eo, qui vnum tantum talentum acceperat: nam qui curtam habent supellectilem, nisi valdè sint humiles, facilè conqueruntur, inuidia mouentur, & pusillanimes fiunt: ideoque facilè se pigritiæ dedunt. Et si alia talenta fortè habeant rerum terrenarum & carnis, applicant se ad quærenda bona *terrena*, sepelientes in terram illud quod acceperant ad conquirenda bona cœlestia. O *Deus animæ meæ!* vtinã tantum ego curæ in negotiando meo talento bona æterna ponerem, quantum mundi negotiatores ponunt in cõquirendis bonis temporalibus! ne permittas Dñe adeò pretiosa talenta sepeliri, & occultari sub adeò vili operculo. Adiuua me vt ita illis vtar, vt ea duplicem ac reduplicem cum ingenti lucro, siquidem nullum huic terminum assignasti.

Qui plus acceperũt, fere plus laborant, si humiles maneant. f 1. Cor. 15 10.

Qui minus facilè hastam abijciunt, & terrena quærunt. Oratio.

III. Omnia & singula talenta applicanda. *Homil. 9. in Euang.*

DENIQVE est considerandum, bonum negotiatorem omnibus talentis, quæ habet, & singulis eorum negotiari debere: nam de *omnibus & singulis* ratio exigetur à Deo. Et quò plura recepit, eò maior erit illi ratio reddenda, nisi illis operetur: vt enim S. Greg. ait: cùm augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.

PVNCTVM III.

a *Matt. 25. 19.* POST *multum* a *verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis: & accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.*

I. Multum tempus expectat. 1. Ad Iudiciũ 2. Sufficiens tempus ad salutem.

PRIMVM est considerandum: aduentum Christi Domini nostri, ad accipiendas rationes à suis seruis, esse post *multum tempus*: tum propter aduentum ad vniuersale *iudicium*, quod in longum tempus protrahitur; tum vt significetur, ipsum *sufficiens* tempus, imò vltra quàm opus esset, seruis suis dare ad negotiandum, quæ illis ad salutem suam sunt necessaria, ita vt nullus homo, qui rationi locum dare velit, conqueri possit, defuisse sibi tempus, quo, si voluisset ad Deum conuerteretur: si autem, cùm iam vellet conuerti, deficit illi vita, ipsius est culpa; nam temporis satis habuit, ad procurandam æternam.

DEIN-

DEINDE considerandа est magna fiducia & securitas, quam feruentes habent in hora mortis,& rationis reddendæ:quia vident se posse reddere bonam. Vident enim quid acceperint ad negotiandum,& quid sint lucrati:& ita confidenter dicunt,*quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum*:quia auxi dona gratiæ tuæ,quæ accepi,quibus negotiando alia denuò conquisiui .O felix feruor, qui tantam adfers securitatem in occasione tam iusti timoris!

II. Feruente in morte securi

TERTIÒ considerandum *præmium*, quod Christus redemptor noster tali seruo largitur,bonum eum & fidelem compellans:*bonum* quia sanctè vixit,Dei legem custodiens:*fidelem*,quia acceptis donis & gratijs fideliter vsus est: quæ etsi magna in se sint,collata tamen cum æternis ,*parua* iudicantur:& propterea illi dicitur,*quia super pauca fuisti fidelis*,quælia sunt quę in hac vita mortali dantur,*supra multa te in cœlo constituam*,plurima & magna tibi cõferens beneficia: *intra in gaudium Domini tui*,& merge te in abysso voluptatum cælestium , vt intus & extra gaudio replearis,& b *inebrieris ab vbertate domus mea,& torrente voluptatis meæ poteris*, & satieris.O gaudium immensum!gaudium æternum!gaudium dignum Deo!ô felicem negotiationem,qua cœleste gaudium conquiritur, c *quod nemo tollet à vobis*.

III. Bonus & delis in paruis h ius vitæ d nis,æteri coronabitur.

b *Psal*.53

c *Ioan*.16 22.

DENIQVE perpendendũ, eadẽ verba fuisse dicta ei:qui duobus talẽtis lucratus est alia duo: vt inst ruamur ad mercedem cœlestem maiorem *diligentiæ* in operando,quam numeri talentorum rationem haberi. Quare si is qui duo tantum acceperat,tantum in negotiando laboris posuit, atq; is qui accepit quinque;æquale cum eo præmium accipiet: & nihilominus qui plus laborando magis talenta auget,maius etiam referet præmium,vt ipse Christus distinctius declarauit:in parabola minarum:ei enim,qui vnâ minâ lucratus est decem ; quoniam eius diligentia fuit maior , decem dedit ciuitates:is verò,qui vna quoque mina lucratus est quinque;quia eius diligentia fuit minor,quinque tantum ciuitates accepit. Quare ô *anima mea* omni tempore!, & omni quo potes feruore labora:habet enim Deus in cælo multas mansiones. Quare si vna mina aut talento potes decem ciuitates promereri,decem videlicet excellentes gradus gloriæ, noli quinque esse contenta:id vero non tam facias ob proprium lucrum, quam ob eius maiorem amorem,qui dignus est infinito diligi amore in æternum. Amen.

IV. Diligent non tale torum tio habet in Iudici

Colloqu

PVNCTVM IV.

ACCEDENS *autem & qui vnum talentum acceperat , ait:Domine, Scio quia homo durus es,metis vbi non seminasti,& congregas vbi non sparsisti, & timens abij,& abscondi talentum tuum in terra:ecce habes , quod tuum est.* Matth.25.

Serui pigri malitia pigritiæ excusationes præcauentis

IN hac ſententia proponitur nobis *ſerui pigri malitia*, qui vt *pigritiam* ſuã contegat, fingit difficultates & grauia pericula, timet vbi nõ eſt, cur timeatur; ſicut & nunc faciunt multi. Alij enim ſepeliunt talentum *orationis* & contemplationis, eamque propter ea omittunt, quia timent ſe decipiendos; Alij abſcondunt talentum *concionandi* & agendi cum proximis timentes ne ſe ipſos perdant; Alij adhuc peiores, *obſeruationem* diuinæ legis abijciuut fingentes in ea tantam aſperitatem, vt non poſsint ipſi eam ſeruare; Deum ipſum ſeueritatis nimiæ in ſe inſimulantes, quod fructum colligere velit, vbi non ſeminauit: quia ipſis non dans vires & virtutem, vult vt fructum ferant bonorum operum. O cœcitatem execrandam! ô maledictam pigritiam, quæ vt culpam à te remoueas, in Deũ ipſum illam conijcis! ô *Redemptor* mi, multò aliter, quam malus iſte ſeruus dico ego de te; quod optime ſciam, te hominem eſſe non durum, ſed blãdum & benignum; non crudelem, ſed miſericordem, nec vnquam velle colligere ex eo quod non ſeminaueris: niſi enim prius tu ſemines talentorum tuorum ſemina, impoſsibile eſt fructus aliquos prouenire, adeoque procul es à colligendo, vbi non ſeminaſti, vt ſæpe multa ſeminans parum colligas: tantaque eſt tua lenitas, vt vel exiguo lucro ſis contẽtus.

Oratio

b Mat. 25. 26.

RESPONDENS b *autem Dominus eius, dixit ei, ſerue male, & piger, ſciebas quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi, oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium.*

Pœnæ tres

I. Reprehẽſio aſpera.

TRIA in tremenda hac ſententia ſunt conſideranda. PRIMVM eſt, aſperrima illa Domini *reprehenſio*, ad ingentem mali ſerui pudorem: quæ enim maior confuſio eſſe poteſt, quam ab ipſo Deo, coram Angelis ſuis, ſeruo obijci, quod ſit malus, piger, inutilis, & infidelis? & quæ maior, ignominia, quàm ex proprijs verbis & rationibus conuinci; ſicut S. Lucas narrat huic ſeruo dictum c *ex ore tuo te iudico ſerue nequam: ſciebas quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui!* quantò ergo magis oportuit te ſcire, velle me colligere fructum ex talento, quod tibi concredidi? SECVNDVM fuit, quod traditum illi talentum, abſtulerit; & ſpoliauerit omnibus bonis gratiæ, ijs quæ ipſius naturæ fuerãt ſuperaddita, in pœnam pigritiæ ipſius: Quam interdum etiam infert Deus in hac vita, ijs, qui acceptis talentis non vtuntur: ſicut etiam permittit interdum amittere *fidem* eum, qui malè illa vtitur. Sed in altera vita ſine ſpe remedij illis ſpoliantur: ſicut in prima parte obſeruauimus. Quod vero hic iubetur talentum huius nequam ſerui, dari ei qui habet decem

c Luc. 19. 22

II. Priuatio gratiæ

Medit. 9.

talenta,

talenta, ſignificat *Sanctos* ex omnibus haurire gloriam accidentalem, tam ex bono propriorum talentorum vſu, quam ex donis à Deo alijs vel liberaliter communicatis, vel ex iuſtitia, quam ipſi venerantur, ablatis.

Sancti lætantur donis proprijs & alienis imo & iuſtis reorũ pœnis.

TERTIVM fuit horrendum, quod *miſerit eum in tenebras exteriores*, & extremas inferni, vbi æternùm fleat, rabieque agatur ob inutilem ſuam pigritiam. Quod ſi talis pœna ei infertur, qui ex *pigritia* non vtitur talento accepto; qualem cenſebimus ei dandam, qui accepto talento vtitur in iniuriam ipſius Dei, & ſcandalum aut detrimentum proximi? O DEVS *æterne*, iuſte Iudex & ſancte, ne mecum intres in iudicium ſeuerum! Scio enim quod ex meis verbis poſſis me iuſte condemnare. Promeritus enim eram talentis mihi conceſsis priuari: eò quòd illa ſepeliuiſſem: Sed quandoquidem tua miſericordia me hactenus ſuſtinuiſti, adiuua me illa exhumare, vt illis negotiando & conquirendo quòd à me petis, obtineam quod mihi promittis; & tecum regnem in æternum. Amen.

III. Tenebræ exteriores Si hæc pigro, quid iniurio.

FINIS TERTIAE PARTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

8-1

Digitized by Google